# SACRORUM CONCILIORUM NOVA, ET AMPLISSIMA COLLECTIO,

IN QUA PRÆTER EA QUÆ

PHIL. LABBEUS ET GABR. COSSARTIUS S. J.

*Et noviſſime* NICOLAUS COLETI *in lucem edidere*,

EA OMNIA INSUPER SUIS IN LOCIS OPTIME DISPOSITA EXHIBENTUR, QUÆ

JOANNES DOMINICUS MANSI,

*ANTEHAC CONGREGATIONIS MATRIS DEI, NUNC VERO*

ARCHIEPISCOPUS LUCENSIS, EVULGAVIT.

EDITIO NOVISSIMA

*AB EODEM OPTIME MERITO PRÆSULE*

POTISSIMUM FAVOREM ETIAM ET OPEM PRÆSTANTE

EM.MO CARDINALI DOMINICO PASSIONEO

SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO,

ALIISQUE ITEM ERUDITISSIMIS VIRIS MANUS AUXILIATRICES FERENTIBUS, CURATA,
Novorum Conciliorum, novorumque Documentorum Additionibus locupletata,
Ad MSS. Codices Vaticanos, Lucenſes, alioſque recenſita, & perfecta.

ACCEDUNT ETIAM NOTÆ, ET DISSERTATIONES QUAMPLURIMÆ, QUÆ IN CETERIS EDITIONIBUS DESIDERANTUR.

## TOMUS UNDECIMUS.

*Ab anno* DCLIII. *uſq; ad ann.* DCLXXXVII. *incluſive.*



FLORENTIÆ

MDCCLXV.

EXPENSIS ANTONII ZATTA VENETI.

*(Editio iterata ad Editionis principis exemplum ab Huberto Welter, Bibliopola, Via dicta Bernard Palissy 4, Parisiis MDCCCCI.)*

# SYLLABUS
## EORUM, QUÆ IN TOMO XI. CONTINENTUR.

Quæ hoc indice ☞ notata ſunt, noſtræ editioni noviter acceſſere.


| ANNO CHRISTI | | |
|---|---|---|
| 653 | VITA EUGENII PAPÆ I. | pag. 1 |
| | *Nota Severini Binii.* | 1 |
| | *Jacobi Sirmondi S. J. Admonitio ad Lectorem.* | ibid. |
| | Relatio factæ motionis inter Maximum Monachum, & Socium ejus coram Principibus in Secretario. | 3 |
| | Epiſtola S. Maximi ad Anaſtaſium Monachum diſcipulum ſuum. | 11 |
| | Epiſtola S. Anaſtaſii Monachi ad commune Monachorum apud Caralim. | 12 |
| 655 | VITA, EPISTOLÆ, ET DECRETA VITALIANI PAPÆ. | 14 |
| | *Nota Severini Binii.* | 15 |
| | Epiſtola I. ad Paulum Archiep. Cretenſem. | 16 |
| | — II. ad Vaanum Cubicularium Imperatoris. | 17 |
| | — III. ad Paulum Epiſc. Cretenſem. | 18 |
| | — IV. ad Georgium Ep. Syracuſanum. | 19 |
| | — V. ad Oſvvi Regem Nordahumbrorum. | *ibid.* |
| | — VI. ad Monachos Siculos. | 21 |
| 657 ☞ | *CONCILIUM TOLETANUM IX.* | 23 |
| | Præfatio & Capitula. | *ibid.* |
| | Subſcriptiones Epiſcoporum. | 31 |
| | *Nota Garziæ Loaiſæ.* | 32 |
| | *CONCILIUM TOLETANUM X.* | ibid. |
| | Præfatio & Capitula. | 33 |
| | Decretum pro Potamio Epiſcopo. | 40 |
| | Ex Concilii Valentini Galliæ Titulo quarto. | 41 |
| | Aliud Decretum. | 42 |
| | Subſcriptiones Epiſcopor. | 43 |
| | *Nota Garziæ Loaiſæ.* | 45 |
| | Tomus continens relationem S. Maximi, & Theodoſii Ep. Ceſareæ. | 46 |
| | *Jacobi Sirmondi Admonitio.* | ibid. |
| | Præfatio Collectionis in ſequentes Epiſtolas Vitaliani Papæ. | 21 |
| | Epiſtola ad Floriacenſes. | *ibid.* |
| | — Clodoveo Franc. Regi. | 22 |

| ANNO CHRISTI | | |
|---|---|---|
| 657 | — ad omnes Epiſcopos. | 23 |
| | — ad Theodorum Archiep. Cantuarienſem. | 24 |
| ☞ | *CONC. GALLICANUM.* | 59 |
| 658 | *CONC. NAMNETENSE.* | ibid. |
| | *Nota Sirmondi.* | ibid. |
| | *Obſervatio P. Pagi.* | 63 |
| | Privilegium Monaſterii S. Dionyſii conceſſum a Landerico Epiſcopo Pariſiacenſi. | *ibid.* |
| | Subſcriptiones. | *ibid.* |
| | *Nota Sirmondi.* | 64 |
| 659 | Conventus Clipiacenſis. | *ibid.* |
| | Præceptum Clodovei Regis de libertate Monaſterii S. Dionyſii. | 63 |
| | *Nota Jacobi Sirmondi.* | 66 |
| | *P. Joannis Mabillonii adnotatio.* | ibid. |
| 664 | Synodus Pharenſis. | 67 |
| | Conventus Compendienſis. | 72 |
| 665 ☞ | *CONCILIA* duo Conſtantinop. Monothelitarum. | 74 |
| | Fragmentum Actorum Concilii II. Conſtantinopolitani Monothelitarum in cauſa S. Maximi & Sociorum. | *ibid.* |
| 666 | *CONC. EMERITENSE.* | 75 |
| | Tituli Capitulorum. | *ibid.* |
| | Præfatio. | 76 |
| | Capitula. | *ibid.* |
| | Subſcriptiones epiſcoporum. | 89 |
| | *Nota Garziæ Loaiſæ.* | ibid. |
| | Epiſtola Petro Compoſtellano Archiepiſcopo. | 90 |
| | *Notæ ſequentes ejuſ. Garziæ Loaiſæ.* | 97 |
| | *Notæ Frontonis Ducæi.* | 100 |
| ☞ | *CONC. CRETENSE.* | 59 |
| 667 | *CONC. ROMANUM.* | 102 |
| 669 | VITA EPISTOLÆ ET DECRETA ADEODATI PAPÆ. | *ibid.* |
| | *Notæ Severini Binii.* | ibid. |
| | Epiſtola ad Ep. Galliæ. | 103 |
| | Appendix ad ejuſd. Epiſt. | *ibid.* |
| ☞ | Corbejenſis Monaſterii fundatio & immunitas. | 106 |
| | *Obſervatio Philippi Labbe S.J.* | ibid. |
| | Clotarii III. regis præceptum de fundatione Monaſterii Corbejenſis. | 106 |
| | — ejuſ- | |

| ANNO CHRISTI | | |
|---|---|---|
| 669 | — ejuſdem alterum. | 107 |
| | Privilegium libertatis eidem Monaſterio conceſſum a Bertefrido Epiſcopo Ambianenſi. | *ibid.* |
| | Theodorici Regis præceptum. | 110 |
| | *Obſervatio Philippi Labbe S.J.* | 111 |
| | Marculfi formula de privilegio. | 113 |
| | Conceſſio Regis ad privilegium. | 114 |
| ☞ | *CONC. TREVIRENSE.* | 115 |
| | Privilegium Numeriani Archiepiſcopi Trevirenſis pro S. Deodato. | *ibid.* |
| | Signum Numeriani. | 118 |
| 670 | Synodus Senonenſis. | *ibid.* |
| | Idem Concilium ex Petro de la Lande in ſupplementis Conciliorum Galliæ. | *ibid.* |
| ☞ | Ad eand. Synodum additio. | *ibid.* |
| | Privilegium Emmonis Senonenſis Epiſcopi pro Monaſterio S. Columbæ. | 119 |
| | Ejuſdem Privilegium pro Monaſterio S. Petri, & Pauli Senonenſis. | 121 |
| | Subſcriptiones. | 122 |
| | *CONC. AUGUSTODUNENSE.* | 123 |
| | Canones S. Leodegarii Epiſcopi. | *ibid.* |
| | Additio ad idem Concilium. | 125. |
| | Canon Auguſtodunenſis. | 126 |
| | *Nota Jacobi Sirmondi.* | ibid. |
| ☞ | Ad idem Concilium emendatio. | *ibid.* |
| 673 | *CONC. HERUDFORDIÆ.* | 127 |
| 675 | *CONC. TOLETANUM XI.* | 130 |
| | Capitula ejuſdem. | 137 |
| | *Nota Garziæ Loaiſæ.* | 147 |
| | Adnotatio P. Pagi. | 152 |
| | *CONC. BRACARENSE IV.* | 154 |
| | *Nota Garziæ Loaiſæ.* | 160 |
| 676 | VITA DONI PAPÆ. | 162 |
| | *Nota Severini Binii.* | 163 |
| 677 | *CONC. ANGLICUM.* | ibid. |
| ☞ | Synodus Dirinenſis Neſtorianorum. | *ibid.* |
| ☞ | *CONC. MARLACENSE.* | ibid. |
| 678 | VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA AGATHONIS PAPÆ. | 166 |
| | *Nota Severini Binii.* | 168 |
| | Ejuſdem Epiſtola I. ad Auguſtos Imperatores. | 170 |
| ☞ | Ejuſd. Decretalis Epiſtola. | *ibid.* |
| | Synodus Marlacenſis. | 171 |
| 679 | *CONC. MEDIOLANENSE.* | 174 |
| | *CONC. INCERTI LOCI.* | 175 |
| 680 | *CONC. ANGLICUM.* | ibid. |
| | *CONC. ROMÆ.* | 179 |
| | *CONC. ROMANUM.* | 186 |
| ☞ | Ad idem Concilium additio. | *ibid.* |
| | Idem ex libello ſynodico. | 187 |
| | *CONC. NORTHUMBRENSE.* | ibid. |
| 680 ☞ | *CONC. CPTANUM III.* | 190 |
| | Hiſtoria Concilii. | *ibid.* |
| | Actio I. G.L. | 207 |
| | Actio II. | 217 |
| | Actio III. | 222 |
| | Actio IV. | 230 |
| | Actio V. | 315 |
| | Actio VI. | 322 |
| | Actio VII. | 327 |
| | Actio VIII. | 331 |
| | Actio IX. | 378 |
| | Actio X. | 387 |
| | Actio XI. | 455 |
| | Actio XII. | 517 |
| | Actio XIII. | 550 |
| | Actio XIV. | 583 |
| | Actio XV. | 602 |
| | Actio XVI. | 611 |
| | Actio XVII. latine. | 622 |
| | Actio XVIII. G.L. | 623 |
| | Exemplum litterarum miſſarum ad Agathonem Papam. | 683 |
| | Subſcriptiones. | 687 |
| ☞ | *Manſi Præmonitio in ſequentes ſubſcriptiones Græcas tantum.* | 694 |
| | Edictum Conſtantini Pogonati Imperatoris. | 698 |
| | Exemplar Juſſionis Juſtiniani Auguſti. | 738 |
| | *CONCILII OECUMENICI VI. verſio altera.* | *ibid.* |
| 680 & 681 | *CONC. TRULLANUM G.L.* | 922 |
| | Allocutoria Patrum. | 930 |
| | Canones. | 935 |
| | Subſcriptiones. | 987 |
| | Canones novem ſextæ Synodo CPlitanæ tributi. | 1006 |
| | *Nota Severini Binii.* | 1010 |
| | Eadem Synodus ex libello Synodico. G.L. | 1018 |
| | Alia Conſtantinopolitana Juſtiniani. | *ibid.* |
| | Idem Concilium VI. Generale ex libello Photii. G.L. | 1019 |
| | Idem ex Nilo G.L. | 1022 |
| | Idem ex Anonymo. | *ibid.* |
| 681 | *CONC. TOLETANUM XII.* | 1023 |
| | Tituli Capitulorum. | *ibid.* |
| | Præfatio. | *ibid.* |
| | Epiſtola Ervigii Regis ad patres Synodi. | 1025 |
| | Capitula XIII. | 1027 |
| | Subſcriptiones. | 1039 |
| | Lex regia in confirmationem Concilii. | 1040 |
| | *Nota Garziæ Loaiſa* | 1041 |
| 682 | *CONC. ROTHOMAGENSE.* | 1043 |
| | *Nota Jacobi Sirmondi S.J.* | 1045 |
| | *Obſervatio P. Philippi Labbe.* | ibid. |
| | *Obſervatio P. Guilielmi Beſſin.* | 1046 |
| ☞ | *CONC. ARELATENSE.* | ibid. |


Edi-

| ANNO CHRISTI | | |
|---|---|---|
| 682 | Editoris Admonitio. | ibid. |
| ☞ | Vita, Epiſtolæ, et Decreta Leonis Papæ II. | ibid. |
| | *Nota Severini Binii.* | 1048 |
| | *Obſervatio P. Philippi Labbe.* | ibid. |
| | Sacrum Reſcriptum Imperatoris Conſtantini ad Leonem II. Papam. | 1049 |
| | *Nota Severini Binii.* | 1050 |
| | Epiſtola I. Leonis Papæ II. ad Conſtantinum Imperat. | ibid. |
| | *Nota Severini Binii.* | ibid. |
| | -- II. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. | ibid. |
| | *Nota Severini Binii.* | 1053 |
| | — III. ad Quiricum Epiſc. | ibid. |
| | *Nota Severini Binii.* | 1054 |
| | — IV. ad Simplicium Comitem. | ibid. |
| | — ad Ervigium Regem Hiſpaniæ. | 1055 |
| ☞ | Fragmentum Epiſtolæ ad Epiſcopos & Regem Dalmatiarum. | 1057. |
| ☞ | *CONC. HIBERNICUM.* | 1058 |
| ☞ | Canones Synodi Hiberniæ. | 1059 |
| 683 | *CONC. TOLETANUM XIII.* | ibid. |
| | Præfatio. | ibid. |
| | Edictum Ervigii Regis ad Patres Synodi. | 1060 |
| | Symbolum Nicæni Concilii. | 1062 |
| | Tituli Capitulorum. | 1063 |

| ANNO CHRISTI | | |
|---|---|---|
| 683 | Capitula. | ibid. |
| | Subſcriptiones. | 1075 |
| | Ervigii Regis Edictum ad privatos, ſive fiſcales. | 1077 |
| | Lex in confirmatione Concilii editi. | 1078 |
| | *Nota Garziæ Loaiſa.* | 1080 |
| 684 | Vita, Epiſtolæ, et Decreta Benedicti Papæ II. | 1083 |
| | *Nota Severini Binii.* | 1084 |
| | Epiſtola I. ad Petrum Notarium Regionarium. | 1085 |
| | — II. Ad Ervigium Regem. | 1086 |
| | *Nota Severini Binii.* | ibid. |
| | *CONC. TOLETANUM XIV.* | ibid. |
| | Tituli Capitulorum. | ibid. |
| | Capitula. | ibid. |
| | Subſcriptiones Epiſcoporum. | 1091 |
| | Vita Joannis Papæ V. | ibid. |
| | *Nota Severini Binii.* | 1093 |
| | Exemplar Divinæ Juſſionis Juſtiniani. | 1094 |
| | *Nota Severini Binii.* | ibid. |
| ☞ | *CONC. ROMANUM.* | ibid. |
| 685 | *CONC. CANTUARIENSE.* | 1096 |
| ☞ | *CONC. IN VILLA REGIA.* | ibid. |
| | *Nota Severini Binii.* | ibid. |
| | Vita Cononis Papæ. | 1098 |
| | *Nota Severini Binii* | ibid. |
| 687 | *Conciliabulum Manaſchiertenſe in Armenia.* | 1099 |



# CONCILIORUM OMNIUM,

## AMPLISSIMA COLLECTIO.

# VITA EUGENII PAPÆ I.

a Dentur variantes ex Cod. Luc. 490.

a EUGENIUS, natione Romanus, de regione prima * Adventinenſe, clericus a cunabulis, ex patre Ruffiniano, b ſedit annos duos, (a) menſes octo, dies viginti quatuor. Fuit enim benignus, mitis, manſuetus, omnibus affabilis, & ſanctitate præclarior. Rogam clero ſolitam tribuit, & indigentibus eleemoſynam miniſtravit. Ut etiam die tranſitus ſui pauperibus, vel clero, ſeu familiæ preſbyteria in * integrum erogari præciperet. c Hujus temporibus Petrus patriarcha Conſtantinopolitanus direxit ſynodicam epiſtolam ad ſedem apoſtolicam juxta conſuetudinem (b) priorem omnino obſcuriſſimam, & ultra regulam, * non autem declarans operationes, aut voluntates in domino noſtro Jeſu Chriſto. Et accenſus populus, vel clerus, eo quod talem ſynodicam direxiſſet, minime * eſt ſuſcepta, ſed cum majore ſtrepitu eſt a ſancta Dei eccleſia projecta: Ut etiam nec eumdem papam (c) dimittere populus, vel clerus, miſſas celebrare in baſilica ſanctæ Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ, quæ appellatur ad præſepe, niſi promiſiſſet his ipſe pontifex minime eam aliquando ſuſcipere. Fecit autem (d) epiſcopos per diverſa loca numero * 21. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum ſub die 4. Nonas Junii. Et ceſſavit epiſcopatus menſem 1. (e) dies * 29.

* Aventinenſe
* integre
* non aliter declarans duas operationes,
* C ſuſceperunt eam,
* B. 22.
* C. 15.

A

B

### NOTÆ SEVERINII BINII.

a *Eugenius.*) Poſt S. Martinum papam in Cherſoneſum relegatum, ad inſtantiam Theodori Calliopæ exarchi, clerus Romanus Eugenium ſedis apoſtolicæ vicarium deſignavit, ea intentione, qua ſupra dixi. Quando autem de S. Martini obitu certum nuntium Romam delatum eſt, nullus alius quæſitus fuit, qui ipſi ſuccederet, ſed qui antea vicaria tantum præfectura fungebatur, tanquam verus & legitimus pontifex ſedere cœpit, anno domini * 654. qui eſt Conſtantis 13.

b *Sedit annos duos, menſes octo, dies* 24.) Intellige a tempore Martini in Cherſoneſum relegati: nam ſi computentur tempora ſedis dumtaxat, quibus poſt obitum Martini eccleſiæ legitime tanquam verus paſtor præfuit, neceſſe eſt affirmare, ipſum non amplius quam * ſex menſes & 23. dies Romanæ eccleſiæ præſediſſe. Quod autem Anaſtaſius cognoverit, Eugenium tempore Martini adhuc viventis ei ſubrogatum fuiſſe, patebit verbis immediate hic ſubſequentibus.

c *Hujus temporibus Petrus patriarcha, &c.*) Anno nimirum Chriſti 653. qui erat Martini pontificis quintus inchoatus. Nam anno Martini quarto, & 652. Chriſti, teſte Nicephoro in chron. obiit Pyrrhus Conſtantinopolitanus, in cujus locum Petrus ſubrogatus fuit.

Eugenius, quando pontifex factus.
* 655. obiit S. Martinus.
Quantu ſederit.
* 8. m. d. 16.
Petrus quando Conſt. epiſcopus fit factus.

### JACOBI SIRMONDI, S. J.

*Admonitio ad lectorem, de ſequenti collatione.*

In quæſtione de ſancto Maximo a judicibus Conſtantinopoli habita in ſecretario palatii, multa ſunt animadverſione digna, ſed hoc præ ceteris memorabile, quod de apo-

(a) *menſes VIIII.* (b) *priorem*, deeſt (c) *dimitteret.* (d) *autem ordinationem. Epiſcopos &c.* (e) *dies XXVIII.*

de apocriſiariorum ſedis apoſtolicæ, hoc eſt Eugenii papæ, ut reor, legatorum cum Byzantinis unione commemorat. Romæ anno 655. ſuperſtite adhuc Martino papa geſtam fuiſſe certa ſunt indicia. Quodnam autem id dogma fuerit, cui aſſentiri legatos coegerunt, declarant epiſtolæ Maximi ad Anaſtaſium diſcipulum, & Anaſtaſii ejuſdem ad monachos Caralitanos, quæ ordine ſubſequuntur. Ex his enim liquet, Monothelitas hæreticos eo tandem prolapſos, ut duas & unam, id eſt tres in uno eodemque Chriſto voluntates & operationes prædicarent. Ceterum peracto hoc judicio, Maximus Bizyam, quod oppidum eſt Thraciæ, a Conſtante imperatore in exilium actus eſt.

# RELATIO FACTÆ MOTIONIS

## INTER DOMNUM MAXIMUM MONACHUM,

### & ſocium ejus, coram principibus in ſecretario.

Ex collectaneis Anaſtaſii bibliothecarii a reverendo patre Jacobo Sirmondo editis anno 1620. pag. 114.

DIE qua domnus Maximus, & is qui cum eo erat, penes hanc regiam urbem applicuerunt, circa occaſum ſolis, venientes duo mandatores una cum decem excubitoribus, tulerunt eos e navi nudos & diſcalceatos, & ſeparatos eos ab invicem cuſtodierunt in diverſis excubitibus. Et poſt dies aliquot adducunt eos in palatium, & introducunt ſenem in locum, in quem ſenatus collectus eſt, & alia multa turba: & exhibent eum in medium ſedentium principum: & dicit ei ſacellarius cum ira multa & furore: Chriſtianus es? Et dicit: Gratia Chriſti Dei univerſorum Chriſtianus ſum. Et dicit ille: Non eſt verum. Reſpondit Dei ſervus: Tu dicis, ſed Deus ſcit eſſe me Chriſtianum. Et quomodo, inquit, ſi Chriſtianus es, odio habes imperatorem? Reſpondens Dei ſervus, ait: Et unde hoc claret? Odium quippe mentis eſt occultus affectus, quemadmodum & dilectio. Et dicit ei: Ex his quæ feciſti cunctis factum eſt manifeſtum, quod odio habeas imperatorem & rempublicam ejus. Tu enim ſolus Ægyptum & Alexandriam, & Pentapolim, & Africam Saracenis tradidiſti. Et quæ eſt, infit, horum approbatio? Et falſo inducunt Joannem, qui fuerat ſacellarius Petri quondam prætoris Numidiæ provinciæ Africæ, dicentem: Quia ante viginti duos annos avus dominatoris juſſit beatæ memoriæ Petro exercitum ſumere, & pergere in Ægyptum contra Saracenos: & ſcripſit tibi tanquam ad ſervum Dei loquens, certitudinem habens in te, utpote in homine ſancto, ſi des ei conſilium abire. Et reſcripſiſti ei, dicens: Nil tale facere, quoniam non bene placitum eſt coram Deo, ut imperio Heraclii & generis ejus cooperetur reſpublica Romanorum. Dicit ſervus Dei: Si veritatem loquitur, utique habet & Petri ad me, & meam ad ipſum epiſtolam, quæ deferantur, & ſubjaceo pœnis a legibus conſtitutis. Et dicit: Ego non habeo epiſtolam, ſed nec novi ſi omnino ſcripſerit tibi. Verum hæc in caſtris per illud tempus omnes loquebantur. Et dicit ad eum Dei ſervus: Si exercitus totus hoc fatebatur, quomodo tu ſolus ſuper hoc me accuſas? Vidiſti me aliquando, vel ego te? At ille: Nunquam. Tunc Dei ſervus ad ſenatum converſus dixit: Si juſtum eſt tales adducere calumniatores vel teſtes, judicate. *In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua menſura metiemini, metietur de vobis*, ait omnium dominus. Et poſt hunc adducunt Sergium Magudam dicentem: Ante annos novem beatus abba Thomas veniens Roma dicit mihi: Papa Theodorus miſit me ad Gregorium patricium, ut dicerem ei, ne quidquam timeret. Servus enim Dei abba Maximus vidit viſionem, quod in cœlis ad orientem & occidentem chori eſſent angelorum. Hi vero qui erant in occidente vocem emittebant, dicentes: Gregori auguſte tu vincas: & magis ſonuit vox occidentalium, quam orientalium voces. Et tunc clamabat ſacellarius: Miſit te Deus, ut incendaris in hac urbe. Dicit ſervus: Gratias ago Deo, qui emundat me a ſpontaneis malis per ſupplicium non ſpontaneum. Verumtamen væ mundo ab ſcandalis. Neceſſitas enim eſt, ut veniant ſcandala: væ autem per quem ſcandalum venit. Vere non oportebat ut talia dicerentur in præſentia Chriſtianorum, nec impunitos manere illos, qui talia fingunt ad placendum hominibus, qui hodie ſunt, & cras non ſunt. Hæc ut iſte diceret dum Gregorius adviveret, oportebat, qui & notam illi facere debuit ſuam circa eum devotionem. Juſtum autem eſſet, ſi & vobis quoque videtur, ut accuſator, qui hunc præceſſit, cogeretur abire, ducturus Petrum patricium, & iſte abbatem Thomam, & ille beatum papam Theodorum. Et tunc in præſentia cunctorum dicerem patricio Petro: Dic domine patrici, ſcripſiſti mihi aliquando ſuper his quæ dixit ſacellarius tuus, aut ego tibi? Et cum acquieviſſet, ſub ſupplicio fierem. Similiter & beato papæ: Dic domine, ego tibi aliquando ſomnium enarravi? Et cum conviciſſet me, illius eſſet crimen, non meum, qui videram. Res enim non voluntaria eſt ſomnium. Porro ſola quæ ſunt voluntaria punit lex, ſi dumtaxat ſibi fuerint adverſata. Tunc dicit ei Troilus: Jocaris abba? neſcis ubi ſis? Qui reſpondens ait: Non jocor, ſed lugeo vitam meam hactenus conſervatam, ut hujuſcemodi experimentum præſtigiorum percipiam. Et dicit dominus Epiphanius: Deus novit, bene facit, deludens eos, ſi vera non ſunt. Poſt quem, ſacellarius iterum cum ira dixit ad eum: Abſolute omnes mentiuntur, & tu ſolus verum dicis? Et reſpondens ſervus Dei, audito verbo cum lacrymis ait: Poteſtatem habetis, permittente Deo, & vivificandi, & mortificandi. Verumtamen, ſi iſti veritatem dicunt, & ſatanas natura Deus eſt. Si autem non eſt, ſicut nec eſt, nec iſti veritatem dixerunt. Denique nec merear cum Chriſtianis videre adventum ſuperſubſtantialis Dei, factoris videlicet, conditoris, & creatoris, & proviſoris, ac judicis, & ſalvatoris univerſorum, ſi ſomnium tale aut vidi, aut alio referente audivi, excepta hora hac a domno Sergio dilecto imperii. Dein tertium calumniatorem proponunt, Theodorum filium Joannis dudum candidati, cognomento Chila, qui gener eſt nunc domni Platonis patricii, dicentem: Quia collocutione inter nos Romæ facta de imperio, detraxit quod dicebatur, mutiens & ſubſannationes faciens. Ad quem ſervus Dei dixit: Nunquam diſputavi tecum, niſi ſemel cum ſanctiſſimo presbytero domno Theochariſto & archifratre propter primicerium, juſſus per literas

Matth. 7, 2.

ſuper

ſuper hoc. Quod ſi repertus fuero mentiens, recipiam. Et poſt hunc quartum adducunt Gregorium filium Photini, dicentem: Quia perrexi Romam ad cellulam abbatis Maximi: & me dicente quia & ſacerdos eſt imperator, dixit abbas Anaſtaſius diſcipulus ejus: Non ſit dignus fore ſacerdos. Et ſtatim dicit ad eum ſervus Dei: Time Deum, domne Gregori, nil tale in hujuſcemodi diſputatione conſervus meus locutus eſt. Et cum ſemel projeciſſet in terram, ſenatui dixit: Suſtinete ſervum veſtrum, & omnia dico vobis ſicuti dicta ſunt: & arguat me ſi mentitus fuero. Hic domnus meus Gregorius veniens Romam dignatus eſt venire ad cellulam ſervi veſtri. Quo viſo, ſicuti moris eſt mihi, projeci meipſum in terram, & adoravi eum, & oſculatus ſum, & dixi ei poſt ſeſſionem: Quæ cauſa eſt deſiderabilis adventus domini mei? At ille, Bonus, inquit, & a Deo confortatus dominator noſter, ſolicitudinem habens pacis ſanctarum Dei eccleſiarum, juſſionem fecit ad divinitus honoratum papam, miſſa etiam oblatione ad ſanctum Petrum, hortatus eſt eum, quo ſe præſuli Conſtantinopolitano uniret, quæ mitti per mediocritatem meam dignatum eſt pium ejus imperium: & dixi: Gloria Deo, qui fecit te dignum hujuſmodi miniſterio. Veruntamen ſub quo fieri modo unitatem a Deo coronata ejus juſſit tranquillitas, ſi noſti? Et dixiſti: Sub typo. Et dixi: Impoſſibile, ut opinor, eſt hoc. Non enim patiuntur Romani auferri una cum impuris hæreticorum vocibus ſanctorum patrum luciferas voces, vel ſimul cum mendacio veritatem extingui, aut cum tenebris lumen pariter diſſipari. Nihil nobis quod adoretur erit, ſi divinitus oſtenſorum fuit verborum ablatio. Et dixiſti: Non ablationem ſacrarum typus effecit vocum, ſed taciturnitatem, ut diſpenſemus pacem. Et dixi: Eſt apud divinam ſcripturam taciturnitas etiam demptio. Deus enim per David dixit:
Pſalm. 18. *Non ſunt loquelæ neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum*. Ergo niſi dicantur & audiantur ſermones qui de Deo ſunt, nec omnino ſunt ſecundum ſcripturam. Et dixiſti: Ne mittas me in ſilvas, ego ſancto contentus ſum ſymbolo. Et quomodo, dixi, potes ſancto eſſe contentus ſymbolo, ſuſcipiens typum? Et quid lædet ſuſcipere typum, & dicere ſymbolum? Aſſeruiſti. Ajo, Quoniam evidenter obtruncat ſymbolum typus: Et dixiſti: Quomodo propter dominum? Recitemus, dixi, ſymbolum, & ſcito qualiter obtruncetur a typo. Et cœpiſti dicere: Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium. Attende, dixi, paululum, & diſce qualiter apud Nicæam convenientium fides negetur. Factor enim non eſſet Deus voluntate ac operatione naturali privatus; ſi volens & non coactus fecit cœlum & terram: ſi veritatem profert David in ſpi-
Pſalm. 114. ritu, dicens: *Omnia quæcumque voluit dominus fecit, in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyſſis*. Si autem diſpenſationis gratia una cum credulitate nequam ſalutaris demitur fides, ſeparatio Dei fit omnimoda: ſed non unitas eſt hujuſmodi ſpecies ejus quæ dicitur diſpenſatio. Siquidem cras nefandi Judæi dicent: Diſpenſemus in alterutros pacem, & uniamur, & amputemus nos quidem circumciſionem, vos vero baptiſmum; & non jam invicem impugnemus. Hoc & Ariani aliquando prætenderunt in ſcriptis ſub magno Conſtantino dicentes: Auferamus dictum unius ſubſtantiæ, & alterius ſubſtantiæ, & uniantur eccleſiæ, & non id admiſerunt deiferi patres noſtri, ſed elegerunt potius perſecutionem pati & mori, quam tacere vocem comprobantem unam Patris, & Filii & Spiritus ſancti ſuperſubſtantialem deitatem: & hæc conhibente his qui prætendebant magno Conſtantino, ſicut a multis refertur, qui ea quæ tunc geſta ſunt ſtudioſe ſcripſerunt, & nullus imperatorum potuit mediis vocibus ſuadere deiloquis patribus, ut convenirent in ea quæ ipſi ſectabantur: ſed expreſſis vocibus ac propriis. & dogmati quod quærebatur congruis, uſi ſunt, dicentes liquido, quoniam ſacerdotum eſt quærere ac diffinire de ſalutaribus eccleſiæ catholicæ dogmatibus. Et dixiſti: Ergo non eſt omnis Chriſtianus imperator etiam ſacerdos? Et dixi: Non eſt. Neque enim aſtat altari, neque poſt ſanctificationem panis exaltat eum, dicens: Sancta ſanctis. Neque baptizat, neque chriſmatis confectionem patrat; neque facit epiſcopos, vel presbyteros, aut diaconos: neque linit eccleſias, neque indicia ſacerdotii fert, ſuperhumerale ſcilicet & evangelium, quemadmodum imperii coronam & purpuram. Et dixiſti: Et quomodo ſcriptura regem & ſacerdotem dicit eſſe Melchiſedec? Et dixi: Unius natura regis cunctorum Dei, natura etiam ob ſalutem noſtram pontificis facti, unus erat typus Melchiſedec. Quod ſi ſecundum ordinem Melchiſedec, alium dicis eſſe regem & ſacerdotem; & reliqua præſume dicere, id eſt ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habentem: & adverte quod ex hoc oriri valeat malum. Alius quippe talis reperietur Deus incarnatus ſecundum ordinem Melchiſedec, & non ſecundum ordinem Aaron ſalutem noſtram perficiens. Verumtamen, quid volumus per multa diſcurrere? Inter ſacras oblationes ſupra ſanctam menſam poſt pontifices, & ſacerdotes, & diaconos, omnemque ſacratum ordinem, cum laicis imperatores memorantur, dicente diacone: Et eorum, qui in fide dormierunt, laicorum, Conſtantini, Conſtantis, & ceterorum. Sic autem & vivorum memoriam facit imperatorum poſt ſacratos omnes. Hæc eo dicente, clamat Mennas: Hæc dicens ſcidiſti eccleſiam. Et dicit ad eum: Si is qui dicit ea quæ ſanctarum ſunt ſcripturarum, atque ſanctorum patrum, ſcindit eccleſiam, qui adimit ſanctorum dogmata, quid monſtrabitur eccleſiæ faciens, ſine quibus nec dici ipſam eccleſiam eſt poſſibile? Et converſus ſacellarius dixit hominibus exarchi cum clamore: Dicite exarcho hujuſmodi hominem debebas dimittere vivere ubi præes? Et cum eduxiſſent eum foras, intromittunt diſcipulum. A quo cum exegiſſent, ut diceret contra magiſtrum, quod tribulaverit Pyrrhum: reſpondit quieta voce quæ veritatis erant, quia nemo honoravit Pyrrhum, ut honoravit magiſter meus, & jubetis clamare. Quia vero paſſus non eſt a decenti monachos reverenda voce divertere, jubetur percuti ab his qui aſtabant: & pugnis ſummiſſum ſemimortuum reddiderunt. Quibus dimiſſis ad carceres, venit ad ſenem Mennas, dicens in præſentia principum: Miſit te Deus, & duxit te huc, ut recipias quæcumque in alios feciſti, ſeducens omnes in Origenis dogmata. Ad quem ſervus Dei coram omnibus dixit:

Anathema Origeni, & dogmatibus ejus, & A omni conſentaneo ejus. Et dicit Epiphanius patricius: Deſtructa eſt, domne abba Menna, querimonia, quæ a te adverſus eum illata eſt, quoniam & ſi eſſet Origeniſta, ex quo anathematizavit eum, ab hujuſcemodi ſeſe liberavit querela. Interim ergo tale dictum ſuper eo ulterius non admittam. Et inductus eſt unuſquiſque ipſorum in locum, in quo cuſtodiebatur. Et eadem die circa tactum lucernæ, Troilus patricius, & Sergius Eucratas, qui erat ſuper imperatoriam menſam, venerunt ad ſervum Dei ſenem, & ſedentes juſſerunt etiam illi ſedere: & dixerunt ad eum? Dic nobis, domne abba, motionem dogmatum, quæ inter te & Pyrrhum Romæ & in Africa facta eſt: B & quibus ei verbis perſuaſeris anathematizare proprium dogma, & tuo paciſci. Et enarravit eis omnia per ordinem quæcumque retinere memoria valuit. Addidit autem & hoc, dicens: Ego dogma proprium non habeo, ſed commune catholicæ eccleſiæ. Neque enim movi vocem quamlibet, ut proprium meum dicatur dogma. Et poſt totam narrationem dicunt ei: Non communicas throno Conſtantinopolitano? Et dixit: Non communico. Quamobrem non communicas? dixerunt. Reſpondit: Quia ſancta quatuor concilia ejecerunt per illa novem capitula, quæ facta ſunt Alexandriæ, & per ecthesin, quæ in hac urbe a Sergio patrata eſt, & per typum, qui nuper, id eſt per ſextam eſt C indictionem expoſitus, & quia quæ per illa dogmatizaverunt, per ecthesin damnaverunt: & quæ dogmatizaverunt per ecthesin, per typum irrita ſtatuerunt, & depoſuerunt ſemetipſos toties. Illi igitur, qui a ſeipſis damnati ſunt, & a Romanis, atque a ſynodo, quæ poſt hæc per octavam indictionem facta eſt, ſunt depoſiti, & ſacerdotio denudati, qualia celebrant rogo myſteria? Aut qualis ſpiritus ad ea quæ a talibus celebrantur, advenit? Et dicunt ei: Ergone tu ſolus ſalvaris, & omnes peribunt? Et dixit: Neminem damnaverunt tres pueri non adorantes iconam, cum hanc omnes homines adorarent. Non enim intendebant ea quæ aliorum erant, ſed intendebant quatenus ipſi non D deciderent a vera pietate. Sic & Daniel miſſus in lacum leonum non damnavit quemquam eorum qui non adoraverant Deum ſecundum Darii ſanctionem: ſed quod ſuum erat intendit, & elegit mori, & non cadere a Deo, & a ſua conſcientia, flagellari in prævaricatione eorum, quæ legalia ſunt natura. Mihique Deus non det damnare quemquam, vel dicere quod ſolus ego ſalver. Quantum autem valeo, eligo mori, quam terrorem habere in conſcientia, quod in fide, quæ in Deum eſt, per quemlibet erraverim modum. Dicunt ei: Et quid facies, cum Romani uniti Byzantiis fuerint? Ecce enim heri venerunt apocriſiarii Romani, & cras dominico die communicabunt patriarchæ: ac per E hoc omnibus manifeſtum fit, quod tu ſubverteris Romanos. Denique te illinc ablato, mox conſenſerunt his qui hic ſunt. Et dixit ad eos: Hi qui venere, præjudicium quoquo modo ſedi Romanæ, quamvis communicent, eo quod non tulerint ad patriarcham epiſtolam, non faciunt: & non credo aliquando quod Romani uniantur iſtis, niſi confeſſi fuerint dominum noſtrum & Deum ſecundum utrumque eorum, ex quibus eſt & quæ eſt, eſſe, & naturæ voluntarium, & operatorium habere ſa-

lutis noſtræ. Et dicunt: Quod ſi connexi fuerint his Romani, quid facies? Et dixit: Spiritus ſanctus etiam angelos anathematizat, præter id quod prædicatum eſt quid innovantes. Et ajunt. Utique neceſſitas eſt voluntates dici in Chriſto, & operationes. Reſpondit: Omnis neceſſitas eſt, ſi dumtaxat pie revera ſapere volumus. Nihil enim eorum quæ ſunt, ſine operatione naturali ſubſiſtit. Sancti namque patres manifeſte dicunt, non eſſe, nec ſciri, ſine ſubſtantiali operatione, quæ hanc ſubſtantialiter characterizet: quomodo eſſe Chriſtum, aut agnoſci Deum natura veraciter & hominem eſt poſſibile? Amiſſo quippe ſecundum ſanctos patres fremibili, leo non jam leo: & latrabili, canis non jam canis; & aliud quodcumque, perdito quod ſe naturaliter commendabat, non ulterius eſt quod erat. Et dicunt ei: Novimus vere quod ita ſit: verumtamen ne contriſtes imperatorem, qui propter pacem tantummodo fecit typum: non in ademptionem cujuſquam eorum quæ in Chriſto intelliguntur, ſed ad pacem ſilentium vocum quæ faciebant diſſenſionem, diſpenſans. Et projiciens ſe Dei ſervus in terram cum lacrymis dixit: Non debuerat contriſtari benignus & pius dominus adverſus humilitatem meam: non enim poſſum contriſtare Deum, tacens quæ ipſe nos loqui & confiteri præcepit. Si enim ſecundum ſacratiſſimum apoſtolum ipſe eſt, qui poſuit in eccleſia primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores, perſpicuum eſt quod ipſe ſit qui per iſtos locutus eſt. Per totam ergo ſanctam ſcripturam, tam ſcilicet vetus quam novum teſtamentum, ſanctoſque doctores, ac ſynodos, edocemur voluntatis & operationis tam in divinitate, quam in humanitate, incarnatum Deum eſſe capacem. In nullo enim eorum quibus ut Deus ſcitur, vel eorum quibus ut homo natura cognoſcitur, excepto dumtaxat peccato, eſt imperfectus. Si autem perfectus eſt in utroque, ſicut in nullo ex ambobus eſt minoratus; manifeſte totum ipſius adulterat ſacramentum, qui non confitetur eum eſſe quod eſt, cum exiſtentibus ſibi omnibus naturalibus idiomatibus, ex quibus, & in quibus, & quæ eſſe probatur. Et cum paululum tacuiſſent, & ad invicem innuiſſent, ajunt: Unde potes oſtendere, quod ſanctas ſynodos abjiciant hi, qui ſunt throni Conſtantinopoleos? Qui dicit eis: Jam partim oſtenſum eſt per ea, quæ Romæ locutus ſum ad dominum Gregorium a ſecretis. Et nunc, ſi placet dominatori ut hoc oſtendatur, jubeat dari licentiam indigno ſervo veſtro, & facio notitiam librorum, quoniam mei ablati ſunt: & cunctis hoc manifeſtum facio ſine qualibet pravitate verborum. Et deinde cum alia multa dicta fuiſſent, in ſcripturales, ac naturales, & artificiales converſi ſunt exercitationes & theorias, quibus delectati, hilariores effecti ſunt, & cœperunt dicere: Novit dominus; profecimus, & ex hoc vobis moleſtiam non ingeremus. Porro domnus Sergius dixit ei: Sæpe veni ad cellulam tuam in Bellas, & audivi doctrinam tuam, & Deus auxiliabitur tibi, ne ſolicitus ſis. In uno vero ſolummodo contriſtas omnes, quia videlicet multos facis ſeparari a communione hujus eccleſiæ. Eſt aliquis qui afferat, ait Dei ſervus, quod dixerim, Ne communices eccleſiæ Byzantiorum? Reſpondit dominus Sergius: Hoc ipſum, inquiens, quo ipſe non communicas, magna eſt apud omnes procul dubio vox non communicandi. Et Dei ſervus; Nil, ait, certius eſt

quam

quam conſcientia, quæ accuſat: & nil eo, qui A hæc teſtimonium perhibet, majorem habet fiduciam. Ceterum, cum audiſſet domnus Troilus, quod typus anathematizaretur in toto occidente, dicit ad ſervum Dei: Bonum eſt, quia pii dominatoris noſtri opinio injuriis laceratur? Reſpondit ſervus Dei: Deus ignoſcat his, qui dominatori facere typum perſuaſerunt, & his qui permiſerunt. At ille: Qui ait, ſunt, qui perſuaſerunt, & qui ſunt qui permiſerunt? Reſpondit. Hi qui erant eccleſiæ ſuaſerunt, & principes permiſerunt. Et ecce ſordes a ſordentibus in inſontem & omni hæreſi purum excuſſa eſt. Sed conſilium date, ut faciat quod fecit piæ memoriæ quondam avus ejus. Ille quippe ſentiens, quod in vituperium ejus in occidente B quidam proruinperent, per epiſtolam liberum ſe fecit ab eccleſiæ querimonia, ſcribens; Ecthesis, inquit, non eſt mea: neque enim ego vel dictavi, vel juſſi ut fieret. Sed cum hanc Sergius patriarcha compoſuiſſet ante quinque annos prius quam ab oriente repedaſſem, deprecatus eſt me, cum ad hanc felicem perveniſſem urbem, ut nomine meo proponeretur cum ſubſcriptione: & ſuſcepi deprecationem illius: nunc vero cognoſcens, quod quidam ſuper ea altercarentur, cunctis facio manifeſtum, quia non eſt mea. Hanc fecit juſſionem ad beatum Joannem papam, condemnantem ecthesin in his quæ ſcripſerat tunc ad Pyrrhum. Et ex eo tempore ubique Sergii eſſe dicitur ecthesis. Hoc C faciat & is qui pie in nobis imperat, & permanebit omnino intemerata ab omni reprehenſione opinio ejus. Tunc moventes capita ſiluerunt, hoc tantum dicentes: Omnia difficilia, & perplexa. His itaque & aliis diverſis edictis, adorati & adorantes, cum omni hilaritate diſceſſerunt. Et rurſus alio ſabbato adduxerunt eos in palatium, & introducunt primo diſcipulum ſenis, convenientibus etiam tunc duobus pariter patriarchis. Et ducunt Conſtantinum & Menuam ſenis accuſatores, exigentes a diſcipulo, quo acquieſceret his quæ a ſe dicerentur. Aſt diſcipulus cum fiducia omni ad ſenatum intrepide dixit: Conſtantinum introducitis in ſecretarium palatii? Hic neque presbyter eſt, neque mona- D chus, ſed tribunus thymelicus: innotuit Afris atque Romanis, quales mulierculas paſcens illinc venerit. Nam & omnes didicerunt verſutias ejus, quas exercuit ut lateret, modo quod ſorores ſuæ fuerint dicens, modo quod ne communicarent eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, tulerint eas, affirmans, ne videlicet polluerentur hæretica communione. Verum etſi rurſus ſibi defecerint epulæ, & invenerit locum ſe non agnoſcentem, eadem facit turpis lucri gratia, & ſordidæ voluptatis. Ingenſque confuſio eſt ſaltem loqui cum eo his, qui religioſe vivere volunt. Deinde interrogatus ſi typum anathematizaſſet, intepide dixit: Non ſolum anathematizavi, ſed & libellum feci. Ergone, ajunt E ei principes, confiteris te male feciſſe. At ille: Non tribuat Deus, ut quod bene & ſecundum ritum eccleſiæ feci, dicam factum fuiſſe non bene. Et ſuper multis interrogatus, cum reſpondiſſet ſecundum quod ſibi largitus eſt Deus, educitur de ſecretario. Et introducunt ſenem, & dicit ad eum domnus Troilus; Dic, abba, vide, dic veritatem, & miſerebitur tui dominator. Nam ſi ad legalem inquiſitionem venerimus, & invenerit ſaltem unum verum ex his, de quibus accuſaris, lex occidet te. Et dixit: Jam dixi, & iterum dico. Si unum tantummodo ex his que dicitis, eſt verum, & ſatanas Deus eſt. Si vero non eſt Deus, ſed apoſtata, & ea ſuper quibus accuſor, falſa ſunt, & minime ſubſiſtentia. Verumtamen quidquid jubetis facere, facite. Deum colens non injuriam patior. Et dicit ei: Non anathematizaſti typum? Reſpondit. Multotiens dixi, quia anathematizavi. Et dicit ei: Typum anathematizaſti, imperatorem anathematizaſti. Reſpondit Dei ſervus: Ego, inquiens, imperatorem non anathematizavi, ſed chartam alienam ab eccleſiaſtica fide. Et dicit ei: Ubi anathematizatus eſt a Romana ſynodo? Reſpondit: In eccleſia ſalvatoris, & in Dei genetricis. Tunc dicit ad eum præfectus: Communicas eccleſiæ huic, an non communicas? Reſpondit, & dixit: Non communico. Dicit ei: Quare? Reſpondit: Quoniam foras ejecit ſynodos. At ille: Si foras, inquit, ejecit ſynodos, quomodo in diptychis recitentur? Et dicit: Et qui profectus eſt nominum, cum dogmata ſint ejecta? Et potes, ait, hoc oſtendere? Et dixit. Si accepero licentiam, & juſſeritis, oſtendetur hoc oppido facile. Et tacentibus omnibus, dicit ei ſacellarius: Quare diligis Romanos, & Græcos odio habes? Reſpodens autem Dei ſervus ait: Præceptum habemus, ne quemquam odio habeamus. Diligo Romanos, ut unam mecum habentes fidem: Græcos autem, ut eadem qua ego lingua loquentes. Et iterum dicit ei ſacellarius: Quot annorum dicis eſſe teipſum? Reſpondit: Septuaginta quinque. Et dicit ei: Quot annos habet tecum diſcipulus tuus? Reſpondit: Triginta ſeptem. Tunc unus clericorum exclamavit: Retribuit tibi Deus quæcumque feciſti beato Pyrrho. Ad quem nihil omnino reſpondit. Cum autem tanta in ſecretario dicta fuiſſent, nullus penitus patriarcharum quidquam effatus eſt. Cumque ſermo de ſynodo Romana motus extitiſſet, clamat Demoſthenes: Non eſt firma ſynodus eo, qui hanc celebravit, depoſito. Ad quod ſervus Dei: Non, inquit, depoſitus eſt, ſed expulſus. Nam quæ ſub geſtorum ſerie ſynodica & canonica facta eſt actio continens ejus diligenti relatione depoſitionem? Verumtamen etiamſi canonice depoſitus extitiſſet, non faceret hoc præjudicium his, quæ orthodoxe ſecundum ſacras regulas ſunt firmata: quibus etiam quæ ſcripta ſunt a ſanctæ memoriæ papa Theodoro, congruunt. Et dicit his auditis domnus Troilus: Neſcis quid dicas abba. Quod factum eſt, factum eſt.

Hæc ſunt, quantum memoria retinet, quæ mota & dicta ſunt, & tali ea quæ in illos geſta fuere, terminata ſunt fine; dimiſſo quoque ſancto ſene a ſecreto in carcerem. Poſtera vero die, quæ fuit dominica, concilio facto, hi qui erant eccleſiæ, perſuaſerunt piiſſimo imperatori, hoc eos amaro & inhumano exilio condemnandos, & ab invicem dividendos. Sanctum quidem ſenem penes * Byzohen caſtrum Thraciæ provinciæ: porro diſcipulum ejus apud Perberim, quod exterius nec paſſus pedis Romanorum habet imperium, nudos, ſine proviſione, ſine cauſa, atque omni ad vivendum occaſione carentes, non appropinquantes mari, ne haberent ex miſericordibus viſitationem, & ita ſunt nudi, & ſine alimentis, ſolam habentes ſpem Dei, & hoc omnes Chriſtianos rogantes atque clamantes: Orate * propter dominum, ut conſummet Deus miſericordiam ſuam cum humilitate noſtra, & doceat nos. Nam & ipſi qui cum eo navigant, efferi experimentum accipiunt maris,

* Byzium

* propterea

maris, ventis quidem & fluctibus ſcapha concuſſa, ſed ſtabili penitus permanente. Permittit quippe magnis eos tentari procellis, eorum erga ſe probans affectum, quatenus voce grandi exclament: *Domine ſalva nos, perimus*: diſcantque omnia illi ſoli adſcribere, quæ ſuæ noſcuntur eſſe ſalutis: & ne confidentes ſint in ſe, tranquillitatemque conſequantur magnam, ventis ſedatis & fluctibus: & in medium eos luporum dat & per anguſtam portam intrare, & per arctam incedere ſemitam jubet: & famem, ac ſitim, & nuditatem, & vincula, & carceres, & abductiones, & verbera, & crucem & clavos, & acetum, & fel, & ſputa &, alapas, & colaphos & ludibria proponit, & paſſionem, & mortes multimodas, quorum finis ſplendidiſſima eſt reſurrectio, ferens ſecum pacem his qui propter illum perſecutionem ſunt paſſi, & aſcenſum in cœlos, & aſcenſum ad paternum & ſuperſubſtantialem thronum, & ſortem quæ eſt ſuper omnem principatum, & poteſtatem & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, ſive in hoc ſæculo, ſive in futuro. Cujus participes efficiamur omnes, orationibus & interceſſionibus ſuperlaudabilis & præ omnibus venerabilis & glorioſæ, proprie ac natura Dei genitricis, ſemperque virginis Mariæ, ſanctorumque apoſtolorum, prophetarum, ac martyrum. Amen.

Matt. 8 & 25.

*Ejuſdem ſancti abbatis Maximi ad Anaſtaſium monachum diſcipulum ſuum.*

HEri, quod fuit octavadecima menſis dies, qua ſolemnitas agebatur ſanctæ mediæ pentecoſtes patriarcha ſignificavit mihi dicens: Cujus eccleſiæ es, Conſtantinopolitanæ, Romanæ, Antiochenæ, Alexandrinæ, an Hieroſolymitanæ? Ecce omnes una cum ſubditis ſibi provinciis adunatæ ſunt. Igitur ſi es catholicæ eccleſiæ, unire, ne forte extraneam & novam viam converſatione tua reperiens, patiaris quod non ſperas. Ad quos dixi: Catholicam eccleſiam Deus omnium eſſe prænunciavit, rectam & ſalutarem fidei in ſe habitæ confeſſionem, Petrum beatum dicens in quibus ſe bene confeſſus eſt. Verumtamen diſcam confeſſionem, ſupra quam omnium eccleſiarum facta eſt unitas, & ab eo quod bene geſtum eſt nequaquam alienabor. Et ajunt: Licet non habeamus ſuper hoc juſſionem, dicimus, ut efficiaris peritus inexcuſabilis. Duas fatemur operationes ob diverſitatem, & unam propter unitionem. Duas propter unitatem aſſeritis factas: an præter has dixi aliam? Non, inquiunt: ſed duas unam propter unitionem. Caruimus, dixi, rebus, nobiſmetipſis ſine ſubſiſtentia fidem, & ſine exiſtentia Deum fingentes. Si enim in una confundimus duas propter unitionem, & rurſus in duas ſeparamus unam propter differentiam, non erit unalitas, neque dualitas: operationibus invicem ſeparatis ſemper, & patrantibus inoperativum & penitus inſubſtantivum eum cui inerant. Quod enim ex natura nullum habet qui auferri poſſit, vel aliqua ratione viciſſitudinis commutari & intercidere motum, omni caret ſubſtantia ſecundum patres, non habens operationem ſubſtantialiter ſe characterizantem. Hoc itaque dicere nequeo: neque enim ſic edoctus ſum a ſanctis patribus confiteri: quod libuerit vobis, poteſtativi cum ſitis, facite. Ergo audi, dixerunt. Viſum eſt dominatori & patriarchæ per præceptum papæ Romani, ut anathematizeris niſi obedias, & deſtinatam ab eis perferas mortem. Quod a Deo ante omne diffinitum eſt ſæculum, finem accipiat, ferens ſibi gloriam ante omne ſæculum ſcitam, illis cum hæc audirem, reſpondebam. Et ut cognoſcas, & additamentum orationis & deprecationis facias Deo, manifeſta tibi quæ denunciata ſunt mihi exhibui: rogans quatenus hæc domno Thio, & ſanctis patribus, qui illic ſimul cum eo ſunt, nota conſtituas ejuſdem gratia.

*Ejuſdem ſancti Anaſtaſii monachi diſcipuli ſancti abbatis Maximi ad commune monachorum apud Caralim conſtitutorum collegium.*

MUlta ſcribere nos etiam præter votum tempus prohibuit. Omnia vero in uno nota facimus verbo ſanctiſſimis vobis. Hi qui alterius ſunt partis diffinitione immobili ut eſt, & propriæ maxime profeſſionis conſtitui paternam non malunt doctrinam, ſed alterius impelluntur opinionibus, quas & dinumerare operoſum de cetero duco. Modo ergo ab inexiſtentia ad inconvenientiam tranſlati ſunt: id eſt ex eo quod neque unam, neque duas dicunt, ad prædicandum duas & unam, id eſt tres in uno eodemque Chriſto voluntates & operationes traducti: quod neque patrius, neque ſynodicus, neque phyſicus ſermo decrevit: ſed neque priſcorum & deinceps hæreticorum furor eatenus adinvenit, ſciens inanem tanquam vitio proprio corruptam eamdem opinionem. Si enim diverſæ ex diverſis compoſitum ſubſtantiis characterizant naturaliter proprietates, utpote nullatenus adempta naturarum diverſitate propter unitionem, ſed ſalva potius proprietate utriuſque naturæ, & in unam perſonam & unam ſubſiſtentiam concurrente, quemadmodum ſancta Chalcedonenſis ſynodus ait, & is Deum ex Deo Patre, & homo ex homine ſemper virgine matre, idem ipſe exiſtens cognoſcitur juxta naturam natus, quamquam incorporaliter & ſine cauſa; corporaliter autem ex hac propter cauſam, ſalutem videlicet noſtram: quomodo poſſibile eſt unam eamdemque perſonam, id eſt unum eumdemque Chriſtum dominum noſtrum & Deum ſuper duas etiam alia ſecundum ipſos proprietate naturaliter figurari, ad certitudinem eorum, ex quibus, & in quibus, & quæ eſt: Si enim eædem creduntur etiam per aliam, id eſt per tertiam, quæ & per dualitatem, voluntates & operationes ejus, quæ ſecundum naturam ſunt: neceſſe eſt ut identitate exhibitionis indiſſimilitas cognoſcatur exiſtentiæ & ſit idem duabus una, id eſt alterutris tres, ſive naturales, ſive ſubſtantiales. Verum, naturales quidem non, ſed ſecundum illos ſubſiſtentialis, aggregentque ob hæc adverſus eum jam aut tres ſubſtantias, aut totidem ſubſiſtentias, & ſecundum ipſum æqui numeri proprietates, increatam videlicet & creatam, & neutram, id eſt inexiſtentem. Inexiſtens enim eſt, quod neutrius per naturam participatur, ita ut etiam identitate, quæ ad eam, id eſt tertiam eſt, ſecundum illos inexiſtentes ſint & duæ naturæ: & naturales ipſius voluntates & operationes. At vero ſi non eadem, ſed alia, exceptis his ex quibus eſt credendus, in eo per tertiam ajunt, eumdem ſecundum eamdem rurſus proferunt inexiſtentiam, velut is qui medius inter neutram harum exiſtat, increatam ſcilicet natura ſua, & creatam ſubſtantiam atque virtutem: aut enim ſubſiſtentialem volunt hanc eſſe, aut com-

compoſitam, aut deivirilem, aut unitoriam propter adunationem. Nam non ſolum, ut dictum eſt, hanc non exiſtentem introducunt, quod ſecundum nihil eorum ex quibus eſt natura hunc characterizet: verum etiam a naturali cognatione, quam habet cum Deo & Patre, reddunt externum. Minus enim dicendum, quia perhibent eum etiam a congenita proprietate, quam habet ad intemeratam matrem & & virginem, alienum: quaſi ſecundum neutrum horum habeat compoſitam, aut ſubſiſtentiam, aut deivirilem, aut unitoriam propriam voluntatem & operationem. Verum Patris quidem incompoſitam ſine principio habet, & ſubſtantialem atque divinam; matris vero creatam natura & humanam. Deinde etiam diviſas naturas, ex quibus ipſe eſt inferunt, quaſi per operationem, & non per ſubſiſtentiam ſibi unitas innoteſcat, ſi propter unitatem unam operationem dogmatizent: quod hi qui in diviſione corrupti ſunt dicunt, affectuoſam hanc eſſe operationem fabuloſe fingentes. Sic autem & confuſioni locum tribuentes, & deivirilem ſecundum Severum male interpretantur, unam hanc, ſed non duas ſecundum unitionem divinam naturam & virilem ſignificare contendentes, & hanc deiviri quamdam naturam, ſed non virum factum Deum ſibimet ſubinducunt. præſertim cum hoc prævidens etiam vere deiphantor Dionyſius, non unam vocaverit hanc, ſed nova quadam deivirili nobis eum dixerit operatione converſatum. Oſtendens non alteram ab altera disjunctam, ſed ambas per alterutras, & alterutris connaturaliter adunatas, in eorum ex quibus, & in quibus & quæ erat, certitudinem proferenda. Et ut paterne dicamus, cum alterius communione horum utrum; Ita ut mirabiles quidem paſſiones, compaſſibilia vero procul dubio miracula cognoſcantur, per omnimodam coaptationem eorum, quæ ab eo naturaliter geſta ſunt. Dupla enim omnia, & vera om-

A nia, & unita omnia prædicant in eo qui duplici eſt natura, ea quæ ſecundum naturam ſunt, Dei præcones & patres noſtri. Quibus, ut dictum eſt, ſuum corrigere nolentes ſermonem, adhuc & ſenioris Romæ propriæ conſentire ſectæ coegerunt apocriſiarios, unam ſuper duas, id eſt tres ſecum prædicandi in eodem domino noſtro Jeſu Chriſto voluntates & operationes, ſimilem ſcientiæ ligno guſtum commiſcentes, quemadmodum & iſti fidem ex bono & malo proferunt affectantibus. Unde & talibus circumvenientes literis, ei qui miſerat mittunt. Quia ergo in magno propter hæc periculo ſunt res pene totius catholicæ & apoſtolicæ Dei eccleſiæ conſtitutæ, pro ea deprecamur, B & obſecramus ſanctiſſimos viros, ne hanc deſpiciatis periclitantem, ſed adjuvetis tempeſtatibus laborantem, ſcientes in tempore tribulationis dilectionem, quæ in Spiritu ſancto eſt naſci: & ſi poſſibile eſt vos tranſite citius, quaſi alia pro cauſa, ad ſenioris Romæ pios & firmos ut petram viros, qui videlicet vobiſcum tutores noſtri ſunt ſemper & propugnatores ferventiſſimi veritatis, obſecrare hos ſupplicatoriis vocibus & lacrymis pro omnibus Chriſtianis, quatenus mercedem a domino ſortiantur: omnibus ſimiliter & ſibimet abſque novitate recens inventa ſervantes orthodoxam fidem, nihil ſuper ea minus pluſve ſuſcipientes vel approbantes, præter quæ diffinita ſunt a ſanctis patribus ac C ſynodis, ut boni ſtudii ſui æmulatione hoc maximum cum Dei auxilio directe proſequentes opus, cum illis ſive nunc, ſive in die judicii, dominum habeant debitorem, quem nimirum habuerunt in talibus creditorem, non aliud quid præter ſe, ſed ipſum totum, totis vobis, atque illis in æternas delicias & refectionem donantem quem & nos habere adverſus Arianos qui continuantur hic ſupplicare Deo, beati & noſtræ ad Deum deductionis prævii, cum ſimus egeni, pauperes, & indigni ſervi veſtri.

ANNO CHRISTI 655. * 656.

# VITA, EPISTOLÆ ET DECRETA VITALIANI PAPÆ.

ANNO CHRISTI 655. * 656.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 490.

[a] VITALIANUS, natione [b] *Signienſis*, provinciæ Campaniæ, de patre Anaſtaſio, [c] ſedit annos 14. menſes * ſex. [d] Hic direxit reſponſales ſuos cum ſynodica juxta conſuetudinem in regiam urbem, apud piiſſimos principes, ſignificans de ordinatione ſua. Et dum ſuſcepti eſſent renovantes privilegia eccleſiæ reverſi ſunt, quorum * clementia * per eoſdem miſſos direxerat beato Petro apoſtolo, & evangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis in circuitu * ornatus. Hic regulam eccleſiaſticam, atque vigorem, ut mos erat, omnimodo conſervavit. [e] Hujus temporibus venit Conſtantinus Auguſtus de regia urbe per litoraria in Athenas, & exinde Tarantum inde Beneventum, & Neapolim per indictionem 6. Poſtmodum venit Romam, id eſt, die 5. menſis Julii feria 4. in indictione ſupraſcripta, & [f] oc- D currit ei obviam apoſtolicus cum clero ſuo milliario (a) ſexto ab urbe Roma, & ſuſcepit eum. Et ipſa die ambulavit imperator ad ſanctum Petrum ad orationem, & donum ibi obtulit. Die ſabbati ad ſanctam Mariam, itemque donum obtulit. Dominico die proceſſit ad ſanctum Petrum cum exercitu ſuo. Omnes cum cereis (b) exierunt obviam ei, & obtulit ſupra altare illius * pallium auro textile, & celebratæ ſunt miſſæ. Iterum ſabbati die venit imperator ad Lateranas, & * lavit ſe, & ibidem pranſit in baſilica (c) Julii. Item dominico die fuit ſtatio ad ſanctum Petrum, & poſt miſſas celebratas, valefecerunt ſibi invicem imperator & pontifex, duodecim dies in civitate E Romana perſeverans. Omnia quæ erant in ære ad ornatum civitatis depoſuit, ſed & eccleſiam beatæ Mariæ ad martyres, quæ (d) de regulis æreis

* quinque minus diebus 4.

* principum.

* ornata.

* palliam auro textilem.

* lotus ibidem pranſus eſt.

(a) *V.* (b) *exierunt obviam ei*, deeſt. (c) *Vigilii.*
(d) *de regulis.*

æreis erat cooperta, diſcooperuit, & in regiam urbem, cum aliis diverſis quæ depoſuerat, direxit. Et poſtmodum ſecunda feria egreſſus de civitate Romana, reverſus eſt Neapolim. * Inde terreno itinere perrexit Rhegium, ingreſſus Siciliam per indictionem 7. Ex habitavit in civitate Syracuſana, & talem afflictionem poſuit in populo, ſeu habitatoribus, vel poſſeſſoribus provinciarum Calabriæ, Siciliæ, Africæ, Sardiniæ, per diagrapha, ſeu capita, atque nauticationes per annos plurimos, quales a ſæculo nunquam fuerant, ut etiam uxores a maritis, vel filios * a patre (a) ſepararent, & alia multa inaudita perpeſſi ſunt, ut alicui ſpes vitæ non remaneret, ſed & vaſa ſacrata, vel cimelia ſanctarum Dei eccleſiarum tollentes nihil dimiſerunt. [h] Et poſtmodum 15. die menſis Julii per (b) 11. indictionem prædictus imperator in balneo occiſus eſt. [i] Et non poſt multum temporis antedictus ſanctiſſimus vir vitam finivit. Fecit autem ordinationes quatuor, presbyteros viginti duos, diaconum unum, epiſcopos per diverſa loca * nonaginta ſeptem. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum ſub die ſexto Kalendas Februarii, & ceſſavit epiſcopatus menſes duos, dies 13.

* Inde mari Tyrrheno perrexit Regium,

* a parentibus

## Notæ Severini Binii.

Vitalianus quando pontifex factus. * 616. Tempus ſedis ejus.

a *Vitalianus.* ) Ultima menſis Auguſti, anno domini * 655. in locum Eugenii ſucceſſit Vitalianus, patria Signinus. Hujus temporibus orientales Saxones fidem ſuſceperunt. In Anglia de tempore paſchatis celebrandi graviſſime diſceptatum fuit.

b *Signienſis.* ) Sic dictus a Signia civitate apud Hernicos, longe ab urbe trigeſimo lapide in via Lavicana ſita.

c *Sedit annos 14. menſes ſex.* ) Menſes quinque minus quatuor diebus poſt annos 13. ſediſſe, patet ex initio & fine ſuſcepti pontificatus.

d *Hic direxit reſponſales ſuos.* ) Eadem legatione Vitalianus literas dedit ad Petrum Conſtantinopolitanum epiſcopum, hortans eum ad fidem catholicam amplexandam: ad quam ille reſcribens ait, ſe iſta profiteri, quæ veteres patres docuerunt: quod ut confirmaret, eorum teſtimonia, (quamquam non ſatis fideliter) mutatis verbis annexuit. Id quod a Græcis & Latinis ſimul animadverſum fuit decimatertia actione ſextæ ſynodi, quando ibidem hæc relegerentur.

Conſtans oblatis donis ſimulat ſe catholicum

e *Per eoſdem miſſos direxit Conſtans B. Petro evangelia aurea cum gemmis,* &c. ) Imperator callidus hæc dona obtulit eccleſiæ, ut ſe catholicum & cum Romana eccleſia communione conjunctum eſſe fingeret; idque propterea, ut ſibi conciliaret Romanum populum, totumque occidentem, quem a ſe tanquam ab hæretico & perſecutore averſum eſſe ſciebat. Ex eo quod Vitalianus pontifex munera eccleſiæ oblata acceptarit, probabile videtur quod una cum muneribus orthodoxæ fidei profeſſionem emiſerit: cum alioquin oblationes ab hæreticis factas eccleſia recuſare conſueverit. Baron. anno 655. num. 2. 3. & 4.

f *Hujus temporibus Conſtans venit Romam.* ) Anno pontificatus Vitaliani 9. Conſtantis imperii 22. Chriſti nati 563. ut patet ex Paulo diacono lib. 5. cap. 6. 7. 11.

Qua pompa pontifex Conſtantem imperatorem Romam venientem exceperit.

g *Occurrit ei obviam apoſtolicus cum clero ſuo.* ) Imperator, qui poſt S. Martinum relegatum germanum fratrem occiderat, ſecundum rigorem canonum non illa humanitate acceptandus, ſed potius ab omnium eccleſiarum aditu arcendus fuiſſet, ſi non cum imperatore reconciliato, & ad unionem eccleſiæ reducto, totius orientalis ſchiſmaticæ eccleſiæ unionem futuram pontifex ſperaſſet: quod deinceps vere factum eſſe, ex iis patebit quæ infra de ſucceſſore ejus filio Conſtantino Pogonato dicemus. Baron. ann 663. num. 4. & 5.

Conſtans quando interfectus. Conſtans parricida.

h *Et poſtmodum die 15. Julii indictione 11. in balneo occiſus eſt.* ) Anno imperii ſui 27. Chriſti nati 668. Scribunt de eo Theophanes in annalibus, & Cedrenus in compendio, quod anno decimooctavo ſui imperii Theodoſium fratrem germanum diaconum ſacrum interfecerit: qui poſt mortem frequenter apparens habitu diaconi poculum ſanguine plenum ei porrexerit, & dixerit: *Bibe frater.* Cujus viſionis acerbitate victus abierit in Siciliam. Poſt occiſum Conſtantem, rebellione quorumdam, Mezentius quidam imperium invadit. Conſtantinus Pogonatus (ideo ſic nominatus, quod Byzantio ſolvens, tenera adhuc lanugine fuiſſet, & e Sicilia promiſſam barbam, ut Zonaras ait, retuliſſet) Vitaliani papæ ſuppetiis fretus expulſo tyranno parenti ſuccedit. Qua de cauſa rogavit eum pontifex ſanctiſſimus, ut qui auxilio Dei viciſſet tyrannos, jam etiam ſuperaret hæreticos eccleſiam Dei acerrime infeſtantes. Detulit imperator precibus Vitaliani hoc in primis, ut quoadusque motus bellorum ingruentium componerentur, res hæreticorum ſilentio ſopirentur. Vide Baron. ann. 668. num. 1. & 2.

Cur nominetur Pogonatus. Conſtantinus fit imp.

i *Et non poſt multum temporis antedictus vir ſanctiſſimus vitam finivit.* ) Anno Chriſti * 669. qui eſt Conſtantini Pogonati imperatoris annus 2. In Græcorum ſacra diptycha relatum Theodorus Conſtantinopolitanus epiſcopus Monothelita initio & invito imperatore expunxit, ut conſtat ex epiſtola Conſtantini ad Donum papam.

Vitalianus obiit. * imo 671. 27. Ian.

# EPISTOLA I. VITALIANI PAPÆ
## AD PAULUM ARCHIEPISCOPUM CRETENSEM.

Arguit eum, quod Lappæ epiſcopum injuſte damnaverit, & ad ſedem apoſtolicam provocantem non dimiſerit. Dictum epiſcopum priſtino honori reſtituens, quæ contra illum acta fuerant declarat.

*Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei Paulo archiepiſcopo Cretenſi.*

DEcimonono die menſis Decembris præſentis 11. indictionis Joannes epiſcopus Lappæ urbis intra baſilicam venerabilem beati principis apoſtolorum Petri nobis obtulit petitionem: per quam nos obnixe poſtulavit, atque conjuravit per terribilem, inquiens, adventum magni Dei atque ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ut ſecundum ſacratiſſimos canones, inſtitutaque ſanctorum patrum ejus cauſæ meritum requireremus, & ſententiam promulgaremus. Obtulit illico & ſententiam apud tuam fraternitatem confectam ſubſcriptamque ejus eorumque epiſcoporum manibus. Igitur poſt aliquos dies ad ejus preces coacervari cœtum in hac urbe Romana antiſtitum fecimus, ut nobiſcum conſidentes & petitio ejuſdem epiſcopi, & acta ſacerdotaliter cognoſcerentur. Dum ergo eſſet in hac Romana urbe congregata eadem ſynodus epiſcoporum pro hujuſmodi negotio audiendo vel faciendo, ſtatim nobis nunciata ſunt ejuſdem exemplaria actionis, a tua fraternitate directa; quæ ſuſcipientes, atque conferentes invicem, ita invenimus contineri in verbis & ſenſibus, ſicut ea quæ nobis præfatus epiſcopus obtulerat, ſubſcripta manu epiſcoporum, & tuæ dilectionis. Quamobrem admirati ſumus, quia per ſuum clericum hanc vobis minime direxerit. Si enim forſitan tempus hoc prohibuit incongruum, cur abſque ſuo ſcripto hanc uſque nos minime direxit. Cumque recenſita eſſet ſententia coram noſtris fratribus epiſcopis, viſum nobis eiſque eſt, quod non ſecundum timorem Dei neque ſecundum inſtituta patrum, ſacroſque canones, ejuſdem Joannis antiſtitis Lappæ eſt cauſa cognita & terminata, vel pœnalibus ſubmiſſa ejus perſona. Propterea non leviter contriſtati ſumus, maxime quia & ſub cuſtodia miſſus eſt idem Joannes antiſtes Lappæ diebus aliquot, & exinde adducebatur in ſecretarium tuæ fraternitatis, ut quod velles, inquit, loqueretur, ac rurſus ſub cuſtodia ducebatur ad clauſuram, ſicuti habet confeſſio defenſoris tuæ dile-

(a) *Separarentur.* (b) XII.

dilectionis in ſententia ab eo facta; inſuper & A hortabatur contra canonum juſſa, contraque legum inſtituta exiſtens, ut daret fidejuſſorem. Deinde oportebat tuam fraternitatem ſecundum canonum vigorem, tempore, quo ſe petiit ad nos venire, eum abſolvere tuis literis: quem non ſolum noluiſti canonice abſolvere ad principis apoſtolorum limina, ſed magis reſpondiſti ei indecenter, inquiens: Quia non competenter quæris. Quæ ergo ſancti ſanxerunt patres, indecentia ſunt? An placentia tibi decentia ſunt? Igitur præfatum Joannem antiſtitem * æque inculpabilem reperientes, juxta textum ſententiæ a te nobis directæ, fecimus nobiſcum cum epiſcopis ad miſſarum ſolennia in eccleſias Dei præcedere. Itaque ſtatuimus B atque firmamus per hujus noſtræ præceptionis auctoritatem, omnia quæ a te tuaque ſynodo contra canonum inſtituta contraque legum decreta geſta confectave ſunt, vel ſententiam promulgatam adverſus eum, inania & vacua eſſe: ſed quidquid claruerit eum damnificatum, ejuſdemque eccleſiam a quoquam, ei tua dilectio faciat reddi, per omnia conſervans eum abſque damno. Denominatum enim Joannem, utpote innocentem exiſtentem, cum præſenti noſtra præceptione abſolvimus hinc, ut ſicut ceteri tuæ dilectionis epiſcopi, & is ſuæ eccleſiæ utilitate cum Dei peragere timore, ſacratumque regularum inſtituere debeat morem. Oportebat denique, dilectiſſime frater, oporte- C bat nos ſimilia ſimilibus retribuere. Sed hæc magis per ignorantiam opinamur geſta eſſe, quam per calliditatem. Propterea quæ præcipimus tibi ſecundum Deum, & propter dominum, tuæque ſynodo, ſtude illico peragere, ne cogamur non miſericorditer, ſed ſecundum virtutem ſacratiſſimorum canonum converſari. Scriptum namque eſt: *Dominus inquit: Petre, rogavi pro te, ut non deficeret fides tua: & tu aliquando converſus, confirma fratres tuos.* Et rurſum: *Quodcumque ligaveris, Petre, in terra, erit ligatum & in cælo: & quodcumque ſolveris in terra, erit ſolutum & in cælo.* Poſtquam vero noſtram præceptionem tua dilectio relegerit, hanc præſenti portitori Ioannis epiſcopi nimi- D rum reddat pro ſui ejuſdemque eccleſiæ munitione. Data die VI. Kalendas Septembris indictione II.

* Edit. Rom. æque.

## II. AD VAANUM CUBICULARIUM IMPERATORIS.

Cum Joannes Lappæ epiſcopus contra canones fuerit condemnatus, cupit ut ejus opera ſuæ eccleſiæ reſtituatur.

*Vitalianus Vaano cubiculario & imperiali chartulario.*

SEmper celſitudo veſtra piis hominibus præbuit concurſum, ſemperque irreprehenſibiliter viventibus tribuit libenter opem. Ideoque congruum prævidimus, per præſentia noſtra ſcripta, Ioannem antiſtitem eccleſiæ Lappenſis, ſitæ in inſula Creta, ei in omnibus commendare: quatenus divina ope prævia, ejuſque ſuffultus ſuffragio, valeat ad ſanctam celeriter remeare eccleſiam. Per Septembrem enim menſem præſentem, II. indictione, in hac Romana urbe ad apoſtolorum noſtri culminis protectorum limina veniens, obtulit nobis petitionem, per quam ſuppliciter precatus eſt nos, ut A ejus cauſæ meritum cognoſcentes, canonice terminaremus. Obtulit denique nobis & ſententiam, quam promulgavit ejus metropolitanus cum ſuis epiſcopis adverſus eumdem Joannem, volens eum oſtendere reprehenſibilem, per quam eum contra canonum decreta pœnalibus ſubmiſit. Cujus exemplar & idem ejus metropolitanus nobis direxit. Propterea facientes congregari epiſcopos in hac urbe, ejus cauſa eſt cognita, relecta videlicet petitione ejus. Et præfata ſententia ab eodem metropolitano ejus nobis directa, viſum nobis eſt, non ſecundum ſacros canones eamdem eſſe ſententiam promulgatam. Ideoque eam inanem atque vacuam ſtatuimus fore, decernentes eumdem Joannem B innocentem exiſtere, & abſque aliqua culpa eam ab ejus metropolita querimur ſubiiſſe; quem merito abſolvimus ad ſuam eccleſiam regredi, ſcribentes ejus ſæpius nominato metropolitæ, ut quæ per ſimplicitatem egerit in ejus perſonam contra canonum decreta, eſſent vacua & inania. Eumdem itaque Joannem (ut dictum eſt) antiſtitem, veſtræ eximiæ caritati per has noſtras literas commendantes, hinc abſolvimus, ad veſtra nimirum ambulaturum veſtigia: & ut exinde rurſus cum ſuis ſcriptis eum abſolvere feſtinet, quæſumus, ad ſuam eccleſiam; commendantes eum, quibus præviderit, ut illæſus debeat eſſe. Profecto enim una mecum cunctis diebus vitæ ſuæ & ipſe pro veſtræ excellentiſ- C ſimæ caritatis proſperitate ac longævitate deprecabitur dominum. Data die VI. Kal. Februarii indict. II.

## III. AD PAULUM EPISC. CRETENSEM

Ut epiſcopo Lappæ occupatas eccleſias reſtituat: diaconum, qui uxorem duxit, & in duabus militat eccleſiis, corrigat: tum a ſe Eulampium, qui male audiebat, dimittat.

*Vitalianus Paulo epiſcopo Cretenſi.*

AD cognitionem tuæ dilectionis congruum prævidimus producere, eo quod Joannes D epiſcopus Lappenſis eccleſiæ nobis ſuggeſſerit, aſſerens ejus parochiæ pertinentia monaſteria, unum quod appellabatur Palea, & alterum quod vocatur Arſilli, a tua eccleſia eſſe invaſa. Ideoque, ſi ita eſt, hortamur tuam cariſſimam fraternitatem, ut ei ſecundum terminos ſanctorum canonum reddi faciat: quia unicuique quod juſtum eſt volumus conſervari, maxime a noſtris fratribus. Cognovimus denique, quod quidam diaconus, nomine Joannes, poſtquam conſecratus eſt miniſter, accepiſſet uxorem: & non ſolum hoc, ſed & in duabus eccleſiis militet. Ideoque, ſi ita eſt, hoc tua dilectiſſima fraternitas pro Dei amore corrigat, ne denuo hujuſmodi nefas proveniat adinſtar male viven- E tium. Deinde cognovimus, quod quemdam curialem, nomine Eulampium, habeat quaſi conſiliarium. Non enim, ut nobis ſuggeſtum eſt, eum conſtat eſſe bonæ vitæ. Ille enim quotidie, ut fertur, inter fratres zizania ſeminat, ut de eorum diſcordia marſupium impleat. Quamobrem, ſi ita eſt, hortamur tuam fraternitatem, eum a ſe projicere, ut ejus opinio coram Deo & hominibus floreat. Data ut ſupra.

## IV. AD GEORGIUM EPISC. SYRACUSAN.

Ut Joanni epiſcopo Lappenſi faveat.

*Vitalianus Georgio epiſcopo Syracuſano.*

GEſta, ſive ſententiam a tua fraternitate directam, dilectiſſimo filio noſtro Gaudentio primicerio ſcribente, eam ſibi ab antiſtite Cretenſis inſulæ tranſmiſſam, pro cauſa epiſcopi Lappenſis eccleſiæ, ſuſcepimus; ſcribentes ei quamobrem admirati ſumus, cur ipſe Cretenſis antiſtes nobis aut per ſuum clericum hanc minime direxerit, aut per ſua ſcripta non indicaverit quæ erant neceſſaria. Præfatus enim Joannes Lappenſis eccleſiæ, hujuſmodi ſententiam manus ejus metropolitæ epiſcoporumque ſubſcriptam, cum ſua nobis obtulit petitione, poſtulans ſuæ cauſæ meritum canonice requiri. Cujus precibus moti, pro tali re in hac urbe fecimus congregari ſynodum, ut cognoſceretur hujuſmodi negotium. Cumque eſſet congregata, relecta eſt nimirum petitio Joannis præſulis, ac ſententia a tua directa fraternitate: quibus nobis eiſque viſum eſt non ſecundum ſacratiſſimos canones, neque ſecundum inſtituta patrum, eſſe eadem geſta promulgata adverſus prænominatum Lappenſis eccleſiæ epiſcopum. Idcirco decrevimus, eam, per noſtræ præceptionis auctoritatem, eſſe inanem & vacuam, abſolventes eum ad ſuam eccleſiam remeare cum noſtra præceptione ad eumdem ejus metropolitam facta. Ideoque eo illic ad tuam fraternitatem ſe conjungente, ei ita concurrat, ut cum literis commendatitiis domini excellentiſſimi Vaani filii noſtri imperialis cubicularii & chartularii, ad ſuam eccleſiam proſpere revertatur. Viva enim voce pro ſua cauſa ſubtiliter tuæ fraternitati, dum ab ea requiſitus fuerit, profecto indicabit, oſtendens ei exemplar præcepti noſtri, ad Cretenſem metropolitam directi. Præterea & Silvinus tibi * intimandum omnia prædicantes ne modum tranſgredi literarum cerneremur. Data ut ſupra.

* al. intimabit omnia prædicta, ut

## V. AD OSVUI REGEM NORDANHUMBRORUM.

EJUS DE PASCHATE JUDICIUM EXPETENTEM.

Gratulatur gentes ſui regni ad fidem converſas, utque paſcha ceteraſque apoſtolorum traditiones obſervari, totamque inſulam Deo dicari curet, & reliquias ſanctorum ei mittit.

*Domino excellentiſſimo filio Oſvuio regi Saxonum Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Beda ibidem. Zelum regis laudat & accendit.

DEſiderabiles literas excellentiæ veſtræ ſuſcepimus, quas relegentes, cognovimus ejus piiſſimam devotionem, ferventiſſimumque amorem, quem habet propter beatam vitam. Et quia dextra domini protegente ad veram & apoſtolicam fidem ſit converſus, ſperans, ſicut in ſua gente regnat, ita & cum Chriſto in futuro conregnare. Benedicta igitur gens, quæ talem ſapientiſſimum & Dei cultorem promeruit habere regem. Quia non ſolum ipſe Dei cultor exiſtit, ſed etiam omnes ſubjectos ſuos meditatur die ac nocte ad fidem catholicam atque apoſtolicam pro ſuæ animæ redemptione converti. Quis enim audiens hæc ſuavia non lætetur? Quis non exultet & gaudeat in his * operibus? Quia & gens veſtra Chriſto omnipotenti Deo credit, ſecundum divinorum prophetarum voces, ſicut ſcriptum eſt in Iſaia: *In die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur.* Iſai. 11. Et iterum: *Audite inſulæ, & attendite populi de longe.* Iſa. 49. Et poſt paululum: *Parum, inquit, eſt ut mihi ſis ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſrael convertendas. Dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ.* Et rurſum: *Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt.* Ibidem. Et poſt puſillum: *Dedi te in fœdus populi, ut ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas, & diceres his qui vincti ſunt: Exite; & his qui in tenebris: Revelamini.* Et rurſum: *Ego dominus vocavi te in juſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſervavi, & dedi te in lucem gentium, & in fœdus populi, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum de domo carceris ſedentem in tenebris.* Iſa. 42. Ecce, excellentiſſime fili, quam luce clarius eſt, non ſolum de vobis, ſed etiam de omnibus prophetarum gentibus, quod ſint crediture in Chriſto omnium conditorem. Quamobrem oportet veſtram celſitudinem, utpote membrum exiſtens Chriſti, in omnibus piam regulam ſequi perenniter principis apoſtolorum, ſive in paſcha celebrando, ſive in omnibus quæ tradiderunt ſancti apoſtoli Petrus & Paulus, quia ut duo luminaria cœli illuminant mundum, ſic doctrina eorum corda hominum quotidie illuſtrat credentium.

* Rom. addit jam.

*Et poſt nonnulla, quibus de celebrando per orbem totum uno vero paſcha loquitur:* Hominem denique, *inquit*, docibilem, & in omnibus ornatum antiſtitem ſecundum veſtrorum ſcriptorum tenorem minime valuimus nunc reperire, pro longinquitate itineris. Profecto enim dum hujuſmodi apta reperta perſona fuerit, eum inſtructum ad veſtram dirigemus patriam, ut ipſe & viva voce, & per divina oracula, omnem inimici zizaniam ex omni veſtra inſula cum divino nutu eradicet.

Antiſtitem ſe daturum ait Cantuariæ.

Munuſcula a veſtra celſitudine beato principi apoſtolorum directa, pro æterna ejus memoria ſuſcepimus, gratiaſque ei agimus, ac pro ejus incolumitate jugiter Deum deprecamur cum Chriſti clero. Itaque qui hæc obtulit munera de hac ſubtractus eſt luce, ſituſque ad limina apoſtolorum, pro quo valde ſumus contriſtati, cum hic eſſet defunctus. Verumtamen gerulis harum noſtrarum literarum veſtris miſſis, & beneficia ſanctorum martyrum, hoc eſt, reliquias beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctorum martyrum Laurentii, Joannis & Pauli, & Gregorii, atque Pancratii eis fecimus dari, veſtræ excellentiæ profecto omnes contradendas.

Munuſcula a rege capit.

Nam & conjugi veſtræ, noſtræ ſpirituali filiæ, direximus per præfatos gerulos crucem, clavem auream habentem de ſacratiſſimis vinculis beatorum apoſtolorum Petri & Pauli. De cujus pio ſtudio cognoſcentes, tantum cuncta ſedes apoſtolica una nobiſcum lætatur, quantum ejus pia opera coram Deo flagrant & vernant. Feſtinet igitur quæſumus veſtra celſitudo, ut optamus, totam inſulam ſuam Deo Chriſto dicare. Habet enim profecto protectorem humani generis redemptorem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ei cuncta proſpera impartiet, uti novum Chriſti populum coacervet, catholicam ibi & apoſtolicam conſtituens fidem. Scriptum eſt enim: *Quærite primum* Matth. 6.

Munera etiam reginæ mittit.

Totius converſionem inſulæ expetit.

*mum regnum Dei, ac juſtitiam ejus, & hæc om-* A *nia adjicientur vobis*. Nimirum enim quærit & impetrabit, & ei omnes ſuæ inſulæ (ut optamus) ſubdentur. Paterno itaque affectu ſalutantes veſtram excellentiam, divinam jugiter precamur clementiam, quæ vos veſtroſque omnes in omnibus bonis operibus auxiliari dignetur, ut cum Chriſto in futuro regnetis ſæculo. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

## VI. SUB NOMINE VITALIANI PAPÆ AD MONACHOS SICULOS.

*Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiis ſub patris Benedicti & Placidi* B *dominio in Sicilia conſtitutis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

AD hoc nos ſuperna clementia in orbe terrarum præfecit rectores atque cuſtodes, ut diſperſa congregare, & congregata conſervare, & deſtructa reſtituere ſummopere procuremus. Quapropter quia civitates, caſtra, monaſteria, poſſeſſiones, & villas beato Benedicto in Sicilia ſubditas paganorum incurſionibus deſolatas eſſe audivimus, ſupra modum dolemus, omnipotentique Deo ſuper hoc gratias agimus qui ideo temporaliter hic flagellari irrogat, ne in æternum puniat. Unde vos, cariſſimi filii, a fletu & mœrore ceſſare monemus, & his noſtris filiis, quos de Caſſinenſi congregatione ad monaſteria reſtauranda, & civitates, caſtra, poſſeſſiones, & villas recuperandas in Siciliam dirigere ſtuduimus, ut ſpecialibus dominis deſervire curetis; ex parte beati Benedicti & noſtra præcipientes, ut in reſtauratione monaſterii & poſſeſſionum illos adjuvare ſtudeatis, cœptumque laborem ad effectum perducere ſummopere procuretis. Nos enim & vos, & civitates, caſtra, poſſeſſiones, & villas quas Tertullus patricius beato patri Benedicto in Sicilia dedit, defendere, adjuvare, & manu tenere parati ſumus. Omnipotens Deus ſua vos gratia benedicat, atque a cunctis adverſis eripiat. Valete.

ANNO CHRISTI 657.

# AD EPISTOLAS VITALIANI PAPÆ

## *ADDITIO.*

ANNO CHRISTI 657.

### PRÆFATIO COLLECTORIS

*In ſequentes epiſtolas tres.*

Ex ſuppl. Manſi pag. 491.

„ CL. Muratorius in altero volumine Scri-
„ ptorum Rer. Italicar. par. I. vulgavit
„ epitomem quandam chronicorum Caſinen-
„ ſium, quam Anaſtaſio bibliothecario, viro
„ celebri, tribuunt manuſcripta; ipſe vero Be-
„ nedictino alicui Caſinenſi poſt ſæculum XI.
„ adſcribendam judicat. In ea celebris illa hi-
„ ſtoria de lipſanis SS. Benedicti & Scolaſti-
„ cæ e Caſinenſi monaſterio a Gallis ſubreptis
„ ita late deſcribitur, ut ſimul afferat ejus lu-
„ cubrationis author, Vitalianum papam nul-
„ lum non moviſſe lapidem, quo ſacra pigno-
„ ra ad veteres poſſeſſores redirent, idque tan-
„ dem impetratum fuiſſe a Gallis. Ea occaſio-
„ ne tres ſequentes epiſtolas a Vitaliano ſcri-
„ ptas recitat, quas hic damus, Judicium le-
„ ctoribus permittentes, genuinæne an ſpuriæ
„ cenſendæ ſint. Quidquid tamen de geminis
„ prioribus epiſtolis alii judicaverint; mihi ta-
„ men tertia reprobaretur, cum apertiſſima
„ ſuppoſitionis ſuæ ferat teſtimonia, inſcribitur
„ enim Dagoberto Francorum regi, cum ta-
„ men illum ante Vitalianum obiiſſe inter eru-
„ ditos conſtet.

### VITALIANI EPISTOLA
*Ad Floriacenſes.*

*Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Heremitis in Floriacenſi Cœnobio commorantibus, eorumque Cynocephalo Mummulo, non Abbati, quod dignum & juſtum eſt.*

AUdivimus, quod ſine gravi dolore loqui non poſſumus, quemdam veſtri Cœnobii gyrovagum, Aygulſum nomine, ſuggeſtione diabolica Caſinum veniſſe, & effracto B. Benedicti ſepulcro, ejus reliquias diminuiſſe. De quo facto gravi animadverſione vos & monaſterium veſtrum plectendos cum eodem gyro- C vago judicavimus, niſi & vos & locum veſtrum paterno affectu diligeremus. Facilius enim pateremur Caſinenſis cœnobii poſſeſſiones in prædam & direptionem dari, quam S. P. Benedicti lipſanum ab aliquo violari. Ob quam rem veſtræ univerſitati ex parte Dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum, & ſeptem univerſalium conciliorum præcipiendo mandamus, ut ad cor redeuntes, & ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo & B. Benedicto ſatisfacientes, ad nos cum jam dictis ſacroſanctis reliquiis veniatis, & de perpetrata nequitia cum jam dictis ſacrilegiis veniam poſtuletis. Sin autem vos, & locum veſtrum & eundem ſacrilegium cum commanipu- D latoribus ſuis a ſanctæ matris eccleſiæ gremio ſeparantes, perpetuæ & indiſſolubilis maledictionis & anathematis vinculo innodamus, & a regno Dei alienamus, & cum Diabolo, & ejus atrociſſimis pompis, & Juda, D. N. Jeſu Chriſti traditore, æterno ſupplicio æternæque maledictioni deputamus. Pari etiam innodationis vinculo obligetur, quicumque vos & locum veſtrum ſolvere præſumpſerit a nexu excommunicationis abſque digno emendationis & pœnitentiæ fructu. Datum quinto Kal. Aug.

### CLODOVEO FRANCORUM REGI.

*Vitalianus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Clo-* E *doveo regi Francorum, ſi filius obedientiæ fuerit, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

SAncti & magni Nicæni concilii præcepta ſecuti, quæ jubent regularem epiſtolam per unamquamque provinciam mitti, ne hi, qui abiiciuntur, ab aliis recipiantur, Serenitati Veſtræ notum facimus, Aurelianenſes & Cenomannenſes, ac monaſterium Floriacenſe cum omnibus ſequacibus illorum a liminibus eccleſiæ ſeparatos, & indiſſolubili anathematis vinculo innodatos: quoniam eccleſiam S. Benedicti ejuſque ſepulcrum in caſtro Caſino ſitum, violare conati ſunt, & ſanctas reliquias poſt no-

ANNO CHRISTI 617.

noſtrum interdictum retinere conantur, contra A
apoſtolicæ ſedis ſtatuta, & interdictum, & to-
tius ſanctæ ſynodi ſententiam, quam, miſſis
per ſingulas provincias literis, notam vobis om-
nibus fecimus. Excommunicamus igitur pro
ſuperius dictis reliquiis omnes jam dictos, &
falſum abbatem Strumbolum, non Mumo-
lum, & Aygulſum filium Satanæ cum ſuis fau-
toribus, donec ſanctas reliquias ad urbem Ro-
mam reducant, & de perpetrata nequitia, ſe-
cundum ſtatuta canonum, pænitentiam ſumant.
Quapropter veſtram a Deo conſervandam cle-
mentiam obnixa prece rogamus, & ex Dei
omnipotentis, & apoſtolorum Petri & Pau-
li, & Benedicti parte præcipimus: ut jam di-
ctos latrones ad juſtitiam ſedis apoſtolicæ fa- B
ciendam conſtringatis. Sin autem & vos & il-
los perpetuæ maledictionis anathemate damna-
mus. Datum die Kalendarum Novembrium.

## AD OMNES EPISCOPOS

*Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Dile-
ctis in Chriſto fratribus & filiis, archiepiſco-
pis, epiſcopis, & abbatibus in Hiſpania, Be-
tica, Luſitania, Galicia, Aquitania, Britan-
nia, Germania, Gallia Belgica, Gallia Toga-
ta, Gallia Ciſalpina, Gallia Tranſalpina, &
Gallia Tranſcampana conſtitutis, ſalutem & apo-
ſtolicam benedictionem.*

VEſtræ univerſitati per præſentia ſcripta no-
tum eſſe volumus, Mumolam hæreticum, C
& Floriacenſes, olim quidem monachos, nunc
vero Sarabaitas, gyrovagos, ac primogenitos
Satanæ, ea quæ carnis ſunt ſequi, & tenere
doctrinam Balaam, filii Beor; furta, latrocinia,
commeſſationes, & ebrietates, & lenocinia di-
ligere; & in violatione ſepulcrorum operam
dare. Ob quam rem ſcitote illos indiſſolubili
anathematis vinculo eſſe damnatos, & a regno
Dei alienatos, & cum Diabolo, & ejus atro-
ciſſimis pompis, & Juda Jeſu Chriſti Domini
noſtri traditore eſſe ſociatos, niſi forte patris
Benedicti, ejuſque ſororis reliquias, quas ne-
quiter abſtulerunt, in noſtram præſentiam, Ca-
ſinum reportandas, Romam reduxerint, &
de tanta nequitia & ſacrilegio dignam pœni- D
tentiam geſſerint. Quapropter ex parte Dei
omnipotentis, ex Apoſtolorum Petri & Pauli
veſtræ univerſitati mandamus, ut Floriacenſes,
Aurelianenſes, & Cenomannenſes pro excom-
municatis habeatis, & illos ante noſtram præ-
ſentiam cum ſanctis reliquiis venire cogatis.
Quo autem termino ante nos venire debeant,
veſtris literis inſinuate. Quidquid vero exinde
ſtatueritis, dilecti filii noſtri Clodovei regis
erit, his etiam renitentibus, adimplere. Da-
tum Romæ 17. Kal. Auguſti.

## AD THEODORUM ARCHIEPISCOPUM CANTUARIENSEM.

ANNO CHRISTI 617.

*Primatum eccleſiæ Cantuarienſi aſſerit.*

*Dilectiſſimo fratri Theodoro, Vitalianus epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Ex Wilkins Conc. Brit. to. I pag. 41.

INter plurima, quæ nobis per veſtras ſylla-
bas intimari juſſiſti, cognovimus etiam de-
ſiderium veſtrum pro confirmatione diœceſis,
quæ tuæ ſubiacet ditioni, quia in omnibus ex
noſtro apoſtolicæ auctoritatis privilegio ſplen-
deſcere deſideras. Nos vero veſtræ petitioni
annuentes, quia congruit paſtorali ſollicitudine,
circa eccleſias Dei quæ a priſcis temporibus ab
hac apoſtolica ſede ſtatuta intelligimus, irre-
fragabili ratione volumus, ut ſicut a nobis &
a noſtris ſucceſſoribus perpetua ſtabilitate mu-
niantur. Unde nobis viſum eſt te exhortari,
ac in præſenti commendare tuæ ſagaciſſimæ
ſanctitati omnes eccleſias in inſula Britanniæ
poſitas. Omnia ergo quæ a Sancto Gregorio
prædeceſſore noſtro, Auguſtino ſincello ſuo,
ſtatuta ſunt atque firmata, vel etiam per ſa-
crum uſum pallii conceſſa, nos tibi in ævum
concedimus, & Doroverniam civitatem, ubi
primitus per revelationem Jeſu Chriſti Domi-
ni noſtri fides catholica, ſecundum inſtitutio-
nem ſacrorum canonum ſuſcepta eſt, habeto.
Ex auctoritate autem beati Petri apoſtolorum
principis, cui a Domino noſtro poteſtas data
eſt ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra,
nos, licet immeriti, ejuſdem beati Petri clavi-
geri regni cœlorum vicem tenentes, tibi, Theo-
dore, tuiſque ſucceſſoribus, ſicuti ab olitanis
temporibus fuerunt condonata, ita in perpe-
tuum in ipſa tua metropolitana ſede, quæ ſita
eſt in civitate Dorovernia, immutilata conce-
dimus detinenda. Si quis vero, quod non opta-
mus, contra hanc noſtræ apoſtolici diffinitionis
privilegii auctoritatem venire temptaverit, ſi
quidem epiſcopus, vel presbyter, aut diaconus
fuerit, ex hac apoſtolica auctoritate ſtatuimus
atque decernimus, ut epiſcopus ordine præſu-
latus careat, & presbyter vel diaconus ſe no-
verint a ſuis ordinibus dejectos. Ex numero
autem laicorum, tam ex regibus, quam prin-
cipibus, ſive magna vel parva perſona fuerit,
ſciat ſe alienum a participatione corporis Do-
mini noſtri Jeſu Chriſti. Hanc autem privile-
gii paginam ſuffultam auctoritate beati Petri
apoſtolorum principis, cujus miniſterio fungi-
mur, tibi, Theodore, tuiſque ſucceſſoribus in
perpetuum obtinendam delegamus. Deus te
incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater

# CONCILIUM TOLETANUM IX.

ANNO CHRISTI 655.

### EPISCOPORUM SEXDECIM,

Habitum anno ſeptimo Receſvinthi regis, poſt * diem Kalendarum Novembris, a
æra DCXCIII. quæ coincidit cum anno Chriſti DCLV. & * Vitaliani
papæ ſecundo. Eſt provinciale.

a die viii Kalendarum Decembrium. * Erravit Binius, neque enim Eugenio mortuo ſucceſſit Vitalianus anno 655. ſed anno 656 a die 31 Julii

## TITULI CAPITULORUM

I. *Ut de rebus eccleſiæ nihil epiſcopi auferant, & E
qualiter proximi fundatoris eccleſiarum ſollicitu-
dinem gerant*

II. *Ut fundatores eccleſiarum, quoadusque vixerint,
earum habeant curam, ipſique illis miniſtros eli-
gant ſervituros.*

III. *Si de rebus eccleſiæ pro præſtatione aliquid de-
ri*

Quære ad Eugenii tempora pertinere hoc concilium ut monuimus in ſynopſi.

1 Ex Iſidoro edidit Loaiſas. In perampla Collectione Canonum mſ. Bibliothecæ Colleg. Pariſ. Soc. Jeſus nonum hoc Toletanum Concilium appellatur. *Harduinus.*

ANNO CHRISTI 655.

*ri dicatur, cauſa præſtiti cognoſcatur.*

IV. *De conquiſitis rebus, inter eccleſiam & ſacerdotis inteſtati heredes, quæ diviſio fiat.*

V. *Si epiſcopus monaſterium faciat, vel * parochiam eccleſiam ditet, * quantam partem de rebus eccleſiæ conferat.* [* parochianam * quartam]

VI. *Ut epiſcopus tertiam eccleſiaſticarum rerum ſibi debitam, cui elegerit, conferat.*

VII. *Ne extra conſtitutum ordinem, morientis ſacerdotis heredes rem ejus adire præſumant.*

VIII. *Ut ſcripturæ quas ſacerdotes vel miniſtri injuſte fecerint, poſt mortem eorum habeant annorum numerum computatum.*

IX. *Quantam commodum ſibi epiſcopus tollat de eccleſia, cujus tumulaverit ſacerdotem.*

X. *De damnatione filiorum qui ex ſacerdotibus & miniſtris geniti comprobantur*

XI. *Quod ſervilibus clericis dare debeant epiſcopi libertatem.*

XII. *Quod poſt mortem ſacerdotis, in libertate ſervis collata annorum tempus debeat computari.*

XIII. *Ut ex libertis eccleſiæ, & ex perſonis ingenuis geniti ab obſequiis eccleſiæ non recedant.*

XIV. *Quod ſi liberti eccleſiæ ad eam reverti non velint, omnis eorum * reſcula juri applicetur eccleſiæ.* [* [illegible]]

XV. *De obſequio & diſciplina libertorum eccleſiæ.*

XVI. *Quod libertis eccleſiæ nihil de rebus ſuis in alienum liceat transferre dominium.*

XVII. *Ut baptizati Judæi cum epiſcopis celebrent dies feſtos.*

## PRÆFATIO.

DUm canonicæ definitionis edicto in Toletana urbe pro agendo concilio poſt diem Kalendarum Novembrium, anno ſeptimo Reccesvinthi principis glorioſi in baſilica ſanctæ Mariæ virginis in unum fuiſſemus, domino favente, collecti, id communi definitione decrevimus, ut capitula, quæ in priſcis canonibus minime * habeantur inſerta, pari promulgarentur ſententia, & antiquis jungerentur regulis perenni jugitate manſura, & omni reverentia conſervanda. Sed quia nequaquam recte ſubditos judicat, qui non ſeipſum prius juſtitiæ cen-

D ſura caſtigat, aptum nobis & expedibile viſum eſt ante noſtris exceſſibus imponere modum. & ſic errata corrigere ſubditorum. Tunc namque melius judiciorum exordia * diriguntur, cum vita judicum ante diſponitur. eo quod potius judicii forma completur, * quo negotiorum principiis æquitas judicantium anteferrtur * Adeo exordium æquitatis inchoari a judicibus debet, ut * perfectio juris cauſarum limitem * aptius formet.

[* habebantur. * dicuntur [illegible] ducuntur, * cum * ideo * perfecta jura cauſatio * apertius]

## CAPITULA

### I.

[Hoch. [illegible]]

Omnis itaque rei eccleſiaſticæ quantitas, ſicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum rite præparat fraudatori. Et ideo nullus ſacerdotum, vel miniſtrorum, ex rebus eccleſiæ, quæ in quibuſcumque locis a fidelibus largiuntur, aliquid auferat, vel juri ſuo, aut cathedræ propriæ * unitati connectat. Devetio chim uniuſcujuſque, ſicut gratanter votum contulit Deo, ita defini-

A vit, * quo plenitudo votorum conſervaretur in loco, in quo velut ſi * collata tenentur, * manet gratia offerentis; ita. ſi fruſtrantur, imminet pernicies defraudantis. Verum ut rei hujus potior ſoliditas * habeatur condignis filiis, vel nepotibus, honeſtioribuſque propinquis ejus, qui conſtruxit, vel ditavit eccleſiam, licitum ſit hanc bonæ intentionis habere ſolertiam, ut ſi ſacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis * honeſtæ conventione compeſcant, aut epi-

B ſcopo, vel judici corrigenda denuncient. Quod ſi talia epiſcopus agere tentet, metropolitano ejus hæc inſinuare procurrent. Si autem metropolitanus talia gerat, regis hæc * auditibus intimare non differant. Ipſis tamen hæredibus, in eiſdem rebus non liceat, quaſi * juris proprii poteſtatem præferre, non rapinam & fraudem ingerere, non violentiam quamcumque præſumere: ſed hoc ſolum in ſalutarem ſolicitudinem adhibere, quod aut in nullam noxam operatio nocens attingat, aut in multam vel aliquam partem ſalu-

C taris merces aſſumat. Si quis vero deinceps hæc monita temerare voluerit, & male rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationi annuæ ſententiam ſuſtinebit.

[* quod * hiſtoriæ Harduinus manent * habeatur [illegible] * honeſte * in juris]

### II.

Cum ſæpe ſit ſolitum, etiam illa quæ non debentur prece ſupplicationis, & vi quodammodo extorqueri doloris quanto * magis ſine obſtaculo concedi debent exquiſita ſimul, & ordine juris, & dolore compaſſionis? Quia ergo fieri plerumque cognoſcitur, ut eccleſiæ parochiales,

D vel ſacra monaſteria ita quorumdam epiſcoporum, vel inſolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, ut gravior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quam in conſtruendo gaudii extiterat labor, ideo pia compaſſione decernimus, ut quamdiu earumdem fundatores eccleſiarum in hac vita ſuperſtites extiterint, pro eiſdem locis curam * permittantur. habere ſolicitam, & ſolicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in iiſdem baſilicis iidem ipſi offerant epiſcopis ordinandos. Quod ſi tales forſan non

E inveniantur ab eis, tunc quos epiſcopus loci probaverit Deo placitos, ſacris cultibus inſtituat, cum eorum conniventia ſerviturs. Quod ſi * ſpretis eiſdem fundatoribus, rectores ibidem præſumpſerit epiſcopus ordinare, & ordinationem ſuam irritam noverit eſſe, & ad verecundiam ſui alios in eorum loco, quos iidem ipſi fundatores condignos elegerint, ordinari.

[* habeant ſol. * ſuperſtitibus]

ANNO CHRISTI 653.

### III.

Si ſacerdos vel miniſter de rebus eccleſiæ ſuæ quippiam alicui ſub præſtationis obtentu concedat, in ſerie inſtrumenti cauſam præſtiti evidenter exponat: ut ex hoc, aut juſte confecta tranſactio innoteſcat, aut fraus incompetens, quæ latet, appareat. Aliter vero pro hujus negotii cauſa deinceps ſcriptura confecta non valeat.

### IV.

3. q. 4. Sacerdotes. Ivo par. 3. cap. 169.

Sacerdotes, vel quique illi ſunt, quibus eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quæcumque adminiſtrationis ſuæ tempore emerint, ſi de rebus propriis, vel vile, vel carum habuerint, ad eccleſiæ nomen, cui præſunt, chartarum conficere inſtrumenta procurent. Non enim convenit, ut eccleſia * quæ ſuſcepit externum, efficiat in alieno divitem, & in ſuo retineat fraudatorem. Hi vero qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium, ex omni re quam poſt ordinationis ſuæ diem viſi ſunt conquiſiſſe, ſive nulla, ſive aliqua ſint inſtrumenta confecta, * compenſata, tam juris ſui, quam eccleſiaſticarum rerum * ambitione: ſi ſe utriuſque rei quantitas exæquaverit, inter eccleſiam, & decedentis hæredes æquo jure conquiſitio pertinebit. Si autem quælibet pars majori cumulo ſui juris excreverit; * etiam portionem in diviſione percipiet. Quicumque vero de prædictis ſacerdotibus, vel miniſtris pro ſui utilitate atque amicitia, vel præſtatione, aut quocumque modo, aut per ſcripturæ ſeriem, * meruerint a quolibet collata percipere, in rebus eccleſiaſticis non * poterunt numerare: ſed quod exinde voluerint facere, ipſorum voluntatis arbitrio ſubjacebit. Quod ſi hoc poſt eorum mortem inordinatum fortaſſe remanſerit, eccleſia hoc ſibi, cui præfuit, vel miniſter extitit, in perpetuo vindicabit.

* quem
* compraſa-ſatione
* habitudine. al. habitione. al. habita;
* majorem etiam 12. q. 4. Quicumque de ſacerdotibus.
* aliquid mer.
* poterit

### V.

* conſilium 12. q. 2. Bonæ rei dare. Ivo part. 3 cap. 170.

Bonæ rei dare * conſultum, & præſentis habetur vitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis expectari cernitur præmium. Quiſquis itaque epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere forte voluerit, & hoc ex rebus eccleſiæ, cui præſidet, * ditare decreverit, non amplius ibidem quam * quinquageſimam partem dare debebit; ut hac temperamenti æquitate ſervata, & cui tribuit, competens ſubſidium conferat, & cui tollit, damna gravia non infligat. * Eccleſia vero quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis * munificare voluerit * ſepulturis, non amplius quam centeſimam partem cenſus eccleſiæ, cui præſidet, ibidem conferre lice- A bit: ea tamen cautela ſervata * ut tantummodo quæ placuerit ex his duabus * remunerandam aſſumat.

* ditaverit,
* quadrageſimam
* Ad eccleſiam vero
* magnificare
* ſcripturis,

ANNO CHRISTI 653
* ut unam tant.
* remunerationem 12. q. 2. Epiſcopus ſi tertiam portem. Ivo p. 3 cap. 171

### VI.

Cum præteritis ſanctionibus notiſſimum habeatur, quæ de rebus parochialium eccleſiarum pars epiſcopo conferatur, opportune duximus decernendum, ut ſi epiſcopus tertiam, quam de rebus eiſdem ſanctione paterna ſibi debitam novit, aut ipſi eccleſiæ, cujus res eſſe pateſcit, aut alteri eccleſiæ, cui elegerit, conferre decreverit, * & licitum maneat, & irrevocabile robur ejus ſententia ferat. B

* & licite maneant.

### VII.

Propinqui morientis epiſcopi nihil de rebus ejus abſque metropolitani cognitione uſurpare præſumant. Quod ſi is qui receſſerit metropolitanus fuerit, * hæredes ejus, aut ſucceſſorem illius, aut concilium * ſuſtinebunt: ne paſſim hæreditatis adeundæ licentia, de rebus eccleſiæ aut non * reddatur ratio plena, aut fraus non inveniatur illata. Quod ſi presbyter, aut diaconus fuerit, quos obiiſſe conſtiterit, non ſine cognitione ſui epiſcopi C rem ejus hæredibus adire licebit. Quiſquis ſane poſt hæc tranſgreſſor inventus extiterit, pro his quæ non expectato hoc ordine adierit, invaſionis damno legis ſententiæ ſubjacebit.

* hæres
* ſuſtinebit
* reſtituatur

### VIII.

16. quæſt. 3. Si ſacerdotes

Si ſacerdotes, vel miniſtri, dum gubernacula eccleſiarum adminiſtrare videantur, contra patrum ſanctiſſimas ſanctiones de rebus eccleſiæ definiſſe aliqua dignoſcantur, non ex die quo talia ſcribendo * decrevit, ſed ex quo talia moriendo definita * reliquit, ſupputationi D ordo ſubſtabit. Nuſquam etenim * poterit * ad tricennium temporis pertinere vita irrite judicantis: quia ſtatus contractuum initia non aſſumpſit ab origine æquitatis.

* decreverunt,
* reliquerunt,
* ad tricennium temporis pertinebit irrite hoc judicantis. De tricennali poſſeſſione in rebus eccleſiæ, vide concilium Chalcedonenſ. can. 17. & Tolet. IV. cap. 34. & epiſtolam Gelaſii papæ ad epiſcopos Siciliæ. Extat de hac ipſa re decretum concilii Valenſis can. 1. & habetur apud Gratianum 12. quæſt. 2.

### IX.

Plerique dum rapinis inhiant, ut non debeant, aut miſerationis opus condigne non implent, aut indebita ipſi miſerationi damna permiſcent. Ideoque ne amplius miſericordiæ opus execrabile dilabatur in ſcelus, id communi decreto ſancimus, ut cum pontificem mori con- E tigerit, epiſcopus, qui ad humandum corpus ejus advenerit, deſcriptis theſauris, * atque domorum internis, ſi locuples decedentis eccleſia fuerit, non amplius quam § libram auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis eccleſiæ, cum gratia offerentum auferre pertentet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam libram ſibi licenter uſurpet: nam & hæc ipſa uſurpare ratio nulla permitteret; niſi ejus qui convenit, ſacerdotis injuriæ con-

* accipiendum
* atque ornamentis omnibus,
§ Centum drachmas auri valet, quæ faciunt

ANNO CHRISTI 655

contemplatione antiquitas hoc * uſitata ſervaſſet. Porro * brevem deſcriptarum rerum ſub fideli ratione idem qui deſcripſit dirigere metropolitano curabit. Metropolitanus ex eadem morientis eccleſia nihil prorſus auferre præſumat; ſed ſolum, quæ ad eum pertinet, * ſalvationis curam impendat.

decem aureos coronatos, ex Budao. * uſurpata * breve * curam ſalutarem impendat. 12. quæſt. 8. Cum multæ. Ivo part. 6. cap. 414.

## X.

Cum multæ ſuper incontinentiam ordinis clericorum uſque hactenus emanaverint ſententiæ patrum, & nullatenus ipſorum * formari quiverit correctio morum, uſque adeo ſententiam judicantium protraxere commiſſa culparum, ut non tantum * ferretur ultio in * auctoribus ſcelerum, verum & in * progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab epiſcopo, uſque ad ſubdiaconum deinceps, vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ deteſtando connubio in honore conſtituti filios procreaverint; illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica cenſura damnentur, * proles autem, * tali nata pollutione, non ſolum parentum hæreditatem nuſquam accipiat, ſed etiam in ſervitutem ejus eccleſiæ, de cujus ſacerdotis, vel miniſtri * ignominia nati ſunt, jure perenni manebunt.

* reformari, al. firmari * ferretur * auctores * progeniem * aliena, vel hac * ignominio

## XI.

Qui ex familiis eccleſiæ ſerviturl devocantur in clerum, ab epiſcopis ſuis libertatis neceſſe eſt percipiant donum: & ſi honeſtæ vitæ claruerunt meritis, tunc demum majoribus fungantur officiis, quos vero flagitii ſordidaverit incorrigibilis noxa, perpetua ſervitus conditionis releget in catenam.

Dist. 54 Qui ex familiis.

## XII.

Si ſacerdos libertatem ſervis eccleſiæ conferre voluerit, non a die confectionis ſuæ ſcripturæ tempus annorum computatum tenebit, ſed ex quo eum, qui ſcripturam * conficit, verius obiiſſe conſtiterit.

* confecit,

## XIII.

Exceſſibus libertorum eccleſiæ plerumque * patrocinandi videmus eccleſiam convexari, & bicipiti coacti ſumus tædio condolere: uno, dum per ſuperbiam reluctantis auctor contemnitur; altero, dum libertas ſuperbientis in conditionem relabi cogitur ſervitutis. * Adeo cum jam præteritis patrum regulis multæ ſuper hoc diverſæ conſtitutionis emanaverint ſanctiones, tamen quoddam ad plenitudinem rei aptum conſpeximus adhuc innectere complementum. Igitur, ſicut legum reverenda ſanctio cenſuit, ita ſervare totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena commixtio maculet, quod per totum generoſitas propria decoravit. Unde cunctis eccleſiarum libertis, tam viris, quam fœminis, eorumque propagini interdicitur judicio generali, ne deinceps cauſa * conjunctionis quibuslibet copulentur perſonis ingenuis. Quod ſi hoc factum quandoque patuerit, per mixtione tali genita proles nunquam merebitur jus * indebitæ dignitatis, nec eccleſiæ unquam carebit obſequiis, cujus beneficio donum meruiſſe noſcitur libertatis.

* patronam * Ideo Sic in foro jud. lib. 3. tit. 2. de nuptiis illicitis.

* connubii cum Romanis ingenuis copulentur aut Gothis. * debitæ

## XIV.

Si contingat quemcumque de libertis eccleſiæ, eorumque proſapiæ, contra primævas modernaſque patrum regulas quibuslibet * perſonis ingenuis copulari, tam illis, quam eorum ſtirpi, non licebit ab eccleſiæ patrocinio evagari, ſed aut ad debita obſequia reverti cogendi ſunt; aut, ſi redire noluerint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipſi ab eccleſia ſunt adepti, vel in ejus patrocinio viſi ſunt conquiſiſſe, inſiſtente pontifice, in ditionem propriæ reducantur eccleſiæ.

* perſonis aut Gothis aut Romanis

## XV.

Eccleſiæ liberti, eorumque progenies, eidem baſilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obſequia prompta ſinceraque parabunt. Qui ſicut hoc in * obſequium pro poſſibilitate ſui, quod utiles ingenui * dabunt, ita quoque in emendatione culparum, quod inutiles ingenui ſuſtinebunt.

* obſequio * dabant

## XVI.

Libertis eccleſiæ, eorumque progeniei, ex omnibus rebus quæ de jure eccleſiæ noſcuntur habere, nihil licebit in extraneum dominium tranſactione * quamcumque deducere: ſed ſi ex his quælibet vendere fortaſſe voluerint, ſacerdoti ejuſdem eccleſiæ offerant convenienter emenda, earumque pretia, ut eis placuerit, aut diſpenſent, aut habeant. Nam in dominium partis alterius rei ſuæ cenſum nullo modo tranſire permittimus. Suis autem filiis, vel propinquis, eidem eccleſiæ vel ſervitio vel patrocinio ſubjugatis, quæcumque vendere vel donare voluerint, aditus omnino patebit.

Ivo parte 16 cap. 66. * quacumque

## XVII.

Baptizati Judæi quocumque loco cetero tempore converſentur, feſtis tamen præcipuis novi teſtamenti ſerie conſecratis, ac diebus illis, qui olim ſanctione veteris legis ſibimet cenſebantur eſſe ſolennes, in civitatibus publiciſque conventibus cum ſummis Dei ſacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum converſationem, ac fidem, & pontifex approbet, & veritas ſervet. Hujus vero temerator editi, prout ætas permiſerit, aut flagris aut abſtinentiæ ſubjacebit. Expletis omnibus, quæ ad honeſtatis regulam in collationem venere fraternam, grates exolvimus immortali domino ſoli, cujus diſpoſi- tione

In foro judic. libro 12. tit. 3. lege 11. idem præcipitur.

ANNO CHRISTI 655.

tione mirabili ad hunc ſanctæ congregationis cœtum meruimus adunari; ut & communis viſio proſperitatem noſtram oſtenderet, & par definitio concordiam aſſignaret: obſecrantes ejus miſericordiam largam, ut ſereniſſimo domino & amabili Chriſto Reccesvintho principi glorioſo ita præſentis vitæ felicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam poſt tempora longæva concedat: atque ita nos ejusdem felicitate lætos ſemper efficiat, ut in terra viventium * remuneraturus attollat. Antiquitatis dehinc ordinem ſaluberrime retinentes, poſtquam rationem feſti paſchalis fraternitas veſtra cognovit, noverit ſe anno venturo, die Kalendarum Novembrium, cauſa peragendi concilii in hac urbe, favente domino, congregari; ut ſimili diſceptatu, aut quæ proſpexerimus congrua decernamus, aut ſolius pacis conventu lætemur. Conſummatumque eſt hoc ſanctum concilium die * quarto Kalendarum Decembrium, anno feliciter ſeptimo regni ſereniſſimi atque clementiſſimi domini noſtri Reccesvinthi regis, * æra DCXCIII.

* remunerandos.

* octavo.

* Iſidor æra poſita æra pro anno Chriſti. Mard.

## [a] SUBSCRIPTIONES.

*Interfuerunt huic ſancto concilio pontifices numero ſexdecim.*

Eugenius regię urbis metropolitanus epiſcopus.
* Taio Cæſaraugustanus epiſcopus.
Marcus Caſtellonenſis epiſcopus.
Ubinibal Elicitanus epiſcopus.
Videricus Seguntinus epiſcopus.
Mauricius Oretanus epiſcopus.
Davila Complutenſis epiſcopus.
Felix Valentinus epiſcopus.
Balduigius Arcavicenſis epiſcopus.
Maurellus Urgelitanus epiſcopus.
Euſicius Segobrienſis epiſcopus.
Athanaſius Setabitanus epiſcopus.
Giberius Bigaſtrenſis Epiſcopus.
Ubaldefredus Menteſanus epiſcopus.
Magnarius Accitanus epiſcopus.
Stephanus Valerienſis epiſcopus.

* Tago, al. Talo

### [e] *Abbates.*

Fugitivus abbas.
Ildefonſus abbas.
Eumerius abbas.
Morarius abbas.
Joannes abbas.
Item Joannes abbas.
Marcellinus archipresbyter Toletanus.
Silicolus primicerius.

### *Vicarii epiſcoporum.*

Daniel diaconus Marcelli epiſcopi eccleſiæ Urcitanæ.

### *Viri illuſtres officii palatini.*

Paulus comes notariorum.
Emeterius comes cubiculariorum.
Ella comes & dux.
Recilla comes patrimoniorum.

## NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Æra* DCXCIII.) Vaſæus anno domini 654. Morales 557.

b *Ad tricennium.*) De tricennali poſſeſſione in rebus eccleſiæ vide concilium Chalcedonenſe can. 17. & Tolet. IV. cap. 34. & epiſtolam Gelaſii papæ ad epiſcopos Siciliæ, cap. 2.

cap. 8

c *Proles autem.*) Concilium Lateranenſe II. cap. 21. Ita de hac re ſancit: *Firmiter prohibemus ne canonicorum filii, maxime ſpurii, canonici fiant in ſecularibus eccleſiis, in quibus inſtituti ſunt patres. & ſi fuerit contra præſumptum decernimus non valere. Qui vero (ut dictum eſt) canonicare præſumpſerit, a ſuis beneficiis ſuſpendatur.* Idem Alexander III. par. 19 cap. 1. 3. & 4 ſequentibus & concilium Tridentinum ſeſſione 25. can. 15. Quinimmo ad ordines non debent admitti, etiamſi probatæ vitæ fuerint, niſi in monaſterio vel regulari vita degentes: Alexander papa III. par. 19 cap. 2. Concubinæ vero clericorum, ſeu mulieres illæ quæ contra eccleſiæ leges clericis cohabitabant, unde infamiæ nota illis inureretur, ab epiſcopis olim venumdabantur in ſervas, pretium vero pauperibus erogabatur, ut conſtat ex concilio III. Toletano cap. 5. & concilio Toletano IV. cap. 42. concilio Toletano VIII. cap. 5. & aliis multis locis. A Reccaredo vero rege lib. 3. tit. 4. leg. 18. fori judicium ſancitur, ut hujuſmodi mulieres centenis flagellis verberentur. De illegitimis multa decrevit hoc tempore Sixtus V. ſanctiſſimus pontifex, ad optimum regimen eccleſiæ ſtabiliendum. Apud Gratianum tota quinquageſima ſexta diſtinctione de hac re agitur. Verum de ſacerdotibus quid tradat Philo Judæus in decalogo, perpendendum duxi: *In ſacerdote* (inquit) *& hominum genus examinatur, ut ſit inculpabile, & compotens, partibus ſui corporis uſquequaque integrum.* Quod licet loquatur de ſacerdote veteris legis, qui ex decreto domini debebat eſſe juſtis natalibus ortus, & integer corpore, verum id etiam ſervatur in nova, ubi ad altius & præſtantius ſumus vocati ſacrificium & cultum.

Cap. 10 Pœnæ ſpuriorum quæ

d *Subſcriptiones.*) Subſcribunt in nono concilio Toletano eodem ordine, ſicut in octavo, epiſcopi, abbates, vicarii epiſcoporum, & viri illuſtres ex officio palatino. Fere omnes epiſcopi qui in nono ſubſcribunt, ſubſcripſerant in octavo; ut Athanaſius Setabitanus, Davila Complutenſis, Felix Valentinus, Giberius Bigaſtrenſis, Marcus Caſtellonenſis: in ſeptimo & octavo Mauricius Oretanus, Maurellus Urgelitanus, Marcellus Urcitanus per procuratorem. ſicut in octavo, Taio Cæſarauguſtanus, Ubinibal Elicitanus: in ſeptimo & octavo, Videricus Seguntinus, Balduigius Arcavicenſis. Subſcribit etiam Euſicus Segobrienſis, qui ſucceſſit Florido, in octavo: Magnarius Accitanus, qui ſucceſſit Juliano, in octavo: Stephanus Valerienſis, qui ſucceſſit Tagontio, in octavo. Vvaldefredus Menteſanus, qui ſucceſſit Froilæ, in octavo.

Qui, quotquot epiſcopi ſubſcripſerint

e *Abbates.*) Omnes hi abbates ſubſcribunt in octavo, præterquam Joannes: ſimiliter omnes viri illuſtres ex officio palatino. De archipresbytero & primicerio ſupra fuſe diximus.

# CONCILIUM TOLETANUM X.

## VIGINTI EPISCOPORUM.

Anno octavo Reccesvinthi Regis, [a] æra DCXCIV. celebratum, ſub Vitaliano papa. Eſt provinciale.

### TITULI CAPITULORUM.

* annuntiationis B. Mariæ dominicæ.

I. *De celebritate feſtivitatis * dominicæ matris.*
II. *De non violandis religioſorum juramentis, in ſalutem regiam datis.*
III. *De non permittendo laicis imperare religioſis*
IV. *De profeſſione & veſte religioſarum viduarum*
V. *De remotis excuſationibus viduarum tranſgreſſionem religionis ſequentium.*

VI. De

ANNO CHRISTI 656.

VI. *De his qui in parva ætate coram parentibus religionis habitum tenuerint.*

VII. *Ut nullus Christianum Judæis vendat.*

## PRÆFATIO.

*IN NOMINE DOMINI HABITA ſynodus X. in Toletana urbe, die Kalendarum Decembrium, anno octavo glorioſiſſimi domini & religioſiſſimi Reccesvinthi principis, æra* DCXCIV.

GRATULATIONEM nobis ſpiritualem divina contulit gratia, quando tribuit uti * nobis & ſalutaris diſciplinæ * frequentia, & convenire ad pacificorum votorum ſtudia præoptata. Congregatis ergo nobis, & in concordia animi, & in conventu loci, referentes gratias inviſibili Deo, & glorioſo rerum domino Reccesvintho regi, cujus ſacratiſſimo voto, retenta paternitatis ſanctæ traditione, ad ſacrum quivimus adunari conventum, has ſubter annexas regulas concordi definitione prolatas æterna ſtatuimus manere lege præfixas.

* inter nos
* frequentiam

## CAPITULA.

### I.

Cum nihil fidei ſinceritas per diverſitatem adverſum incurrat, & unitatem catholicæ regulæ varietas nulla diſcerpat, eſt tamen quod niſi temporum unitate ſervetur, & diſcidium indiſciſſæ unitati parturiat, & ſacramentorum unitate conſtare non valeat. Hinc eſt, quod [b] paſchale feſtum, niſi uno die celebremus & tempore, in Judaicum decidamus errorem. Hinc [c] adventum ſancti Spiritus poſt reſurrectionem Dei niſi expectemus tempore definito dierum, ſimul & numero, non poſſumus impleri ejuſdem Spiritus dono. Quoniam ſi caret plenitudinis numero, carere poteſt & myſterii ſacramento. Hinc [d] nativitatis dominicæ ſacrum, quo evidenter de utero virginali Verbum prodiit caro factum, abſque dubio ſervat temporis curſum, & repræſentat * ſpecialis diei momentum. Si ergo nativitatis & mortis incarnati hujus Verbi dies abſque immutatione ita certus habetur, ut abſque diverſitate in orbe toto terrarum ab omni concorditer eccleſia celebretur, cur non feſtivitas glorioſæ matris ejus eadem obſervantia, uno ſimul ubique die, ſimilique habeatur honore? Invenitur etenim in multis Hiſpaniæ partibus hujus ſanctæ virginis feſtum non uno die per omnes annorum circulos agi. * Quoniam transducti homines diverſitate temporum, dum varietatem ſequuntur, unitatem celebritatis non habere probantur. Qua de re, quoniam die qua invenitur angelus virgini Verbi conceptum & nunciaſſe verbis, & indidiſſe miraculis, eadem feſtivitas non poteſt celebrari condigne, cum interdum quadrageſimæ dies, vel paſchale feſtum videtur incumbere, in quibus nihil de ſanctorum ſolennitatibus, ſicut ex antiquitate regulari cautum eſt, convenit celebrari; cum etiam & ipſam incarnationem verbi non conveniat tunc celebritatibus prædicari, quando conſtat idipſum verbum poſt mortem carnis gloria reſurrectionis attolli, ideo ſpeciali conſtitutione ſancitur, ut ante octavum diem, quo natus eſt dominus, genitricis quoque ejus dies habeatur celeberrimus & præclarus. Ex pari enim honore conſtat, ut ſicut nativitatem Filii ſequentium dierum inſequitur dignitas, ita feſtivitatem matris tot dierum ſequatur ſacra ſolennitas. Nam * quod feſtum eſt matris niſi incarnatio verbi? cujus utique ita debet eſſe ſolenne, ſicut eſt & ejuſdem * nativitas verbi. Quod tamen nec ſine exemplo decedentis moris, qui per diverſas mundi partes dignoſcitur obſervari, videtur inſtitui. In multis namque eccleſiis a nobis & ſpatio remotis, & terris, hic mos agnoſcitur retineri. Proinde, ut de cetero quidquid eſt dubium ſit remotum, ſolennitas dominicæ matris die decimo quinto Kalendarum Januariarum omnimodo celebretur, & nativitas filii ejus ſalvatoris noſtri die octavo Kalendarum earundem, ſicut mos eſt, ſolennis in omnibus habeatur.

* ſpeciale diei monimentum.
* Quo enim transducet homines diverſitas temporum dum varietatem celebritatis habere probantur.
* quid
* nativitatis

### II.

Conc. Tolet. IV c. 75.

Frequentium moleſtarum nocens impulſus contemni quidem magnitudine decentis poterat gravitatis: ſed quia levitas labens facile ad præcipitia vana corda reclinat, bene honeſta ſolicitudo cohibere properat, quod frequentata uſitatio vitare non curat. Ideo cum & quorumdam paternorum ſanctionibus decretorum, & inſtitutionibus ſit legalibus cautum, ne contra ſalutem principum, gentiſque, aut patriæ, quiſquam meditari conetur adverſum, hoc unum ſpecialiter nunc depromitur obſervandum, ut ſi quis religioſorum, ab epiſcopo uſque ad * extremi ordinis clericum, ſive * monachum, generalia juramenta in ſalutem regiam, gentiſque, aut patriæ data, reperiatur violaſſe voluntate profana, mox propria dignitate privatus, & loco & honore habeatur excluſus, & miſerationis obtentu tantummodo ſervato, ut an locum, an honorem, an utraque poſſideat, concedendi jus licentiamque principalis poteſtas obtineat.

* extremum ordinis clericorum.
* monachorum
Decret. Ivon. p. 11 c. 88. Ita habetur. Igitur ſi clerici, aut monachi inventi fuerint conjurati, aut per conjurationem calumniam machinantes epiſcopis vel clericis, proprium amittant gradum ſicque 11. quæſt. 1.

### III.

Reverentiæ totius * auditum, quia res * addiit dura, non fruſtra * cogimur hanc duriori * extirpare cenſura. Agnovimus enim quoſdam pontifices præcepti principis apoſtolorum qui ait, *Paſcite qui in*

* quæſt. 1.
* auditu per expiatur.
* adeo
* cogimus
* extirpari
1. Pet. 5.

ANNO CHRISTI 616.

*in vobis eſt gregem, non coacte, ſed ſponta-* A
*nee, nec dominantes in clero, ſed forma fa-*
*cti gregis*, ita eſſe immemores, ut qui-
buſdam monaſteriis, parochialibuſque ec-
cleſiis, aut ſuæ conſanguinitatis perſo-
nas, aut ſui favoris participes, iniquum
ſæpe ſtatuant in prælatum; ita illis pro-
videntes commoda inhoneſta, ut eiſdem
deferantur, aut quæ proprio epiſcopo da-
re juſtus ordo popoſcerit, aut quæ rape-
re deputati exactoris violentia potuerit.
Proinde decenter omnibus placet, & in
præſenti tale reſcindere factum, & non
eſſe de cetero faciendum. Nam quiſquis B
pontificum deinceps, aut ſanguini pro-
pinquis, aut favore ſibi perſonis quibuſ-
cumque devinctis talia commodare lu-
cra tentaverit * auſu nefandæ præſum-
ptionis; & quod viſum fuerit devoce-
tur in irritum, & qui ordinarit * annuæ
excommunicationis ferat excidium.

## IV.

Bene per Spiritum Dei poſſumus cum
ſancto apoſtolo dicere, non ignorare nos
aſtutias ſatanæ: quia impellimur zeli do-
mus Dei ardore cremari. Videmus enim
ad tanta fraudium ſtudia convaleſcentem C
excreviſſe perniciem, ut primæva pa-
trum conſtitutio a quibuſdam æſtimetur
illudi, & nova judicum putetur inten-
tio * falli. Nam inveniuntur nonnullæ
viduæ diverſis excuſationibus ſe adeo con-
tegentes, ut blandiantur ſibi, non ſe pa-
trum plena religionis alligatas inſtitutio-
ne teneri. Unde antiquis inconcuſſe per-
manentibus regulis hoc adjicitur novæ
oraculo ſanctionis, ut vidua, quæ ſan-
ctæ religionis obtinere propoſitum volue-
rit, ſacerdoti vel miniſtro, ad quem aut D
ipſa venerit, aut quem ad ſe venire con-
tigerit, ſcriptis profeſſionem ſuam faciat,
a ſe, aut ſigno aut ſubſcriptione * no-
tatam, continentem, ſe & religionis pro-
poſitum velle, & hoc perenniter invio-
late ſervare. Ac tunc accepta a ſacerdo-
te vel miniſtro apta religionis * uſui
veſte ſeu lectulo, quieſcens, ſive quo-
cumque loco conſiſtens incunctanter uta-
tur: nec diverſi coloris, aut diverſæ par-
tis eadem ſit notabilis veſtis, * niſi reli-
gioſa, & non ſuſpecta, quæ careat &
varietatibus colorum, & diverſitatibus * E
partium: adeo ut abſque ulla ſuſpicio-
ne tranſgreſſionis maneat uſui tantum
apta ſanctæ religionis, & * uſui ſexus
competens, ad teſtimonium probitatis.
Ut autem deinceps nihil devocetur in
dubium, pallio purpurei vel nigri colo-
ris caput contegat ab initio ſuſceptæ re-
ligionis: ut dum illic intulerit ſignum
probabilis ſanctitatis, ubi nullius falli
poterit viſio intuentis, * nuſquam atten-
tetur auſus deteſtandæ præſumptionis.

Dist. 1, c. Decet et omnibus placet.
* ad ſuum nefandæ præſumptionis excidium, & quod
* excommunicationi ſubjaceat. quæ vero ablata fortaſſe fuerint, ab eo qui retulit, reddantur in duplum.
2. Cor. 2.
De viduis ſupra diximus conc. Tolet. IV. cap. 55.
* velle ... V. ... dua, quæ ſanctæ religionis
* notam,
* hujus
* ſed
* ſpecierum,
* ſui ſexus
* nuſquam ... ausus ascendere

## V.

* Omnes fœminæ, quæ jam in præte-
ritum religionis, veſte fuiſſe probantur
indutæ, * nihil ad excuſationem valeat
oppoſitionum quælibet objectio, quam-
vis diverſis aut callidis adumbrare ſe ve-
lint fallaciæ argumentis: ſed ad ſacratiſ-
ſimas ſanctiones diſciplina ſanctior teneat
eas religatas atque * ſubnexas. * Commo-
veantur ſane ſacerdotis auctoritate, ut
ſponte * ardeant, quæ ſi redire nolue-
rint, impulſu ſacerdotis ad religionis *
habitum reducantur, & in monaſteriis
B reductæ excommunicationis condignæ ſen-
tentia feriantur. Hic idem quoque ordo
in illarum condemnatione manebit, quæ
quamlibet a ſacerdote vel miniſtro ſan-
ctimoniæ veſtem non accepiſſent, ipſæ
tamen, aut indutæ ſunt, aut illo indui
habitu conſenſerunt, qui religionis eſſe
cultus ab intuentibus crederetur, ſicque
coram eccleſia, vel ſacerdote, aut etiam
competentibus teſtibus quandoque indu-
tæ * viſæ certis indiciis aut teſtimoniis
approbantur. Omnes hæ * tamen, ſeu
poſt tranſgreſſum reſumentes iteratam
C converſionem, ſicut præmiſſum eſt, &
pallio capita contegant, & conſcriptam
roboratamque profeſſionis faciat ſcriptu-
ram, per quam * alterius non ſinantur
relabi ad prævaricationis audaciam. Quæ
vero ex omnibus his fuerint repertæ ani-
mum aut veſtem in tranſgreſſionem de-
diſſe, & excommunicationis ſententiam
ferant, & rurſum mutato habitu in mo-
naſteriis, donec diem ultimum claudant,
ſub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant
religatæ.

## VI.

D Cum hucuſque diſſolutæ operationis ef-
fectus interdum nutare fecit honeſtæ con-
ſtitutionis edictum, * dum * incondite re-
ſolvi putatur, quod * indiſſolubile ſanctio-
nis auctoritate tenetur. Ideo quidquid
obvium ex incerto * incurrit, evidenter
abjici debet, ut de cetero nihil ſuperſit
quod in dubium nutetur. Ideoque ſi in
qualibet minori ætate, vel religionis ton-
ſuram, vel religionem debitam veſtem,
in utroque ſexu filii aut unus aut am-
bo parentes dederint, * certe aut nolen-
E tibus vel neſcientibus ſe, ſuſceptam non
mox viſam in filiis abdicaverint, ſed vel
coram ſe, vel coram eccleſia, palamque
in conventu eoſdem filios talia habere
permiſerint ad ſæcularem reverti habi-
tum ipſis filiis quandoque penitus non
licebit: ſed convicti, quod tonſuram aut
religioſam veſtem aliquando habuerint,
mox ad religionis cultum habitumque re-
vocentur, & ſub * æterna diſtrictione
hujuſcemodi obſervantiæ inſervire cogan-
tur. Parentibus ſane filios ſuos religioni
con-

ANNO CHRISTI 616.
27. quæſt. 1. Omnes fœminæ, non ad verbum
* Omnibus fœminis, nihil excuſationis valeat in oppoſitionum
* ſubnixas,
* Commoneantur
* redeant
* cultum
* veſte. (Neutra vox apud Iſidorum. Mard.)
* tamen ſeu venientes ad primam religionem ſeu poſt tranſgreſſa reſumentes iterata converſione,
* alterius
Ivo p. 7. c. 27. Burch. L. 8. c. 1.
* proponimus
* ne reſolvi putetur,
* incognite
* indiſſolubili
* occurrit,
20. q. 2. Si in qualibet
* forte
* ſtrenua

ANNO CHRISTI 656.

contradere, non amplius quam uſque ad * decimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe. Poſtea vero, an cum voluntate parentum, an ſuæ devotionis ſit ſolitarium votum, erit filiis licitum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem vel abolitione tonſuræ, vel ſæcularis veſtis aſſumptione detectus fuerit attigiſſe tranſgreſſionem, & excommunicationis cenſuram accipiat, & religioni ſemper inhæreat.

* duodecimum al. quatuordecimum

## VII.

Apud Iſidorum non extat hic canon Merdalinus

[f] Septimæ collationis objectu immane ſatis & infandum operationis ſtudium nunc ſanctum noſtrum adiit concilium; quod plerique ex ſacerdotibus & Levitis, qui pro ſacris miniſteriis, & pietatis ſtudio, gubernationiſque augmento ſanctæ eccleſiæ deputati ſunt officio, malunt imitari turbam malorum, potius quam ſanctorum patrum inſiſtere mandatis: ut ipſi etiam qui redimere debuerunt, venditiones facere intendant, quos Chriſti ſanguine præſciunt eſſe redemptos; ita dumtaxat, ut eorum dominio quo ſunt empti in ritu Judaiſmo convertantur oppreſſi: & fit execrabile commercium, ubi nitente Deo juſſum eſt ſanctum adeſſe conventum; quia [g] majorum canones vetuerunt, ut nullus Judæorum conjugia [h] vel ſervitia habere præſumat de Chriſtianorum cœtu, ſed ſacræ fidei ſibi cohærentia tam conjugia quam ſervitia, favente Deo, unice adhæreant; dicente propheta: *Qui habitare facit* [i] *unanimes in domo*. Nam vere nec advertunt primum quid dominus præceperit per Moyſem dicens: *Si quis furatus fuerit hominem, & vendiderit, convictus, quod morte moriatur*. Et iterum: *Si fratrem tuum Hebræum redemeris, ſerviet tibi ſeptem annis, & liberum abire permittes*. Quod ſine dubio ab eis præſcimus impleri. Quid enim deterius, quidve in præceps, dum ipſi, quos novimus Dei inſectatores, ita malunt ſibi conceſſa implere præcepta, ut nulla prorſus ratione maneant evitata, quanto magis nos, qui redemptos nos congaudemus pretio ſanguinis ſacri, convenit cuſtodire omnia præcepta? Quid igitur ſacerdos ille, vel Levita, ſive etiam omnis athleta Chriſti ſibi vendicare velit dum dominum & redemptorem noſtrum Jeſum Chriſtum non vult imitari; ſecundum quod ipſe vaticinantibus prophetis ait: *Vos ſacerdotes & Levitæ afferte arcam domini Dei Iſrael ad locum, qui paratus eſt: ſit timor domini vobiſcum, & cum diligentia cuncta facite. Levate ſacrificium, & venite in conſpectum ejus, & adorate dominum in decore ſancto*. Et alibi: *Perfectio tua, & doctrina tua viro ſancto tuo, domine, ut ponat thymiama in furore & holocauſta ſuper altare tuum*. Et illud: *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem de ore ejus exquirunt: quia angelus domini exercituum eſt. Lex veritatis in ore ejus: & iniquitas non eſt inventa in labiis ejus. In pace dirigens ambulavit: & multos convertit ab iniquitate*. Nec non & David: *Sacerdotes tui, domine, induantur juſtitia, & ſancti tui lætentur. Viduam ejus benedicens benedicam, & pauperes eius ſaturabo panibus. Sacerdotes induam ſalutari, & ſancti ejus exultatione exultabunt*. Quod & ipſe dominus & ſalvator apoſtolis ſuis præcepit, dicens: *Euntes per univerſum mundum, prædicate evangelium regni: appropinquavit enim regnum cœlorum: dæmonia ejicite, claudos curate, leproſos mundate, mortuos ſuſcitate*. Et iterum: *Quis putas eſt fidelis ſervus, & prudens, quem conſtituet dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis cibum in tempore* (opportuno.) *Beatus ille ſervus, quem cum venerit dominus eius, invenerit ſic facientem: Amen dico vobis, quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum*. Nam & Petro dixit: *Simon Petre, ſi diligis me, paſce oves meas*. Unde & apoſtoli in unum commorantes, poſſeſſiones proprias & ſubſtantias vendebant: & non quidem credentium animas evertebant, ſed magis unicuique, prout opus erat, fidelium dividebant. Quod & beatus admonet Petrus dicens: *Paſcite qui eſt in vobis gregem Dei, cuſtodientes, non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie: ut cum princeps paſtorum apparuerit, percipiatis immarceſcibilem gloriæ coronam*. Nam & Paulus ita ad Timotheum ait: *Exemplum eſto fidelium in verbo, in converſatione, in fide, in caritate, in caſtitate, ut profectus tuus manifeſtus ſit omnibus. Quia ſive Judæi, ſive Græci, ſive ſervi, ſive liberi, unum ſpiritum in Chriſto potati ſumus, & ſemetipſum pro nobis tradidit, factus pro nobis maledictus, ut in nobis benedictio Abrahæ fieret*. Jacobus igitur ita loquitur: *Religio munda, & immaculata apud dominum & Patrem hæc eſt, viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo*. Dicat nunc quiſquis ille eſt ſectator interminabilis vertigo teſtatione, quis ex apoſtolis ſanctis, vel ex omni turba credentium, quos advocavit dominus, quemquam vendidiſſet aliquatenus hominum; dum ipſe dominus in evangelio dicit: *Venit enim filius hominis quærere, & ſalvum facere quod perierat*. Audi namque Zacchæum domino dicentem: *Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum*. Quorum exempla apoſtoli & omnis toga ſanctorum martyrum & confeſſorum impleverunt, & nobis implenda

Margin: Pſal. 67. — Exod. 21. — Deut. 15. ſecundum Septuaginta. — 1 Paral. 15. — 1 Paral. 16. — Deut. 33. — Malac. 2. Ibidem. In vulgat. eſt: In pace & æquitate ambulavit mecum & multos, &c. Pſ. 131. — Matth. 10. — Matth. 24. — Joan. 21. — 1 Petr. 5. — 1 Tim. 4. — 1 Cor. 12. — Gal. 3. — Jac. 1. — Luc. 19. Ibidem.

[ANNO CHRISTI 656]

da inſinuaverunt, dicente apoſtolo Pau- A lo: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego per omnia Chriſti.* [Philipp. 3.] Nam qua fronte, qua etiam conſcientia, quiſquis ille eſt prioris illius imitator proditoris, ut poſt hujus nefanda commiſſa domino Deo præſumat offerre libamina, aut perceptionis ſuſcipiat ſacra myſteria, quæ nobis eſt conceſſum in oblatione peccatorum noſtrorum, dum dicit: [Matth. 27.] *Non licet mittere eos in corbonam, quoniam pretium ſanguinis eſt.* Corbona enim noſtrorum eſt arcana * [fort. pectorum] peccatorum, in quo ſanctum ſuſcipimus corpus: & maxime nobis eſt cuſtodien- B dum de talibus commerciis, ne inquinemur mentibus noſtris, & proruamus cum Juda negotiatore, cordibus cæci: [Marc. 14.] ſecundum quod dominus dicit: *Væ homini illi, per quem filius hominis tradetur in manibus peccatorum: bonum erat illi ſi natus non fuiſſet homo ille.* Quod non tantum pro Juda, ſed pro omnibus ſcilicet, cujus mercimoniis deſerviunt, & ipſi illi in diem judicii erunt condemnati, * [fort. quicumque modi] per quem venundati in hæreſem ceciderunt Judaice, aut etiam præſenti ſæculo mala ſuſcipient, C ſecundum propheticum ſermonem: [Jer. 30. quamquam paulo aliter] *Ecce furor domini egrediens, procella ruens in capite impiorum conquieſcet.* Et iterum: [Jer. 23.] *Propheta namque & ſacerdos polluti ſunt, & in domo mea inveni malum eorum, ait dominus. Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris. Impellentur enim, & corruent in ea, auferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait dominus.* Et per Iſaiam: [Iſa. 47.] *Dedi populum meum in manu tua, non poſuiſti eis miſericordiam, * [ſuper ſenem aggravaſti jugum] aggravaſti jugum tuum valde, deſcende * [ſede in pulvere] in pulvere, ſed tacens, & intra in tenebras, veniet ſuper te D malum, & neſcies, & irruet repente calamitas, quam non poteris expiare.* Et iterum in evangelio dicit dominus: [Matth. 7.] *Attendite a falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces.* Et illud: [Marc. 12.] *Cavete ab his qui devorant domos viduarum ſimulantes longam orationem: hi accipient * [prolixius judicium] damnationem majorem.* Et iterum: [Luc. 3.] *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Quia ſi quis ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt, expedit ei ut ligetur collo ejus mola aſinaria, & projiciatur in mare.* [Marc. 9.] Unde & in actibus apoſtolorum ita dominum legimus dixiſſe: [Act. 9.] *Saule, Saule, quid me perſequeris?* numquid in cœlum aſcenderat Saulus, ut ibidem perſecutionem ejus ſuſtineret dominus? ſed in ſervis ſuis habitans hanc * [f. prolocutus] prolatus eſt ſententiam, ſicut ipſe dicit: [Luc. 10.] *Qui vos ſpernit, me ſpernit, & qui me ſpernit, eum ſpernit qui miſit me.* Et illud: [Matth. 12.] *Qui non eſt mecum, contra me eſt, & qui non congregat mecum, ſpargit.*

A Quod etiam dudum per prophetam dixit; [Iſa. 29.] *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe eſt a me: ſine cauſa autem colunt me docentes doctrinas, & mandata hominum.* [Matth. 15. Marc. 7.] Et in evangelio: [Matth. 16.] *Quid enim prodeſt homini, ſi mundum univerſum lucretur, anima vero ſuæ detrimentum patiatur. Ecce paterfamilias plantavit vineam,* [Matth. 21.] id eſt, eccleſiam, *& locavit eam agricolis,* id eſt, ſacerdotibus. *Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Malos male perdet, & vineam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructus temporibus ſuis.* Nam di- [Matth. 14. & 24.] B cit ipſe: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. quia neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Si autem dixerit malus ſervus ille in corde ſuo: Moram facit dominus meus venire: & cœperit concutere conſervos ſuos, & ancillas; manducet autem & bibat cum ebriis: veniet dominus ſervi illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat,* & inutilem ſervum [Matth. 25.] *mittet in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Si quis enim poſt hanc definitionem talia agere tentaverit, noverit ſe extra eccleſiam fieri, & præſenti futuro judicio cum Ju- C da ſimili pœna percelli, dum modo dominum denuo proditionis pretio malunt ad iracundiam provocare.

Opitulante miſeratione divina, & glorioſiſſimi Reccesvinthi principis inhærente voluntate religioſa, his geſtis decentiſſime alligatis, & in pace connexis, ex totis præcordiorum * [viſceribus.] abditis damus gloriam & honorem ſoli æterno & immortali Deo Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, cujus donum collatum nobis agnoſcimus, pro ejus eccleſiæ ſtatu, & prompte gerere curam & * [poſſeſſa.] poſſe ſacri regiminis competentia diſponere jura: a quo petimus & optamus, ut porrecta in longitudine felicium dierum ſacra- D tiſſimi principis vita, * [eam] & omni gloriarum decore perpetim * [pollere.] pollente ſalute nobis quoque tribuat ſuſceptum eccleſiæ ſuæ regimen in æquitate diſponere, in ſolicitudine gubernare, & in pace tenere: ut poſt mundi hujus * [ſuſpecta] ſuſcepta pericula pervenire poſſimus ad cæleſtia regna. Amen.

## DECRETUM PRO POTAMIO episcopo.

ASſumere poteramus canoram in tantum fraternæ lætitiæ tibiam, quia divina pietas conventum noſtrum ad concordiæ convo- E caverat ſtudia, & convenerat * [abnuere meſtitiam vitæ,] mœſtitiam vitare, quoniam viſitatione diſciplinæ videbamur paternas regulas innovaſſe. * [Sed gravius colliſi threnum.] Sed gravius ſiſtrum pro cymbalo ſumimus, & funus pro carmine decantamus, gementeſque cum Jeremiæ queſtibus dicimus: *Diſſolutum eſt gaudium cordis noſtri; verſus eſt in luctum chorus noſter.* Unde & væ coram nobis conſpicimus, quoniam cecidiſſe coronam capitis noſtri videmus, dum tam nobile in infimum corruit, quod in tam ſublime ſanctitatis optimum ſtetit. Ecce etenim tractantibus nobis in pace Dei de eccleſiaſticis regulis, delatum eſt conventui noſtro epiſtolium con-

fuſæ

[ANNO CHRISTI 656.]

[Potamius Bracarenſis epiſcopus ſucceſſit Juliano; ſubſcribit in VIII. Tole.]

fuſæ confeſſionis, & abolendæ ſubſcriptionis, A quod Potamius Bracarenſis eccleſiæ epiſcopus de factis propriis, ſuiſque verbis annotarat & articulis: quo reſerato, quid obliteranda pagina, & abolenda literarum panderent elementa, fletibus potius quam ſermonibus lacrymoſa * concio recenſuit. Tunc ſolitarie tantum ſecretimque adunatis pontificibus Dei, prædictum epiſcopum adeſſe coram nobis fecimus. Quem ſingultibus aggredientes amplius quam loquelis, reſeratam illi ſuæ deformitatis & noſtræ confuſionis ſcripturam protulimus: quam accipiens, ac recurrens, ſciſcitantibus nobis utrum ſui operis, & ſuæ annotationis intimatio eſſet; * ille ſuum actum, ſuique oris eloquium, ſuorum quoque digitorum eſſe robur aſſeruit, quod B illic relegendo * pervidit. Rurſum divini nominis conteſtatione hunc adjurantes, obteſtati ſumus * ut, an de ſe ſponte mendacium diceret, aut alicujus * violentia premeretur, & perterritus talia enarraret, veraciter indicaret. Qui mox flebili voce, luminibuſque ploratu madentibus & fragore ſingultum, cum unius Dei nominis juramento clamavit, ſe & vere eadem mala de ſe confiteri, & ad hæc confitenda nulla ſe violentia prægravari. Unde etiam ferme, per novem menſes ſponte deſeruiſſe regimen eccleſiæ ſuæ, & ergaſtulo quodam, pro admiſſo flagitio acturus pœnitentiam, ſe concluſiſſe edixit. Tunc per fidelem confeſſionem ejus, agnito * quod tractu fœmineo ſorduiſſet, & C declarato, licet hunc paterna antiquitas ſacris regulis dejicere ab honore decernat, nos tamen miſerationis jura ſervantes, non abſtulimus nomen honoris; quod ipſe ſibi ſui criminis confeſſione jam tulerat; ſed valida auctoritate decrevimus, perpetuæ pœnitentiæ hunc inſervire officiis, & ærumnis: providentes melius illum per aſperam & * dumoſam ire pœnitentiæ ſolicitudinem, ut quandoque perveniret ad refrigerii manſionem, quam relictum in voluntatis ſuæ latitudine ad præcipitium dejici æterna damnatione. Tunc venerabilem Fructuoſum eccleſiæ Dumienſis epiſcopum communi omnium noſtrum electione conſtituimus eccleſiæ Bracarenſis gubernacula continere: ita ut omnem me- D tropolim provinciæ Gallæciæ, cunctoſque epiſcopos populoſque conventus ipſius, omniumque curam animarum Bracarenſis eccleſiæ gubernandam ſuſcipiens, ita componat atque conſervet, ut & dominum noſtrum de rectitudine operis ſui glorificet, & nobis de incolumitate eccleſiæ ejus gaudium præſtet. Quia vero ad futura proſpicere convenit, ne exoriri poſſit in ſtatu pacis quædam commotio litis, patrum ſententiam, quæ jam dictum Potamium epiſcopum rectitudine damnat, huic decreto connectere noſtra vigilantia procurat.

[* cognitio recenſuit.]
[* illico.]
[* providit.]
[* ut ſi non aut de ſe]
[* violentiæ proventu.]
[* quod tanto fœmineo ſorduiſſet ſtupro, & licet]
[dumoſam pœnitentiæ ſolitudinem quandoque pervenire]

## EX CONCILIO VALENTINO GALLIÆ.

### TITULO QUARTO.

NEc illud, fratres, ſcribere alienum ab eccleſiæ utilitate cenſuimus, ut ſciretis, quicumque ſub ordinatione, vel diaconatus, vel presbyterii, vel epiſcopatus mortali crimine dixerint ſe eſſe pollutos, a ſupradictis ordinationibus ſubmovendos; reos ſcilicet, vel veri confeſſione, vel mendacio falſitatis. Neque enim abſolvi poteſt * is qui in ſemetipſum dixerit, quod dictum in alios puniretur quoniam omnis qui ſibi fuerit mortis cauſa, major homicida fit.

[* in his, ſi in ſeipſos edixerint]

Multæ quidem & aliæ ſententiæ huic poterant innecti decreto, quæ prædictum Potamium epiſcopum * ſeveriſſima auctoritate abjicere jubent. Sed ex omnibus hanc conſcriptam ponere ſententiam maluimus, ne ſi totius damnationis edicta replicaſſemus, graviſſimæ ultionis auctores exiſtere videremur. Factum eſt decretum ſub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octavo regni glorioſiſſimi domini noſtri Reccesvinthi regis.

[ANNO CHRISTI 656.]
[* ſuaviſſima]

* Eugenius indignus Toletanæ ſedis metropolitanus epiſcopus hoc judicii noſtri decretum ſubſcripſi.

Similiter & alii epiſcopi ſubſcripſerunt, numero * viginti.

[* Omnes ſacerdotes prædicti concilii hoc ſtabiliter ſancivimus.]
[* Iſidor ſexdecim Hard.]

## ALIUD DECRETUM.

* DIutinis tractationibus inveniri quod juſtum eſt, * ut experientia eſt judicantium comprobatum, ita & juxta ſummi judicii ſtatuta plenior invenitur auctoritas. Ideo mentis intentione, oriſque ſimul, ſtudia deducentes in cognitionem audiendi negotii delatum eſt nos in conventu ſancti concilii, ex directo glorioſi domini noſtri Reccesvinthi regis, per illuſtrem Vvambanem, teſtamentum glorioſæ memoriæ ſancti Martini eccleſiæ Bracarenſis epiſcopi, qui & Dumienſe monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe; ut reſerato eo quod hic memoratus beatiſſimus vir decreviſſet noſtræ cognitioni pateſceret. Quo teſtamento in omnium conventu relecto, comperimus ex ordine a memorato principe ad nos eſſe directum: quoniam idem glorioſæ memoriæ ſanctiſſimus vir decreverat, ut ſuccedentibus per ordinem regibus, ad complementum ejus ipſius teſtamenti conſtitutio commendata maneret. Tunc deinde illatum eſt nobis teſtamentum Recimiri memoratæ eccleſiæ Dumienſis epiſcopi, quod de rebus ſuis in eadem eccleſia decreverat examinatione veridica dirimendum. Quo * relecto cognovimus eumdem auctorem ſuum illic diverſæ conſtitutionis edidiſſe conditiones: inter quas unam validam conatus eſt religatione conſtringere, deputans D & illationes tributorum, & pretia frugum abſque aliqua diminutione annua vice pauperibus erogari, nihilque eſſe abſque deliberatione relictum, * quo uſibus eccleſiæ poſſit quadam liberalitate ſervire. Tunc ex voce partis Dumienſis eccleſiæ * aſtrictum eſt, quod * univerſas ſpecies generis & corporis rerum, quæ in ejuſdem eccleſiæ * domo intrinſecus ad uſus domeſticos * ex tempore ſuæ ordinationis idem epiſcopus Recimirus invenit, & quæ ipſe aut de opere utriuſque ſexus artificum familiarum eccleſiæ potuit habere confecta, atque illata, aut quæ ſua * profeſſione habuiſſe viſus eſt conquiſita, omnia moriens juſſiſſet pauperibus erogari. Quædam vero ita vili pretio vendi ordi- E naſſe, ut negotiatio earum rerum perditio potius quam mercatio cenſeretur. * Addidiſſe quoque quoſdam liberos ex ejuſdem eccleſiæ familiis, quibus etiam cum aliis ad ſe pertinentibus omnibus amplius quam quinquaginta reperitur utriuſque ſexus dediſſe mancipia. Quibus damnis ita cognitis, quia & cuncta remedia intrinſecus domus tam indiſcrete largita fuerant, ne quid ad * integritatem eccleſiæ reliquum ſuperesſet, cum nulla imminens cauſa pauperum neceſſitatis exiſteret, * quæ hoc tam integre & perfecte examuſſim erogari depoſceret, atque pro libertis illis nihil ſecundum canonicam

ſen

[* Vividis]
[* & experientia eſſe judicantium comprobatur. & juſti ſumma judicii plenior invenitur]
[Ideo mentis intentionem oriſque ſimul ſtudia deducentes, agnitione audiendi negotii,]
[Subſcribit in VII. Tolet numero ſe primus]
[* relato]
[* quod]
[* adſtructum]
[* univerſæ ſpeciei, generis, & corporis rerum, quæ]
[* dono]
[* & ex]
[* proviſione]
[* Edidiſſe]
[* dignitatem]
[* quæ in hoc ſancta lex examuſſim erogare deprehenſa eſt.]

ANNO CHRISTI 656

ſanctionem datum in commutationem pateſce- A ret; ſed nec pro mancipiis, & reliquis rebus eiſdem libertis collatis, aliquid in repræſentationem eccleſiæ relictum noteſceret: verum & ſuam rem ita in nomine pauperum relegaſſet, ne aliquid remedii ex hoc eccleſiaſticus uſus attingeret, ducti ſumus, tam rationis intuitu, quam paternarum ſanctionum edicto, ipſius teſtamenti ſeriem, etſi non uſquequaque * in irritum devocare, in quoddam tamen; rationabili auctoritate, temperamentum deducere: ſcilicet, quia tantorum diſpendiorum damnis, a memorato Recimiro epiſcopo factis, res eccleſiaſtica dignoſcitur ſubjacere, omnis res ejus, quam inde * legatam reliquit pauperum nomini, tamdiu Dumienſi eccleſiæ plena deſerviat B facultate, donec omne hoc damnum, quod in utenſilibus domus ſuſtinuit, valeat evidentius reparari, ac tunc, completa reſtitutione damni, obſervetur, ſicut decreta eſt, ſeries teſtamenti. Liberti vero, qui ex familiis eccleſiæ facti ſunt, & ſeu res univerſa, quæ in mancipiis, aliiſque corporibus, * vel illis ſuis hominibus collata eſſe dignoſcitur, cuncta in diſcretione venerabilis fratris noſtri Fructuoſi epiſcopi diſponenda relinquimus: ut quia hæc evidens ordo patrum in irritum devocat, illius temperamentum hæc ad miſerationem adducat, qualiter nec regulam paternam modus excedat, & miſerationem ſeveritas non extinguat: ut ſecundum merita ſervientium, & libertatis præmia, & rerum donaria, C vel ſubtrahat, vel concedat. Editum ſub die Kalendarum Decembris, anno feliciter octavo regni glorioſiſſimi domini noſtri Recceſvinthi regis.

* in irritum rationabili temperamento deducere

* alligatam

* vel illis vel ſuis

Eugenius indignus metropolitanus Toletanæ ſedis epiſcopus hoc judicii noſtri decretum ſubſcripſi.

Similiter & alii epiſcopi ſubſcripſerunt numero * viginti.

* al. duodecim Hard.

## i SUBSCRIPTIONES.

*Interfuerunt huic ſancto concilio pontifices numero viginti.*

a Eugenius regiæ urbis metropolitanus epiſc.
Fugitivus Spalenſis metropolitanus epiſc.
b Fructuoſus Bracarenſis metropolitanus epiſc.
Marcus Caſtellonenſis epiſc.
Vvidericus Segontienſis epiſc.
Mauricius Oretanus epiſc.
* Ibitaricus Elnenſis epiſ.
Davila Complutenſis epiſc.
Egeredus Salmanticenſis epiſc.
Quiricius Barcinonenſis epiſc.
Cæſarius Olyſipponenſis epiſc.
Athanaſius Setabitanus epiſc.
Balduigius * Arcavicenſis epiſc.
Euſicius Segobrienſis epiſc.
Hermenfredus Lucenſis epiſc.
Magnarius Accitanus epiſc.
Ilpidius Aſturicenſis epiſc.
* Sozimus Elborenſis epiſc.
Stephanus Valerienſis epiſc.
Flavius Portucalenſis epiſcopus.

* Ubiericus Elnenſis

* al. Ercavicenſis Hard.

* Zoſimus

*Vicarii epiſcoporum.*

Argefredus * abbas Eligani epiſcopi eccleſiæ Oxomenſis.
Martinus abbas Valdefredi epiſcopi eccleſiæ Menteſanæ.

* abbas agens vice in ...

Eliga presbyter * Giberii epiſcopi eccleſiæ Bigaſtrenſis.
Agricius diaconus Ubinibalis epiſcopi eccleſiæ Illicitanæ.
Daniel diaconus Marcelli epiſcopi eccleſiæ Uritanæ.

ANNO CHRISTI 656.

* Giberici

## NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Æra* 694.) Ambroſius Morales congregatum ait anno domini 658. Vaſæus anno domini 655. Verum conſtat aperte congregatum fuiſſe æra 694. Nam undecimum Toletanum, ut dicitur can. 1. ejuſdem, congregatum fuit poſt decem & octo labentium annorum excurſum a decimo, quod eſt æra 713. & bene; nam is eſt annus quintus Vvambæ regis.

Tempus concilii.

b *Paſchale feſtum.*) Quo die paſcha foret celebran- B dum olim dubitabatur, & eccleſiis minoribus major eccleſia diem præſcribebat, ut ſtatutum invenio concil. Carthag. III. cap. 1. ubi præcipitur, ut omnes Africanæ provinciæ epiſcopi obſervationem paſchalem ab eccleſia Carthaginenſi curent accipere. Metropolitanus vero ſive primas ad omnes epiſcopos literas dirigebat de die quo feſtum hoc celebrandum eſſet. Idque cavetur eodem concilio cap. 41. I. Arelat. can. 1. Bracarenſi II. cap. 9. & Carth. V. cap. 7. ubi clarius dicitur: *Placuit ut dies venerabilis paſchæ formatarum ſubſcriptione omnibus intimetur.* Toletano autem concilio IV. ſtatuitur, ut metropolitani ſacerdotes, ante tres menſes Epiphaniarum, literis ſe invicem inquirant; ut communi ſcientia edocti, diem reſurrectionis Chriſti comprovincialibus ſuis inſinuent. Die vero dominica feſtum hoc celebrandum decernit Pius papa I. epiſt. prima ad univerſos: & Victor papa I. epiſt. 1. non autem cum Judæis, qui luna decimaquarta illud celebrant: unde illud eccleſiaſtici 43. *A luna ſignum diei feſti, luminare quod minuitur in conſummatione*, ut conſtituitur concil. Antioch. can. 1. in C quo etiam citatur Nicænum primum. Unde hic dicitur: Ne in Judaicum incidamus errorem. Undecimo Kalendarum Aprilium mandat illud celebrari Innocentius I. epiſt. 11. & Vigilius papa epiſt. 1. cap. 5. Hujus celebritatem ſex diebus terminari ſancit concil. Matiſcon. II. can. 2. De hac re etiam vide Iſidorum lib. 1. de officiis eccleſiaſt. Hoc anno 1582. reformatus eſt error anni, & paſchatis dies certus ſtatutus eſt, ſecundum canones concilii Nicæni, per Kalendarium Gregorianum, conſumptis decem diebus a quinto uſque ad decimumquintum menſis Octobris, aliiſque adhibitis regulis & canonibus ad certam ſemper paſchatis rationem habendam.

Cap. 1. Quo tempore paſcha celebrandum.

c *Adventum ſancti Spiritus.*) Pentecoſtes feſtum olim non in tota Hiſpania ſolitum fuiſſe celebrari, conſtat ex concilio Eliberitano; ubi, ut hujuſmodi error corrigatur, ita cavetur cap. 43. *Pravam inſtitutionem emendari placuit, juxta auctoritatem ſcripturarum, ut cuncti diem pentecoſtes celebremus. Quod qui non fecerit, quaſi novam hæreſim induxiſſe notetur.* Præcipua vero anni feſta D concil. Agathenſe can. 21. ponit paſcha, natalem domini, epiphaniam domini, aſcenſionem domini, pentecoſtem, & natalem S. Joannis Baptiſtæ. Quibus diebus illis qui in agro oratorium habebant, non licebat in eo, ſed in civitate, ſacro Miſſarum intereſſe, ut patet ex eodem loco, & divo Iſidoro lib. de officiis eccleſiaſticis.

Feſtum Pentecoſtes celebre in Hiſpania

d *Nativitatis dominicæ ſacrum.*) De feſto nativitatis eſt apud Teleſphorum, qui fuit ſeptimus a Petro pontifex, in epiſtola ad univerſos, quo pacto celebrandum, & in nocte illa miſſa eſt ſolenniter decantanda, cum angelorum hymno: aliaque quæ ibi de natali etiam domini, & ab Iſidoro lib. de officiis eccleſiaſticis annotantur.

Solennitas natalis dominique.

e (*Sicut ex antiquitate regulari.*) Concilium Laodicenum: *In quadrageſima non celebrentur martyrum natalitia.* Can. 53. & habetur 33. quæſt. 4. Non oportet. Hæc ſolennitas annunciationis eſt hodie celebris decimoquinto die Kalendarum januariarum in ſancta eccleſia Toletana, omnique cultu & ſplendore veneratur, voca- E turque expectatio partus, & feſtum dominæ noſtræ *de la O.* & in tota Hiſpania colitur ut feſtivus dies, præcipue tamen in Toletana baſilica; eo quod eo ipſo die ſanctiſſima Virgo Ildefonſo archiepiſcopo oranti ad nocturnas preces, veſtem, qua in ſacris ſolennioribus uteretur, aſtante ſanctarum virginum choro, tradidit. Extat nunc lapis veneratione & pietate celeberrimus, in eodem auguſto templo, ut memoria majorum acceptum traditumque eſt, quo ſtetit Virgo ſanctiſſima, pedeſque fixit. Hæc fuſius traduntur in officiis eccleſiaſticis eccleſiæ Toletanæ a S. D. N. Gregorio XIII. approbatis.

Solennitas annunciationis quando in Hiſpania celebretur.

f *Septimæ collationis objectu.*) Totum hoc caput in excuſis deſideratur.

Cap. 6.

g *Majorum canones*) Concil. III. Aurel. can. 3. Eliberit. cap. 19. III. Tolet. cap. 14. Aut ſi juncti ſeparentur II. Aurel. can. 18. & III. Aurel. can. 13.

h *Vel-*

ANNO CHRISTI 656.

h *Vel ſervitia.*) Sic multis conciliis cautum, ut mancipia non habeant Chriſtiana, III. Tolet. cap. 14. & IV. Tolet. cap. 65. & legibus Vviſigothorum lib. 12. titul. 3. leg. 12. quæ eſt Ervigii: Ne Judæis mancipia ſerviant, vel adhæreant Chriſtiana, & leg. 16. ibidem.

Explicatur.

i *Unanimes in domo.*) Pſal. 67. ubi vulgata editio habet: *Deus qui habitare facit unius moris in domo.* Septuaginta unius moris [illegible] transferunt. Hieronymus ita: Deus inhabitare facit ſolitarios, quod [illegible] vox etiam ſignificat. Sic Baſilius, & alii [illegible] ſolitariam vitam appellant. Addit Hieronymus ſuper hunc pſalmum. In Hebræo habetur. *Dominus inhabitare facit monachos in domo.* Auguſtinus ibidem legit: Qui habitare facit uniuſmodi; explicatque unanimes, unum ſentientes, & unius moris.

Potamius quis.

k *Potamius epiſcopus.*) Potamius Bracarenſis epiſcopus, eo quod tactu fœmineo ſorduiſſet, deponitur a ſede. Sic enim cautum erat canone apoſtolorum 25. *Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut perjurio, aut furto captus eſt, deponatur: non tamen communione privetur; dicit enim ſcriptura; Non vindicabit dominus bis in idipſum.* Habetur diſt. 81. cap. presbyter.

Qui quotve epiſcopi ſubſcripſerunt.

l *Subſcriptiones*) Subſcribunt in decimo concilio Toletano fere iidem epiſcopi qui in nono hoc ordine: Athanaſius Setabitanus, qui in VIII. & IX. Balduigius Arcavicenſis, in VIII. & IX. Davila Complutenſis in VIII. & IX. Eugenius regiæ urbis in VII. & VIII. Unde deducitur duodecim annos tenuiſſe Toletanam ſedem, ut teſtatur Ildefonſus de viris illuſtribus: nam in V. & VI. alter Eugenius ſubſcribit, cui hic ſucceſſit. Egeredus Salmanticenſis, qui in VII. & VIII. Euſicius Segobrienſis, qui in IX. Egilanus Oxomenſis, qui & Egila, in IV. & V. Gilbericus Rigaſtrenſis per procuratorem, qui in VII. & IX. Hermenfredus Lucenſis, qui in VIII. Marcus Caſtellonenſis qui in VII. VIII. & IX. Mauricius Oretanus, qui in VIII. & IX. Magnarius Accitanus, qui in IX. Marcellus Urcitanus per procuratorem, qui in VIII. & IX. Stephanus Valerienſis, qui in IX. Vvidericus Segontienſis, qui in VIII. & IX. Ubinibal Illicitanus per procuratorem, qui in VII. VIII. & IX. Valdrefredus Menteſanus per procuratorem, qui in IX. Præterea ſubſcribunt Cæſarius Olyſipponenſis, qui ſucceſſit Neuſrido, in VII. Fugitivus Hiſpalenſis, qui ſucceſſit Antonio, in VIII. Fructuoſus Bracarenſis, qui ſucceſſit Potamio depoſito, in VIII. Flavius Portucalenſis, qui ſucceſſit Uſibeſo, in VI. Illitaricus Elnenſis, qui ſucceſſit Acutulo, in VI. Hpidius Aſturicenſis, qui ſucceſſit Candidato, in octavo. Quiricus Barcinonenſis, qui ſucceſſit Olæ, in Octavo. Soſimus Elborenſis, qui ſucceſſit Abientio, in octavo.

ANNO CHRISTI 656

In hoc concilio, quamvis eſt nationale, non ſubſcribunt abbates, neque viri illuſtres officii palatini: forte eæ ſubſcriptiones deſunt in manuſcriptis codicibus.

m *Eugenius.*) Interfuit VIII. & IX. conciliis Toletanis, vir ſanctus. Sunt qui affirmant inter divos relatum fuiſſe.

Fructuoſus quis.

n *Fructuoſus.*) Fructuoſus ex regio Gothorum ſanguine ortus, ducis filius, epiſcopi Palentini Tonantii diſcipulus, multorum monaſteriorum conditor, & pater, ex Complutenſi abbate, cum monaſterium exædificaverat, ad Virgidienſem tractum Juſti & Paſtoris martyrum nomine Dumienſis epiſcopus creatus, in Potamii dejecti locum ſubrogatus, Bracarenſis eccleſiæ curam ſuſcepit. Actis hujus concilii poſt Eugenium Toletanum, & Fugitivum Hiſpalenſem ſubſcribit. Ejus memoria cum ſanctitatis opinione a populis Bracarenſibus & Compoſtellanis colitur, feſto die dicato ad ſextum decimum Kalendas Maii. Corpus ejus in monaſterio ab ipſo exædificato inter Dumium & Bracaram ſepulturæ mandatum, poſtea Jacobo Gelmiride primo Compoſtellæ archiepiſcopo Compoſtellam translatum, ubi magna populi veneratione colitur.

# TOMUS CONTINENS RELATIONEM

## De dogmatibus quæ mota ſunt inter ſanctum Maximum & Theodoſium epiſcopum Cæſareæ Bithyniæ, ſeu conſules qui cum eo erant.

## JACOBI SIRMONDI ADMONITIO

### ad lectorem de ſequenti collatione.

Diſputatio Maximi cum Theodoſio Cæſareæ in Bithynia epiſcopo, & proceribus qui cum illo venerant, Bizyæ in exilio ipſo peracta eſt, anno, ut menſis Auguſtus & 14. indictionis nota docet, 656. Quare in annalibus eccleſiaſticis recte huic anno adſcribitur. Male autem judicum quæſtio, quæ Maximi exilium, ut dictum eſt, anteceſſit, in ſequentem annum ibidem conjecta eſt cum ad præcedentem referri deberet.

Ex collectaneis Anaſtaſii bibliothecarii a R. Patre Jacobo Sirmondo ſocietatis Jeſu edita.

QUÆ mota ſunt de immaculata noſtra chriſtianorum fide, atque ſubintroducta contrariorum novitate, inter abbatem Maximum & Theodoſium epiſcopum Cæſareæ Bithyniæ, neceſſarium duxi manifeſta facere omnibus vobis, qui in orthodoxia conſiſtitis: ut cum certius de his ſcire viſi fueritis, glorificetis magis ac magis amatorem hominum Deum, qui dat verbum in apertione oris timentium ſe: ne forte more ſolito veritatis inimici huic contraria diffamantes, corda veſtra conturbent. Igitur nono Kalendas Septembris, quæ nunc tranſacta eſt quartædecimæ indictionis, exivit ad eum in exilium, in quo poſitus ſervabatur, id eſt ad caſtrum Bizyæ, prædictus epiſcopus Theodoſius, ex perſona, ut dixit, Petri Conſtantinopolitani præſulis miſſus, nec non & Paulus ac Theodoſius conſules, ut faſſi ſunt, & ipſi ex perſona imperatoris directi. Et cum aſcendiſſent ad prædictum monachum Maximum in locum in quo retruſus habebatur, ſederunt, & præceperunt etiam & ipſum ſedere. Aderat autem cum illis etiam epiſcopus Bizyæ. Et dicit ad eum Theodoſius epiſcopus: Quomodo habes abba? Et Maximus ad eum: Sicut prædeſtinavit Deus ante omnia ſæcula proviſoriam fore circa me diſpenſationem, ſic habeo. THEODOSIUS. Ergone prædeſtinavit Deus ante omne ſæculum quæ circa ſingulos ſunt? MAXIMUS. Si præſcivit, utique & prædeſtinavit. THEODOSIUS. Quid eſt hoc ipſum quod aſſeris, præſcivit & prædeſtinavit? MAXIMUS. Præſcientia eſt cogitationum & ſermonum & operum quæ ex nobis ſunt; prædeſtinatio vero eorum eſt quæ ex nobis non accidunt. THEODOSIUS. Quæ ſunt illa quæ ex nobis ſunt, & quæ ex nobis non ſunt? MAXIMUS. Ut liquido patet, omnia ſciens dominus meus probando interrogat ſervum ſuum. THEODOSIUS. Per veritatem Dei ignorans & diſcere volens percontatus ſum differentiam eorum quæ ſunt ex nobis, & quæ non ſunt ex nobis, & qualiter quædam ſub præſcientia Dei, quædam vero ſub prædeſtinatione conſiſtant. MAXIMUS. Ex nobis ſunt voluntaria omnia, id eſt virtutes & vitia. Non ex nobis autem ſunt illationes accidentium nobis pœnalium modorum, vel his contrariorum. Neque enim ex nobis eſt vel nocens languor, vel lætificans ſanitas, licet operatrices horum cauſæ ex nobis exiſtant: ut puta intemperantia cauſa eſt languoris, quemadmodum temperantia cauſa eſt ſanitatis. Et regni cœleſtis cauſa mandatorum cuſtodia, quemadmodum & ignis æterni horum tranſgreſſio. THEODOSIUS. Ergone propter hoc tribularis in exilio iſto, quoniam digna quædam hac tribulatione geſſiſti? MAXIMUS. Rogo

A ut Deus hac tribulatione remetiatur exceſſus meos quibus ei peccavi in prævaricatione juſtificationum mandatorum ſuorum. Theodosius. Non eſt etiam probationis cauſa tribulatio multis illata? Maximus. Probatio ſanctorum eſt, ut ſcilicet per tribulationes vitæ hominum maniſeſtentur affectus eorum qui ſunt circa id quod eſt naturaliter bonum, ſibimet inſinuantes ignotas omnibus virtutes ſuas, ut in Job & Joſeph. Siquidem alter ad maniſeſtationem abſconſæ fortitudinis tentabatur, alter vero ad declarationem ſanctificatoriæ pudicitiæ probabatur. Et omnis ſanctus non ſponte tribulatus ad quaſdam hujuſcemodi diſpenſationes tribulatur, ut per infirmitatem qua permittitur moleſtiam pati, ſuperbum & apoſtatam draconem conculcet, id B eſt diabolum. Patientia enim probationis opus eſt in unoquoque ſanctorum. Theodosius. Per veritatem Dei bene dixiſti, & confiteor utilitatem, & quærebam in talibus ſemper diſputare vobiſcum. Sed quia pro alio capitulo ego & domini mei futuri patricii profecti ſumus, & per tot intervalla locorum advenimus, rogamus te quæ a nobis proferuntur ſuſcipere, & totum orbem lætificare. Maximus. Quæ ſunt hæc, domine? vel quis ego, & unde ſum, ut in his quæ protenduntur mihi, conſenſus meus totum lætificet orbem? Theodosius. Per veritatem domini noſtri Jeſu Chriſti, quod dico tibi ego & domini mei futuri patricii, ex ore domini noſtri patriarchæ ac pii domini orbis audivimus. C Maximus. Jubete, domini mei, dicere quæ vultis & quæ audiſtis. Theodosius. Rogat imperator & patriarcha per nos, cognoſcere a te, qua pro cauſa non communices throno Conſtantinopolitano. Maximus. Habetis ſuper hoc præceptionem in ſcriptis a piiſſimo imperatore, vel patriarcha? Theodosius. Non debueras, domine, nobis incredulus eſſe. Licet enim exiguus ſim, ſed epiſcopus audior, & iſti domini mei patres ſenatus exiſtunt. Nec venimus ad tentandum te, abſit. Maximus. Quoquomodo veniſtetis ad ſervum veſtrum, ego abſque omni reverentia dico cauſam ob quam non communico throno Conſtantinopolitano. Verumtamen etſi aliorum eſſet fas percontandi qua pro cauſa, D veſtrum non eſſet, qui me cauſam certius noſtis. Scitis novitates quæ factæ ſunt a ſexta indictione tranſacti circuli, incœptas ab Alexandria per novem capitula a Cyro, qui neſcio quo pacto illic factus eſt præſul: quæ videlicet firmata ſunt a throno Conſtantinopolitano: necnon & alias immutationes additioneſque ac diminutiones, quæ factæ ſunt in concilio a Sergio, Pyrrho, ac Paulo, qui eccleſiæ Byzantii præfuerunt. Quas videlicet novas adinventiones eſſe omnis noſter orbis agnoſcit. Hac pro cauſa non communico ego ſervus veſter eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Tollantur offendicula quæ poſita ſunt a prædictis viris, cum eiſdem ipſis qui poſue- E runt hæc, quemadmodum dixit Deus: *Et lapides a via projicite*: & planam & detritam, atque ab omni ſpinoſæ hæreſeos pravitate liberam viam evangelii gradiantur, & tum inveniens quemadmodum erat incedo & ipſe abſque omni hortatu humano. Donec autem ſuper offendiculis poſitis, & his qui poſuerunt ea, gloriantur præſules Conſtantinopolitani, nullus ſermo vel modus eſt qui mihi perſuadeat illis communicare. Theodosius. Numquid malum quid confitemur, ut ſeparare te hujus rei cauſam conveniat a communione noſtra? Maximus. Quia unam operationem dicentes deitatis

[illegible] 10.

A & humanitatis Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, confunditis tam theologiæ quam diſpenſationis ſermonem. Si enim credere oportet patribus qui aſſerunt, quorum eſt operatio una, horum & ſubſtantia una, quaternitatem facitis ſanctam trinitatem, quaſi congenita Verbo facta carne ipſius: quæ etiam careat cognata identitate, quam nobiſcum, & cum ea quæ ſe peperit naturaliter habet: & rurſus perimentes operationes, & unam voluntatem aſſeverantes deitatis ipſius & humanitatis, adimitis ejus bonorum diſtributionem. Si enim nullam habet ſecundum illos qui hoc ſanxerunt operationem, perſpicuum eſt quod licet velit miſereri non poſſit; detruncata nimirum ejus operatio- B ne bonorum: ſed dumtaxat operatione naturali excepta, nihil eorum quæ ſunt operati vel agere conſtat. Alias autem & carnem facitis voluntate quidem concreatricem omnium ſæculorum, & eorum quæ ſunt in eis, Patri & Filio ac Spiritui ſancto: natura vero creatam, vel, ut verius dicamus, non habentem initium voluntate, ſi divina voluntas ſine initio eſt, utpote quæ ſit deitatis ſine initio exiſtentis, natura vero recens. Quod non ſolum omnem ſenſum excedit, ſed & omnem impietatem. Non enim dicitis abſolute tantum unam voluntatem, ſed & iſtam divinam. Divinæ vero voluntatis nemo poteſt initium excogitare temporale, vel finem: nam nec divinæ naturæ, C cujus eſt ſubſtantialis voluntas. Rurſus autem aliam introducentes novitatem, adimitis omnimodis omnia ſignificantia & commendantia divinitatem & humanitatem Chriſti, legibus & typis ſancientes, neque unam neque duas in eo voluntates aut operationes dicendas; quod rei eſt eſſentiam non habentis. Nihil enim eorum quæ ſunt, ſi intellectuale eſt, privatur voluntatem habente virtute ac operatione; ſi ſenſuale, ſentiente operatione; ſi germinabile, creſcente ac alente operatione: ſi penitus inanimale eſt, & ea quæ ex more dicitur vita caret, operatione ac opportunitate: & indicant omnia quæ ſic ſunt opitulativa ſenſibus ſenſualium: operatio enim talium eſt, ſubjici uti- D que viſui per apparitionem ſuam, auditui per ſonum, odoratui per odorationem quamdam amplexibilem, guſtui per quoſdam humores, & tactui per reciprocam impreſſionem. Sicut enim operationem viſus dicimus videre, ita & viſorum videri, & cetera omnia ſecundum eumdem aſpicimus fieri modum. Si igitur nihil eorum quæ ſunt eſt omni penitus operatione deſtitutum, dominuſque noſter & Deus (propitius eſto domine) nullam habet naturalem voluntatem vel operationem in utriſque, ex quibus, & in quibus, & quæ eſt, quomodo poterimus aut eſſe, aut vocari Dei cultores, ſecundum nullum modum exiſtere cum voluntate vel operatione dicentes, qui adoratur E a nobis, Deum? Expreſſe namque a ſanctis patribus edocemur, cum dicunt: Quod enim nullam virtutem habet, neque eſt, neque aliquid eſt, neque eſt quævis ejus omnino poſitio. Theodosius. Quod factum eſt per diſpenſationem, ne accipias ut ratum dogma. Maximus. Si non eſt ratum eorum dogma qui hunc recipiunt, typus qui ſancit & lex: nullam dicendam domini voluntatem vel operationem, quarum detruncatio inexiſtentiam indicat ejus qui fuerit his privatus, qua pro cauſa barbaricis & ſine Deo gentibus me abſque honore tradidiſtis? Qua pro cauſa damnatus ſum ad habitandum Bizen, & conſervo-

rum

rum meorum alter quidem Perberim, alter vero Meſembriam. Theodosius. Per Deum qui me judicaturus eſt, & quando factus eſt dixi, & nunc idipſum dico, quia male, & ad læſionem multorum factus eſt typus. Verum occaſio facta eſt ut exponeretur alterna lis orthodoxorum ſuper operationibus & voluntatibus altercantium: & ut omnes pace mutua fruerentur, conſideraverunt quidam hujuſmodi voces ſilentio comprimendas. Maximus. Et quis fidelis ſuſcepit diſpenſationem taceri facientem voces, quas dici per apoſtolos, & prophetas, atque doctores Deus omnium diſpenſavit? Et inſpiciamus, domine magne, in quod malum deveniat tractatum capitulum iſtud. Si enim Deus poſuit in eccleſia primo apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores ad perB fectionem ſanctorum, dicens in evangelio apoſtolis, & per eos his qui poſt ipſos ſunt: *Quod vobis dico, omnibus dico:* & iterum: *Qui recipit vos, me recipit: & qui vos ſpernit, me ſpernit;* manifeſtum eſt ac perſpicuum, quod qui non recipit apoſtolos, & prophetas, & doctores, ſed ſpernit voces eorum, ipſum Chriſtum ſpernit. Inſpiciamus autem & aliud. Deus eligens excitavit apoſtolos, & prophetas, atque doctores ad perfectionem ſanctorum. At vero diabolus falſos apoſtolos, & falſos prophetas, & falſos doctores contra pietatem eligens excitavit; quo & vetus lex impugnetur & evangelica. Falſos autem apoſtolos, & falſos prophetas, & falſos doctores ſolos hæreticos intelligo, quorum ſerC mones & cogitationes perverſæ conſiſtunt. Sicut ergo is quis veros apoſtolos, & prophetas, & doctores recipit, Deum recipit: ita & qui falſos apoſtolos, & falſos doctores recipit, diabolum recipit. Igitur qui pariter cum ſceleſtis & immundis hæreticis ſanctos ejecit, (ſuſcipite me dicentem veritatem) Deum liquido cum diabolo pariter condemnavit. Itaque ſi examinantes novitates, quæ temporibus noſtris effectæ ſunt, eas ad hoc deveniſſe invenerimus ſummum malum, videte ne forte pacem prætendentes, apoſtaſia reperiamus languere, & prædicare; quam præcurſuram fore antichriſti adventum ſacratiſſimus dixit apoſtolus. Hæc abſque ſubtractione dixi vobis, domini mei, ut D pareatis vobiſmetipſis, & nobis. Jubetis ut hæc ſcripta in libro cordis mei habens, ingrediar & communicem in eccleſia in qua hæc prædicantur, & fiam communicator eorum qui veraciter quidem Deum, falſo vero diabolum cum Deo ejiciunt? Ne fiat mihi a Deo, qui propter me ſecundum me factus eſt abſque peccato. Et genu flexo dixit: Quidquid juſſeritis in ſervum veſtrum facere, facite. Ego his qui hæc recipiunt nunquam communicabo. Et ceu gelidi facti ſuper his quæ dicta fuerant, deorſum capita ſummittentes, ſiluerunt per multam horam & annuens, atque abbatem Maximum Theodoſius intuitus dixit: Nos fide dicimus tibi dominum noſtrum imperatorem, quod te E communicante tollat typum. Maximus. Multum adhuc diſtamus abinvicem. Quid faciemus de confirmata ſynodice voce unius voluntatis in ejectionem omnis operationis a Sergio, Pyrrho, ac Paulo? Theodosius: Illa charta depoſita eſt, & projecta. Maximus. Depoſita ex lapideis parietibus, non tamen ex intellectualibus animabus. Suſcipiant damnationem horum quæ Romæ ſynodice prolata eſt per pia dogmata, ſeu regulas, & ſolvitur medius paries, atque hortatione non indigebimus. Et ait Theodoſius epiſcopus: Non eſt firmata ſynodus quæ Romæ

Marc. 13
Matth. 10
Luc. 10

A celebrata eſt, quoniam ſine juſſione facta eſt imperatoris. Maximus. Si ſynodos quæ factæ ſunt, juſſiones imperatorum firmant, & non pia fides, recipe ſynodos quæ contra homouſion factæ ſunt; nam juſſione principum ſunt patratæ. Primam videlicet in Tyro, ſecundam in Antiochia, tertiam in Seleucia, quartam in Conſtantinopoli ſub Eudoxio Ariano, quintam in Nice, quæ eſt in Thrace, ſextam in Sirmio; & poſt hæc multo poſt ſeptimam in Epheſo ſecundam, cui Dioſcorus præfuit. Omnes enim has imperatorum juſſio aggregavit; attamen omnes damnatæ ſunt propter impietatem infidelium dogmatum ab eis confirmatorum. Quare autem non abjicitis eam quæ depoſuit Paulum B Samoſatenum ſub ſanctis & beatis Dionyſio papa Romano, & Dionyſio Alexandrino, atque Gregorio miraculorum patratore, qui eidem præfuit ſynodo, quoniam non eſt juſſione facta imperatoris? Qui præterea canon promulgat ſolas illas approbandas ſynodos, quæ imperatoris juſſione ſunt congregatæ? Verum, etſi omnino juſſione imperatorum ſynodos aggregetis, illas novit ſanctas & probabiles ſynodos pius eccleſiæ canon, quas rectitudo dogmatum approbavit. Sed & bis, quemadmodum novit dominus meus, & alias docet, fieri ſynodos in omni provincia per ſingulos annos regula ſancit, juſſionis imperialis nullam memoriam faciens, ad tuitionem ſalutaris fidei noſtræ, & correctionem C omnium capitulorum, quæ divinæ non conveniunt eccleſiæ legi. Et dixit Theodoſius epiſcopus: Ita eſt, ut aſſeris: dogmatum quippe rectitudo ſynodos roborat. Verumtamen non recipis libellum Mennæ, in quo unam voluntatem & unam operationem Chriſti dogmatizavit? Maximus. Ne det dominus Deus. Vos non recipitis, ſed ejicitis omnes doctores qui poſt ſanctum Chalcedonenſe concilium decertaverunt adverſum Severi execrabilem hæreſim: & ego habeo recipere libellum Mennæ, qui poſt concilium fuit, per quem liquido ſentire dignoſcitur cum Severo, & Apollinario, & Macedonio, & Ario, ac omni hæreſi, & accuſat concilium, imo perfecte rejicit per ea quæ dogmaD tizavit? Theodosius. Quid ergo, penitus non recipis unam operationem? Maximus. Et quis dicit unam operationem ex probabilibus magiſtris eccleſiæ? Et attulit Theodoſius ſcripta, quæ falſo ab eis ferebantur eſſe ſanctorum Julii Romani, & miraculorum factoris Gregorii, atque Athanaſii teſtimonia, & legit ea. Et dixit Maximus: Timeamus nunc Deum, & ne velimus irritare illum in hæreticorum prolatione teſtimoniorum. Nullus enim ignorat hæc impii eſſe Apollinarii. Ergo ſi alia forſan habes oſtende. Nam hæc proferentes, plus credere cunctis perſuadetis, quod ſecundum veritatem impii Apollinarii & nequam cum eo ſentientium opinionem renovaſſetis. Et profert idem E epiſcopus Theodoſius ſub nomine Chryſoſtomi duo teſtimonia, quæ agnoſcens abba Maximus ait: Hæc Neſtorii ſunt, qui perſonalem in Chriſto dualitatem veſane dogmatizavit. Et ſtatim furore ferveſcens Theodoſius dixit: Domine monache, Satanas locutus eſt per effrenatum os tuum. Maximus. Ne triſtetur dominus meus contra ſervum ſuum. Et mox ſumens oſtendit eis eaſdem voces eſſe Neſtorii, & in quibus ſermonibus ejus jacerent. Theodosius. Deus novit, frater, hæc teſtimonia patriarcha mihi dedit. Verum ecce, alia quidem horum dixiſti Apollinarii, alia vero Neſtorii. Et producto

ſanĉti Cyrilli teſtimonio, quod ait, unam atque cognatam per utramque demonſtrans operationem, dixit: Quid ad hæc dicis? MAXIMUS. Sunt quidam oſtendentes illud in veritate per additionem poſitum in interpretatione evangelii, quæ facta eſt ex hoc ſanĉto patre, a Timotheo Æluro. Verum, ſit ſecundum vos ejus. Scrutemur igitur ſenſum paternarum vocum, & cognoſcamus veritatem. THEODOSIUS. Hoc non permitto fieri. Simplices enim voces neceſſarium habes recipere. MAXIMUS. Dic mihi differentiam deprecabilis faĉtus vocum ad varias. THEODOSIUS. Ut ſicuti eſt recipias vocem, & ne ſcruteris ſenſum ipſius. Et MAXIMUS. Evidenter, inquit, novas & extraneas eccleſiæ etiam B ſuper vocibus introducetis leges. Si ſecundum vos non oportet ſcrutari voces ſcripturarum ac patrum, abjicimus omnem ſcripturam; veterem ſcilicet, atque novam. Audivi enim dicentem

Psal. 118. David: *Beati qui ſcrutantur teſtimonia ejus, in toto corde exquirunt eum*: præſertim cum nemo ſine ſcrutinio poſſit exequirere Deum. Et rurſus: *Da mihi intelleĉtum, & ſcrutabor legem tuam,*

Ibidem 34. *& cuſtodiam illam in toto corde meo*. Tanquam ſcrutinio agente ad cognitionem legis atque ſcientiæ, cum deſiderio perſuadeat dignis ex corde eam cuſtodire per completionem ſanĉtorum quæ in ea poſita ſunt mandatorum. Et iterum: *Mirabilia tua, ideo ſcrutata eſt anima mea*. Quid

Ibid. 119. autem parabolas, & ænigmata, & obſcuros ſermones ſcrutari nos vult proverbialis ſermo? C Quidve dominus in parabolis loquens vult intelligere diſcipulos ſuos, parabolarum edocens ſenſum? Quid etiam præcipiens: *Scrutamini ſcrip-*

Joan. 5. *turas*, utpote toſtimonium perhibentes de ſe? Quid & primus Apoſtolorum Petrus docere vult? *De qua ſalute exquiſierunt atque ſcrutati*

1. Petr. 1. *ſunt prophetæ*, dicens? Quid vero Paulus divinus apoſtolus, dicens: *Si opertum eſt evangelium,*

2. Cor. 4. *ſed in his qui pereunt eſt opertum, in quibus ſæculi hujus excæcavit oculos mentis eorum, ut non luceat eis illuminatio ſcientiæ Chriſti*. Ut appareat, ſimiles nos vultis eſſe Judæis, qui ſimplicibus, ut dicitis, vocibus, id eſt ſola litera, veluti quadam mole mentem obruentes, evulſi D ſunt a veritate, velamen habentes in cordibus ſuis, ut non intelligant ſpiritum, qui proprie eſt & occultatur in litera. Unde & ait: *Litera quidem occidit, ſpiritus vero vivificat*. 2. Cor. 3. Certus efficiatur dominus meus, quia ego nullatenus patiar ſuſcipere vocem abſque ſenſu qui rejacet in ipſa, ne fiam manifeſtus Judæus. At vero Theodoſius hoc audito ait: Unam operationem Chriſti ſubſiſtentialem debemus dicere. MAXIMUS. Inſpiciamus malum quod ex hoc gignetur, & fugiamus externam hanc vocem: hæreticorum enim eſt tantum, qui deorum multitudinem colunt. Si enim ſubſiſtentialem Chriſti dixerimus unam operationem, cum non aptetur aliquando ſecundum ſubſiſtentiam Patri & E Spiritui Filius, haud dubium quin nec ſecundum ſubſiſtentialem operationem, cogemur quemadmodum Filio, ita & Patri & Spiritui ſubſiſtentiales operationes tribuere: & ſecundum vos, quatuor operationes habebit beata divinitas, tres ſegregativas perſonarum in quibus eſt, & unam communem ſignificativam ſocietatis, quæ eſt ſecundum naturam trium ſubſiſtentiarum. Et ſecundum patres, ſi dumtaxat eorum doĉtrinam recipimus, quadripartita erimus deitate languentes. Naturalem quippe, non ſubſiſtentialem omnem eſſe decernunt operationem. Et ſi hoc verum eſt, ſicut revera eſt, quatuor

A naturas, & quatuor natura deos differentes abinvicem ſubſiſtentia & natura dicere apparebimus. Verumtamen, quis dixit, aut contemplatus eſt ſeorſum habitam operationem cujuſpiam eorum quæ ſub aliqua ſpecie rediguntur, & ſub communi diffinitione ſpecies natura taxantur? Nunquam enim aliquando fit id quod natura commune eſt, unius & ſolius cujuslibet proprium. Subſiſtentialia namque judicia, utpute naſi prolixitas ſeu brevitas, aut oculorum albedo, aut calvitium, & quæcumque ſunt talia, quæ deputativa accidentia ſunt numeris abinvicem differentibus. Omnis enim homo, ut aliquid natura exiſtens, ſed non ut quis, ſubſiſtentia dignoſcitur operari ſecundum categoricam rationem, quæ tam ſingulariter quam B communiter intelligitur, nec non & dicitur. Ut puta animal rationale mortale, quod eſt generalis ſecundum nos rationis. Omnes enim eamdem percipimus vitam, & eamdem rationabilitatem, & flexum & deflexum, & ſedere, & ſtare, & loqui, & tacere, & videre, & audire, & tangere: quæ ſunt rationis, quæ communiter in nobis intelliguntur. Non itaque oportet innovare voces non habentes vim, vel ſacræ ſcripturæ, vel patrum, aut naturalem, ſed exteram, & verſutiis hominum adinventam. Verumtamen oſtende mihi hanc poſitam in quovis patre, & iterum ſenſum ejus qui hanc dixit inquiremus. THEODOSIUS. Quid ergo? non oportet omnimodis in Chriſto dicere unam operationem? C MAXIMUS. Secundum ſanĉtam ſcripturam, ſanĉtoſque patres, nil tale dicendum ſuſcepimus. Sed quemadmodum duas naturas Chriſtum, ex quibus & eſt, ita & naturales ejus voluntates & operationes convenientes ſibi, cum ſit natura Deus, idem ipſe ſimul & homo, credere juſſi ſumus & confiteri. THEODOSIUS. Vere, domine, & nos confitemur & naturas & operationes diverſas, id eſt divinam & humanam, atque ipſius cum voluntate deitatem, ſed & cum voluntate humanitatem: quoniam ſine voluntate nullatenus erat anima ejus. Duas autem non dicimus, ne hunc ſibimet pugnam inferentem introducamus. MAXIMUS. Ergone duas naturas dicen- D tes, repugnantes eas infertis propter numerum? THEODOSIUS. Non. MAXIMUS. Ergone naturis deſignatus numerus non dividit, ſed cum in voluntatibus & operationibus dicitur, diviſionis habet virtutem? THEODOSIUS: Utique in his diviſionem habet, & patres numerum in voluntatibus & operationibus non dixere, fugientes diviſionem; ſed alteram & alteram, atque divinam ac humanam, duplam, duplicem, & ut dixerunt dico, & ut faſſi ſunt fateor. MAXIMUS. Propter dominum, ſi quiſquam tibi dixerit alteram & alteram, quot intelligis? vel duplam aut duplicem, quot intelligis? THEODOSIUS. Novi qualiter intelligam: duas autem non dico. Tunc conver- E ſus abba Maximus ad principes, dixit: Propter dominum, ſi audieritis unam & unam, & aliam ac aliam, aut bis duas, aut bis quinque, quid intelligentes his qui hoc dicerent reſponderetis? Et dixerunt: Quoniam adjuraſti nos, unam & unam, duas intelligimus; & alteram & alteram, duas intelligimus; & bis duas quatuor intelligimus: ſimiliter & bis quinque decem. Et quodammodo reveritus Theodoſius reſponſionem eorum ait: Quod non eſt a patribus diĉtum non dico. Et accepto protinus abba Maximus libro geſtorum ſanĉtæ ac apoſtolicæ ſynodi Romanæ, monſtravit ſanĉtos patres duas

duas voluntates & operationes ſalvatoris noſtri & Dei Jeſu Chriſti aperte dicentes. Quem acceptum ab eo Theodoſius conſul legit, ſed & omnia ſanctorum teſtimonia patrum. Tuncque reſpondens Theodoſius epiſcopus dixit: Deus ſcit, niſi quia perſonaliter anathemata poſuit ſynodus hæc, plus quam omnis homo recepiſſem illam. Sed ne moras hic faciamus. Quidquid dixerunt patres dico, & in ſcriptis continuo facio duas naturas, & duas voluntates, & duas operationes: & ingredere, nobiſcum communica, & fiat unitas. Maximus. Domine, non audeo ego ſuſcipere conſenſum a vobis in ſcriptis ſuper hujuſcemodi re, cum ſim monachus purus. Sed poſtquam Deus ad compunctionem vox excitavit in ſcriptis tranſmittite, id eſt imperator, & patriarcha, ſynoduſque ipſorum. Ego enim nec his peractis communico, dum recitantur anathematizati inter ſanctam oblationem: timeo enim condemnationem anathematis. Theodosius. Deus novit: non reprehendo te, quia times, nec alius quiſquam. Sed da nobis conſilium propter dominum, ſi eſt hoc poſſibile fieri. Maximus. Quod conſilium habeo ſuper hoc dare vobis? Ite, perſcrutamini, ſi tale quid aliquando factum ſit, & poſt mortem ſolutus ſit quiſpiam a crimine quod in fidei cauſa contraxit, atque ab illata contra ſe querela ſeu damnatione? & conſentiant imperator & patriarcha imitari Dei condeſcenſionem, faciatque imperator quidem juſſionem rogatoriam, patriarcha vero ſynodicam deprecationem ad papam Romanum: profecto & ſi repertus fuerit mos procul dubio eccleſiaſticus hoc præcipiens, ob rectam confeſſionem, conveniet vobiſcum ſuper hoc. Theodosius. Hoc profecto fit. Sed da mihi verbum, quod ſi me miſerint, venias mecum. Maximus. Domine, expedit tibi conſervum meum, qui eſt Meſembriæ, accipere tecum magis quam me. Ipſe enim & linguam novit, & verebuntur eum dignius, eo quod per tot annos cruciatus fuerit propter Deum, & rectam fidem, quæ tenetur in ſede ipſorum. Theodosius. Jurgia diverſa habuimus adinvicem modo, & ideo non grantanter accipio pergere cum illo. Maximus. Domine, jam quia viſum eſt hoc fieri, exitus fiat eorum quæ putata ſunt, & ſequor vos quocumque juſſeritis. Et in his ſurrexerunt omnes cum gaudio & lacrymis, poſitiſque in terra genibus oratio facta eſt, & unuſquiſque ipſorum ſancta evangelia, pretioſamque crucem, & imaginem Dei ac ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, atque dominæ noſtræ, quæ illum peperit, ſanctiſſimæ Dei genitricis ſalutaverunt: ponentes nihilo minus manus ſuas ad certificationem eorum quæ dicta ſunt. Deindeque cum puſillum confabulati fuiſſent adinvicem de vita quæ ſecundum Deum agitur, & divinorum obſervantia mandatorum, converſus Theodoſius epiſcopus ad abbatem Maximum dixit: En omnia ſoluta ſunt ſcandala, & facta eſt pax per Deum, & fiet. Sed propter dominum ne celes me: non dicis per quemcumque modum unam voluntatem & operationem in Chriſto? Maximus. Non mihi poſſibile eſt hoc aliquando dicere. Et dico cauſam, quoniam extranea vox eſt ſanctis patribus, duarum diverſarum naturarum unam dicere voluntatem & operationem. Deinde vero & per omnem modum, qui dicit hoc, inveniet jure occurrentem ſibi pravitatem. Primo quoniam ſi dixero naturalem, timeo commixtionem. Secundo, quia ſi dixero ſubſiſtentialem, divido a Patre ac Spiritu ſancto, & tres voluntates inducere apparebo mutuo ſibimet congruentes, quemadmodum & ſubſiſtentias. Tertio, quoniam ſi dixero velut unius unam voluntatem & operationem, cogor & velut unius Patris, & velut unius Spiritus dicere, licet nolim, voluntatem & operationem, & invenietur ſermo in multitudinem deorum cecidiſſe. Quarto, ſi dixero affectualem, Neſtorii inſero perſonalem diviſionem. Quinto, ſi dixero præter naturam, corrumpo exiſtentiam voluntatis. Corruptio quippe eſt naturæ id quod præter naturam eſt, quemadmodum patres dixerunt. Theodosius. Unam propter unitionem ſalvatoris noſtri voluntatem per omnia & omnino dicere debemus, ſicut & Sergius & Pyrrhus bene, ut reor, intelligentes ſubſcripſerunt. Maximus. Si jubes, domine, ſuſcipe duo ſuper hoc verba mea. Primo, quia ſi propter unitionem una Dei & ſalvatoris noſtri, ſicut Sergius, Pyrrhus & Paulus ſcripſerunt, voluntas effecta eſt, alterius voluntatis ſecundum illos erit Filius Patri propter naturam, ſed propter unitionem, ſecundum filium habenti voluntatem, ſi non, idipſum eſt unitio & natura. Secundo, quia ſi propter unitionem una ſecundum ipſos ſalvatoris noſtri voluntas effecta eſt, cauſam profecto ſuam unitionem habebit, & non aliam eorum naturam ex quibus exiſtit, & affectus non naturæ, ſecundum ipſos erit aperte voluntas: naturam enim, non affectum, veritatis ratio novit. Tertio, ſi propter unitionem, ut faſſi ſunt, una ſalvatoris noſtri voluntas effecta eſt, qua voluntate ajunt ipſam fuiſſe unitionem effectam? Non enim ea quæ per illum effecta eſt, fatebuntur utique, ſi dumtaxat veritati operam dederint, & quod eſt irrationabile fugerint. Quarto, ſi propter unitionem una ſalvatoris voluntas effecta eſt, liquet profecto quod ante unitionem aut cum multis voluntatibus fuerit, aut penitus abſque voluntate. Et ſi quidem multarum erat voluntatum, diminutionem multarum pertulit, ad unam nimirum voluntatem contractus, & convertibilitatis perſpicuæ paſſionem ſuſcepit; multarum, quæ ſibi naturaliter inerant, voluntatum diminutionem. At vero, ſi modis omnibus erat abſque voluntate, meliorem natura eſſe monſtravit unitionem, ex qua acquiſivit voluntatem, qua natura carebat. Et iterum convertibilis: palam profecto fecit quod natura ſibi non inerat, ſed acquiſivit affectu. Quinto, ſi propter unionem una ſalvatoris noſtri ſecundum utraque ex quibus eſt voluntas effecta eſt, recens factus eſt voluntate Deus, idem ipſe propter unitionem natura permanens ſempiternus, & voluntate homo ſine principio permanens natura recens: quod eſt impoſſibile, ne dixerim impium. Sexto, ſi propter unitionem una naturarum voluntas effecta eſt, non eſt quidpiam propter eamdem cauſam una naturarum effectuum natura. Et reciſo inter hæc Theodoſius epiſcopus ſermonis ſuper his habiti impetu, dixit: Quid igitur ſit propter unitionem, ſi nihil horum factum eſt propter eam? Maximus. Incarnatum ſine mendacio factum eum qui ſine carne fuerat demonſtravit, ipſumque natura Deum & omnium conditorem, natura factum hominem evidenter oſtendit. non converſione naturæ, aut diminutione cujuſquam eorum quæ naturæ ſunt, ſed vera ſuſceptione intellectualiter animata carne, id eſt indiminuta humanitate ab omni progenitorio ſecundum

naturam crimine munda: & quod eſt ſecundum

A

liberationis ra'.onem mirabile revera, & cunctis ingenti ſtupore habendum, totum in hominibus Deum, eumdem integrum manentem intra ſua, totum in divinis hominem, eumdem ipſum integre manentem, a propriis non decidentem. Receptio enim invicem naturarum, & naturalium quæ ſibi inſunt, juxta deiloquorum patrum noſtrorum doctrinam, & non translatio vel caſus propter unitionem effecta eſt, eorum qui confuſionem maligne faciunt unalitatem, & ideo innovationibus multimode confuſionem inducunt, & propter defectionem conſtantiæ rationis ſuæ perſequuntur pios. Quibus auditis, Theodoſius epiſcopus viſus eſt cum reliquis, qui ſecum venerant, quod

B

dictum fuerat ſuſcepiſſe. Et iterum idem epiſcopus ad abbatem Maximum: Fac, inquit, caritatem: quid eſt quod dixiſti nobis, quia nullus ut quis ſubſiſtentiam, ſed ut quid naturam operatur? Aſtat enim mihi non intelligenti quod dictum eſt. MAXIMUS. Nullus ut quid ſubſiſtentiam operatur, ſed ut quid naturam: ut puta Petrus & Paulus operantur, ſed non Petrice, & Paulice, ſed humane: ambo quippe homines naturaliter juxta communionem & diffinitivam naturæ rationem, ſed non ſubſiſtentialiter ſecundum id quod proprie facit. Similiter Michael & Gabriel operantur, verum non Michaelice vel Gabrielice, ſed angelice: ambo quippe angeli. Et ita in omni natura

C

multa numero prædicante, communem, ſed non annihilatam operationem aſpicimus. Ergo qui dicit ſubſiſtentialem operationem, ipſam naturam, cum una ſit, infinitam operationibus inducit effectam, ſecundum multitudinem atomorum, quæ ſub ipſam rediguntur, a ſemet diſſerentem. Quod ſi admiſerimus bene ſe habere, in ipſa omni natura quoquo modo exiſtenti rationem corrumpimus. Et his dictis, dum invicem oſcularentur, Theodoſius conſul dixit: En facta ſunt omnia bona. Putaſne conſenſurus eſt imperator rogatoriam facere juſſionem? Et dicit abba Maximus. Utique faciet, ſi voluerit imitator eſſe Dei, & humiliari cum eo propter communem omnium noſtrum ſalutem:

D

perpendens quia ſi Deus, qui natura ſalvat, non ſalvavit, donec volens humiliaretur, quomodo is qui natura ſalvandus eſt homo, aut ſalvabitur, aut ſalvabit non humiliatus? Et dixit Theodoſius conſul: Spero quia Deo ſalvante mihi memoriam, hunc eumdem ei dicam ſermonem, & acquieſcet. Et cum in his ſe mutuo ſalutaſſent, abierunt cum pace, data ab epiſcopo abbati Maximo quadam pecuniæ quantitate, & tunica, & caſula, quæ fuerant ſibi tranſmiſſa. Et tunicam quidem ſtatim eademque hora tulit Bizyenſis epiſcopus. Aſt in Regio non ſolum quantitatem ſibi pecuniæ datæ, verum etiam & aliud quodcumque ex benefi-

Jerem 50

centia quorumdam habere videbatur, una cum

E

reliquis ejus vilibus rebus ac veſtibus abſtulerunt. Poſtquam vero abierunt prædicti viri ſexto Idus Septembrias præſentis quintædecimæ indictionis exivit rurſus Paulus conſul in Bizyen, ad abbatem Maximum juſſionem ferens continentem ſecundum hanc formam: Jubemus gloriæ tuæ ire Bizyen, & adducere Maximum monachum cum honore multo atque blanditie, tam propter ſenectam & infirmitatem, quam eo quod ſit a progenitoribus noſter, fueritque illis honorabilis. Et ponite hunc in venerabili monaſterio ſancti Theodori, quod rejacet juxta Regium, & venire, & nuntiare nobis: & mittemus ad eum ex perſona noſtra patricios duos, qui debeant illi declarare quæ nobis placuerint, nos ex animo amantes, & a nobis amatos: & venire nunciaturi nobis adventum ejus. Igitur cum idem conſul adduxiſſet eum, & poſuiſſet in jam nominato monaſterio, regreſſus eſt nunciare. Et in craſtinum veniunt ad eum Epiphanius & Troilus patricii, cum multo amictu & phantaſia: nec non & Theodoſius epiſcopus. & aſcendunt ad eum in cathecumenium eccleſiæ ipſius monaſterii, factaque conſueta ſalutatione ſederunt, cogentes & ipſum ſedere, & orſus habitum ad eum ſermonem Troilus, dixit: Dominus orbis juſſit nos venire ad te, & dicere vobis quæ viſa ſunt divinitus roborato imperio ſuo. Sed dic nobis primitus, ſi facias juſſionem imperatoris, an non. Maximus dixit: Domine, audiam quid juſſerit pium ejus imperium, & neceſſario reſpondebo. Nam ad id quod ignotum eſt mihi qualem reſponſionem daturus ſum? At vero Troilus perſeverabat, aſſeverans, non poteſt eſſe ut dicamus aliquid niſi primum dicas, utrum facias, vel non facias juſſionem imperatoris. Et cum vidiſſet eos inſiſtentes peramplius dilationi ſuæ, & amarius intuentes, ac aſperius reſpondentes cum omnibus qui cum eis erant, & ipſis quoque dignitatibus ſæcularibus elevatis, reſpondens abba Maximus ait: Quia non patimini dicere ſervo veſtro quæ placent domino & imperatori noſtro, ecce dico, audiente Deo, ac ſanctis angelis, & omnibus vobis, quoniam quidquid juſſerit mihi ſuper quacumque re cum hoc ſæculo deſtruenda & corrumpenda, prompte faciam. Et confeſtim ſurgens Troilus dixit. Orate mihi, ego vadam. Hic enim nihil facit. Et multo vehementique facto tumultu, ac multa turbatione & confuſione, dixit eis Theodoſius epiſcopus: Dicite illi reſponſa, & cognoſcite quid fateatur. Nam ſic regredi, nihilque dicere, & nihil audire, rationabile non eſt. Et tunc Epiphanius patricius ait: Hoc tibi per nos ſignificat imperator, dicens: Quoniam totus occidens, & qui in oriente ſubverſiones operantur, ad te ſpectant, & omnes propter te ſimultates exagitant, nolentes convenire nobiſcum in cauſa fidei. Deus compungi te faciat, ut communices nobiſcum in typo, qui expoſitus eſt a nobis, & exibimus per nos ipſos ad Chalem, & oſculabimur te, & ſupponemus vobis manum noſtram, cumque omni honore ac gloria introducemus vos in magnam eccleſiam, & cum nobis ipſis ſiſtemus ubi ex more imperatores ſtant, & faciemus pariter ſynaxim, & participabimur intemeratorum & vivificorum ſacramentorum vivifici corporis & ſanguinis Chriſti, & prædicabimus te denuo patrem noſtrum, fietque gaudium non modo amatrici Chriſti & regiæ urbi noſtræ, ſed & in toto terrarum orbe. Scimus enim certiſſime, quod te communicante ſancto huic throno, cuncti uniantur nobis, qui propter te tuumque magiſterium ſe a communione noſtra ſciderunt. Et converſus ad epiſcopum abba Maximus cum lacrymis ait: Domine magne, diem judicii expectamus omnes: noſti quæ ordinata ſunt & diffinita ſupra ſancta evangelia, & vivificam crucem, atque imaginem Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctiſſimæ quæ illum genuit ſemper virginis matris. Et ſummiſſo deorſum vultu, epiſcopus mitiori voce dicit ad eum: Et quid habeo facere, poſtquam aliud quid placuit? Et dixit ad eum

eum Maximus abba: Et quare tetigiſti ſancta A evangelia, & hi qui tecum erant, cum non ſit in vobis eorum quæ dicta ſunt exitus? Vere omnis cœli virtus hoc mihi facere minime perſuaderet. Quam enim rationem redderem, ut non dicam Deo, conſcientiæ meæ, quod ſi propter humanam gloriam, quæ ſecundum ſui rationem nullam habet ſalvandi ſubſtantiam, fidem abnegarem ejus qui ſovet eam? Et in ſermone iſto ſurgentes omnes furore inſtabiles redditi, evulſionibus & impulſionibus atque direptionibus debilitaverunt eum, a capite uſque ad ungues ſputis certatim madefacientes. Quorum uſquequo lota ſunt veſtimenta, quibus circumamictus erat, fœtor longius exhalabat. Et ſurgens epiſcopus dixit: Non oportebat ita fie- B ri, ſed audire ab eo tantummodo reſponſionem, & ingredi, & nunciare domino noſtro bono. Canonicæ quippe res alio diſponuntur modo. Et cum vix eis epiſcopus ut quieſcerent perſuaſiſſet, rurſus ſederunt: & denis millibus injuriis & maledictionibus inexcogitabilibus dehoneſtantibus eum, cum furore multo & aſperitate dixit Epiphanius; Dic, malorum extreme, vorax civium, quaſi nos & civitatem noſtram, ſed & imperatorem hæreticos habeas, hæc proſecutus es verba? Vere plus quam tu Chriſtiani ſumus atque orthodoxi, & dominum noſtrum ac Deum confitemur habere & divinam voluntatem, & humanam voluntatem, & animam intellectualem: & quia omnis intellectualis na- C tura utique habet ex natura velle ac operari, quoniam vitæ proprium motus eſt, & intellectus proprium voluntas; & voluntatis ejus capacitatem novimus, non ſecundum deitatem tantum, ſed & ſecundum humanitatem. Quin & duas ipſius voluntates & operationes non abnegamus. Et reſpondens abba Maximus dixit; Si ita creditis, quemadmodum intellectuales naturæ, ac Dei eccleſia, quomodo me cogitis communicare in typo qui ſolam eorum habet diviſionem quæ vos profitemini? Et dixit Epiphanius: Ob diſpenſationem factum eſt hoc, ne lædantur populi hujuſcemodi ſubtilioribus vocibus. Et reſpondens abba Maximus dixit: E contra omnis homo ſanctificatur per diſtrictam D fidei confeſſionem, non autem per diviſionem quæ in typo eſt poſita. Et dixit Troilus: Et in palatio dixi tibi, quia non interemit, ſed taceri juſſit, ut pace fruamur omnes. Et reſpondens abba Maximus dixit: Silentium verborum interemptio eſt verborum. Per prophetam

Pſalm. 18.

enim dicit S. Spiritus: *non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.* Ergo ſermo qui locutione non prædicatur, nullatenus eſt. Et dixit Troilus: Habe in corde tuo ut vis; nemo te prohibet. Et dicit abba Maximus: Sed non circumcluſit Deus corde

Matth. 10

totam ſalutem, dicens: *Qui non confitetur me coram hominibus, nec ego confitebor eum coram Patre meo, qui eſt in cælis.* Et ſacer apoſtolus E

Rom. 10.

docet, dicens: *Corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Si ergo Deus, ac Dei prophetæ, atque apoſtoli jubent confiteri myſterium ſanctorum vocibus, quod eſt magnum & horrendum, atque totius mundi ſalutare, non eſt opus quoquomodo taceri vocem id prædicantem, ut non imminuatur tacentium ſalus. Et reſpondens aſperiori verbo Epiphanius dixit: Subſcripſiſti in libello? Et dixit abba Maximus: Etiamſi ſubſcripſi. Et quomodo, inquit, auſus es ſubſcribere, & anathematizare confitentes atque credentes ſicut intellectuales naturæ, & eccleſia catholica? Vere judicio meo introducimus te in urbem, & ſiſtemus te in foro vinctum, & mimos ac mimas, & proſtitutas meretrices, & omnem plebem adducemus, ut unuſquiſque ac unaquæque & alapis cædat, & conſpuat in faciem tuam. Et ad hæc reſpondens abba Maximus, ait: Sicut dixiſtis fiat, ſi confitentes duas naturales voluntates & operationes ei qui eſt Deus natura in veritate ſimul & homo, anathematizavimus. Lege, domine, geſtorum ſeriem ac libellum: & ſi ut dixiſtis inveneritis, facite quod vultis. Ego enim, & conſervi mei, & quotquot ſubſcripſerunt, eos qui ſecundum Arium & Apollinarium unam voluntatem & unam operationem dicunt, anathematizavimus, & non qui confitentur dominum noſtrum & Deum in utriſque ex quibus, in quibus, & quæ eſt natura intellectualem, & ideo ſecundum utramque cum voluntate ac operatione noſtræ ſalutis. Et dicunt: Si cum hoc conferimus, neque manducabimus, neque bibemus. Sed ſurgamus & prandeamus, & ingrediamur, atque dicamus quæ audivimus. Iſte quippe venumdavit ſe ſatanæ. Et cum ſurrexiſſent, pranderunt. Et ingreſſi ſunt cum ira, vigilia exaltationis pretioſæ ac vivificæ crucis. Et in craſtinum diluculo exivit Theodoſius conſul ad prædictum abbatem Maximum, & abſtulit ab eo quidquid habebat, dicens ei ex perſona imperatoris: Quia noluiſti honorem, prolongatus eſt a te, & vade ubi dignum temetipſum fore judicaſti, habens quoque judicium diſcipulorum tuorum, tam ſcilicet ejus qui eſt Meſembriæ, quam ejus qui eſt Perberis, quique fuit notarius beatæ memoriæ aviæ noſtræ. Dixerant autem & patricii, Troilus videlicet & Epiphanius, quia modis omnibus adducemus etiam ambos diſcipulos tuos, id eſt tam eum qui eſt Meſembriæ, quam illum qui eſt Perberis, & probabimus etiam ipſos, ac videbimus & ipſorum quoque proventum. Verumtamen ut ſcias, domine abba, quoniam ſi ſaltem modicam requiem ſumpſerimus a confuſione gentium, conjungi vobis habemus per ſanctam Trinitatem, & papam qui nunc eſt tollemus, & omnes ibidem loquentes, & reliquos diſcipulos tuos, & omnes vos conflabimus unumquemque in apto ſibi loco, ut conflatus eſt Martinus. Et ſumptum eum jamdictus Theodoſius conſul militibus tradidit: & duxerunt eum uſque Salambriam. Et manſerunt ibidem per duos dies, quouſque perrexit ad caſtra unus ex militibus, & dixit cuncto exercitui, quia monachus qui blaſphemat Dei genitricem huc venit. Hoc autem egerunt, ut commoverent exercitum adverſus prædictum Maximum abbatem, quaſi blaſphemaverit Dei genitricem. Et poſt duos dies rediens miles ille, tulit eum in caſtra, & compunctus divinitus prætor, imo loci ſervator prætoris, miſit ad eum primores bandorum, presbyteroſque ac diaconos & reverendos ſignorum cuſtodes. Quos cum intuitus eſſet jam nominatus abba Maximus adveniſſe, ſurrexit, & miſit metanœam: & miſerunt & illi vice reciproca, & ſederunt, jubentes & ipſi ſedere. Et quidam valde ſenex honorabilis dixit ad eum cum reverentia: Pater, quoniam ſcandalizaverunt nos quidam in ſanctimoniam tuam, quod non dicas Dei genitricem dominam noſtram ſanctiſſimam virginem, adjuro te per ſanctam & conſubſtantialem Trinitatem, quo veritatem dicas nobis, & detergas a corde noſtro ſcan-

ſcandalum hoc, ne lædamur injuſte ſcandaliza- A
ti. Et miſſa metanœa ſurrexit, & extenſis in
cœlum manibus cum lacrymis dixit: Qui non
dicit dominam noſtram ſuperlaudabilem, ſan-
ctiſſimam, intemeratam, & omni naturæ intel-
lectuali venerandam, naturalem veraciter ma-
trem Dei effectam, qui fecit cœlum & terram,
& mare, & omnia quæ in eis ſunt, ſit anathe-
ma, & catathema a Patre, & Filio, & Spiri-
tu ſancto, conſubſtantiali & ſuperſubſtantiali
Trinitate, ac omni ſupercœleſti virtute, atque
a choro ſanctorum apoſtolorum, prophetarum,
& infinita plebe ſanctorum martyrum, omni-
que ſpiritu in juſtitia conſummato, nunc &
ſemper in ſæcula ſæculorum, amen. Et flentes
omnes oraverunt ei, dicentes: Deus confortet
te, pater. & dignum te faciat abſque offenſa
hunc perficere curſum. Et his dictis, congre- B
gati ſunt multi milites auſcultaturi multa bona
verba quæ movebantur. Et cum contemplatus
eſſet quidam domeſticorum prætoris, quod mul-
tus coacervaretur & ædificaretur exercitus, ac
reprehenderet quæ fiebant, quid ſuſpicatus Deus
ſcit, præcepit eum rapi & emitti extra caſtra
duobus millibus, donec collectionem feciſſent,
& veniſſent qui deberent ducere illum Perbe-
ris. Verum clerici divina moti dilectione pedi-
tes duobus illis milliariis abierunt, & venerunt,
& ſalutaverunt eum, & oraverunt illi, & ma-
nibus ſuis geſtantes impoſuerunt eum ſupra ju-
mentum & reverſi ſunt cum pace ad loca ſua, & ipſe adductus eſt Perberis in cuſtodiam, qua continuis vexationibus tenebatur. Et hoc quoque ſciendum, quia in Regio prætendebat Troilus ad abbatem Maximum dicens quod conſiliarius Joannes ſcripſerit ſibi de accidentibus quibuſdam, quæ ſibi conſulerent, ac placerent: licet hoc fieri interim diſcipulorum tuorum inordinatio prohibuerit. Æſtimo autem quod non ſcripſerit jam dictus conſiliarius Joannes ad Troilum, ſed ad Mennam monachum, & ille deinceps id dixerit palatinis.

Gloria tibi, unigenite Deus, verbum Patris, & une conſubſtantialis Trinitatis, qui eos qui propter te cum te pelluntur & patiuntur, verbo & opere confortas, & ſapientes facis in Spiritu ſancto. Eos vero qui tui, & revera proprie ſemper virginis matris tuæ inimici, & veritatis calumniatores ſunt, ſemper confundis. Gloria tibi, Trinitas ſancta, increata, ſempiterna, ſine initio, infinita, inconvertibilis, & ſuperſubſtantialis, ac impartibilis, Deus noſter. Gloria tibi, gloria tibi, gloria tibi eadem & ſola beata Trinitas, ſpes & ſalus univerſorum qui in orthodoxa fide adorant te, & ſerviunt tibi in veritate uſque in finem. Sola intemerata & ſanctiſſima, proprie natura ſine mendacio, ac veraciter Dei mater, & poſt partum iterum vere virgo caſta, juva.

ANNO CHRISTI 658.

# CONCILIUM GALLICANUM

ANNO CHRISTI 658.

*Incerti loci, forte ſpurium, ſub Vitaliano Papa habitum*

Anno 658. circiter.

Ex Suppl. Mansi pag. 491.

Vitalianus papa, ſubrepta e Caſinenſi monaſterio ſacra lipſana SS. Benedicti & Scholaſticæ & in Floriacenſe Gallorum monaſterium tranſlata, intelligens, legatos ſuos miſit ad *Dagobertum* regem (forte legendum Clodoveum) ejus nomine poſtulantes ut ſacrum illud depoſitum cuſtodibus ſuis redderetur. *Supradict. igitur miſſi*, ſcribit Pſeudo Anaſtaſius in epitome Chronic. Caſinen. Rer. Italic. to. II. part. I. *ſedis apoſtolicæ ad regem Dagobertum venientes honorifice ſuſcepti ſunt, contradentes ei ſacram pontificis*. Clodoveus itaque rex *cum ſuis, concilio habito, apocriſarios ſummi pontificis Aurelianis & Cenomannis direxit, mandans, & ex regali auctoritate præcipiens, ut juſſionem Pontificis in omnibus adimplerent*. C Quanquam hæc epiſcoporum concilium non ſatis exprimunt, cum fieri potuiſſet, ut Clodoveus cœtum ſeu concilium procerum ſuorum convocaverit, cum tamen de re eccleſiaſtica ageretur, nomine *concilii*, epiſcoporum cœtum reipſa deſignatum ab Hiſtorico non immerito cenſerem. Plus aliquid laborandum eſſet ut hiſtoriæ hujus ſinceritas probaretur, nam Vitaliani papæ ætas cum Dagoberto non plane cohæret; cœpit enim Vitalianus anno 657. juxta Pagii ſupputationem; Dagobertus vero non ultra annum 638. vitam prorogavit.

# CONCILIUM NAMNETENSE

Romani Pontificis juſſu celebratum, circa annum Chriſti DCLVIII. Vitaliani Papæ II. Clodovei II. regis XV.

Ex P. Jacobo Sirmondo S. J.

Hujus *ſynodi conſenſu beatum Nivardum epiſcopum Rhemenſem monaſterii Altivillarenſis ad Matronam fluvium conſtructionem renovationemque ſuſcepiſſe, auctor eſt Flodoardus lib.* II. *hiſtor. cap.* VIII. Hic beatus Nivardus, *inquit*, cum ex communi conſenſu totius concilii præſulum Galliæ, Namnetis Romani juſſione pontificis exhibiti, rege favente, reſtruxiſſet eccleſiam monaſterii ſuper ripam Maternæ fluminis, in loco nuncupato Villari dudum ſiti, ſed a barbaris diruti, & ab eo conſtructa hæc funditus cecidiſſet eccleſia, in alio loco rurſus ab ipſo reſtructa rurſum traditur corruiſſe. *Et poſt alia, quæ de tertio loco cœlitus oſtenſo inſerit*. Mox idem præſul ſuccidi ſilvam jubens, in ho- D nore S. Petri & omnium apoſtolorum ibi conſtruxit eccleſiam, & ubi reſediſſe columbam viderat, altare inſtituit, collectiſque ſervis Dei monaſterium ordinavit.

### Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Concilium Namnetenſe.*) Ex verbis Flodoardi hoc unum intelligimus, habitum eo tempore fuiſſe, quo Nivardus Rhemenſi eccleſiæ præſidebat: de anno autem nihil compertum. Quæri etiam fortaſſe non abs re poteſt, utrum ad hanc ſynodum pertineant canones XX. qui Namnetenſis concilii nomine circumferuntur ſine ulla temporis epocha, extantque ſub Formoſo papa.

Nos de iis plura loco ſuo differemus, Deo ſemper noſtris favente conatibus, alio hujuſce ampliſſimæ Collectionis Tomo, ne quid temere aut ſine evidenti ratione loco ſuo movere velle videamur, cum ſæpe ſufficiat monuiſſe lectorem.

### Observatio P. Antonii Pagi
*ad An. Chr. 660. n. 14. 15*

Anno circiter 660. antequam Clotarius III Francorum Monarcha Childericum fratrem hujus nominis II. Auſtriæ regno præficeret, celebratum Concilium Nannetenſe, de quo loquitur Flodoardus lib. 2. cap. 7. Porro Concilium illud, cujus canones XX. extant, & in editione Conciliorum Labbeana ad finem ſeculi IX. differtur, tardius celebratum non fuit; non ſolum quia, ut inquit Lalandaus in ſupplemento Conciliorum Galliæ, civitas hæc poſt medium hoc ſeculum jam funditus diruta erat, ut ſcribit Carolus Calvus Nicolao Papæ circa an. 868. propter continua bella contra Britones & Normannos paganos; ſed etiam quia S. Bonifacius in epiſtol. ad Zachariam Papam an. 742. data, loquens de miſero ſtatu Eccleſiarum Galliæ, & de neceſſitate Concilii in Francia Orientali celebrandi ait. *Franci (ut ſeniores dicunt) pluſquam per tempus octoginta annorum Synodum non fecerunt &c.* Quare quando Bonifacius Epiſtolam illam ſcripſit, jam ab annis circiter 80. nulla Synodus in Francia Orientali, de qua ſola loquitur, coacta fuerat: indeque deducitur ante annos illos 80. aliquam habitam fuiſſe. Hæc autem alia eſſe non poteſt quam Nannetenſis, quæ nationalis fuit, & in qua tam Præſules Auſtriæ, quam Neuſtriæ & Burgundiæ adfuiſſe debuere. Sirmondus in Conciliis Galliæ ex duobus Concilii Nannetenſis Canonibus III. & X. qui inde tranſlati videntur in librum 7. Capitularium colligit eos deceptos, qui hoc Concilium ſub annum Chriſti 800. collocandum cenſuere. Sed ſive Canones XX. concilii Nannetenſis ad illud Nannetenſe, de quo agimus, pertineant, ſive ad aliud, quod incerto tempore celebratum fuerit, certum tamen, Nivardo Eccleſiam Rhemenſem regente, Galliæ Præſules Nannetis congregatos fuiſſe, ut ex Flodoardo liquet

# PRIVILEGIUM LIBERTATIS
## Monasterio Sancti Dionysii
## Conceſſum a Landerico epiſcopo Pariſiacenſi.

*Divina largiente gratia Landericus Pariſiorum eccleſiæ epiſcopus.*

QUONIAM quidem inter ea quæ Dei diſponente providentia curſu temporis agimus, ſi quid recte actum eſt, ad illius, qui & dando præmonuit, & poſſe contulit, gloriam & noſtram proſperitatem non eſt dubium attinere; decet & præſertim eos, qui in ſacris ordinibus eminere videntur, privatæ & publicæ rei ita curam agere, ut & ſua peccamina annullare, & ſi quid eſt virtutis, hoc ſemper ad altiora ſtudeant provehere, & aliorum vel benefacta commendare, vel vitia invigilent corrigere. Debet etiam eſſe grata omnium Dei fidelium inter ſe familiaritas, & in expetendis dandiſque beneficiis adeo opportuna propinquitas, ut nulli prorſus digna petenti non modo non abnuat, verum etiam ut amplius quod dignum eſt ab altero petere poſtuletur. Quapropter noverit omnium catholicæ eccleſiæ cultorum generalis univerſitas, quod domnus glorioſiſſimus Cludovicus Francorum rex, divino irradiatus lumine, religioſa petitione humilitatis noſtræ extremitatem popoſcit, ut & nos, & canonicorum noſtrorum communis fraternitas, ſecuritatis & incommutabilitatis privilegium ederemus, pro reverentia ſancti Dionyſii, ſociorumque ejus Ruſtici & Eleutherii, qui cum eo laurea martyrii ſunt redimiti, ad baſilicam ipſorum, ubi ipſi corpore requieſcunt, & in virtutum miraculis coruſcant, & ubi Dagobertus genitor ſuus quondam rex, vel genitrix ſua Nanthildis regina ſepulturas habere videntur. Quamquam ſancta Carthaginenſis * ſynodus facta a beatæ memoriæ domno Bonifacio ejuſque coepiſcopis, non prohibeat monachos ſub privilegio proprio reſidere, vel ſancti Auguſtini libri de eccleſiaſticis gradibus doceant monachos, ſub quiete regulariter viventes, ſua ſingulari lege debere quieſcere, & ab omni infeſtatione clericorum intrepidos permanere, ne ſæcularis ſtrepitus eos lædat, quos diſtricta regula ſervitutis domini moderatur. Quod nos conſiderantes, dum & canonica inſtitutio nos hac de re non præjudicat, vel ideo quia ſupradicti domni Cludovici regis petitio quaſi nobis juſſio eſt, cui difficillimum eſt reſiſti, vel pro reverentia tantorum martyrum, quorum patrocinio ſe ipſe commiſit, ut ipſis monachis ſecundum ſanctum ordinem vivere liceat, & ut tam pro nobis, quam pro omnibus noſtræ eccleſiæ fratribus Deum orent, ipſum privilegium plena voluntate, una cum conſenſu fratrum meorum, ipſis conceſſiſſe viſus ſum. Per quod decerno, atque ob teſtificationem divini nominis interdico, ut nec ego deinceps, nec ullus ſucceſſorum meorum hoc audeat infringere, vel temerario auſu aliquatenus violare. Videlicet ut omnis presbyter vel clericus ex his quæ in ipſo loco beatiſſimi Dionyſii martyris, vel extra, ex loco qui dicitur fons S. Remigii, ſicut via diſtinguit, quæ præbet iter juxta pratum quod dicitur Formoſum, uſque ad eccleſiam ſancti Quintini martyris, & illic per regalem ſtratam, donec veniatur ad vivarium in capite Triceni pontis, ſicut prata fratrum diſtinguunt, uſque ad præfatum locum fontis beati Remigii, omnes illi qui in hoc circumſcripto ſpatio eccleſiis ſerviunt, ſint liberi & abſoluti ab omni debito, & redditione circadarum & ſynodorum. Tamen volumus, & pro reverentia ſancti martyris Dionyſii concedimus, ut ſi neceſſitas eis fuerit, ex noſtro & ſucceſſorum noſtrorum epiſcopatu ſine pretio chriſma & oleum ſuſcipiant. Et ſi quis eorum presbyterorum vel clericorum forte aut occiſus, quod abſit, aut vulneratus fuerit, aut ex his omnibus alicujus injuriæ acclamatio ſurrexerit, quidquid ex his omnibus ad nos pertinere videatur, hoc totum abbati, qui in ipſo ſancto loco præfuerit, ceteriſque fratribus habendum & diſponendum concedimus. Quod ſi aliquis calliditate aut cupiditate præventus fuerit, & ea quæ ſunt ſuperius comprehenſa temerario ſpiritu violaverit, tribus annis pœnitentiam agat, a communione fratrum ſequeſtratus, & nihilo minus hoc privilegium Chriſto protegente, qui & adjuvet illud conſervantes, & diſſipet illud deſtruere cupientes, perpetuo maneat incorruptum. Quam definitionem conſtitutionis noſtræ, ut noſtris & futuris temporibus valitura ſit, manus noſtræ ſubſcriptionibus roboravimus, & coepiſcopos, domnos, & fratres noſtros rogavimus, ut ipſam inſuper firmare debeant.

* Ejuſdem ſynodi quam ſupra edidimus ad annum 535. meminit privilegium Corbejenſe, quod paulo poſt ſubjicietur, omiſſum in regia collectione.

### SUBSCRIPTIONES.

In Chriſti nomine Landericus, ac ſi peccator, epiſcopus urbis Pariſiacæ hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Munemundus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

Gou-

Gauvaldus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Viſtolenus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Armentarius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Rauracus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Malehardus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Eligius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Gratus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Joannes epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Burgundofar epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Richoaldus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Baldomerus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Audoenus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Taurinus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Euſtorgius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Karoendus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Berthefridus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Audobertus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Clarus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Caſtadius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Literius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Palladius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Ætherius epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Ingildus epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.

A Facto privilegio ſub die Julii in anno XV. regnante Cludovicoglorioſiſſimo rege, Auſtrolenus lector, jubente domno Landerico epiſcopo, hoc privilegium ſcripſi & ſubſcripſi.

## Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

1 *Privilegium S. Landerici.*) Clodovei junioris anni conſurgunt ex anno Chriſti DCXLIV. ineunte. Quare privilegium Landerici, quod Clodovei anno XV. datum dicitur, anno Chriſti DCLVIII. congruere planum eſt.

Porro privilegium illud ab aliquot annis non ſecus ac ſan-Germanenſe, ſan-Medardenſe, Turonenſe ſancti Martini, aliaque ejuſdemmodi oppugnarunt propugnaruntque viri pereruditi, quorum ſcripta extant in manibus omnium. *Nec noſtrum inter eos tantas componere lites.* B Illud tantummodo ſanctiſſimi pontificis Caleſtini ſubjiciam affatum omnium ſæculorum approbatione conſecratum, ac Vincentii Lirinenſis, plurimorumque ſapientiſſimorum ſcriptorum ſuffragiis corroboratum. *Deſinat inceſſere novitas vetuſtatem*, firma ac pacifica complurium annorum ſucceſſione roboratam, multorumque Romanorum noſtratiumque pontificum. Regum Franciæ Chriſtianiſſimorum, aliorumque principum diplomatis identidem renovatis communitam, *Deſinat eccleſiarum quietem inquietudo turbare*, &c.

# [2] CONVENTUS CLIPIACENSIS

ANNO CHRISTI

In quo Clodoveus rex auctoritatis ſuæ præceptum de eadem monaſterii S. Dionyſii libertate conſcribi juſſit, anno Chriſti DCLIX. [1] Vitaliani papæ III. Clodovei ejuſdem regis XVI.

DE *hoc conventu multa ſcribit Aimoinus libro* C *IV. hiſtoriæ Francorum cap.* XLI. *ubi & Clodoveum regem epiſcopos ac proceres, qui convenerant, hic inter cetera verbis alloquentem inducit.* Nobis itaque devotio, *injuit*, hæc exſtat animi, ut monaſterium patroni noſtri domni Dionyſii, in quo ipſe cum conſortibus teſtimonii veritatis requieſcit humatus, & piæ memoriæ genitores noſtri, domnus videlicet Dagobertus & domna Nantildis, ſe ſepeliri mandarunt, ab omni ſolvamus dominio mortalium: quatenus abba vel fratres eo loco commanentes, poſſeſſiones a parentibus noſtris, ſive ab aliis fidelibus Chriſtianis ſibi traditas, abſque ullius dominationis inquietudine poſſidentes, pro ſalute noſtra ac ſtatu regni noſtri liberius Deum de-D precentur. *In geſtis Dagoberti, quæ in antiquis exemplaribus leguntur, eadem etiam Clodovei regis oratio deſcribitur, ſed aliis verbis: iiſdem nempe illis, quibus præceptum ipſum contextum eſt; ut alterum ex altero expreſſum appareat. Præcepti autem regii exemplum in ſancti Dionyſii tabulario eſt hujuſmodi.*

## [2] PRÆCEPTUM CLODOVEI II. REGIS DE LIBERTATE MONASTERII SANCTI DIONYSII

*Chlodoveus rex Francorum vir inluſter.*

OPORTET clementia principali inter ceteras petitiones illud quod pro ſalute adſcribitur & pro tenore divini nominis poſtulatur, placabili auditu ſuſcipere, & ad effectum perducere, ut fiat in mercede conjunctio, dum pro quiete ſervorum Dei, vel congruentia, locis venerabilibus impertitur petitio. Igitur dum & omnipotens pater, qui dixit de tenebris lumen ſplendeſcere, per incarnationis myſterium unigeniti Filii ſui domini noſtri Jeſu Chriſti, vel inluſtrationem Spiritus ſancti, inluxit in corda ſanctorum, pro cujus amore & deſiderio inter ceteros glorioſos triumphos martyrum, beatus Dionyſius, Eleutherius, & Ruſticus meruerunt palmam victoriæ, & coronam percipere glorioſam: ubi per multa tempora in eorum baſilica, in qua requieſcere videntur, non minima miracula Chriſtus videtur per ipſos operari. In quo etiam loco genitores noſtri, domnus Dagobertus & domna Nantechildis videntur requieſcere, ut per interceſſionem ſanctorum illorum in cœleſti regno cum omnibus Sanctis mereant participari, & vitam æternam percipere. Et quia ab ipſis principibus vel a ceteris priſcis regibus, vel etiam a Deum timentibus Chriſtianis hominibus, ipſe ſanctus locus in rebus, propter amorem Dei, & vitam æternam, videtur eſſe ditatus; & noſtra integra devotio & petitio fuit, ut apoſtolicus vir Landericus, Pariſiacæ eccleſiæ epiſcopus, privilegium ad ipſum ſanctum locum abbati, vel fratribus ibidem conſiſtentibus facere vel confirmare pro quiete futura deberet, quo facilius ipſi congregationi liceret pro ſtabilitate regni E noſtri ad limina martyrum ipſorum jugiter exorare. Hoc ipſe pontifex cum ſuis coepiſcopis juxta devotionis noſtræ petitionem pleniſſima voluntate præſtitiſſe vel confirmaſſe dignoſcitur. Nos igitur per hanc ſeriem auctoritatis noſtræ, juxta quod per ſupradictum privilegium a pon-

1 Cum Clodovei præceptum legatur datum an. XVI. ejus Regni, hic conventus habitus fuiſſe oportet anno Chriſti 653. in quem ille Clodovei XVI. annus incidit. *Pagius ad an. Chr.* 662. *n.* 2.

2 Hoc præceptum varie interpolatum ex Sirmondo hic ediderat Labbeus, nos correctius exhibemus ex Mabillonio, qui illud lib. 5. de re diplomat. Tabella 17. ex ipſa autographa forma, ac deinde lib. 6 pag. 466 repræſentavit.

a pontificibus factum & præſtitum eſt, pro re- A verentia ipſorum martyrum, vel noſtra confirmanda mercede, per hanc auctoritatem jubemus, ut ſi quid ad ipſum ſanctum locum in villabus, mancipiis, vel quibuſcumque rebus atque corporibus, a priſcis principibus, ſeu genitoribus noſtris vel a Deum timentibus hominibus, propter amorem Dei ibidem delegatum, aut deinceps fuerit additum, dum ex munificentia parentum noſtrorum, ut diximus, ipſe ſanctus locus videtur eſſe ditatus, nullus epiſcoporum neque præſentes, nec qui futuri fuerint ſucceſſores, aut eorum ordinatores, vel quælibet perſona poſſit quoquo ordine de ipſo loco aliquid auferre, aut aliquam poteſtatem tibi in ipſo monaſterio uſurpare, vel aliquid B quaſi per commutationis titulum abſque voluntate ipſius congregationis, vel noſtro permiſſu minuere; aut calices, vel cruces, ſeu indumenta altarium, vel ſacros codices, argentum, aurumve, vel qualemcumque ſpeciem, de quod ibidem conlatum fuit aut erit, auferre aut minuere, vel ad civitatem deferre non debeat, nec præſumat. Sed liceat ipſi ſanctæ congregationi quod eis per rectam delegationem conlatum eſt perpetim poſſidere, & pro ſtabilitate regni noſtri jugiter exorare. Quia nos pro Dei amore, vel pro reverentia ipſorum ſanctorum martyrum, & adipiſcenda vita æterna, hoc beneficium ad ipſum ſanctum locum, cum conſilio pontificum, & inluſtrium virorum noſtrorum procerum, gratiſſimo animo & integra voluntate viſi ſumus præſtitiſſe. Eo ſcilicet ordine, ut ſicut tempore domni genitoris noſtri ibidem pſallencius per turmas fuit inſtitutus, vel ſicut ad monaſterium ſancti Mauricii Agaunis die noctuque tenetur, ita in loco ipſo celebretur. Quam vero auctoritatem decrevimus, Chriſto in omnibus nobis ſuffragante, ut firmior habeatur, & per tempora conſervetur, ſubſcriptionibus manus noſtræ infra roborari.

Chludovius rex ſubſcripſi.
Ego Beroaldus obtuli.
Aunemundus peccator conſentiens ſubſcripſi.
In Chriſti nomine Chaoaldus epiſcopus conſentiens ſubſcripſi.
Rauracus peccator conſentiens ſubſcripſi.
Laudomerus conſentiens ſubſcripſi.
Batherius peccator conſentiens ſubſcripſi.
† In Chriſti nomine Eligius epiſcopus ſubſcripſi.
Richoaldus peccator conſentiens ſubſcripſi.
Rigobertus peccator epiſcopus ſubſcripſi.
† In Chriſti nomine Landericus ac ſi peccator epiſcopus ſubſcripſi.
Vulfoleudus peccator ſubſcripſi.
Palladius peccator conſentiens ſubſcripſi.
Clarus in Dei nomine epiſcopus conſenſi & ſubſcripſi.
Armentarius peccator conſentiens ſubſcripſi.
Malchardus peccator conſentiens ſubſcripſi
Amalbertus conſenſi & ſubſcripſi
A Vvandalmarus conſenſi & ſubſcripſi
Athildus conſenſi & ſubſcripſi.
Sighichelmus conſenſi & ſubſcripſi.
Chadbedo conſenſi & ſubſcripſi.
Vvaruacharius conſenſi & ſubſcripſi
Vulderadus conſenſi & ſubſcripſi.
Gandulfus conſenſit & ſubſcripſit.
Bobo conſenſi & ſubſcripſi.
Deſideratus conſenſi & ſubſcripſi.
Gauciobertus diaconus hoc privilegium ſubſcripſi.
In Chriſti nomine Gaerechramnus diaconus ſubſcripſi.
Bodolevus ſubſcripſi.
Ebroinus ſubſcripſi.
Ragenobertus ſubſcripſi
B Arneberchtus ſubſcripſi.
Signum † vir inluſt. Radoberto Maj dom
Aeginarus ſubſign.
Signum † vir. inluſt. Merulfo.
Signum † vir. inluſt. Bertecari Com. palat
Signum † vir. inluſt. Aiguido
Signum †......
Chradobertus ſubſcripſi.
Ochelpincus ſubſcripſit.
Signum † vir. inluſt. Auſtroberto
Signum † Gaerinus juſſus ſubſcripſi
Ebrulfus ſubſcripſi
Incrinus ſubſcripſi.
Signum † vir. inluſt. Proboto
Signum † Gundoberto.
C Signum † vir. inluſt. Ermenrico Dom.
Signum vir. inluſt. Malfrido
Caldo ſubſcripſi.
Rado ſubſcripſi.
Auderdus vir inluſt. atque Patricius ſubſcripſi

Datum ſub die x. Kalendas Julias anno xvi. regni noſtri, Clipiaco, in Dei nomine feliciter. Amen.

## Nota Jacobi Sirmondi, S. J.

a *Conventus Clipiacenſis.*) Anno Chriſti DCLIX. celebratum Clodovei annorum argumento didicimus. Qui vero Clodovei annos vulgari errore ducunt ex anno DCXLVIII. iidem conventum Clipiacenſem differunt in annum DCLXIV.

D

## Notatio P. Joannis Mabillonii

*ex lib. de re Diplom. pa. 467.*

In hoc diplomate obſervanda ſunt nomina S. Dionyſii ſociorum, quorum primus nominatur Eleutherius, contra quam in diplomate Theodorici Calenſis, & in aliis paſſim de more. Deinde epiſcopos plerumque in ſubſcriptionibus abſtinuiſſe a recenſione ſedium ſuarum, maxime in literis Synodicis, imo etiam non raro in ipſis actis Conciliorum. Jam vero præmiſſis Epiſcopis ſedes ſuas aſſignare juvat. Primus ſubſcribit Aunemundus Lugdunenſis, alius male Monemundus, dein Chaoaldus, qui in vulgato Adonis martyrologio Caoeldus, Vienenſis, Rauracus Nivernenſis, Etherius Ebredunenſis, Eligius Noviomagenſis, Rigobertus Turonenſis, Landericus Pariſienſis, Vulfoleudo (pro quo Drogleudus Dubleto Sirmundo Droglendus) Bituricenſis, qui in editis Vulfolendus dicitur, Palladius Autiſiodorenſis, Clarus Gratianopolitanus. Aliorum ſedes ignoramus.

ANNO CHRISTI 664.

# SYNODUS PHARENSIS

## ROGATU HILDÆ ILLIC ABBATISSÆ CELEBRATA,

ſub Nordanhumbrorum regibus Oſvvio patre, & Alchfrido filio, anno Chriſti DCLXIV.

*In qua acerrime contenditur* [b] *de ritu celebrandi paſchatis, de tonſura ſacerdotum, & de aliis rebus eccleſiaſticis: præſentibus, ex parte Romanorum & Anglorum, Alchfrido rege filio, Agilberto occidentalium Saxonum epiſcopo, Vuilfrido abbate, Agathone presbytero, Jacobo diacono, Romano: ex parte Scotorum & Britonorum Oſvvio rege patre, Colmanno Lindisfarnenſi epiſcopo; & aliis Scotiæ epiſcopis, Cedda orientalium Saxonum epiſcopo, Hilda abbatiſſa Pharenſis iſtius monaſterii, cum multo alio ex utraque parte clero.*

BEDÆ PROLEGOMENA AD HANC SYNODUM.

Beda Eccl. hiſt. lib. 3. cap. 25.

His temporibus quæſtio facta eſt frequens & magna, de obſervatione paſchæ, confirmantibus eis, qui de Cantia vel de Gallis advenerant, quod Scoti dominicum paſchæ diem contra univerſalis eccleſiæ morem celebrarent. Erat in his acerrimus veri paſchæ defenſor nomine Ronan, natione quidem Scotus, ſed in Galliæ vel Italiæ partibus regulas eccleſiaſticæ veritatis edoctus, qui cum Finano confligens, multos quidem correxit, vel ad ſolertiorem veritatis inquiſitionem accendit, nequaquam tamen Finanum emendare potuit, quin potius, quod eſſet homo ferocis animi, acerbiorem caſtigando, & apertum veritatis adverſarium reddidit. Obſervabat autem Jacob, diaconus quondam (ut ſupra docuimus) venerabilis archiepiſcopi Paulini, verum & catholicum paſcha cum omnibus quos ad correctionis viam erudire poterat. Obſervabat & regina Eanfeld cum ſuis, juxta quod in Cantia fieri viderat, habens ſecum de Cantia presbyterum catholicæ obſervationis nomine Romanum. Unde nonnunquam contigiſſe fertur illis temporibus, ut bis in anno uno paſcha celebraretur. Et cum rex paſcha dominicum ſolutis jejuniis faceret; tunc regina cum ſuis perſiſtens adhuc in jejunio diem palmarum celebraret. Hæc autem diſſonantia paſchalis obſervantiæ vivente Aidano patienter ab omnibus tolerabatur; qui patienter intellexerant, quia etſi paſcha contra morem eorum qui ipſum miſerant facere non potuit, opera tamen fidei, pietatis & dilectionis, juxta morem omnibus ſanctis conſuetum diligenter exequi curavit. Unde ab omnibus, etiam his qui de paſcha aliter ſentiebant, merito diligebatur, nec ſolum a mediocribus, verum ab ipſis quoque epiſcopis Honorio Cantuariorum, & Felice orientalium Anglorum venerationi habitus eſt.

Bis in anno celebratur paſcha.

Defuncto autem Finano, qui poſt illum fuit, cum Colmannus in epiſcopatu ſuccederet, & ipſe miſſus a Scotia, gravior de obſervatione paſchæ, nec non & de aliis eccleſiaſticæ vitæ diſciplinis controverſia nata eſt. Unde merito movit hæc queſtio ſenſus & corda multorum timentium, ne forte accepto Chriſtianitatis vocabulo in vacuum currerent aut cucurriſſent. Pervenit & ad ipſas principum aures, Oſvvi videlicet regis, & filii ejus Alchfridi, quia nimirum Oſvvi a Scotis edoctus ac baptizatus, illorum etiam lingua optime imbutus, nil melius quam quod illi docuiſſent autumabat. Porro Alchfridus magiſtrum habuit eruditionis Chriſtianæ Vuilfridum virum doctiſſimum. Nam & Romam prius propter doctrinam eccleſiaſticam adierat, & apud Dalphinum archiepiſcopum Galliarum Lugduni multum temporis egerat, a quo etiam tonſuræ eccleſiaſticæ coronam ſuſceperat. Hujus doctrinam omnibus Scotorum traditionibus jure præferendam ſciebat. Unde ei etiam donaverat monaſterium quadraginta familiarum, in loco qui dicitur Humpum. Quem videlicet locum paulo ante eis qui Scotos ſequebantur in poſſeſſionem monaſterii dederat. Sed quia illi poſtmodum, data ſibi optione, magis loco cedere quam ſuam mutare conſuetudinem volebant, dedit eum illi, qui dignam loco & doctrinam haberet & vitam. Venerat eo tempore Agilbertus occidentalium Saxonum epiſcopus, cujus ſupra meminimus, amicus Alchfridi regis & Vuilfridi abbatis ad provinciam Nordanhumbrorum, & apud eos aliquamdiu demorabatur, qui etiam Vuilfridum rogatu Alchfridi in præfato ſuo monaſterio presbyterum fecit: habebat aut ſecum ipſe presbyterum nomine Agathonem.

Colmannus de Scotis ſententiam promovet.

Cum Scotis Rex, ut filius cum Anglis ſentit.

Mota ergo ibi quæſtione de paſcha, vel tonſura, vel aliis rebus eccleſiaſticis, diſpoſitum eſt, ut in monaſterio, quod dicitur [b] Streaneshalch, quod interpretatur ſinus Phari, cui tunc Hilda abbatiſſa Deo devota fœmina præfuit, ſynodus fieret, & hæc quæſtio terminari deberet. Veneruntque illo reges ambo, pater ſcilicet, & filius; epiſcopi, Colmannus cum clericis ſuis de Scotia: Agilbertus cum Agathone & Vilfrido presbyteris: Jacobus & Romanus in horum parte erant: Hilda abbatiſſa cum ſuis in parte Scotorum, in qua erat etiam venerabilis epiſcopus Cedda jamdudum ordinatus a Scotis, ut ſupra docuimus, qui & interpres in eo concilio vigilantiſſimus utriuſque partis extitit.

Synodus ubi dicitur.

Adſunt reges, &c.

Primuſque rex Oſvvi, præmiſſa præfatione, quod oporteret eos qui uni Deo ſervirent unam vivendi regulam tenere, nec diſcrepare in celebratione ſacramentorum cæleſtium, qui unum omnes in cœlis regnum expectarent, inquirendum potius quæ eſſet verior traditio, & hanc ab omnibus communiter eſſe ſequendam, juſſit primo dicere epiſcopum ſuum Colmannum, qui eſſet ritus, & unde originem ducens ille quem ipſe ſequeretur.

Rex Oſvvi præfatur.

Tunc Colmannus, Paſcha, inquit, hoc quod agere ſoleo a majoribus meis accepi, qui me huc epiſcopum miſerunt, quod omnes patres no-

Colmannus ſententiam dicit pro Scotis.

b Beda lib. 4. cap. 26. *Streaneshalch.* In verſione Saxonica, *Streoneshealh.* Hard.

ANNO CHRISTI 664.

noſtri viri Deo dilecti eodem modo celebraſſe A noſcuntur. Quod ne cui contemnendum & reprobandum eſſe videatur, ipſum eſt quod beatus evangeliſta Joannes, diſcipulus ſpecialiter domino dilectus, cum omnibus quibus præerat ecceleſiis celebraſſe legitur. Quo hæc & his ſimilia dicente, juſſit rex & Agilbertum proferre in medium morem ſuæ obſervationis, unde initium haberet, vel qua hunc auctoritate ſequeretur. Reſpondit Agilbertus. Loquatur, obſecro, vice mea diſcipulus meus Vvilfridus preſbyter, quia unum ambo ſapimus cum ceteris qui hic aſſident eccleſiaſticæ traditionis cultoribus, & ille melius & manifeſtius ipſa lingua Anglorum, quam ego per interpretem, poteſt explanare quæ ſentimus.

Vvilfridus contra

Tunc Vvlfridus, jubente rege ut diceret, ita exorſus eſt; Paſcha quod facimus, inquit, vidimus Romæ, ubi beati apoſtoli Petrus & Paulus vixere, docuere, paſſi ſunt, & ſepulti, ab omnibus celebrari, hoc in Gallia, quam diſcendi vel orandi ſtudio pertranſivimus, ab omnibus agi conſpeximus. Hoc Africam, Aſiam, & Ægyptum, Græciam, & omnem orbem, quacumque Chriſti eccleſia diffuſa eſt, per diverſas nationes ac linguas, uno ac non diverſo temporis ordine geri comperimus, præter hos tantum & obſtinationis eorum complices, Pictos dico, & Britones, cum quibus de duabus ultimis Oceani inſulis, his non totis contra totum orbem ſtulto labore pugnant.

Colmannus S. Joannem laudat auctorem.

Cui hæc dicenti reſpondit Colmannus: Mirum quare ſtultum appellare velitis laborem noſtrum, in quo tanti apoſtoli qui ſuper pectus domini recumbere dignus fuit exempla ſectamur, cum ipſum ſapientiſſime vixiſſe omnis mundus noverit.

Vvilfridus ait non tunc ſepultam fuiſſe legem Moſaicam.

At Vvilfridus: Abſit, inquit, ut Joannem ſtultitiæ reprehendamus, cum ſcita legis Moſaicæ juxta literam ſervaret, judaizante adhuc in multis eccleſia, nec ſubito valentibus apoſtolis, omnem legis obſervantiam, quæ a Deo inſtituta eſt, abdicare. Quomodo ſimulacra, quæ a dæmonibus inventa ſunt, repudiare omnes qui ad fidem veniunt neceſſe eſt, videlicet ne ſcandalum facerent eis qui inter gentes D erant Judæis. Hinc eſt enim quod Paulus Timotheum circumcidit, quod hoſtias in templo immolavit, quod cum Aquila & Priſcilla caput Corinthi totondit, ad nihil videlicet utile, niſi ad ſcandalum vitandum Judæorum. Hinc quod eidem Paulo Jacobus ait: *Vides, frater,*
49 *quot millia ſunt in Judæis, qui crediderunt & omnes ii amulatotes ſunt legis:* nec tamen hodie clareſcente per mundum evangelio neceſſe eſt, imo nec licitum fidelibus vel circumcidi, vel hoſtias Deo victimarum offerre carnalium. Itaque Joannes ſecundum legis conſuetudinem decimaquarta die menſis primi ad veſperam incipiebat celebrationem feſti paſchalis, nil curans utrum hæc ſabbato, an alia qualibet feria proveniret. At vero Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia dominus prima ſabbati reſurrexit a mortuis, ac mundo ſpem reſurrectionis contulit, ita paſcha faciendum intellexit, ut ſecundum conſuetudinem ac præcepta legis, decimamquartam lunam primi menſis, æque ſicut Joannes, orientem ad veſperam ſemper expectaret. Et hac exorta, ſi dominica dies (quæ tunc prima ſabbati vocabatur) erat mane ventura, in ipſa veſpera paſcha dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes hodie facere ſolemus. Sin autem dominica non proximo mane poſt lunam decimam quartam, ſed decima ſexta, aut decima ſeptima, aut alia qualibet luna, uſque ad vigeſimam primam eſſet ventura, expectabat eam, & præcedente ſabbato veſpere ſacroſancta paſchæ ſolennia inchoabat. Sicque fiebat ut dominica paſchæ dies, non niſi a decima quinta luna uſque ad vigeſimam primam ſervaretur. Neque hæc evangelica & apoſtolica traditio legem ſolvit, ſed potius adimplet, in qua obſervandum paſcha a decima quarta primi menſis ad veſperam, uſque ad vigeſimam primam lunam ejuſdem menſis ad veſperam præceptum eſt, in quam obſervantiam imitandam omnes S. Joannis ſucceſſores in Aſia poſt obitum ejus, & omnis per orbem eccleſia B converſa eſt: & hoc eſſe verum paſcha, hoc ſolum fidelibus celebrandum, Nicæno concilio, non ſtatutum noviter, ſed confirmatum eſt, ut eccleſiaſtica docet hiſtoria. Unde conſtat vos Colmanne neque Joannis (ut autumatis) exempla ſectari, neque Petri, cujus traditioni ſcientes contradicitis, neque legi, neque evangelio in obſervatione veſtri paſchæ congruere. Joannes enim ad legis Moſaicæ decreta tempus paſchale cuſtodiens, nil de prima ſabbati curabat, quod vos non facitis, qui non niſi prima ſabbati paſcha celebratis. Petrus a decima quinta luna uſque ad viceſimam primam diem paſchæ dominicum celebrabat, quod vos non facitis, quia a decima quarta uſque ad viceſimam lunam C diem dominicum paſchæ obſervatis, ita ut tertia decima luna ad veſperam ſæpius paſcha incipiatis, cujus neque lex ullam fecit mentionem, neque auctor ac dator evangelii dominus in ea, ſed in quarta decima luna vel vetus paſcha manducavit ad veſperam, vel novi teſtamenti ſacramenta in commemorationem ſuæ paſſionis eccleſiæ celebranda tradidit. Itemque lunam viceſimam primam, quam lex maxime celebrandam commendavit, a celebratione veſtri paſchæ funditus eliminatis. Sicque, ut dixi, in celebratione ſummæ feſtivitatis, neque Joanni, neque Petro, neque legi, neque evangelio concordatis.

Colmannus alio …

His contra Colmannus: Numquid, ait, Anatolius vir ſanctus, & in præfata hiſtoria eccleſiaſtica multum laudatus, legi vel evangelio contraria ſapuit, quia a quartadecima uſque ad viceſimam paſcha celebrandum ſcripſit? Numquid reverendiſſimum patrem noſtrum Columbam, & ſucceſſores ejus viros Deo dilectos, qui eodem modo paſcha fecerunt, divinis paginis contraria ſapuiſſe vel egiſſe credendum eſt? Cum plurimi fuerint in eis, quorum ſanctitati cœleſti ſigna, & virtutum quæ fecerunt miracula teſtimonium præbuerunt, quos ut ipſe ſanctos eſſe non dubitans, ſemper eorum vitam, mores, & diſciplinam ſequi non deſiſto.

Vvilfridus [illegible]

At Vvilfridus: Conſtat, inquit, Anatolium virum ſanctiſſimum, doctiſſimum, ac laude eſſe E digniſſimum, ſed quid vobis cum illo, cum nec ejus decreta ſervetis? ille enim in paſcha ſua regulam utique veritatis ſequens, circulum novemdecim annorum poſuit, quem vos aut ignoratis, aut agnitum a tota Chriſti eccleſia cuſtoditum, pro nihilo contemnitis. Ille ſic in paſchæ dominicum decimam quartam lunam computavit, ut hanc eadem ipſa die, more Ægyptiorum, decimam quintam lunam ad veſperam eſſe fateretur. Sic idem viceſimam diem dominico paſchæ annotavit, ut hanc declinata eadem die eſſe viceſimam primam crederet. Cujus regulam diſtinctionis vos ignoraſſe pro-

ANNO CHRISTI 664

bat, quod aliquotiens paſcha manifeſtiſſime an- A
te plenilunium, id eſt, in tertia decima luna
facitis. De patre autem veſtro Columba & ſe-
quacibus ejus, quorum ſanctitatem vos imita-
ri, & regulem ac præcepta cœleſtibus ſignis
confirmata ſequi perhibetis, poſſum reſponde-
re; quia multis in judicio dicentibus domino,
quod in nomine ejus prophetaverint, & dæmo-
nia ejecerint, & virtutes multas fecerint, reſ-
ponſurus ſit dominus, quia nunquam eos no-
verit. Sed abſit ut de patribus veſtris hoc di-
cam, quia juſtius multo eſt de incognitis bo-
num credere, quam malum. Unde & illos Dei
famulos ac Deo dilectos eſſe non nego, qui
ſimplicitate ruſtica, ſed intentione pia Deum
dilexerunt. Neque illis multum obeſſe paſchæ B
talem reor obſervantiam, quamdiu nullus ad-
venerat qui eis inſtituti perfectioris decreta,
quæ ſequerentur, oſtenderet. Quos utique cre-
do, ſi qui tunc ad eos catholicus calculator
adveniret, ſic ejus monita fuiſſe ſecuturos,
quomodo ea quæ noverant ac didicerant Dei
mandata probantur fuiſſe ſecuti. Tu autem &
ſocii tui ſi audita decreta ſedis apoſtolicæ, imo
univerſalis eccleſiæ, & hæc literis ſacris con-
firmata ſequi contemnitis, abſque ulla dubieta-
te peccatis. Etſi enim patres tui ſancti fue-
runt, numquid univerſalis quæ per orbem eſt
Chriſti eccleſiæ horum eſt paucitas una de
angulo extremæ inſulæ præferenda? Et ſi ſan-
ctus erat ac potens virtutibus ille Columba ve- C
ſter, imo & noſter ſi Chriſti erat, unum præ-
ferri potuit beatiſſimo Apoſtolorum principi?
cui dominus ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc* (Matth. 16)
*petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ infe-*
*ri non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo*
*claves regni cœlorum.*

Hæc perorante Vviltrido dixit rex: Verene, (Rex pro Angliis ſententiam dicit.)
Colmanne, hæc illi Petro dicta ſunt a domi-
no? Qui ait: Vere rex. At ille, Habetis, in-
quit, vos proferre aliquid tantæ poteſtatis ve-
ſtro Columbæ datum? At ille ait: Nihil.
Rurſum autem rex: Si utrique veſtrum, in-
quit, in hoc ſine ulla controverſia conſentiunt,
quod hæc principaliter Petro dicta, & ei cla-
ves regni cœlorum ſunt datæ a domino. Reſ- D

A ponderunt, Etiam, utrique. At ille ita con-
cluſit: Et ego vobis dico, quia hic eſt oſtia-
rius ille, cui ego contradicere nolo, ſed in-
quantum novi, vel valeo, hujus cupio in omni-
bus obedire ſtatutis, ne forte me adveniente
ad fores regni cœlorum, non ſit qui reſeret,
averſo illo qui claves tenere probatur. Hæc
dicente rege faverunt aſſidentes quique ſive
aſtantes majores una cum mediocribus, & ab-
dicata minus perfecta inſtitutione, ad ea quæ
meliora cognoverant ſeſe transferre feſtinabant.

Finitoque conflictu, ac ſoluta concione, Agil-
bertus domum rediit. Colmannus videns ſpre-
tam ſuam doctrinam, ſectamque eſſe deſpectam,
aſſumptis his qui ſe ſequi voluerint, id eſt, qui (Colmanus ſpe fruſtratus Scotiam repetit)
B paſcha catholicum & tonſuram coronæ (nam &
de hoc quæſtio non minima erat) recipere no-
lebant, Scotiam regreſſus eſt, tractaturus cum
ſuis quid de his facere deberet. Cedda relictis
Scotorum veſtigiis ad ſuam ſedem rediit, utpo-
te agnita obſervatione catholici paſcha. Facta
eſt autem hæc quæſtio anno dominicæ incarna-
tionis ſexcenteſimo ſexageſimo quarto, qui fuit (Tempus ſynodi)
annus Oſvvini regis viceſimus ſecundus: epiſco-
patus autem Scotorum, quem geſſerunt in pro-
vincia Anglorum, annus triceſimus.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Synodus Pharenſis.*) Quia in hoc conventu non
C omnes epiſcopi provinciales convocati fuerunt, ſed tan-
tum inter ſe contulerunt illi qui tunc aderant, imitatus
ſanctum Auguſtinum hujuſmodi conventum propria ma- (An concilium fuerit.)
gis voce collationem, quam ſynodum appellandam eſſe
ſentio. Tempus habitæ collationis deſcribitur a Beda ſupra.

b *De ritu celebrandi paſchatis.*) Error Scotorum alius
erat a Quartadecimanorum: non enim ſentiebant præci-
ſe decimaquarta luna, ſed die dominico paſcha celebran-
dum eſſe. Diſcrepabant a catholicis, quod illo die domi- (Quis fuerit error Scotorum de paſchate.)
nico paſcha peragerent, qui primus occurrebat a decima
tertia luna uſque ad vigeſimam. Ex quo illud abſurdum
quandoque fiebat, ut ſi dominica dies incideret in lunam
14. ipſi cum Judæis paſcha celebrarent, quod evitaſſent,
ſi una cum catholicis illo dominico die celebraſſent pa-
ſcha, qui primus a 14. luna ad veſperam uſque ad 21.
lunam occurrebat. Errarunt hac in re Scoti non ex con-
tumacia, ſed ex inſcitia computi paſchalis, ideoque hic
error ipſis venialis, tunc cum nemo illos hac in re in-
ſtruxiſſet. Porro cœptus eſt hujuſmodi error anno do-
mini 566. duravitque uſque ad annum domini 716. Vi-
D de Baron. anno 664. num. 5.

## CONVENTUS COMPENDIENSIS

### Pro conſecratione Wilfridi Epiſcopi Eboracenſis.

REM narrat *Beda lib. 3. cap. 28. Hiſt. Eccleſ.* E
Interea Rex Alcfrid miſit Vvilfridum
presbyterum ad Regem Galliarum, qui eum ſibi
ſuiſque conſecrari faceret epiſcopum. At ille
miſit illum ordinandum ad Agilbertum, de
quo ſupra diximus, qui relicta Britannia Pa-
riſiacæ civitatis factus erat Epiſcopus; & con-
ſecratus eſt magno cum honore ab ipſo, con-
venientibus plurimis Epiſcopis in vico regio,
qui vocatur in Compendio. *Et Eddius in vita*
*S. Vvilfridi cap. 12. ait*: Tale jam conſilium be-
ne Regibus complacuit, præparantes ei navem,
& auxilia hominum, & pecuniæ multitudinem,

E itaut valde honorifice ad Galliæ regionem per-
veniret; ibique ſtatim Conventio magna facta
eſt non minus, quam duodecim Epiſcoporum
Catholicorum, e quibus unus erat Ægelber-
chtus Epiſcopus, qui eum propter fidem ſuam
indicatam, gratanter & honorifice coram omni
populo publice ordinaverunt, & in ſella aurea
ſedentem more eorum ſurſum elevaverunt, por-
tantes in manibus ſoli Epiſcopi intra Oratoria,
nullo alio attingente, hymnoſque & cantica in
choro canentes. *Anno vero 665. hanc Vvilfridi*
*conſecrationem ſecutam docet Pagius ad an. Ch.*
*665. n. 16.*

ANNO CHRISTI 665. 666.

# CONSTANTINOPOLITANA CONCILIA

*Duo Monothelitarum in cauſa S. Maximi abbatis, alterum anno 665. alterum 666 celebrata.*

Apud Manſi Sup. tom. I pag. 48.

MArtino Romano Pontifice in exilium acto, exiliiſque gravitate oppreſſo, unum ſupererat orthodoxæ fidei in oriente propugnaculum S. Maximus, quem hæretici ſubvertere aggreſſi, ſuggeſſerunt Conſtantio imperatori ut judicium in eum conſtitueret. Ille ſacra divali emiſſa epiſcopos invitavit ad concilium. Maximum ad judicium. Veniens igitur abbas cum ſociis monachis coram ſacellario cauſam ſuam defendere coactus fuit. Acta cauſæ hujus vulgata ſunt a Baronio in Annalibus, dein a Sirmondo in collectaneis Anaſtaſii Bibliothecarii Oper. Sirmondi tom. III. ex quo demum in Collectionem conciliorum Veneto-Labbeanam tom. VII pag. 477. tranſierunt. Ea occaſione concilium coiviſſe ex actis illis diſcimus. *Poſtera die quæ fuit dominica, concilio facto, hi qui erant eccleſiæ perſuaſerunt piiſſimo imperatori hos eos amaro & inhumano exilio condemnandos & ab invicem dividendos. Sanctum quidem ſenem penes Byzobem caſtrum Thraciæ, diſcipulum ejus apud Perberim,* &c. Concilium hoc reſpexiſſe credo Macarium patriarcham Antiochenum Monothelitam in ſua fidei confeſſione, quam imperatori & patribus concilii VI exhibuit, legenda in actis ejuſdem concilii. Agit in ea Macarius de hæreſi, quam appellat Maximi, quam plurium imperatorum & epiſcoporum edictis profligatam aſſerit, tum addit. *Quos ſequuta eſt, & ea quæ hic facta eſt per divalem juſſionem piæ memoriæ patris veſtri* (Conſtantis patris Conſtantini, ad quem ſe dirigit Macarius) *ſancta congregatio*. En igitur concilium ex divali Conſtantis in Maximum coactum, id vero anno 665. coivit. Agentem in eo exilio Maximum convenit Theodoſius Cæſareæ epiſcopus, tentandumque ſanctum virum aggreſſus, eam cum illo diſputationem inſtituit, quæ integra ex iiſdem Anaſtaſii collectaneis recitatur in collectione Veneto-Labbeana tom. VII. col. 485. Secundum hæc Maximus exilii locum mutare coactus Perberim adductus eſt. Sed nec ibi diu ſubſtitit, nam in additamento eidem collationi Maximi cum Theodoſio annexo apud Combefiſium in editione operum S. Maximi legitur. *Exinde adductis illis Conſtantinopolim adverſum eos actione habita*, &c. Ex quibus verbis non obſcure docemur, tertiam illam actionem ſeu judicium, non quidem Perberi, ut Pagius in critica ad A. 667. neſcio qua adductus perſuaſione, cenſuit, ſed Conſtantinopoli habitum fuiſſe. Judicium hoc in concilio ex epiſcopis collecto addito imperatori ſenatu inſtitutum fuiſſe demonſtrat, tum ſententia ejuſdem concilii in Maximum & ſocios dicta, qua illos anathemate damnat, quam ſententiam integram dabimus; cum etiam verba Macarii in ea fidei expoſitione de qua ſupra. Agens enim Macarius de eodem Maximo, poſt verba illa ſuperius recitata, addit. *Petrus quoque ſanctiſſimus & univerſalis Patriarcha* (Conſtantinopolitanus) *& prædeceſſor meæ parvitatis, Macedonius beatæ memoriæ, & Vicarius* (alia verſio *legatus*) *Alexandriæ Theodotus, præſentibus una cum eis & qui aderant epiſcopis & ſacro ſenatu, quæ circa* (Græcus addit *eum*) *fuerant in ſcripto diſcretientes* (alia verſio *ſcripta fuerant*) *hunc anathematizaverunt cum impiis ejus diſcipulis*. Profecto verba hæc & concilium denotant, & nonniſi de concilio hoc poſtremo accipienda ſunt, cum plane congruant ſententiæ ab eodem concilio prolatæ, quam mox integram dabimus. Nec cohærere poſſunt cum priori illo concilio; nec enim illud Maximum damnavit exilio, ſed imperatori tantummodo perſuaſit, ut illum ageret extorrem. viciſſim autem alterum hoc concilium ſententiam exilii in Maximum & ſocios dixit. Quibus conſtitutis, quinam epiſcopi concilio illi interfuerint, ſtatim apparent. Annus etiam rei geſtæ in aperto eſt, cum Petrus qui concilio præfuit, anno 656. deceſſerit ex calculo Pagii ad A. 656. V. eodemque anno 656. ſeptembri menſe Maximus cum Theodoſio diſputaverit; quæ ſane diſputatio concilium hoc præceſſit. Ex quo demum reſultat, labente anno 656. patres illos conveniſſe. Supereſt nunc ut ejuſdem concilii acta, qualia extant, demus ex edito a P. Combefis ordinis Prædicatorum inter opera S. Maximi, quæ ſane acta in Collectione Veneto-Labbeana aliiſque deſiderantur.

## FRAGMENTUM ACTORUM CONCILII II CONSTANTINOPOLITANI MONOTHELITARUM.

*In cauſa S. Maximi & ſociorum anno 656. celebrati.*

EXinde adductis illis Conſtantinopolim, adverſumque eos actione habita, ac cum anathematizaſſent eſſentque execrati S. Maximum, ejuſque diſcipulum beatum Anaſtaſium, nec non ſanctiſſimum Papam Martinum, tanctumque Sophronium patriarcham Jeroſolymitanum, ac omnes Orthodoxos, quotquot denique ejuſdem ac illi ſententiæ eſſent; alterum quoque beatum Anaſtaſium adduxerunt, iiſdemque in eum diris ac contumeliis uſi, tradiderunt judicibus, ita dicentes. Sane igitur, tu Anaſtaſi, pullum populi univerſi maledictionis dirarumque, indutus amictum, canonica liberatus auditione, eaque extruſus, ad eam, quam delegiſti deveharis gehennæ ſtationem ac ſedem; qui nobiſcum eſt, parique conſilio cuncta moderatur, prænobili ſacroque ſenatu, ſtatim a nobis judicium arrepturo, ac quæ civilibus conſtituta legibus ſunt, prout viſum illi fuerit, juſta in te animadverſione facturo, ob tantas tuas illas blaſphemias rebelliſque animi molitiones. Adverſus hæc enim ſententiam tulit præ-

præſens ſynodus : cumque illa omnipotentis A Chriſti veri Dei noſtri ope, quæ par erat, adverſum vos Maxime, Anaſtali, Anaſtaſique decreto ſanxerit, ſitque reliquum ad ea, quæ a vobis impie dicta geſtaque ſunt, ut ſeverioribus legum pœnis ſubjiciamini, (quamquam idcirco quod nulla ejuſmodi pœna ſuppetit, quæ delictis veſtris, ac blaſphemiis condigna videri poſſit, juſto vos judici, qui majora ſit inflicturus, permittimus) in præſenti ſæculo, ceu in lucri partem, vitæ vobis uſura conceſſa, hacque ipſa lenitate tantiſper vacuata, accurata legum diſciplina ac diſtrictione ſancimus, ut ſtatim aſſumptis, qui nobis præſto ſunt, Clariſſimus Præfectus, in ſuum ampliſſimi dominatus prætorium, Maximo ac utrique Anaſtaſio, eorum flagris dorſa cædat, veſtræque Maxuni, amborumque Anaſtaſiorum procacitatis organum (veſtram ſcilicet blaſphemam linguam) ab imo intus abſcindat; tumque etiam, quæ blaſphemæ veſtræ rationi mentique miniſtravit, dexteram ferro auferat: ac ubi ſic execrandis membris mutilos pariter circumducens, Urbis Auguſtæ regiones duodecim totas luſtraverit, ſempiterno exilio, jugique præterea cuſtodiæ tradat: ut deinceps, ac quandiu vita ſuperſtes erit, blaſphemiæ plenos errores veſtros lugeatis, verſa ſcilicet in veſtra capita, quam in nos maledictionem diraſque excogitaſtis. Tulit itaque præfectus aliiſque excruciatis tormentis, membra amputavit: totaque urbe propudioſa circumductione traducens, Lazicem relegavit.

ANNO CHRISTI 666.

# CONCILIUM EMERITENSE.

## TITULI CAPITULORUM.

I. *Epiſtola de fides inſtitutione, ejuſque ordine.*

II. *De veſpertini officii ſervando ordine.*

III. *Quid ſit obſervandum tempore quo rex in exercitu progreditur, pro regis, gentis, aut patriæ ſtatu atque ſalute.*

IV. *Qualiter metropolitanus ſuis confinitimis, aut confinitimi metropolitano ſuo placitum faciant.*

V. *Ut epiſcopus ad ſuam perſonam, ad concilium non diaconum, ſed aut archipresbyterum, aut presbyterum dirigat.*

VI. *Qualiter epiſcopus admonitione accepta ad metropolitanum ſuum veniat.*

VII. *Qualiter ſecundum priorum canonum inſtituta concilium fiat.*

VIII. *Quid ordinatum maneat de epiſcopis qui inter ſe de parochiis * intentionem habent.* * contentionem

IX. *Quid presbyter obſervare debeat, qui presbyteris jubetur dare ſanctum chriſma.*

X. *Ut omnis epiſcopus infra hanc provinciam conſtitutus archipresbyterum, archidiaconum, & * primiclerum in eccleſia ſua habeat.* * primicerium

XI. *Ut omnis presbyter, abbas, vel diaconus epiſcopo ſuo humilitatem teneat; & reverentiam ſummam.*

XII. *Ut epiſcopus, qui illi placiti fuerint de parochia ſua, presbyteros, atque diacones cathedrales ſibi faciat.*

XIII. *Ut epiſcopus quem viderit de clericis ſuis ad bonum profectum tendere; honorandi & * magnificandi de rebus eccleſiæ licentiam habeat.* * magnificandi

XIV. *De pecunia quæ in eccleſia Dei offertur fideliter colligenda, & fideliter dividenda.*

XV. *Ut epiſcopi atque presbyteri pro gravioribus cauſis (quod legum damnant ſententiæ) ſine judicii examine familiam eccleſiæ non debeant extirpare.*

XVI. *Ut epiſcopo non liceat tertiam de parochitanis eccleſiis tollere; ſed quæ inſtituta ſunt debeat obſervare.*

XVII. *Ut poſt mortem epiſcopi nulli ſubjectorum liceat de eo quidquam detrahere.*

XVIII. *Ut parochitani presbyteri, juxta ut poſſe habuerint, de familia eccleſiæ ſuæ clericos ſibi faciant & habeant.*

XIX. *Ut presbyter, qui plures eccleſias habuerit commiſſas, pro ſingulis dominicis diebus, in ſingulis ſacrificium Deo offerre intendat.*

XX. *Qualiter libertos epiſcopi faciant, vel qua-* B *liter liberti a patrocinio eccleſiæ nunquam diſcedant.*

XXI. *Qualiter ſtabilitum maneat, quod epiſcopus in amicis ſuis, ſervis, aut libertis, de re eccleſiæ ſuæ donare voluerit.*

XXII. *Qualiter excommunicari oporteat qui canonis non cuſtodierit ſententiam.*

XXIII. *Confirmatio hujus concilii.*

## PRÆFATIO.

*IN NOMINE PATRIS, ET FILII, & Spiritus ſancti. Synodus quæ geſta eſt in provincia Luſitaniæ, apud [a] urbem Emeritenſem, quæ caput ejus dignoſcitur eſſe, duodecim epiſcopis in unum collectis, die* VIII. *Iduum No-* C *vembris,* [b] *anno* XVIII. *ſereniſſimi & piiſſimi Reccefvinthi regis, æra* DCCIV.

CONGREGATIS nobis omnibus provinciæ Luſitaniæ epiſcopis, in nomine domini, reſidentibus in * Jeruſalem eccleſia, quæ in Emeritenſi urbe, (quæ caput hujus provinciæ noſcitur eſſe, & ſub principali nomine manet dedicata) juxta ordinem priorum canonum noſtrorum, cum Dei juvamine cœptum eſt initium. Primum (ut mos eſt) debitas laudes perſolvimus omnipotenti Deo, cujus munere adunati ſumus, & dono: deinde ſereniſſimo atque clementiſſimo principi noſtro, & domino gratiarum actiones impendimus regi Recceſ- D vintho; * optantes divinam miſericordiam, ut qui ei tribuit regni poteſtatem, concedat & vitæ felicitatem, cum pacis quiete; ſicque eum de ſuis hoſtibus reddat victorem, ut ſuorum inimicorum colla ditioni ejus ſubdat, gratia favente *; quatenus & præſentem vitam quietus poſſideat per tempora longa, & poſt multa annorum curricula beatitudinis gaudia obtineat, per ſæcula nunquam finienda. Et quoniam de ſæcularibus ſancta illi manet cura, & eccleſiaſtica per divinam gratiam recte diſponit mente intenta, ſit illi opitulatrix ineffabilis omnipotentis Dei gratia, quæ ſe quærentibus manet propinqua.

* ſanctæ
* orantes
* divina

E

## CAPITULA.

### I.

Juxta priorum patrum regulam, * quæ ſancte nobis eſt tradita, cujus inſtitutio- * inde

ne

a Edidit Loaiſa e duobus MSS. Toletanis & alio Lucenſi. Harduinus contulit cum apographo ad eum miſſo

ANNO CHRISTI 666.

ne profectum fidei habet ſancta Dei eccleſia catholica, * quamlibet permultis conciliis maneat memorata, oportet tamen a nobis non eam eſſe prætermittendam: hæc enim eſt prima concilii via; & niſi digne fuerit adſtructa, perveniendi ad * aliud ratio eſt incongrua. Nos ergo quia certos fatemur in fide, & perpetim hanc profitemur ore, dignum eſt in hoc ſancto concilio credulitatem noſtram exponere.

* l. quantumlibet per multa concilia

* aliud

Credimus in unum Deum Patrem, omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium conditorem: & in unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum ex Deo: lumen ex lumine: Deum verum ex Deo vero: natum, non factum: homouſion Patri, hoc eſt, ejuſdem cum patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, & Maria virgine: homo factus: paſſus ſub Pontio Pilato: ſepultus: tertia die reſurrexit: aſcendit in cœlos: ſedet ad dexteram Patris: iterum venturus in gloria judicare vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctum dominum & * vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem; cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui locutus eſt per prophetas. In unam catholicam atque apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi. Amen. Hæc eſt fides noſtra, & hæc credulitas ſancta: hanc quiſquis digne tenet, judicii tempore remunerationem condignam accipiet: qui ab ea diſceſſerit, & in hac fide eſſe noluerit, cum diabolo pœnas * æternas luet. Oremus ergo omnipotentem Deum, ut hæc credulitas ſincera, divina nobis conferat beneficia, ejuſque pietas ſancta præſenti in ſæculo cuncta nobis dimittat peccata: & cum venerit judicare vivos & mortuos, ad dexteram ſuam nos juſtificandos ſtatuat. Si quis non crediderit, aut confeſſus fuerit Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum unum eſſe in Trinitate, * anathema ſit.

* i. ſymbolum Conſtantinopolitanum in III. Toletano a ſanctis conciliis poſitum

* vivificantem

* æternas ſupplicii

* Deum

## II.

Sicut in fide ſancta noſtra eſt unanimitas, ita pro ſancto Dei officio debet eſſe intentio ſumma. Oportet igitur, ut ſicut in aliis eccleſiis [c] veſpertino tempore, poſt lumen oblatum, prius dicitur veſpertinum, [d] quam * ſonum in diebus feſtis, ita & a nobis cuſtodiatur in eccleſiis noſtris. Si quis hunc ordinem minime cuſtodierit in ſua eccleſia, cunctoſque ad ſe pertinentes non inſtruxerit, ut bonum hujus operis agant; dum tale ad metropolitani pervenerit aures, & fuerit res convicta, excommunicationis ſe noverit feriri ſententia.

## III.

Quantum cum Dei juvamine ratio competit, ut rectitudinis regula ponatur in eccleſiaſtico ordine, tantum neceſſarium eſt ea excogitare & ordinare, quæ clementiſſimo domino noſtro Recceſvintho regi, fideliumque ſuorum genti, aut patriæ debeant proſperitatem afferre. Ob hoc ergo inſtituit hoc ſanctum concilium, ut quandocumque eum cauſa * ingredi fecerit contra ſuos hoſtes, unuſquiſque noſtrum in eccleſia ſua hunc teneat ordinem; ita ut omnibus diebus [e] per bonam diſpoſitionem ſacrificium omnipotenti Deo, pro ejus ſuorumque fidelium atque exercitus ſui ſalute offeratur, & divinæ virtutis auxilium impetretur, * ut ſalus cunctis a domino tribuatur, ut * victoria illi ab omnipotenti Deo * concedatur. Tamdiu hic ordo tenendus eſt, quamdiu cum divino juvamine ad ſuam redeat ſedem. Quiſquis hujus inſtitutionis modum implere diſtulerit, ſciat ſe a ſuo metropolitano eſſe excommunicatum.

* p. egredi

* add.

* indicatur

## IV.

Poſtquam fidei noſtræ credulitas eſt manifeſta, illa inferenda curavimus, quæ rectitudinem faciant in eccleſia ſancta. Cœtus ergo noſtræ unanimitatis hoc inferendum eſſe curavit, ut tempore quo metropolitanus in eccleſia Dei fuerit ordinatus epiſcopus, [f] placitum in nomine ſuorum comprovincialium epiſcoporum faciat; ut caſte, ſobrie, recteque * vivat. Similiter, & quando confinitimi epiſcopi in eccleſiis quibus præeſſe potuerint fuerint ordinati, placitum faciant in nomine epiſcopi ſui metropolitani, ut caſte, recte, & ſobrie vivant. Quod ſi juxta canonicam ſententiam, per voluntatem metropolitani, atque informationis ejus epiſtolam, per regiam juſſionem ab alio metropolitano aliqui fuerint ordinati; tempore quo ad metropolitanum ſuum poſt ſuam venerint ordinationem, tale placitum non differant facere. Quod ſi diſtulerint, tamdiu quiſquis ille excommunicatum eſſe ſe noverit, quamdiu impleat ordinem bonæ inſtitutionis.

* vivere

## V.

Juxta canonicum ordinem, tempore quo concilium [g] per metropolitani voluntatem & regiam juſſionem electum fuerit agere, omnes confinitimos epiſcopos in unum oportet adeſſe: nec pro tali re quælibet cauſa opponi debet ad excuſatio-

ANNO CHRISTI 666.

tionem. Quod ſi contigerit aliquem de fratribus [h] retineri ab infirmitate, qualiter non poſſit venire, aut per regiam juſſionem injunctum * acceperit aliquid agere, ut ſit per quod non poſſit concilio intereſſe; quidquid tale acciderit, metropolitano ſuo fideliter intimet cuncta per ſuam epiſtolam manu ſua ſubſcriptam, ut poſtmodum quæratur, antene excuſationem faciat aliquam. Ad ſuam tamen perſonam non aliter niſi aut ſi archipresbyterum ſuum diriget, aut, ſi archipresbytero impoſſibilitas fuerit, presbyterum utilem, cujus dignitas cum prudentia pateat, a tergo epiſcoporum inter presbyteros ſedere, & quæque in eo concilio fuerint acta ſcire, & ſubſcribere. Injuſtum enim hoc accipit cœtus noſter, ut quiſquam epiſcoporum diaconum ad ſuam perſonam dirigat. Hic enim quia presbyteris junior eſſe videtur, ſedere cum epiſcopis in concilio nulla ratione permittitur. Quemcumque ergo ex presbyteris dirigere elegerit, inſtructum per informationem dirigat, ut ratio poſcit; atque cum eo mandatarium ſuum, juxta legis ordinem munitum: ut ſi a quolibet contra eumdem epiſcopum in concilio fuerit ſuggeſtum, ab eo quem * dixerit, qui petit accipiat reſponſum; & juſtitia quæ fuerit ordinata nullam poſtmodum dilationem habeat.

* habuerit
* direxit

## VI.

Deo credimus eſſe placitum, quando pro bono opere dignam in eccleſia ſancta imponimus regulam. Ideoque placuit fraternitati noſtræ, ut ſicut primatus reverentiæ metropolitano epiſcopo jubetur impendi per ſynodicam regulam, ita & a comprovincialibus ſuis ſerventur hæc monita. * Communi deliberatione cenſemus, & ſententiæ hujus ordinem ſervandum inſtituimus; ut dum quiſquam comprovincialis epiſcopus metropolitani ſui admonitionem acceperit [k] pro diebus feſtis nativitatis domini & paſchæ cum eo peragendis, veniendi ad eum nullam faciat excuſationem. Quod ſi contigerit eum ab ægritudine eſſe detentum, vel per nimiam intemperantiam aerum non habere qualiter ad præſentiam ejus poſſit venire, epiſtolam manu ſua ſubſcriptam dirigere debebit, in qua hujus rei veriſſime cauſam noteſcat. Quod ſi ſanus, qui admonitionem acceperit, fuerit, & venire diſtulerit, abſque excommunicatione dimittendus non erit.

* [illegible]
Sic Hateruus eſt ſon. Tole. XIII cap. 8

## VII.

Decretum eſt de priſcis canonibus, [l] ſemel in anno fieri concilium, ubi elegerit metropolitanus epiſcopus: atque in ea ſancta regula manet ordinatum, ut comprovinciales epiſcopi, dum a ſuo metropolitano fuerint admoniti, præſentes eſſe debeant ad locum temporis debiti: quæ res non extra regiam agitur voluntatem. Sunt nonnulli qui pro hac admonitionem ſui metropolitani, & regiam juſſionem accipiunt, & minime implent quæ jubentur: hos priſcorum canonum ſententiæ excommunicatos eſſe jubent uſque ad tempus ſuperventuri concilii: & quamvis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur quod debeant metuere. Placuit huic ſanctæ ſynodo, ut quiſquis ille epiſcopus ad concilium venire diſtulerit admonitus, illic excommunicationis agat tempus, ubi cum his, qui præſentes fuerint, elegerit metropolitanus. Cella vero & res ad eum pertinentes, quouſque ille ſub pœnitentia fuerit, inſtantia & ſollicitudine regantur metropolitani: quia ideo eſt hoc electum, ut diſcat ſub pœnitentia quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad ſuam redierit cellam, rem in ſtatu inveniat, quæ eccleſiæ ſuæ eſt debita.

Vide epiſtolam Innocentii tertii, de pœnali ejus canonis.

## VIII.

Omnibus * pene cognitum manet, quomodo divina gratia, quæ cor sereniſſimi atque clementiſſimi domini noſtri & principis Recceſvinthi regis in manu tenet, & ubi vult illud vertet, ſuggerente ſanctæ memoriæ ſanctiſſimo [m] viro Orontio epiſcopo, animum ejus ad pietatem moverit, ut terminos hujus provinciæ Luſitaniæ cum ſuis epiſcopis, eorumque parochiis, juxta priorum canonum ſententias, ad nomen provinciæ, & metropolitanam hanc ſedem reduceret & reſtauraret. His ergo, juxta eamdem regulam, decreto ſynodico, judicii formula, & ſuæ clementiæ confirmatione ad hanc metropolim reductis; dum miſerante domino, principis juſſu in unum ad ſanctum conveniſſemus concilium, unus de his Selva nomine, ſanctæ * Igeditanæ eccleſiæ epiſcopus, interpellavit ſanctam ſynodum, eo quod Juſtus Salmanticenſis eccleſiæ epiſcopus debitam illi teneret diœceſim: hoc enim etiam adjiciens, ut de eo, id unde ad Callœciæ metropolim diœceſi ſuæ fuerat poſſeſſum, ille reciperet, quamvis longa poſt tempora, quæ parochiæ ſuæ fuerant debita. Sed quia antiquorum canonum ſunt inſtituta, ut ſi * una provincia * quiſquis epiſcopus de alterius diœceſi partem aliquam per triginta annos poſſederit, quietus teneat; juſtum perſpeximus, ut quia nec ille triginta annos adhuc habet, quo ad hujus provinciæ metropolim reductus eſt; & ille quod per longo tempore non poſſedit *, & triginta adhuc non ſunt in hoc illi impleti anni,

* bene
* Egditanæ
De tricennali poſſeſſione dictum eſt ſupra Conc. Hiſp. II. cap. 8
* ſunt in una
* quiſque
* recepit

ANNO CHRISTI 666.

anni; ſicut ille ad debitam diœceſem rediit, ita & hic, qui pulſat diœceſim ſibi debitam, ordinante metropolitano cum ſuis fratribus, per ſuum ſaionem recipiat: ita tamen ut de præſentia metropolitani inſpectores dirigantur, qui per evidentia ſigna diœceſes ipſas conſpiciant, & unuſquiſque, quod illi debitum eſt accipiat & habeat. Pacta vero, quæ juxta canonicam regulam inter epiſcopos pacificam deliberationem juſtiſſime fuerint facta, in omnibus placet eſſe ſervanda. Omnibus vero epiſcopis id * inſtituitur eſſe ſervandum, ut parochiam ſuam bene cuſtodiant, nec a quolibet fratre eam uſurpari permittant. Quibus ſi tricennalis numerus per voluntatem, aut negligentiam occurrerit, nullo modo reddenda erit.

*Inſpectores viſitatores. Hiſp. II. cap. 8.*

* *inſtitutum.*

## IX.

Conveniens in omnibus nobis hæc manet ſententia, quæ * digne cuſtodiatur in noſtra provincia. Placuit ut quiſquis ab epiſcopo ſanctum in poteſtate, presbyteris ad diſtribuendum tempore opportuno, acceperit chriſma, nihil ab eis beneficii cauſa tollere aut petere præſu-C mat. Similiter presbyteri, qui ſanctum Dei baptiſma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia a parentibus eorum auferre præſumant. Quod ſi quis aliquid offerat per bonam voluntatem, * accipiat grate: nihil tamen (ut diximus) auferatur quacumque occaſione. Si quis ſententiæ hujus ordinem non cuſtodierit, eumque tranſgredi præſumpſerit, tribus menſibus ſub pœnitentia excommunicatus manebit.

* *deinde.*

*Conc. Bracar. II. c. 4. ubi adipiſcim ex patrum decretis oſtendimus Conc. Tol. XI. cap. 8.*

* *accipiatur.*

## X.

Communi deliberatione ſancimus, ut omnes nos epiſcopi, infra noſtram provinciam conſtituti, in cathedralibus noſtris eccleſiis, ſinguli noſtrum * archipresbyterum, archidiaconum, & * primicerum habere debeamus. Sanctus quippe eſt ordo, & a nobis per omnia obſervandus; ideoque placuit huic magnæ ſynodo, ut quicumque ad hoc officium pervenerit, humilitatem pontifici ſuo & reverentiam præbeat; ne quolibet modo ſuperbiæ faſtum quilibet ex his incurrat; ſed in ordine, quo quiſque fuerit conſtitutus, benigne perſiſtat, & ſui dignitatem officii per omnia teneat. Si quis ex his ſui gradus ordinem non cuſtodierit, & quæ illi pro tali officio a ſuo epiſcopo imperata fuerint adimplere diſtulerit, prout cauſa patuerit, excommunicationis damno multandum ſe noverit.

* *primicerium.*

## XI.

Pervenit ad cœtum hujus ſancti concilii Presbyteros, abbates & diaconos A epiſcopo ſuo inobedientes eſſe *; atque intromiſſum eſt, ut dum quilibet ex presbyteris, aut abbatibus eccleſiarum ſuarum a decedentibus epiſcopis habeant abſolutionem, epiſcopo ſuo dignam obedientiam juſtamque reverentiam non exhibeant, & quibus conceſſa eſt per canonicam ſententiam viſitandi * ſua parochia, his potius infertur injuria, & movetur calumnia. Proinde placuit huic ſancto concilio, ut tam a presbyteris, quam ab abbatibus, ſive etiam a diaconibus, epiſcopo honor debitus impenda- B tur: ut a nullo contumeliam pati videatur, & quandocumque contigerit eum, juxta canonicam ſententiam, viſitare ſuam parochiam; & digne eum ſuſcipiant, &, prout habuerint, aut ratio permiſerit, illi præparent quæ fuerint neceſſaria. Id ergo per omnia ſervandum inſtituimus, ut nulli presbytero, vel diacono ſine voluntate epiſcopi ſui licentia ſit ° ſæculares peragere cauſas, aut injunctiones expedire publicas. Si quis hujus ordinem capituli tranſcendere voluerit, excommunicationis ſententia feriendum ſe noverit.

* *ad id quod eſt, u.*

*Jus viſitandi epiſcopis competit, de qua re diximus ſupra Conc. Tolet. IV. cap. 36.*

* *fort. ſuam parochiam.*

## XII.

Si priorum canonum ſententia hunc recte tenet ordinem, ut epiſcopus ab alio epiſcopo, ſi indigentiam habuerit, clericum ad ordinandum petat, & accipiat; cur qui in diœceſi ſua habet eos, quos pro Dei officio, & ſuo juvamine dignos repererit, ad ſuam principalem eccleſiam non perducat & habeat? Pro hujus rei cauſa hoc elegit unanimitas noſtra, ut omnes epiſcopos provinciæ noſtræ, ſi voluerint, de parochianis pres- D byteris, atque diaconibus, cathedralem ſibi in principali eccleſia facere, maneat per omnia licentia. Hi tamen qui fuerint traducti, humilitatem dignam epiſcopo ſuo teneant; & eo honore & reverentia habeantur, & venerentur in cathedrali eccleſia, ſicut hi quos conſtat fuiſſe ordinatos in ea. Et quamvis ab epiſcopo ſuo ſtipendii cauſa per bonam obedientiam aliquid accipiant, ab eccleſiis tamen, in quibus prius conſecrati ſunt, vel a rebus earum extranei non E maneant; ſed pontificali electione, presbyteri ipſius ordinatione, presbyter alius inſtituatur, qui ſanctum officium peragat, & diſcretione prioris presbyteri victum & veſtitum rationabiliter illi * miniſtretur, ut non egeat: aut ſi quæ fieric qui ordinatur, ſtipendium a ſuo presbytero accipiat, quantum dignitas officii eum habere expetat. Clericis vero, vel quos ad ſerviendum ei dederit, per diſcretionis modum quæ neceſſaria ſunt miniſtret. Si quis ſententiæ hujus ordinem

* *miniſtret.*

ANNO CHRISTI 666.

nem implere diſtulerit, prout ratio permiſerit, excommunicandum ſe eſſe noverit.

XIII.

In eccleſia Dei ſancta congregatio clericorum fit non modica: & ſunt aliqui, quorum intentio non pauca eſt in ſancto Dei officio, atque multi quos ſegnitudinis faſtus minime perducit ad bonum profectum. Ob hoc ergo ſancto huic placuit concilio, ut quemcunque epiſcopus ad bonum profectum viderit creſcere, per bonam intentionem venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus eccleſiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat poteſtatem: hæc enim cauſa & majoribus majorem præſtat gratiam, & minores excitat, ut ad melius tendant. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in jus habeant, ut & remedium ex hoc ſentiant, & rem Deo dicatam ad augmentum perducant. Quod ſi id quod acceperint per ſuam tepiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patuerit; epiſcopus habeat licentiam, ſine ullo præjudicio, in jure eccleſiæ revocare rem propriam.

XIV.

In ſancta Dei eccleſia p diebus feſtis pro conſuetudine & mercede communicationis tempore a fidelibus pecuniam novimus poni: pro hoc placuit ſancto concilio hanc rectitudinis ponere regulam, ut quia omni clero communis labor manet in officio ſancto, omnibus juxta meritum ex hoc rependatur viciſſitudo. Statuimus in noſtris eccleſiis vel civitatibus hoc eſſe ſervandum, ut quidquid pecuniæ a fidelibus in eccleſia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conſervatum, & fideliter epiſcopo præſentetur; qualiter exinde tres partes fiant æquales, unam epiſcopus habeat, & alteram presbyteri, & diacones inibi deſervientes conſequantur, & inter ſe, ut dignitas & ordo popoſcerit, dividant: tertia vero ſubdiaconibus & clericis tribuatur: ut a primiclero, juxta quod in officio eos præſcit eſſe intentos, ita ſingulis diſpenſetur. Similis forma & de parochitanis presbyteris in eccleſiis illis a Deo creditis erit ſervanda.

XV.

Si regalis pietas pro ſalute omnium ſuarum legum dignata eſt ponere decreta cur religio ſancta per ſancti concilii ordinem non habeat inſtituta, quæ omnino debent eſſe cavenda? Ideoque placuit huic ſancto concilio, ut omnis poteſtas epiſcopalis modum ſuæ ponat iræ; nec pro quolibet exceſſu cuilibet ex familia eccleſiæ aliquod corporis membrorum ſua ordinatione præſumat extirpare, aut auferre. Quod ſi talis emerſerit culpa, advocato judice civitatis, ad examen ejus deducatur quod factum fuiſſe aſſeritur. Et quia omnino juſtum eſt, ut pontifex ſæviſſimam non impendat vindictam; quidquid coram judice verbis patuerit, per diſciplinæ ſeveritatem abſque turpi decalvatione maneat emendatum, & ab epiſcopo ſuo, aut donatus fidelibus ſuis maneat, qui malum aliquid, quod leges graviter damnant, admiſit; aut * abiendi * eum epiſcopus, ſi voluerit, licentiam habebit. Similiter & quia comperimus aliquos presbyteros ægritudine accedente familiæ eccleſiæ ſuæ crimen imponere, dicentes ex ea homines aliquos maleficium ſibi feciſſe, eoſque ſua poteſtate torquere, & per multam impietatem detrimentare, & hoc emendari placuit per rectitudinem hujus ſententiæ. Inſtituentes igitur * decernimus, ut ſi presbyter talia pati ſe dixerit, ad aures hoc ſui perducat epiſcopi; ipſe autem datis bonis hominibus ex latere ſuo, judicem hoc jubeat quærere; & ſi ſceleris hujus cauſa fuerit inventa, ad cognitionem epiſcopi hoc reducant; & proceſſa ex ore ejus ſententia, ita malum extirpatum maneat, ne hoc quiſquam alius facere præſumat. Si quis ſententiæ hujus ordinem non obſervaverit, excommunicationis ſententia feriendus erit, & a clero abjiciendus.

* forte abigendi * abjiciendi

* decrevimus

XVI.

Bene diſpoſuit divina gratia, quidquid unaquæque eccleſia a fidelibus collatum eſt, habeat. Priſcis quippe canonibus * erat decretum, ut epiſcopus de parochitanis eccleſiis tertiam ſequeretur, cui ſua pleniſſime q ſufficere poſſunt. Placuit huic ſancto concilio, ut nullus provinciæ Luſitaniæ epiſcopus ſententiæ hujus terminum excedat, nec a qualibet parochitana eccleſia tertiam auferre præſumat: ſed quidquid exinde conſequi potuerat, totum in reparationem ipſarum baſilicarum proficiat. Omnes vero ſupradicti presbyteri, qui virtutem habuerint, epiſcopo ſuo placitum faciant, ut reparare eccleſias ſibi commiſſas intendant. Quod ſi facere diſtulerint, ab epiſcopo ſuo diſtricti, eccleſias ſibi creditas (ut ratio permittit) digne reparent; Eccleſiæ tamen, quæ mundiales res nullas habent, ſolicitudine, intentione, & diſpoſitione epiſcopali (ut ratio permiſerit) habeant reparationem.

* Gra. 11 q. * Priſcis quidem.

XVII.

Quia per divinam gratiam in ſancta Dei eccleſia epiſcopalis ordinatur Poteſtas, dignum eſt, ut ſicut honore & bonitate ſummus habetur in vita, ita poſt mor-

ANNO CHRISTI 666.

mortem detractio de eo ſit nulla. Hujus A rei cauſa hanc ſententiam protulit, & per omnia jubet eſſe firmam congregatio noſtra. Inſtituentes igitur decernimus, ut nullus ſubjectus decedentem detrahat epiſcopum, nullus de eo deroget, nec malum quidquam loquatur. Si quis talia deinceps facere præſumpſerit; ſi presbyter fuerit, tribus menſibus ab epiſcopo ſuo ſub pœnitentia * religatus maneat; ſi diaconus, quinque; ſi ſubdiaconus, aut clericus, vel quilibet religioſus de majori gradu, ( quia conſtat ex his jam aliquos per bonam actionem eſſe B venerandos ) novem; ſi minimi fuerint, qui levi corde ſint, minimæque adhuc perſonæ, quinquagenis flagellis juſſione feriantur epiſcopi: quod ſi laicus, quamvis ingenuus, in domo eccleſiæ tamen nutritus, & ab eccleſiæ rebus, dignitatis gratia præditus, juxta quod dignitas ejus exegerit, pro tali exceſſu excommunicationis ſententia feriendus erit: ſi vero de familia eccleſiæ fuerit quiſque, ( quia & in his diſcretionis * eſt gradus ) ſi major fuerit, qui dignitate polleat, ſex menſibus ab epiſcopo ſuo excommunica- C tus maneat: inferior tamen aut minima perſona, diſciplinam mereatur, juxta quod epiſcopi ſui proceſſerit ſententia. Dignum eſt enim, ut cui in vita honor fuit impenſus, poſt mortem detractionis ſubtrahatur ſtimulus.

* relegatus

* adhibendus

## XVIII.

Quidquid unanimiter digne diſponitur in ſancta Dei eccleſia, neceſſarium eſt ut a parochitanis presbyteris cuſtoditum maneat. Sunt enim nonnulli, qui eccleſiarum ſuarum res ad plenitudinem habent, & ſolicitudo illis nonnulla eſt D habendi clericos, cum quibus omnipotenti Deo laudum debita perſolvant officia. Proinde inſtituit hæc ſancta ſynodus, ut omnes parochitani presbyteri, juxta ut in rebus ſibi a Deo creditis ſentiunt habere virtutem, de eccleſiæ ſuæ familia clericos ſibi faciant: quos per bonam voluntatem ita nutriant, ut & officium ſanctum digne peragant, & ad ſervitium ſuum aptos eos habeant. Hi etiam victum & veſtitum diſpenſatione presbyteri merebuntur, & domino & presbytero E ſuo, atque utilitati eccleſiæ fideles eſſe * debent. Quod ſi inutiles apparuerint, ut culpa patuerit, * correptione diſciplinæ feriantur. Si quis presbyterorum hanc ſententiam minime cuſtodierit, & non adimpleverit, ab epiſcopo ſuo corrigatur: ut pleniſſime cuſtodiat, quod digne jubetur.

Sic decretum Conc. Tol. IX cap. 11.

* debebunt

* correctione

## XIX.

In parochiis multæ ſunt eccleſiæ conſtitutæ, quæ a fidelibus factæ, aut paucum, aut nihil de rebus videntur habere. Sacerdotali ergo decreto presbytero uni plures extant commiſſæ, unde cavendum eſt ne occurrente paupertate, ordo ibidem non impleatur Miſſæ. Proinde ſalubri deliberatione cenſemus, ut pro ſingulis quibuſque eccleſiis, in quibus presbyter juſſus fuerit per ſui epiſcopi ordinationem præeſſe, * pro ſingulis diebus dominicis ſacrificium Deo procuret offerre; & * eorum nomina a quibus eas eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis eccleſiis videntur aut viſi ſunt contuliſſe, ſi viventes in corpore ſunt ante altare recitentur tempore miſſæ, quod ſi ab hac deceſſerunt aut diſceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur ſuo in ordine. Si quis hanc inſtitutionem presbyter implere neglexerit, dum talis cauſa per quemlibet ad aures ſui epiſcopi pervenerit, presbyter ille excommunicationis ſententia feriendus erit.

Vide concil. Tol. XVI. cap. 5.

* per ſingulos dies dominicos

## XX.

In priorum canonum ordine inſtitutum manet qualiter epiſcopi de familia eccleſiæ * libertos debeant facere. Multi etenim ſacerdotes, prout illis conceſſit divina gratia, habent unde canonicum ordinem impleant, & ſic libertos faciant: & ſunt multi, qui nihil habentes, ad hanc gratiam veniunt, & ſic libertos facere præſumunt. Tales enim libertos regula canonica eſſe non jubet ſtabilitos. Contingere etenim ſolet, ut poſtquam manumiſſor eorum ab hac diſceſſerit luce, talis occurrat ſucceſſor, qui aut eccleſiæ familiam minime quærat, aut per bonam voluntatem, vel negligentiam, hi, a quo nihil eccleſiæ * offerente liberi facti ſunt, longo pro tempore libertos ſe eſſe defendant, atque eas libertates ita abſcondunt, ut pro hoc quærenti epiſcopo laborem faciant. Talium ſi ſit voluntas, licentia conceditur nulla: quia non potuerunt, neque a ſervitio eccleſiæ unquam diſcedunt, & pro his rebus in libertate permanere non poterunt. Sanctorum canonum non abjicienda ſunt inſtituta: atque his quæ implenda eſſe oportet addimus nova. Placuit huic ſanctæ ſynodo, ut quiſquis digne juxta canonicam regulam libertus fuerit factus, in libertate maneat, & a patrocinio eccleſiæ ipſe aut poſteritas ejus nunquam diſcedat. Quiſquis vero non ut ordo canonicus poſcit libertus fuerit factus, quamvis prolixitas temporis in ſcripturæ ſuæ textu inveniatur, qui a ſervitio eccleſiæ nunquam viſus eſt abſceſſiſſe, & canonica ſententia reſcindi jubet talem libertatem, ut ille & poſteritas ejus omnis in ſervitio maneant ſanctæ eccleſiæ,

* Forte offe[illegible] Hard.

ANNO CHRISTI 666.

ſiæ, cui debiti manent per veram originem. Illos vero per omnia ſtabilitos in libertate eſſe inſtituimus, qui ab his epiſcopis liberi ſunt, vel fuerint facti, qui de ſuo bona plurima ſanctæ eccleſiæ, in qua præſident, per ſuæ ſcripturæ textum cognoſcuntur contuliſſe. Et hi quamlibet jubeantur eſſe ſtabiles, nullo modo reſcindendi ſunt a, patrocinio ſanctæ eccleſiæ. Quod ſi contigerit eos, eorumque filios perſonis ingenuis eſſe conjunctos, & quandoque eorum poſteritas patrocinium eccleſiæ voluerit deſpicere, ex cujus familia per veram originem conſtat eos genitos eſſe; ſi ex his libertis trahunt originem, qui juxta canonicam ſententiam jubentur eſſe ſtabiles, & dignitatis ſuæ nomen teneant, & eccleſiæ patrocinium nunquam amittant. Certe ſi ex his inventi fuerint originem trahere, quos canonicæ regulæ non jubent libertos eſſe, quamlibet poſt longa tempora, dummodo origine firmata, reducendi tamen ſunt ad ſanctæ eccleſiæ, cui pertinent, jura. Liberti tamen ex familia eccleſiæ facti, & poſteritas quæ ex his eſt procreata; ſi libertatem ſuam, vel parentum ſuorum inventi fuerint celaſſe, aut abſcondere, & tempore quo ab epiſcopo fuerint admoniti, eam præſentare diſtulerint; dum eorum origo (ut jam diximus) fuerit manifeſtata per legalem teſtem, ad ſervitium eccleſiæ reducantur: & ut epiſcopo fuerit placitum, ita eos habeat. Hæc forma & in presbyteris ſervanda erit, qui cum voluntatem epiſcopi ſui, juxta canonicam regulam de familia ſuæ eccleſiæ * liberos facere voluerint.

* l. tenos

## XXI.

Non putandum eſt contra regulam iri canonicam, quando ea inſtituimus quæ ſervari oportet de re eccleſiaſtica. Quamvis etenim canonicæ ſententiæ ordinem habeant quid epiſcopus pro re eccleſiæ obſervare debeat; opportunum tamen eſt, ut ubi ab epiſcopo bonus impenditur profectus, a ſuccedente inſtitutus teneatur modus. Placuit huic ſancto concilio, ut ſi epiſcopus eccleſiæ ſuæ, in qua præſidet, de rebus ſuis inventus fuerit plurima contuliſſe, quidquid amicis ſuis, ſervis, aut libertis, vel quibuslibet perſonis de eccleſiæ ſuæ rebus compertus fuerit aliquid donaſſe; ſi triplum, aut multo plus patuerit eſſe, quod conſcripſit in nomine eccleſiæ ſuæ, firmum maneat, quod diſtribuit in perſonis, quæ * prænotatæ ſunt ſuperiori ordine. Nec licebit ſuccedenti epiſcopo prioris ſui irrumpere voluntatem. His etiam ſi cauſæ eccleſiaſticæ fuerint commiſſæ, & fideliter proſequentes in rebus eccleſiæ profectum viſi fuerint facere, laboris ſui conſequantur mercedem; ita ut de eo quidquid acquiſierint (quia conſtat eos non ſine utilitate eccleſiæ negotia commiſſa peregiſſe) de eo, quidquid cum fide & bona inteutione ad effectum perduxerint, & ad jus eccleſiæ per eos redactum patuerit; de mobili re decimum ſuum ſequantur; pro immobili ab epiſcopo repenſationem dignam accipiant. Et tamen, quæ meruerint ipſi, aut poſteritas eorum, vel quibus largiri voluerint, perenniter poſſideant. Si quis epiſcoporum contra hujus ſententiæ ordinem agens irrumpere voluerit quod prior ejus fecit, & vocem amittat, & ſcripturæ quæ facta eſt pœnam adimpleat: inſuper & a cœtu fraterno excommunicatus maneat, ut exceſſus ſui emendet cauſam.

* notatæ ſunt per ordinem

## XII.

Quia juvante nos divina gratia, ea in hoc ſancto concilio peregimus, quæ ad rectitudinem eccleſiaſtici ordinis ſunt debita, in aliquibus ſententiis cavendi modum impoſuimus: aliqua tamen; quia ſingulari ordine non manent; conſtricta, per hujus ſententiæ decretum inſtituimus, quod quiſque epiſcoporum, vel presbyterorum, atque in interiori gradu conſtituti, debeant metuere. Quiſquis hujus canonicæ regulæ inſtituta ſervare diſtulerit, quamlibet major eſſe videatur, mediocris vero, aut inferiori gradu conſtitutum ſe eſſe perſpexerit, ut cauſa permiſerit, a metropolitano epiſcopo, cum ſuis confinitimis, qui ſupra notatum ſententiarum ordinem cuſtodierit, is qui ſervare diſtulerit excommunicatum ſe evidentiſſime noverit.

## XXIII.

Poſtquam fidei noſtræ expoſuimus credulitatem, & quæ neceſſaria extiterunt (ut potuimus) digeſſimus per ordinem, creatori noſtro, & domino, quem credimus trinum in unitate, & veneramur unum in Trinitate, Patri & Filio & Spiritui Sancto debitas perſolvimus laudes: tantæ majeſtatis * glorificantes nomen; qui dignatus eſt nobis rectitudinis viam oſtendere. Ac deinde ſereniſſimo, ac piiſſimo, & orthodoxo viro, clementiſſimo domino Recceſvintho regi gratiæ impendimus * opem cujus vigilantia, * & ſæcularia regit cum pietate ſumma, & eccleſiaſtica plenus * divinitus ſibi ſapientia conceſſa. Ipſe enim dominus, cujus Trinitatem veneramur, & confitemur, & eccleſiæ ſuæ fidei conferat lucra, & ſacerdotibus, miniſtris atque omni clero, ut digne illi ſerviant, conferat remedia, quæ ipſi ſunt placita: clementiſſimo principi Recceſvintho regi felicem vitam, felicioraque præſenti in ſæcu-

* collaudantes
* nomen
* diſponit

ANNO CHRISTI 666.

ſæculo, & futuro poſt in regno ſempi- A terna concedat gaudia poſſidenda. Atque id omnibus in ſe credentibus præſtare dignetur; ut dum ſui judicii manifeſtare voluerit tempus, omnibus tribuat perenne remedium ipſe dominus & redemptor noſter, qui cum Deo Patre & Spiritu ſancto in Trinitate Deus permanet unus, cui eſt honor, gloria, virtus & imperium, nunc & in omnia ſæcula ſeculorum.

## SUBSCRIPTIONES.

Proficius Dei miſeratione Luſitanæ provinciæ ſanctæ Emeritenſis eccleſiæ metropolitanæ ſedis epiſcopus hæc geſta ſynodalia cum confinitimis meis epiſc. inſtituta manu mea ſubſcripſi.

Ego Selva Egiditanæ civitatis eccleſiæ epiſcopus pertinens ad metropolim Emeritenſem hæc inſtituta cum archiepiſcopo meo Proficio a nobis definita ſubſcripſi.

Adeodatus in Chriſti nomine ſanctæ Pacenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

Aſphalius in Chriſti nomine ſanctæ * Abelenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi. (* al. *Avelenſis*)

Theodericus in Chriſti nomine ſanctæ Olyſipponenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

* Theodiſclus Dei miſericordia epiſcopus ſan- C ctæ eccleſiæ Lamecenſis ſimiliter ſubſcripſi. (* in apographo *Theodiſius*. Hard.)

Juſtus Dei miſeratione ſanctæ Salmanticenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

Cantaber Dei gratia epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Coimbrienſis ſimiliter ſubſcripſi.

Donatus in Chriſti nomine epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Caurienſis ſimiliter ſubſcripſi.

Exarnus Dei miſericordia epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Oxonobenſis ſimiliter ſubſcripſi.

Petrus Dei miſericordia Elborenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

Alvarius indignus ſanctæ Calabrienſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi.

## Notæ Garsiæ Loaisæ.

Emerita urbs quæ?

a *Urbem Emeritenſem.*) Emerita Luſitaniæ provinciæ urbs nobilis a Romanis dicta Auguſta Emerita, colonia Romanorum. In nummo Auguſti ſic eſt; CÆSAR AUGUSTUS PONT. MAX. IMP. Ex altera parte; AUGUSTA EMERITA COL. Similiter ex inſcriptione lapidis, qui eſt Tarracone,

IMP. CÆSAR VESPASIANUS AUG. PONT. MAX.
TRIB. POT. II. IMP. VII. COS. III. DES. IV.
P. P. VIAM A CAPARA AD EMERITAM AUG. USQ.
IMPENSA SUA RESTITUIT.

Eſt etiam regis Recceſvinthi nummus cum hac inſcriptione: RECCESVINTHUS REX. Ex altera parte: EMERITA PIUS. Sunt qui dicant appellatum Pium ob hoc concilium Emeritæ coactum. De ea Plinius, Strabo, Mela, & ceteri recentiores. Hodie ruinæ docent fuiſſe nobiliſſimam coloniam; nulli epiſcopo ſubditur, ſed ordini militiæ divi Iacobi, ſub priore Legionenſi.

Concilium Emerit. confirmatur ab Innoc. III.

b *Anno 18.*) Convenit cum noſtra chronologia. Nam E anno 687. Recceſvinthus regnum ſuſcepit; deinde 18. concilio hoc eſt coactum; qui efficiunt 705. annos. Quoniam multum hujus concilii robur & auctoritatem confirmat epiſtola Innocentii III. ad Petrum Compoſtellanum archiepiſcopum, quæ invenitur in regiſtro Romæ excuſo, lib. 2. eam hic ad verbum exſcribendam curavimus. Bracarenſis epiſcopus dicebat, concilium Emeritenſe, neque conſtructionem, neque ſenſum, neque latinitatem habere.

## PETRO COMPOSTELLANO
### ARCHIEPISCOPO.

Epiſtola Innocent. III.

LICET unum ſit corpus eccleſiæ, in quo Chriſtus eſt caput, & univerſi fideles ſunt membra, ille tamen qui a Chriſto petra dictus eſt Petrus, & a Chriſto capite vocatus eſt caput, ipſo teſtante, qui ait: *Tu vocaberis Cephas*: quod ſecundum unam interpretationem exponitur caput: quia ſicut plenitudo ſenſuum abundat in capite, ad cetera vero membra pars aliqua plenitudinis derivatur, ita ceteri vocati ſunt in partem ſolicitudinis, ſolus autem Petrus aſ- B ſumptus eſt in plenitudinem poteſtatis: ad quem velut ad caput majores eccleſiæ cauſæ non tam conſtitutione canonica, quam inſtitutione divina merito referuntur. Inter quas illa non minima reputatur, quæ inter Compoſtellanam & Bracarenſem eccleſias, ſuper quatuor epiſcopatibus, videlicet Conimbrienſi, Lamecenſi, Viſenſi, & Egitanienſi, ex delegatione ſedis apoſtolicæ longo fuit tempore ſub diverſis judicibus ventilata: quam nos, auctore domino, te, frater, archiepiſcopo Compoſtellano, & venerabili fratre noſtro Martino Bracarenſi archiepiſcopo, pro definitione hujus cauſæ præſentibus, exacta diligentia curavimus terminare. Petebas ſiquidem a dicto Bracarenſi archiepiſcopo qua- C tuor præfatos epiſcopatus; aſſerens eos ad Compoſtellanam eccleſiam jure metropolitico pertinere. Tuam autem intentionem fundare multipliciter nitebaris, per privilegia, per concilia, per hiſtorias, per diviſiones, per famam, & per ſententiam. Volens enim apoſtolica ſedes Compoſtellanam eccleſiam, pro reverentia B. Jacobi apoſtoli, cujus venerandum corpus in ea conditum requieſcit, ſpeciali privilegio decorare, dignitatem Emeritenſis metropolis, quæ peccatis exigentibus a longis retro temporibus uſque nunc barbarica tenetur feritate captiva, eidem eccleſiæ cum integritate Luſitaniæ provinciæ liberali conceſſione donavit: ſicut privilegia felicis memoriæ Calliſti papæ prædeceſſoris no- D ſtri liquido proteſtantur; tres de ſuffraganeis epiſcopatibus exprimens nominatim, videlicet Conimbrienſem, Salamantinenſem, & Abulenſem, qui ſoli tunc in confeſſione Chriſtiani nominis permanebant; ceteros autem generali donatione concludens. Hos autem epiſcopatus, de quibus quæſtio vertebatur, ad Emeritenſem pertinuiſſe metropolim, per Emeritenſe nitebaris concilium demonſtrare in quo duodecim epiſcopi, qui convenerant, ſe omnes eſſe de Luſitaniæ provincia profitentur, dicentes in primo capitulo: convenientibus nobis omnibus Luſitaniæ provinciæ epiſcopis, &c. qui poſt univerſa ſtatuta concilii, omnes cum ſuo metropolitano ſubſcribunt, tam ex nomine ſedium, E quam etiam ex nomine perſonarum. Inter quos Conimbrienſis, Egitanienſis, Lamecenſis expreſſe ſubſcribunt. In octavo quoque capitulo ejuſdem concilii continetur, quod ſupplicante ſanctæ memoriæ Orontio epiſcopo, rex Recceſvinthus inductus eſt, ut reduceret, atque reſtauraret epiſcopos hujus provinciæ Luſitaniæ, ad ſuæ provinciæ nomen, atque concilium: & ſic demum ſecundum canonicas regulas, decreto ſynodico, judicii formula, & ſuæ clementiæ confirmatione, ad nomen provinciæ, ſuamque metropolim ſunt reducti. Quibus verbis indubitanter exprimi aſſerebas, quod hi quatuor epiſco-

Joan. I.

Calixtus ſecundus Burgund. electus anno domini 1119.

pa-

ANNO CHRISTI 666.

patus, qui uſque tunc fuerant ſub nomine provinciæ Gallœciæ, per ſententiam ſunt reducti ſynodicam. Quorum unus, videlicet ex reductis, exprimitur fuiſſe Selva Egitanienſis epiſcopus, qui eſt unus de quatuor, quos omnes eadem quæſtio apprehendit. Et ad majorem expreſſionem in ſubſcriptionibus poſt metropolitanum Selva primus cum tali adjectione ſubſcribit: Ego Selva Egitonienſis epiſcopus pertinens ad metropolim Emeritenſem una cum archiepiſcopo meo Proficio ſubſcribo. Et quiſque ſequentium dicit ita: Similiter ſubſcribo; intelligens totum cum verbo; id eſt, pertinens ad Emeritenſem metropolim. Iſidorus autem in chronicis de Gothis, titulo de Suevis, teſtatur, quod Remiſmundus ad Luſitaniam tranſiit, Conimbriam pace deceptam diripit, Ulyxibona quoque ab eo occupatur. Per quod videtur oſtendi, quod tam Conimbria quam Ulyxibona conſiſtit in Luſitania. Plinius quoque narrat in libro ſecundo naturalis hiſtoriæ, circa finem, quod Durius e maximis Hiſpaniæ fluminibus juxta Numantiam lapſus, dein Luſitanos a Gallœcis diſterminat. Per quod aperte monſtratur, quod cum quatuor epiſcopatus prædicti ſint ultra Durium, non in Gallœcia, ſed in Luſitania ſunt provincia conſtituti. Diviſiones etiam multas produxiſti de locis (ut aſſeris) non ſuſpectis aſſumptas, & exhibitas ſub teſtimoniis & ſigillis authenticis: quæ connumerant hos quatuor epiſcopatus inter Emeritenſis eccleſiæ ſuffraganeos, & eoſdem ipſi metropoli evidenter aſſignant. Per teſtes etiam ab adverſa parte productos oſtendere voluiſti, quod publica fama teſtatur hos epiſcopatus ad Emeritam ſpectaviſſe. Felicis quoque memoriæ Cœleſtinus papa prædeceſſor noſter, cum in minori ordine conſtitutus legationis officio in Hiſpania fungeretur, de hac cauſa cognoſcens, pro Compoſtellana eccleſia contra Bracarenſem ſententiam promulgavit, ſicut per multos teſtes tu ipſe nixus es eo comprobare. Verum ex adverſo dictus Bracarenſis archiepiſcopus ratione hujuſmodi frivolas aſſeverans, nixus eſt eas multipliciter infirmare; proponens quod privilegia donationis per ſuppreſſionem veritatis, & falſitatis expreſſionem, a Calliſto papa fuere ſubrepta. Suppreſſum eſt enim verum in illis de duobus præcedentibus privilegiis, quæ felicis recordationis Paſchalis papa, ſuper redintegratione ipſorum epiſcopatuum conceſſerat in perpetuum eccleſiæ Bracarenſi: de poſſeſſione quoque, quam eo tempore in præfatis epiſcopatibus eccleſia Bracarenſis habebat, quorum alterum per privilegia, reliquum vero per teſtes & inſtrumenta ſufficienter oſtendere ſatagebat. Expreſſum autem erat in illis falſum, in eo quod Conimbrienſis epiſcopatus dicebatur ad Emeritam pertinere; cum idem Bracarenſis multis rationibus aſtruere niteretur, tam Conimbricam, quam tres alios epiſcopatus ad metropolim reſpicere Bracarenſem. Intantum enim Paſchali papæ, qui privilegia ſuper redintegratione prædictorum epiſcopatuum eccleſiæ Bracarenſis conceſſit, conſtitiſſe videtur hos epiſcopatus ad eamdem Bracarenſem eccleſiam pertinere, quod ipſe in literis quas direxit Gunſalvo Conimbrienſi epiſcopo, manifeſte teſtatur, quod conſtat Conimbrienſem eccleſiam in Bracarenſis provinciæ catalogo contineri. Unde quia Toletanus archiepiſcopus ad mandatum ipſius Conimbrienſem epiſcopum non reſtituerat eccleſiæ Bracarenſi, privavit ipſum legationis officio: ut Bracarenſis archiepiſcopus liberius in provincia ſua juſtitiam exerceret. Emeritenſe vero concilium non eſſe authenticum multipliciter aſſerebat: tum quia non invenitur in aliquo autentico libro inter alia concilia contineri: tum quia nec conſtructionem, nec ſenſum, nec latinitatem in pleriſque locis continere probatur: tum etiam, quia contra canonicas ſanctiones, & apoſtolicæ ſedis primatum, aliquid videtur in eo eſſe ſtatutum contra epiſcopum qui non venerit ad concilium; ut videlicet a metropolitano debeat in cella retrudi. Per undecimum quoque Toletanum concilium, quod conſtat authenticum, nitebatur illud Emeritenſe concilium improbare ratione temporis, quod in utroque reperitur expreſſum, cum ſimul utrumque ſtare non poſſit: objiciens contra illud nonnullas alias rationes. Hiſtorias autem inductas ſane, ac veraciter intellectas, nihil ad propoſitum valere dicebat: ſicut & per quaſdam alias hiſtorias oſtendere nitebatur, cum & judex eccleſiaſticus ad gentilium præſertim hiſtorias non debeat ſe convertere, quando per conſtitutiones canonicas, vel ſcripta Romanorum pontificum, aut ſacras auctoritates doctorum eccleſiaſticum poteſt negotium terminare. Diviſiones etiam, quas pro ſe pars tua induxit, invalidas aſſerebat: tum quia longe plures, & evidentiores diviſiones pro ſua ſunt parte productæ: tum etiam quod in eodem quaterno, quem contra ſæpedictum Bracarenſem archiepiſcopum produxiſti, Lucenſe concilium eſt inventum: in quo epiſcopatuum Gallœciæ fuit facta diviſio, per quam epiſcopatus de quibus agitur ad Gallœciam provinciam pertinere monſtrantur. Famam vero dicebat contra ſe nullatenus eſſe probatam: ſed nec ſententiam præfati legati alicujus fuiſſe momenti, cum in ſcriptis non inveniatur fuiſſe redacta, quamvis ſuper tanto dicatur negotio fuiſſe prolata: unde nec nomen habere meretur. Nec obſtat ſi forte dicatur, quod fuerit amiſſa: quia qui caſum allegat, debet caſum probare. Teſtes autem qui de ipſa loquuntur ſententia, inter ſe omnino diſcordant, & in dicto, & in tempore, & in loco. Præterea cum talis ſententia non intelligatur ſuper proprietate fuiſſe prolata: quia præſumi non debet, ut apoſtolicæ ſedis legatus tam arduum negotium, & difficile, velut indiſcuſſum ſubito definierit: cum etiam pars tua poſtea literas apoſtolicas impetrarit, quibus diſtricte præcipiebatur archiepiſcopo Bracarenſi, ut hos epiſcopatus Compoſtellano archiepiſcopo reſtitueret, & facta reſtitutione, ſi ſuper hoc agere vellet, ordine poſſet judicario experiri, patet quod illa ſententia ſuper poſſeſſione dumtaxat cauſa contumaciæ fuit lata, quod ipſi teſtes magis dicere comprobantur. Unde cum Bracarenſis eccleſia ſe poſtea judicio præſentaverit, & cauſa poſtmodum fuerit ab apoſtolica ſede commiſſa, mora purgata, talis ſententia expiravit. His aliiſque rationibus intentionem tuæ partis multipliciter elidere nitebatur. Unde licet auctore non probante, is qui convenitur, etſi nihil præſtiterit, abſolvatur: ad oſtendendam tamen evidentius ſuæ partis juſtitiam, hos epiſcopatus ad Bracarenſem metropolim pertinere ſatagebat oſtendere, per privilegia videlicet, & concilia, confeſſiones, & diviſiones, præſcriptiones, & inſtrumenta. Si enim privilegia privilegiis conferantur, ſua dicebat privilegia debere præferri, cum & plura ſint numero decem, videlicet Romanorum pontificum; inter quæ poſt tria privilegia Paſchalis

Iſidorus in chronico Gothorum.

Plinius.

Diviſiones ſedium.

Fuit Cœleſtinus III Rom. anno domini 119.

Paſchalis ſecundus, Tutens, anno domini 1100. tenuit ſedem.

ANNO CHRISTI 666.

Concilium Emeritenſe.

Canon. . concilii

Concilium Tolet. XI. conditum eſt æra 713. ut ex manuſcri pto conſtat Emeritenſe æra 704.

Lucenſe concilium. In eo facta eſt diviſio ſedium Gallæciæ.

ANNO CHRISTI 666.

lis ſecundi, eſt & privilegium Calliſti papæ, qui nominatim hos epiſcopatus redintegravit, & confirmavit eccleſiæ Bracarenſi. Quorum videlicet privilegiorum ſeptem ſunt redintegrationes, & confirmationes, tria vero ſequentia, videlicet Eugenii, Hadriani, & Alexandri ſunt etiam conceſſiones perpetuæ, per quas totum videtur negotium definiri. In ſecundo vero Bracarenſi concilio, de quo non dubitatur quin ſit authenticum, continetur expreſſum, quod Epiſcopis Gallœciæ cum ſuis metropolitanis ad illud concilium convenerunt, & in eorum numeratione iſti quatuor continentur, qui poſt ſtatuta concilii dum aliis coepiſcopis, tam ex nomine perſonarum, quam ex nomine ſedium expreſſe ſubſcribunt. Unde liquido patere dicebat, quod & Gallœciæ ſunt provinciæ, & ad metropolim pertinent Bracarenſem. Confeſſus es etiam tu ipſe frequenter in jure, quod omnes epiſcopi, qui primo Bracarenſi concilio adfuerunt, indubitanter pertinent ad metropolim Bracarenſem: ſed per quoddam capitulum ſecundi concilii Bracarenſis, aperte probatur, quod hi quatuor interfuerunt primo concilio Bracarenſi: tum ad ſecundum concilium Bracarenſe conveniſſe dicantur epiſcopi, tam ex Lucenſi ſynodo, quam etiam Bracarenſi: & inter eos qui ex Bracarenſi ſynodo conveniſſe dicuntur, iſti quatuor nominantur. Porro ſecundum Bracarenſe concilium non præceſſit Bracarenſis ſynodus, niſi prima. Conſtat ergo quod iſti quatuor fuerunt in prima ſynodo Bracarenſi. Unde videtur colligi manifeſte, quod iſti quatuor, juxta præmiſſam confeſſionem tuam, indubitanter pertinent ad eccleſiam Bracarenſem. Scriptura quoque Lucenſis concilii, quæ continetur in libro a tua parte producto, indicat hos quatuor epiſcopatus, ſecuudum diviſionem quam facis, ad Bracarenſem metropolim pertinere: quam etiam diviſionem tres Romani pontifices dicuntur in privilegiis Bracarenſis eccleſiæ confirmaſſe. Pluralitatis quoque ratio, ſecundum quam dicitur quia prævalet ſententia plurimorum, diviſiones ſuas, quæ longe plures ſunt numero, præfert diviſionibus partis tuæ. Sed & ratione temporum ei perpetuum ſilentium imponere nitebatur: cum a primo Bracarenſi concilio uſque ad Emeritenſe concilium, per ſpatium 107. annorum, hos quatuor epiſcopatus Bracarenſis eccleſia deberet poſſediſſe. A tempore quoque Paſchalis ſecundi, qui hos epiſcopatus redintegravit eccleſiæ Bracarenſi, uſque ad tempora trium judicum, quibus hæc cauſa fuit primo commiſſa, præſcriptionis tempus conſtat fuiſſe completum, per quod eccleſia Bracarenſis hos epiſcopatus juxta ſuam aſſertionem inconcuſſe poſſedit. Reſcripta quoque Paſchalis tranſmiſſa Toletano archiepiſcopo & epiſcopo Conimbrienſi, de quibus eſt ſuperius prælibatum, idipſum (ut aſſerit) evidenter oſtendunt. Porro tu reſpondebas, quod poſt latam pro te ab apoſtolicæ ſedis legato ſententiam, jam non tenebaris ad has, aut alias rationes, quæ contra rei judicatæ auctoritatem inducebantur, aliquid reſpondere: niſi quod ſine præjudicio tuo, licet ex abundanti ſatisfacere ſuſtinebas, aſſerens poſſeſſionem Bracarenſis eccleſiæ per teſtes non eſſe probatam, cum quidam teſtium ad probationem inveniantur inutiles, alii vero probentur mendaces. Literæ quoque Paſchalis, quibus eamdem poſſeſſionem aſtruere ſatagebat, contrarium potius aſtruere videbantur. Sed & privilegia Paſchalis ejuſdem, quæ ſuæ conceſſionis privilegium præceſſerunt, in multis reprehenſibilia denotabas: primo ſecundum formam, & in bulla, & in ſcriptura: ſecundo juxta continentiam, & in enumeratione ſedium, & in falſitate ſuggeſtionum. Perſona quoque quæ illa privilegia, videlicet ſecundum & tertium, impetravit, merito ſuæ pravitatis reddidit illa ſuſpecta. Mauricius ſcilicet, qui poſtea fuit hæreſiarcha in apoſtolicam ſedem intruſus, qui qualis extiterit, literæ Gelaſii papæ miſſæ ad Viennenſem archepiſcopum aperte dipingunt. Præterea contra rei judicatæ auctoritatem impetrata ſunt illa reſcripta, ſicut probatur per Emeritenſe concilium: in quo per decretum ſynodicum, & judicii formulam, ſecundum canonicas regulas, illi epiſcopi videntur fuiſſe reducti. Poſtremo dicti legati ſententia lata eſt contra ipſa: quibus, ſi tunc fuerunt exhibita, derogatum eſt per ſententiam: ſi autem exhibita non fuerunt, occaſione inſtrumentorum noviter repertorum auctoritas rei judicatæ non poteſt ulterius attentari. Tua vero privilegia multipliciter aſſerebas omni ſuſpicione carere, quorum veritas conſtat ex apoſtolicæ ſedis archivis: in cujus regeſtis fideliter continentur, quæ adverſæ partis privilegiis comparata, certa debent ratione præferri: quia tunc ſunt privilegia donationis certa & abſoluta: ſua vero ſunt privilegia confirmationis, ſeu redintegrationis conditionalia tantum & reſpectiva. Nec oportebat in tuis privilegiis fieri mentionem ſuorum præcedentium: quibus nihil juris acquirebatur quod iſtis poſſet obſiſtere; cum & alias nullius debeat reputari momenti. Nam inter ſcripturas quæ parilitatis aliquid habere videntur, ſcilicet in literis commiſſoriis, invenitur hoc obſervari. Secundum vero Bracarenſe concilium, quod in ſuperficie tantum dicebas tibi poſſe aliquatenus obviare, fideliter intellectum aſſerebas tibi nequaquam obſiſtere, cum illa verba quibus epiſcopi Gallœciæ dicebantur ad aliud concilium conveniſſe, notarii tantum ſeu compilatoris extiterint, quæ non habent auctoritatem concilii; cum in toto concilio nihil inveniatur ſtatutum vel factum omnino, quod a recognitione pertineat, ut iſti ſint de Gallœcia, vel ad metropolitanum Gallœciæ quóquo modo pertineant. Reſpondebas etiam aliter, quod quia rex Gallœciæ, ut ex veteribus conſtare dicebas hiſtoriis, occupaverat de provincia Luſitaniæ has quatuor civitates, ad eas ſui regni nomen extenderat: ut per quamdam æquivocationem totum etiam regnum Gallœciæ diceretur; & ita non ſecundum limitationem provinciæ, ſed ſecundum occupationem regni, dicti ſunt illi epiſcopi de Gallœcia. Quod inde maxime comprobari dicebas, quia poſtquam illa regnorum ſciſſura, quæ huic nominationi cauſam præſtiterat, eſt ſublata, reductæ ſunt hæ civitates ad ſuæ nomen provinciæ, ut jam non Gallœciæ, ſed Luſitaniæ nominentur: ſicut aperte probari dicebas ex ſequenti poſtea Emeritenſi concilio, in quo dicuntur ad provinciæ ſuæ nomen reducti. Nec ex eo probantur ad Bracarenſem metropolim pertinere, quia interfuerunt concilio Bracarenſi vel etiam ſubſcripſerunt: cum conſtet Narbonenſem per multa tempora veniſſe ad concilia Toletana; nec tamen Toletana metropolis aliquid juris habuit in eccleſia Narbonenſi, ſed mandato regum illa fiebant: quod magis violentum quam juſtum præſumitur extitiſſe. Prædictam vero confeſſionem, qua recognoviſti in jure omnes epiſcopos qui interfuerunt primo con-

Eugenius tertius Piſanus anno domini 1145. Hadrianus quartus Anglus anno domini 1154. Alexander tertius Senenſis anno domini 1156. Concilium Bracarenſe II. habitum æra 610 anno 2 Mironis regis Suevorum. conc. Brac. I. habitum æra 599.

Mauricius Gallus Bracarenſis epiſcopus.

Brac. I. coactum eſt æra 599 Emeritenſe æra 704. Unde recte connumerat, excludendo ultimos annos.

Narbonenſis eccleſia non ſubjecta Tol. metropoli.

ANNO CHRISTI 666.

concilio Bracarenſi indubitanter ad Bracarenſem A
metropolim pertinere, in nullo tibi poſſe præ-
judicare dicebas: quia ſive concilium intelligan-
tur perſonæ, ſive ſtatuta, ſtare non poteſt quod
ad ſecundum Bracarenſe concilium epiſcopi tam
de Lucenſi quam de Bracarenſi concilio conve-
niſſent: ſed per illam enormitatem, quæ ſtatu-
ta fuit in ſuo Lucenſi concilio, mandaverat
rex, propter dilationem provinciæ, ut ſex epi-
ſcopatuum ſui regni pontifices facerent conci-
lium apud Lucum, & ſex alii apud Bracaram,
& ideo dicebantur ſex ad unum concilium, &
ſex ad aliud pertinere; & de utroque concilio
apud Bracaram, quaſi de utraque concilii aſ-
ſignatione veniſſe. Cujuſmodi ſignificationem
nominis approbari dicebas ex epiſtola quam B
Martinus Bracarenſis archiepiſcopus ex certa
ſcientia dirigit ad epiſcopos Lucenſis concilii: non
quod tunc celebraretur ibi id concilium, cum
idem Martinus legatur illi concilio adfuiſſe; ſed
ad epiſcopos, qui tenebantur ex prædicto re-
gis mandato, temporibus ſuis illuc ad concilium
convenire. Emeritenſe vero concilium authen-
ticum eſſe multis rationibus aſtruebas; tum
quia cum aliis conciliis continetur in libro qui
corpus canonum appellatur, quem Alexander
papa per interlocutionem authenticum approba-
vit: tum quia de ipſo concilio ſumptum eſt il-
lud capitulum: Priſcis quidem canonibus, quod
continetur in corpore decretorum. Unde reſ-
pondes ad rationes præmiſſas, quæ contra hoc C
concilium ſunt objectæ, omnes quaſi frivolas
oſtendere nitebaris. Diviſiones autem, quæ pro
Bracarenſi eccleſia ſunt productæ, omnes de lo-
cis ſibi ſubjectis, & ideo ſuſpectis proponebas
aſſumptas; in quorum armaria, propter hanc
cauſam facile potuerunt corruptæ ſubmitti. Tuæ
vero diviſiones omnes ſunt ſecundum ſtatum
antiquum, vel de locis non tibi, ſed ſibi ſub-
jectis aſſumptæ. Unde amplius illis contra ſe
credi debet, vel de remotis provinciis, apud
quas non extitit cauſa corruptionis, vel ſuſpicio-
nis prædicta: quas etiam potuliſti ſub teſtimo-
niis & ſigillis authenticis, quibus & canones &
veteres ſcripturas concordare dicebas. Præſcri-
ptiones autem, ex quibus etiam adverſus verum D
dominum competit actio, ne dum, quod exe-
ptio competat præſidentibus, multis rationibus
annullabas, aſſerens quod Bracarenſis eccleſia in
prædictis epiſcopatibus nullam poſſeſſionem obti-
nuit, & ideo nihil in eis omnino præſcripſit.
Deinde ſi poſſeſſionem aliquam habuiſſet, ſen-
tentia quæ ſuper his lata probatur, ex Emeri-
tenſi concilio vim præcedentis præſcriptionis
penitus vacuaſſet. Sequentis vero præſcriptionis
effectum præfati legati ſententia penitus inter-
rupit. Ipſe vero archiepiſcopus Bracarenſis con-
tra reductionem epiſcoporum, quæ dicitur in
Emeritenſi concilio decreto ſynodico, & judicii
formula facta fuiſſe, muliplicïter allegabat. Primo
quia ſynodus illa, cujus auctoritate dicitur fa- E
cta fuiſſe reductio, nequaquam apparet, nec
ſcitur a quibus, vel ubi, vel quando, vel qua-
re fuerit celebrata; utrum generalis, an pro-
vincialis extiterit & utrum auctoritate Romani
pontificis, an alicujus tantum archiepiſcopi fue-
rit ordinata. Deinde ſi mentio fiat in aliquo
documento de alio, nihil ex ſecundo probabi-
tur documento, niſi & primum, de quo men-
tio facta fuerat, proferatur. Præterea cum ſe-
cundum concilium Bracarenſe præceſſerit Eme-
ritenſe concilium, & celebrius habeatur, ut de
quo plura ſunt aſſumpta capitula in corpore de-

33. q. 2. cap. Hoc ipſum: ex Iſidoro ad Maſſonem epiſcopum.

cretorum, patet profecto quod illud debet iſti
præferri: nec illi per iſtud poteſt in aliquo de-
rogari, ſicut cautum habetur in canone: quia
quoties in geſtis conciliorum diſcors ſententia
invenitur, illud eſt præferendum, cujus anti-
quior & potior extat auctoritas. Rurſus non
probantur ullatenus iſti quatuor epiſcopi re-
ducti, ſed de ſolo Selva Egitanienſi epiſcopo
dicitur, quod unus fuerit de reductis: & ipſe
ſolus in ſubſcriptione pofitetur expreſſe, ſe ad
Emeritenſem metropolim pertinere: quamvis &
ipſe Selva Egitanienſis epiſcopus non intelliga-
tur unus de reductis ad Emeritanam metropo-
lim, ſed potius ad diœceſim propriam, ſicut ex
eodem capitulo Emeritenſis concilii comproba-
ri dicebant; in quo de illo dicitur, quod ad
debitam diœceſim rediit. Cum igitur ſynodus
illa minime proferatur, cujus judicio & decreto
in Emeritenſi concilio dicuntur reducti, patet
quod illa reductio per Emeritenſe concilium
non probatur. Ad hæc reſpondebas, quod ma-
jor eſt auctoritas approbati concilii, quam unius
ſolummodo documenti: & ideo dubitari non de-
bet quin verum ſit quod aſſeritur ab epiſcopis in
concilio congregatis: a quibus aſſeritur illa re-
ductio facta fuiſſe decreto ſynodico, judicii for-
mula, ſecundum canonicas regulas: ſicut & di-
citur in primo concilio Bracarenſi quod Theo-
ribius notarius a papa Leone ad ſynodum Gal-
lœciæ miſſus fuit: nec tamen illa ſynodus in-
venitur. Et in primo concilio Toletano men-
tio fit de ſtatutis Luſitanorum epiſcoporum,
& tamen non invenitur ſynodus, in qua illa
fuerint conſtituta. Moyſes quoque in libro Nu-
meri mentionem facit de libro bellorum do-
mini, qui tamen nuſquam apparet, & tamen
creditur ita fuiſſe, ſicut Moyſes narrat in illo
volumine contineri. Auctoritas autem alicujus
concilii non ex eo ſolo maior exiſtit, quod
extat antiquior, ſed quod potior. Alioquin Bra-
carenſe concilium Lateranenſi concilio præfer-
retur: ſed illorum duorum conciliorum par ex-
tat auctoritas: cum provinciale fuerit utrum-
que, & ambo dicantur pariter ab apoſtolica
ſede recepta. Cum autem inter epiſcopos Eme-
ritenſis concilii tantum hi quatuor inveniantur
inter epiſcopos Gallœciæ nominati, ſicut dici-
tur in ſecundo concilio Bracarenſi, patet quod
de his quatuor debet intelligi, quod ad nomen
provinciæ ſunt reducti: quia non poſſunt intel-
ligi fuiſſe reducti, niſi qui fuerunt abducti.
Unde facta reductione in III. concilio Braca- III. conc. Bracarenſe era 713
renſi quod ſecutum eſt Emeritenſe concilium,
nullum iſtorum quatuor legitur extitiſſe. Poſt-
quam igitur hæc, & alia fuerunt utrimque pru-
denter ac ſubtiliter allegata, quorum multa
proter prolixitatem ſuperfluam in hac pagina
prætermiſimus annotare, partes ad amicabilem
compoſitionem induximus diligenter quæ tan-
dem per Dei gratiam, noſtra ſolicitudine me-
diante, ad hanc compoſitionis formam libera vo-
luntate venerunt: ut de quatuor prædictis epiſco-
patibus duo aſſignarentur Compoſtellanæ metro-
poli, & duo relinquerentur metropoli Bracarenſi.
Nos autem habito ſuper hoc cum fratribus no-
ſtris diligenti tractatu, compoſitionem ipſam
duximus approbandam, intelligentes eam æqui-
tati canonicæ concordare. Cum enim Viſenſis
epiſcopus cum epiſcopis Gallœciæ interfuerit ſe-
cundo concilio Bracarenſi, & Emeritenſi con-
cilio non adfuerit, in quo plenus ſuffraganeo-
rum numerus Emeritenſis metropolis legitur
adfuiſſe: unde nec poteſt unus de reductis in-
telli-

ANNO CHRISTI 666.

telligi: cum etiam inter alios ſuffraganeos Bracarenſis eccleſiæ in ſuis privilegiis numeretur, in privilegiis autem Compoſtellanæ eccleſiæ Viſenſis epiſcopus nullatenus habeatur, ſæpe dictum archiepiſcopum Bracarenſem, nomine Bracarenſis eccleſiæ, ab impetitione tua nomine Compoſtellanæ eccleſiæ ſuper eodem epiſcopatu duximus abſolvendum; tibi ſuper hoc perpetuum ſilentium imponentes. Lamecenſis autem, & Egitanienſis epiſcopatus, quos ad Emeritenſem pertinuiſſe metropolim certis didicimus rationibus, & validis argumentis, de conſilio fratrum noſtrorum adjudicavimus Compoſtellanæ metropoli; ipſum Bracarenſem archiepiſcopum ſuper illis nomine Bracarenſis eccleſiæ condemnantes: epiſcopatum autem Conimbrienſem, licet eiſdem rationibus cognoverimus ad Emeritenſem ſpectaviſſe, quia tamen Irienſis epiſcopatus auctoritate ſedis apoſtolicæ ſubtractus eſt eccleſiæ Bracarenſi, & ſede mutata pro beati Jacobi reverentia, totus conceſſus eſt Compoſtellanæ, in recompenſationem ipſi archiepiſcopo, & eccleſiæ Bracarenſi conceſſimus perpetuo retinendum. Intantum autem illa forma compoſitionis tibi complacuit, quod pro bono pacis liti ceſſiſti, & petioni renuntiaviſti omnino, ſuper duabus eccleſiis, videlicet ſancti Fructuoſi, & ſancti Victoris, & medietate Bracaræ cum pertinentiis ſuis omnibus, de quibus cum aliis fuit facta commiſſio; refutans quidquid juris in illis habuiſti, vel potuiſti habere: renuncians quoque ſententiæ, quæ ſuper eis pro Compoſtellana eccleſia contra Bracarenſem fuerat promulgata; ſuper qua coram nobis aliquamdiu fuerat litigatum. Nulli ergo, &c. definitionis, abſolutionis, & conceſſionis, &c. Datum Lateran.

Cap. 2. Tempus veſpertini officii.

c *Veſpertino tempore.*) De veſpertinis officiis, & lucernario (hoc eſt enim lumen oblatum) vide notam a nobis poſitam concil. Tolet. I. cap. 19. Offerebatur vero lumen his verbis, ut a Baſilio traditur lib. de Spiritu ſancto, cap. 29. *Laudemus Patrem, & Filium, & ſanctum Spiritum.* De ſono & veſpertino officio in breviario Iſidoriano Mixtarabum agitur. Fiebat veſpertinum officium poſt lumen oblatum, ut hic dicitur: unde conſtat antiquitus veſperas poſt ſolis occaſum ad finem diei decantari ſolitas. Id innuit Chryſoſt. hom. 59. ad populum Antioch. & hom. 14. in 1. ad Timoth. *Tertiam* (inquit) *Sextam, Nonam, & veſpertinas orationes celebrant*, (loquitur de monachis) *& in quatuor partes diem diſpertiti, dum ſingulæ partes implentur, & pſalmodiis, & hymnis Deum venerantur.* Hæc Chryſoſtomus: quibus verbis veſpertina oratio ultimæ diei parti tribuitur. Idem Auguſtinus in pſal. 29. ad ea verba: *Ad veſperum demorabitur fletus*: affertque illud Marci 1. *Veſpere autem facto, cum occidiſſet ſol, afferebant ad eum omnes male habentes.* Idem Chryſologus ſermone 74. & 75.

Cap. 2. Sonus quid.

d *Quam ſonum.*) Iſidorus in regula monachorum, quam apud me habeo manuſcriptam, cap. 6. de officio ſic habet: *In veſpertinis officiis, primo lucernarium, deinde pſalmi duo, reſponſorius unus, & laudes, hymnus atque oratio dicenda eſt. Poſt veſpertinum autem, congregatis fratribus, oportet vel aliquid meditari, vel de aliquibus divinæ lectionis quæſtionibus diſputare, conferendo pie & ſalubriter, tantumque meditando, diſputandoque immorari, quoadusque completorii tempus poſſit occurrere.* Illud quod ab Iſidoro vocatur laudes, eſt ſonus. Id clare conſtat ex breviario Iſidoriano, quod Mozarabum dicitur, ubi in regula de veſpertino officio ſic dicitur: *Dies ſive ſit feſtivalis, ſive privata, ſemper hora incipiunt a veſpertinis ante diem: & principium ſit per invocationem Jeſu Chriſti, oratione dominica præcedente, ſubmiſſa voce dicendo: kyrie eleiſon, Chriſte eleiſon, kyrie eleiſon, Pater noſter. Et alta voce: In nomine domini noſtri Jeſu Chriſti, lumen cum pace, hoc eſt, lumen oblatum. Reſpondetur a circumſtantibus. Deo gratias. Et presbyter dicit: dominus ſit ſemper vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Et ordo veſperorum, ſive ſit feſtum, ſive non, ſequitur per hunc modum. Primo dicitur pſalmus, ſive veſpertinum, quod idem eſt: quo finito, presbyter dicit, Dominus ſit ſemper vobiſcum. Reſpondetur: Et cum ſpiritu tuo. Statim dicitur ſonus, ſi ſit feſtum, eo quod dies ferialis caret ſono; niſi in tempore reſurrectionis propter ſolemnitatem dicitur. Hic regula. Sonus eſt; Venite exultemus domino; jubilemus Deo ſalutari noſtro. Verſ. Præoccupemus faciem Dei in confeſſione, & in pſalmis jubilemus Deo.* Forte dictus, quia ſonora voce decantabatur.

Cap. 3. In miſſa pro regibus eſt orandum

e *Per bonam diſpoſitionem.*) Sic ſtatutum eſt conc. Tolet. XVI. cap. 8. ut miſſæ per totam Hiſpaniam pro rege ejuſque filiis quotidie celebrentur, niſi in die paſſionis domini. Orare pro regibus antiquiſſimum eccleſiæ inſtitutum eſt, ex illo Pauli 1. ad Timoth. cap. 2. *Obſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt; ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate.* Inde eccleſiæ mos eſt ab apoſtolis acceptus, in ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti, pro regibus indeſinenter orare. Id tradit Clemens lib. 8. conſtit. cap. 12. Hunc morem probat Chryſoſt. in ſuperiorem locum Pauli, & in liturgia Baſilii dicitur: Memento, domine, piiſſimi & fideliſſimi imperatoris. Idem Ambroſ. lib. 4. de ſacram. cap. 4. & Arnobius lib. 4. adverſus gentes. Bonifacius papa epiſt. ad Honorium. in concilio Rhemenſi, can. 4. idem.

Cap. 4. Placitum quid

f *Placitum*) De placito ſuperius diximus concilio Toletano II. cap. 10. ubi dicitur, *Quod unuſquiſque qui ad eccleſiaſticos ordines eſt acceſſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quam placiti ſui innodatione promittat, ſe in fide catholica ſincera cordis devotione cuſtodienda juſte ſemper & pie victurum, & in nullis operibus ſuis canonicis regulis contradicturum, debitumque per omnia honorem, atque obſequiis reverentiam præeminenti ſibi impenſurum.* Vide etiam concilium Tolet. IV. cap. 26. & concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 12. & ſeſſ. 25. cap. 2.

Cap. 5. Metropolitani quod munus

g *Per metropolitani voluntatem.*) Metropolitani munus eſt ad concilium epiſcopos vocare per epiſtolas: de quibus dicitur concil. Tarraconen. cap. 6. & 13. *Epiſtolæ tales per fratres a metropolitano ſunt dirigendæ, ut non ſolum a cathedralibus eccleſiæ presbyteris, verum etiam de diœceſanis ad concilium trahant, & aliquos de filiis eccleſiæ ſæcularibus ſecum adducere debeant.* Concil. Milevit. cap. 9. & infra cap. 7. & in ſeptima ſynodo cap. Quoniam. Habetur diſt. 18. & concilio Agathenſi cap. 35. Si epiſcopus metropolitanus, &c. & in Martini excerptis, cap. 18.

Cap. 5. Epiſcopi infirmi non tenentur ad concilium venire

*Teneri ab infirmitate.*) Infirmitas, aut regia juſſio excuſat epiſcopum, ut concilio provinciali non adſit. Tridentina ſynodus etiam eos excepit, quibus cum periculo imminenti transfretandum eſſet. Infirmitate epiſcopus excuſatur concil. Laod. can. 40. & habetur diſt. 18. cap. Non oportet, & concil. Chalc. cap. 19. actionis decimæ quintæ. Concilio etiam Tarraconenſi cap. 6. excuſatur epiſcopus gravi neceſſitate implicatus. Propter ætatem etiam excuſatur, ex concil. Carthaginenſi V. cap. 10. *Placuit ut quotieſcumque congregandum eſt concilium, epiſcopi qui neque ætate, neque ægritudine, neque alia graviori neceſſitate impediuntur, competenter occurrant.*

Cap. 5. Diaconi non poſſunt eſſe vicarii epiſcoporum.

i *Diaconum ad ſuam perſonam dirigat.*) Eo quod concilio Niceno can. 20. apud Rufinum lib. 10. hiſt. eccleſ. cap. 6. ſcriptum eſt: *Ne diaconi presbyteris præferantur, nec ſedeant in conſeſſu presbyterorum, aut illis præſentibus euchariſtiam dividant.* Apud Gratianum can. Pervenit diſt. 93 concil. Arelat. II. can. 15. *In ſecretario diacono inter presbyteros ſedere non liceat, vel corpus Chriſti præſente presbytero tradere non præſumat.* De hac re Thom. 3. p. quæſt. 82. art. 3. Unde hic cavetur ne vicarii epiſcoporum eſſe debeant: quia non poſſunt in concilio inter presbyteros a tergo epiſcoporum ſedere. In conciliis tamen Toletanis diaconi vicem epiſcoporum gerentes pro iis ſubſcribunt: ut quinto Petrus agens vicem epiſcopi ſui Antonii, in ſexto Vvamba diaconus, in ſeptimo Clemens, Ambroſius, & Aquila diaconi: ſicque in aliis alii.

Cap. 6 Quoties concilia in anno celebrari debeant

k *Pro diebus feſtis.*) Sic conſtitutum eſt concil. Tolet. XIII. cap 8. ut admonente metropolitano, pro feſtivitatibus ſummis, paſcha ſcilicet, pentecoſte, & nativitate domini celebrandis, ſive pro cauſarum negotiis, ſeu pro pontificibus conſecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus principis venire non contemnant; excepta inevitabili neceſſitate infirmitatis, quæ teſtibus poſſit comprobari.

Cap. 7

l *Semel in anno fieri concilium*,) Concil. Nicæn. cap. 5. ex hiſtoria Rufini presbyteri, ut per ſingulos annos in quibuſcumque provinciis concilia celebrentur, unum ante quadrageſimam paſchæ, ſecundum circa tempus autumni. Poſtea idem can. 38. apoſtol. Semel quarta ſeptimana pentecoſtes: ſecundo vero 12. die menſis Hyperberetæi, id eſt, juxta Romanos, quarto Idus Octobris. Poſtea id temperatum eſt, ut ſemel in anno: demum ut unoquoque triennio concilia provincialia celebrentur, ex conſtitutione œcumenica Tridentini concilii.

Cap. 8. Orontius quis

m *Viro Orontio epiſcopo*) Orontius fuit Emeritenſis epiſcopus; interfuit VI. VII. & VIII. conciliis Toletanis, ab æra 676. uſque ad VIII. Toletanum actum ſub Reccesvintho, æra 691. Ab Innocentio papa ſanctæ memoriæ Orontius dicitur.

ANNO CHRISTI 666.

Cap. 10. Archipresbyteri officium.

n *Archipresbyterum.*) De horum officio agitur lib. 1. decret. Archipresbyter & primicerius archidiacono ſubduntur, ut conſtat de officio archidiaconi cap. 1. Ut archipresbyteri. Et de officio primicerii, cap. 1. Ut primicerius. Diximus de archidiacono & primicerio ſupra. Nam licet archipresbyter ordine ſit major quam archidiaconus, quia tamen inferior eſt dignitate, archidiaconus ei præfertur. Gloſſ. in cap. Deliberatione, de officio leg. lib. 6. Dominicus & Alexander in cap. fin. 17. diſt.

Cap. 11. Presbyteri ſæcularibus ſe immiſcere non debent.

o *Sæculares peragere cauſas.*) Ne presbyteri cauſas ſæculares inter laicos peragant, cavetur toto titulo decretalium: Ne clerici vel monachi ſæcularibus negotiis ſe immiſceant. Sic etiam in canone apoſtolorum 80. *Diximus non oportere epiſcopum aut presbyterum ſeipſum publicis adminiſtrationibus immittere: ſed vacare & commodum ſe exhibere uſibus eccleſiaſticis. Animum igitur induito hoc non facere, aut deponitor; nemo enim poteſt duobus dominis ſervire, juxta præceptum domini.* Et cap. 82. infra dicitur. *Qui retinere voluerit officium Romanum, & functionem ſacerdotalem, deponitor.* Idem decreto 22. Moguntiaci concilii ſub Carolo magno, ubi deſcribitur qualis clericorum vita, forma, actus & ſtudium eſſe debeat. Et concil. Chalced. cap. 3. & 7. interdicitur clericis ſuſcipere cauſas ſæcularium negotiorum.

Cap. 14. In ſolennitatibus martyrum, & miſſis defunctorum, fiebant oblationes & communiones.

p *Diebus feſtis.*) Solebant fideles in martyrum vel defunctorum miſſis offerre & communicare. Concil. Bracar. I. cap. 9. & Tolet. IV. cap. 32. De diviſione autem bonorum eccleſiaſticorum diximus fuſe ſupra. Sed adverte conſuetudinem offertorii antiquam, quæ etiam nunc durat in eccleſia, & inde obtinuit uſus offerendi in miſſis, poſt dictum offertorium, quod ante conſecrationem fiebat. Concil. Bracar. II. cap. 2. de oblationibus dividendis. Archidiaconus collectam pecuniam de communione accipiebat, & epiſcopo deferebat, & clericis partes proprias idem diſtribuebat. Iſidorus epiſtola ad Leudefredum epiſcopum Cordubenſem, & canon apoſtolorum 3. Fabianus papa epiſtola 3 ad Hilarium, conſtituit omnibus diebus dominicis, ab omnibus viris & mulieribus oblationem tam panis, quam vini fieri. Idem in concil. Matiſc. canone 4. ſynod. Gang. can. 7. & 8. Carpophoriam vocat oblationem eccleſiaſticam. Gloſſarium vocat καρποφορία. Meminit etiam oblationum Tertullianus in apologet. cap. 39. *Modicam* (inquit) *unuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cum velit, etiam ſi modo velit, & ſi modo poſſit, apponit.* Ex quo loco conſtat oblationem populi eſſe ex ſua natura voluntariam, ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 86. art. 1. Tempore Cypriani etiam oblatio erat in uſu, ut conſtat ex lib. de opere & eleemoſyna. Idem Hieronym. epiſt. ad Heliod. & Auguſt. epiſt. 187. apud Gratianum diſt. 90. cap. Oblationes, & 10. quæſt. 1. can. Antiquos. In offerendo ſervabatur ordo, ut primum mares, deinde fœminæ offerrent, ut conſtat ex ordine Romano de officio miſſæ. Fiebat autem oblatio poſt dictum vel cantatum offertorium, unde offerenda vocabatur.

Cap. 16. Gratiani decretum emendatur.

q *Sufficere poſſunt.*) Gratianus 10 qu. 3 *ſufficere non poſſunt*, legit quam lectionem probavi ante excuſum decretum Gregorianum, ductus teſtimonio concil. Tolet. XVI. cap. 5. & habetur 10. quæſt. 3. *Tertia quas antiqui canones de parochiis ſuis habendas epiſcopis conſtituerunt, ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis epiſcopis diruta eccleſia reparentur: ſi vero eas malue-int cedere, ab earumdem eccleſiarum cultoribus, ſub cura & ſollicitudine ſui pontificis reparatis eidem baſilicis adhibenda eſt. Quod ſi omnes eccleſiæ aut incolumes fuerint, aut quæ diruta erant reparata extiterint, ſecundum antiquorum canonum inſtituta, tertias ſibi debitas unuſquiſque epiſcopus aſſequi, ſi voluerit, facultas ſibi omnimodo erit.* Et concilium Bracarenſe II. cap. 16. *Placuit ut de rebus eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones, id eſt, epiſcopi una, alia clericorum, tertia in recuperatione vel luminaribus eccleſiæ.* Et concil. Tolet. IV. cap. 33. & IX. cap. 6. Unde tertia ſemper eccleſiarum reparationi ceſſit, epiſcopus vero, cui ſua non ſufficiebant, eam ad ſui ſuſtentationem & honorem epiſcopalis dignitatis exigebat.

Cap. 19. In miſſa fit commemoratio vivorum & defunctorum.

r *Eorum nomina.*) Quod nomina vivorum & mortuorum citarentur in ſacrificio corporis & ſanguinis Chriſti, multis decretis patet. De qua re diximus Tolet. concil. XI. cap. 12. Id conſtat præſertim ex Innocentio I. epiſtola 1. ad Decentium epiſcopum, & Auguſtino epiſtola 137. & Gelaſio papa epiſtola ad Anaſtaſium Auguſtum, & Chryſoſtomo homil. 6. in cap. 2. epiſt. 1. ad Timotheum, & aliis. Fundatoribus eccleſiarum multa conceduntur concil. Tolet. XV. cap. 2.

Cap. 20.

ſ *Libertos debeant facere.*) De libertorum ſervitute, manumiſſione, & aliis, multa traduntur concil. Tolet. XV. cap. 11. & ſequentibus, & concil. Hiſpal. II. cap. 8. de Eliſeo ex familia Egabrenſis eccleſiæ, & concil. Hiſpal. I. cap. 1.

t *Subſcriptiones.*) Subſcribunt in hoc concilio aliqui epiſcopi qui in ſuperioribus interfuerunt; ut Adeodatus Pacenſis, qui in VIII. Tolet. & Selva Egiditanæ, qui in eodem VIII. Reliqui aliis ſucceſſerunt epiſcopis: ut Aſphalius Abelenſis, qui ſucceſſit Amanuago, in VIII. Toletan. Alvarius Caliabrienſis Celedonio, in VIII. Tolet. Cantaber Conimbrienſis ſucceſſit Siſeberto, in VIII. Donatus Caurienſis Joanni, in VIII. Exarnus Oxonobenſis Saturnino, in VIII. Juſtus Salmanticenſis Egeredo, in X. Tolet. Proficius Emeritenſis Orontio, in VIII. Toletan. Petrus Elborenſis Abientio, in VIII. Theodericus Olyſipponenſis Cæſario, in X. Tolet. Theodiſclus Lamecenſis Filimiro, in VIII.

Advertendum etiam æra 704. in provincia Luſitania una cum metropolitana eſſe duodecim ſedes epiſcopales, nimirum.

| | |
|---|---|
| Emeritam. | Salmanticam. |
| Egeditam. | Conimbriam. |
| Pacem. | Cauriam. |
| Abelam. | Oxonobam. |
| Olyſiponem. | Elboram. |
| Lamecum. | Caliabriam. |

## NOTÆ * FRONTONIS DUCÆI S. J.

* Varias lectione margini adſcripſimus.

Titulo 10.

*Et primiclerum in eccleſia.*) *primicerium in eccleſia.* Primicerii notariorum & aliorum, paſſim inter nomina magiſtratuum Romanorum, imperatoribus aut Gothis regibus rerum potientibus in Italia, occurrit: unde & ad eccleſiaſticas dignitates vox illa traducta, quam etiamnum eccleſiæ quædam, inter quas Metenſis, retinuerunt.

Cap. 10.

*Archidiaconum & primiclerum.*) *archidiaconum & primicerium*, ut in concil. Tolet. VIII. poſt abbates & archipresbyterum ſubſcripſit Silicolus primicerius, qui non a prima cera dictus videtur, quod primus in cera ſcriptus eſſet, ut neque dicitur teſtamentum quod teſtimonium ſit mentis, neque vox eſt conjuncta ſed ſimplex; ſed, ut docet Suidas, eſt πριμικήριος ὁ πρῶτος τῆς τάξεως, qui primus eſt in ordine forte ſubdiaconorum, ut archipresbyter præeſt presbyteris, archidiaconus vero diaconis: vide can. 14. hujus concilii, ubi legendum *primicerius*.

# CONCILIUM CRETENSE

## Anni DCLXVII.

Ex Suppl. Manſi p. 501.

PAulus Cretenſis archiepiſcopus inviſum habens, incerta de cauſa, Joannem Lariſſæ epiſcopum, ſuffraganeum ſuum, diem illi dixit in concilio provinciæ ſuæ ea de cauſa convocato. Auditæ ibi in epiſcopum accuſationes, judicatum de cauſa, & epiſcopus non ſatis canonica ſententia damnatur. Actutum ille ad Papam appellavit, ſed contumaciæ hujus ſuæ, ut adverſarii quidem interpretabantur, pœnas in carcere luere coactus eſt. Verum ille non ita multo poſt elapſus Romam conceſſit, audituſque in ſynodo, a Vitaliano papa collecta, abſolutus eſt. Synodum hanc Cretenſem commemorat idem papa in literis ea de re ad Paulum archiepiſcopum ſcriptis, quibus irrita & infecta pronunciat *omnia, quæ a te* (a Paulo) *tuaque ſynodo contra canonum inſtituta contraque legum decreta geſta confectaque ſunt.* Signantur literæ illæ die VI. Kal. Septembris, indictione XI. ſed forte mendoſe, cum aliæ pro eadem cauſa ab eodem pontifice ſcriptæ datæ ſint VI. Kal. Februarii indictione XI. ex quibus *Septembrim* pro *Februario* irrepſiſſe ſuſpicor. Romanæ ſynodi ea de cauſa celebratæ Labbeus quidem meminit. Cretenſem præteriit, cujus oblivio in hac noſtra collectione reparatur.

CON-

# CONCILIUM ROMANUM

## IN CAUSA LAPPENSIS EPISCOPI

### Anno Chriſti DCLXVII. celebratum.

*Cauſa & acta concilii deſcribuntur.*

a *Concilium.*) Joannes Lappenſis epiſcopus in A Creta, ab archiepiſcopo ſuo injuriam paſſus, appellavit ad ſedem apoſtolicam, & ne interpoſitam appellationem ipſe proſequi poſſet, invitus detinebatur. Elapſus tàndem venit Romam ad Vitalianum papam, ipſumque obnixe poſtulavit, atque conjuravit per terribilem adventum magni Dei ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, ut ſecundum ſacratiſſimos canones inſtitutaque ſanctorum patrum cauſæ meritum inquireretur, & ſententia promulgaretur. Non deſpexit juſtam petitionem appellantis Vitalianus; verum deferens ipſius appellationi hanc ſynodum epiſcoporum collegit, in qua ejus cauſa cognoſceretur. Poſt cauſæ diligentem inquiſitionem cognitum fuit ipſum appellantem gravi injuria affectum fuiſſe; ideoque communi ſuffragio abſolutionis ſententiam patres hujus concilii eidem communicarunt. Hæc ex epiſtola Vitaliani ad Paulum Cretenſem ſupra extante.

# VITA,

# EPISTOLÆ ET DECRETA ADEODATI PAPÆ.

*Dantur variantes ex Cod. Luc. 490.*

a ADeodatus, natione Romanus, ex monachis de patre (*a*) * Jobiniano, b ſedit annos * quatuor, menſes duos, dies quinque. * Tantæ magnitudinis fuit mitiſſimus, ac benigniſſimus, ut omnem hominem a majori uſque ad minimum libentur ſuſciperet, peregrinis compaſſionem * exhibuit, ut etiam unuſquiſque quod poſtulavit ſine dubio * impetravit. Sed & rogam omnibus ampliavit. Hujus temporibus * Mezzetius qui erat in Sicilia cum exercitu (*b*) orientali, * intartizavit, & arripuit regnum. * Et perrexit exercitus Italiæ per partes Iſtriæ, alii per partes Campaniæ, nec non & alii per partes Sardiniæ, & Africæ. Pari modo venerunt (*c*) * per Siciliam in civitatem Syracuſanam, & Deo auxiliante interemptus C eſt nec dicendus Mezzetius. Et multi ex judicibus ejus truncati, perducti ſunt Conſtantinopolim, ſimul & caput ejuſdem Intartæ. c Poſtmodum venientes Saraceni in Siciliam, obtinuerunt prædictam civitatem, & multam occiſionem fecerunt * in populo., qui in caſtra, ſeu montana confugerant. Similiter & prædam nimiam fecerunt, & æs quod ibidem a civitate Romana (*d*) delatum fuerat ſecum tollentes, Alexandriam reverſi ſunt. Hic eccleſiam beati Petri, quæ eſt via Portuenſi juxta (*e*) campum Meruli, ut decuit, reſtauravit, atque dedicavit. Sed in monaſterio ſancti Eraſmi, ſitum in Cælio monte, in quo * concreviſſe viſus eſt prædictus ſanctiſſimus vir, multa nova ædificia D augmentavit, ſed * & caſalia conquiſivit, & in vita ſua abbatem, vel congregationem ibidem inſtituit. Poſt cujus tranſitum tantæ pluviæ & tonitrua fuerunt, quales nulla ætas hominum (*f*) meminit eſſe ut etiam homines & B pecudes de fulgure interirent. Et niſi per litanias quæ quotidie fiebant dominus eſſet propitiatus, non potuiſſent homines triturare, vel in horreis frumenta recondere. Intantum enim crevere hæc mala, ut ex ipſis pluviis denuo legumina renaſcerentur, & ad maturitatem devenirent, (*g*) pro quo capti homines mirabantur. Fecit autem ordinationem unam per menſem Decembris, presbyteros 14. diaconos duos, epiſcopos per diverſa loca * quadraginta ſex. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum ſub die VI. Kalendas Julias, & ceſſavit epiſcopatus menſes quatuor, dies * quindecim.

*Margin variants:* * Ioviniano, * , m. 2. d. 17. * In tanta magnit. * exhiberet. * impetraret. * Mezentius * tyrannizavit, * Tunc * in * in populo vix paucis evadentibus, qui per munitiſſima caſtra confugerant, & juga montium. Auferentes quoque prædam nimiam, & omnem ilium ornatum æris, ac diverſarum ſpecierum, quem Conſtantinus a Roma navigio detulerat, ſecum aſportantes. * conveniſſe * & multa ibi prædia conquiſivit. * 46. * tres

## NOTÆ SEVERINI BINII

*Adeodatus quando papa factus.*

a *Adeodatus.*) Anno 669. * nona die menſis Aprilis in locum ſancti Vitaliani ſubrogatus eſt Adeodatus natione Romanus, gratiſſimus omnibus. Hujus temporibus Conſtantinopolis per biennium a Saracenis obſeſſa, tandem per tutelam Dei genitricis obſidione liberata fuit. Theoph. in annalibus. (* Immo an. 672.)

*Tempus ſedis.*

b *Sedit annos quatuor. &c.*) Alia eaque verior lectio Anaſtaſii, teſte Baronio, habet annos ſeptem, menſes duos, dies decem & ſeptem. Huic ſententiæ ſubſcribit Sigebertus in chronico, qui totidem annos Adeodato attribuit.

*Clades Siciliæ quando facta.*

c *Poſtmodum venientes Saraceni in Siciliam*) Si epiſtola quæ ſub nomine Vitaliani papæ ad monachos Siculos data extat ſupra, vere eſſet Vitaliani, dicendum foret contra Anaſtaſium hanc cladem Siciliæ inſulæ factam eſſe potius ſub Vitaliano quam ſub Adeodato.

Epi-

(*a*) *Jobiano.* (*b*) *Orientis* (*c*) *Siciliam* (*d*) *navigatum fuerat.* (*e*) *pontem* (*f*) *memoratur* (*g*) *pro quo captivi homines &c.*

ANNO CHRISTI 669

# ¹ EPISTOLA ADEODATI PAPÆ AD UNIVERSOS EPISCOPOS GALLIÆ.

De privilegio * quod conceſſum eſt abbati monaſterii ſancti Martini Turonenſis.

*Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis in Galliæ partibus commorantibus Adeodatus.*

ÆQuitatis nos admonet norma, quam apprime cuſtodire * præcipimur, ut canonica ſanctorum patrum conſulta, præſertim a beatiſſimis apoſtolicæ ſedis præſulibus, prædeceſſoribus noſtris, qui auctoritatem ſucceſſione ac vice ſacratiſſimi apoſtolorum principis Petri per **B** diligentem ſolertiam nacti ſunt, quemadmodum ſtatuta reperimus, intemerata atque illibata cuſtodia conſervemus. Sed & quæque a fratribus noſtris eccleſiarum epiſcopis pediſſequa duntaxat imitatione conſulta & ſalubriter * fuerunt ordinata, utpote * ſancti apoſtolorum principis licet impares miniſterio, firmanda ſimili ratione decernimus.

Qua ex re dum * Ægiricus religioſus presbyter & abbas monaſterii S. Martini, in quo & venerabile corpus ejus eſt ſitum, viſendas ex deſiderio veniens apoſtolicas confeſſiones & atria, noſtris ſe repræſentaret obtutibus, commendationemque fratris noſtri * Crotberti Turonicæ **C** eccleſiæ præſulis obtuliſſet; ſupplici voce precatus eſt, ut * privilegium apoſtolica auctoritate * ſubnixum ob munitionem venerabilis monaſterii quod beatæ recordationis confeſſor Chriſti Martinus Turonenſis eccleſiæ * epiſcopus in Gallicanis partibus ad converſorum ſalutem ſui ſacratiſſimi corporis conſecratione decoravit, cui nunc præeſſe ſe perhibens ſcriptis oſtenderat, ei concedere deberemus.

Parumper autem ambigimus, idcirco quod mos atque traditio ſanctæ noſtræ eccleſiæ plus non ſuppetat, a regimine epiſcopalis providentiæ religioſa loca ſecernere. Verum ubi & prædicti fratris noſtri Crotberti Turonenſis eccleſiæ præſulis * monaſticam libertatem, hoc eſt **D** liberam diſpenſandi licentiam ſcripto conceſſam religioſitate ejus exemplaria proferente comperimus, in cujus volumine & aliorum per Gallicanam videlicet provinciam conſtitutorum antiſtitum ad id conſenſum præbentium ſubſcriptiones ſubter annexas inſpeximus; nullatenus jam exortem rationis ac canonicæ regulæ tantorum epiſcoporum conſonam ſententiam fore perpendimus. Propterea & nos erga quod iidem fratres noſtri reverendiſſimi * præſentes conferre providerunt, ſimili cenſura ex **A** auctoritate profecto apoſtolorum principis, cui claves ligandi atque ſolvendi conditor atque redemptor * omnibus tribuit, identidem firmari conceſſimus: ut apoſtolica fulti auctoritate * per privilegii ſeriem nullas gravedines a quolibet epiſcoporum ſub prætextu diſcuſſionis religioſus abbas vel monachi ibidem degentes ſuſtineant: neque rurſus hoſpitandi ſibi apud eos licentiam vendicantes, diſpendia his atque inſolentias angariarum imponant: neque per occaſionem regularis diſciplinæ rimandæ atque ſervandæ quaslibet * importent injurias, ſed liberam licentiam habere ſtatuimus, ſalva profecto monachicarum regularum cuſtodia, religioſo abbate, quicumque pro tempore præerit, præ- **B** fato venerabili monaſterio, id procurante, ut erga quod priſcæ traditionis ejus articulus continet, & ipſe conſervare nitatur, & quicumque ſub ejus reguntur diſpenſatione ſolerter cuſtodire commoneat, diſtricteque compellat.

Reverendiſſimo vero epiſcopo, in cujus * parœcia memoratum venerabile monaſterium, vel res ejus ac poſſeſſiones conſtiterint, faciendæ tantum ordinationis ac promotionis ſacerdotum atque Levitarum, vel conficiendi chriſmatis ſit tantum conceſſa licentia. Diſpoſitionem autem venerabilis loci gerere, ac converſationem monachicam exquirere, religioſo abbati, ejuſque præpoſito, vel qui probatiſſimi in eodem monaſterio fuerint (quod etiam præſules conſona **C** ſententia definierunt) decernimus.

Quiſquis igitur quolibet tempore (quod nullatenus credimus) hujus decretum privilegii, quod auctoritate apoſtolica ſubnixi conſentiendo firmavimus, in totum vel in partem temerare tentaverit, ſuæque præſumptionis audaciam digna emendatione minus correxerit, in perpetuum percellendum vel anathematizandum ſe noverit, non ſolum tantorum ſententia ſacerdotum, ſed etiam æquiſſimo * condemnationis aculeo: quoniam violare pertinaciter * viſus eſt, quod ſalubriter conſervare * debebat. Et ita quoque hujus privilegii ſanctio firma & rata indiminute perſiſtat atque permaneat. Erga quod & præcellentiſſimi totius Galliæ reges (ut **D** ſcripto comperimus) ad reprimendas laicorum infeſtationes, edicto præmunire idem venerabile monaſterium regali pietate dignati ſunt. Bene valete, dilectiſſimi fratres.

Margin notes: * Reic[illegible] ipſum [illegible] ed [illegible] Maſſonius, Baronius, Sirmondus, Binius, & nuper Mo[illegible]nyerius ex ipſo, ut [illegible] [illegible] quod [illegible] in eiuſdem eccleſiæ [illegible] la io. — * præcipimus — * fuerint — * ſancti apoſtoli ca [illegible] — * Agiricus — * Ro[illegible] ſeu C[illegible] — * [illegible] — * [illegible] — * præſul — * monachicam — * præſules — * omnium — * eis. — * parochia — * apoſtolicæ — * viſus — * debuerat

## Nota Jacobi Sirmondi. S. J.

¹ *Epiſtola.*) Collata fuit cum ſchedis Pithœanis, in quibus extat etiam Chrodoberti ejuſdem epiſcopi Turonenſis epiſtola de judicio mulieris, quæ, poſtquam conſecrata & profeſſa caſtitatem Deo fuerat conſervare, adulterium perpetravit.

# AD EPISTOLAS ADEODATI PAPÆ.

## *APPENDIX.*

### BULLA PRO COENOBIO S. PETRI, ET PAULI

Ex Suppl. Manip. sol.

*Adeodatus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Adriano abbati monaſterii S. Petri apoſtoli.*

Ex wilkins Conc. Angl. [illegible] qui tamen de ejus ſinceritate dubitare ſe [illegible] nullas [illegible] gnat [illegible] guitatis ſuæ rationes

EVangelicis atque apoſtolicis ſanctionibus luce clarius edocemur, nec ſervorum ſolertiam in adminiſtratione talentorum, nec dominicæ vineæ operarios pondere diei & æſtu affectos a remuneratione boni operis eſſe frau- **E** datos. Scriptum namque eſt: *voca*, ait, *operarios & redde illis mercedem*: & *dignus eſt operarius proprio laboris commodo perpetiri*: Quapropter oportet etiam nos, licet immeritos, paſtoralem tamen curam adminiſtrantes, eis qui lucrando Deo animas ſolerter invigilant, providentiam aliquam ad temporalem eorum ſubſtentationem utcumque peragere, ne eorum ſagacitas erga lucrandarum animarum quæſtum, neceſſitate ſcilicet temporali præpedita, ad opus implendum ſegnis efficiatur. Quam ob cauſam annuen-

ANNO CHRISTI 667.

nuentes tuæ petitioni, quemadmodum nos ſuſa parte popoſcit, a præſenti concedimus tibi Adriano, utpote abbati ab hac apoſtolica ſede ordinato, atque deſtinato, una cum tua propria congregatione, quæ nunc vel futura eſt, monaſterium videlicet S. Petri, conſtitutum extra civitatem cognomento Doroverno, cum omnibus redditibus ad eum pertinentibus, vel quidquid ei jure verbi competere videtur. Et ſi qua exinde ab aliquo injuſte ablata ſunt, reſtitui abſque recraſtinatione cenſemus, quatenus dum nihil eorum, quæ ad ſubſtentationem corpoream ſunt profutura, defuerit, licenter ad lucrandas (ut dictum eſt) Deo animas pervigil poſſit eſſe ſollicitudo. Cujus ad cumulum firmitatis prævidimus præfatum monaſterium apoſtolicis B prærogativis nunc & in perpetuum præmunire, inſolentiaſque tam ſacerdotum; quam laicorum pariter ab eo inhibere, præcipientes, ex authoritate videlicet apoſtolicæ ſedis, cui ſuperna largiente gratia præeſſe dignoſcimur, omnes omnino tam eccleſiæ præſules, quamque ſublimium ſæcularium dignitates, vel inferioris ordinis adminiſtrationem gerentes, ſe a præfati monaſterii inquietudinibus atque gravaminibus ſuſpendi, nec per quamlibet occaſionem tibi tuæque congregationi in eo degenti, vel qui pro tem- A pore ſuo ſucceſſerit in loco, quoquo modo diſpendia vel inquietudinum moleſtias irrogare. Sed & hoc nihilominus ſancientes, ut poſt tuum obitum futurus abbas, non alius vel aliunde ad eorum regimen animarum, niſi quem ipſa ſibi prorſus Deo ſervientium congregatio de proprio videlicet monaſterio communi aſſenſu regulariter prælegerit, ſubrogetur. Si quis interea (quod non credimus) temerario auſu contra hæc ſanctæ & apoſtolicæ ſedis decreta contraire temptaverit, & ea quæ a nobis pie indulta ſunt, privilegia convellere præſumpſerit, noverit ſe, (ſi præſul vel miniſter eſt) ex auctoritate videlicet beati Petri apoſtolorum principis, cui Dominus Jeſus Chriſtus Deus noſter, ligandi ſolvendique in cælo & in terra poteſtatem conceſſit, proprio eſſe privatum officio; ſi de ſæcularibus laiciſque fuerit a participatione corporis & ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti cognoſcat ſe eſſe ſegregatum, quouſque videlicet quod temere perpetravit humiliter corrigat, & de exceſſu pœnitudinem gerat. Dat. X. Kal. Januarii imperantibus piiſſimis auguſtis Conſtantino majore imperatore annos XXII. poſt conſulatum ejus anno..... Sed & Heraclio atque Tiberio novis Auguſtis, ejus fratribus anno XVIII. indictione ſecunda.

ANNO CHRISTI 667.

## MONASTERII CORBEJENSIS

### FUNDATIO ET IMMUNITAS

### OBSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Privilegio ſan-Dionyſiano ac præcepto Clodovei II. regis ſubjecerat Sirmondus monaſterii Corbejenſis ad Somonam fundationem & immunitatem, & ad Vitaliani papæ tempora atque in annum Chriſti 662. Clotarii regis III. revocarat. Collector regius, quo conſilio ductus, omnia iſta poſthabuit. Nos ne quid Sirmondianæ editionis deſiderari queat, quæ temere ſublata fuerant, reſtituimus, & in Vitaliani papæ pontificatum atque annum natalis domini præter propter 669. conjecimus, cum in iis mentio fiat anni ſeptimi regnante Clotario rege, cujus initia ab anno 662. emergere eruditis chronologis videntur.

*Clotarii III. regis præceptum de fundatione monaſterii Corbejenſis.*

CHlotarius rex Francorum, vir illuſter. Ad mercedem noſtram in Dei nomine credimus pertinere, quidquid pro animæ ſalute locis ſanctorum conferimus, ut ibidem perenniter proficiat, & gloriam Deo auxiliante habere mereamur. Igitur dum nos & præcelſa genitrix noſtra, domna Baldechildis regina, monaſterium in honore ſanctorum Petri & Pauli apoſtolorum, & ſancti Stephani protomartyris, ſuper fluvium Somna, in loco qui dicitur Corbeia, quem Guntlandus quondam, poſſederat, & ad fiſcum noſtrum pervenerat, ubi præeſt venerabilis vir Theodefridus abba, pro æterni D numinis intuitu ædificari præcepimus, ut monachi ſub ſancta regula ibidem debeant converſari. Cognoſcat ſtrenuitas veſtra, quod nos ipſam villam Corbejam ad ipſum monaſterium cum adjacentiis ſuis in integrum; ſeu & alias villas nuncupantes Fulieto, Gentilla, Cipiliaco, Forntiaca villa, vel reliquas adjacentias earum ad integrum, Albiniaco cum adjacentiis vel appendiciis ſuis, quantum ibidem fiſcus noſter tenuit, ad integrum, in pago Ambianenſe, ſeu & Monciaco, Vvalliaco, Bellirino, cum adjacentiis earum, in pago Atravatenſe: immoque & villam, quæ vocatur templum Martis, ſitam in pago Ambianenſe, ad integrum, cum pagena de Silva de foreſte noſtra Vvindegonia, hoc eſt per E loca denominata, a fine Cartamſe uſque in C dominico Lacco per Siccaſi derude, per cervorum Marcaſio, per Bagulta, per via publica uſque Fraudehario exſarto. Similiter & portionem in loco qui vocatur Taceaco, quem Frodinus de Urſino dato pretio comparavit, & ad fiſcum noſtrum ipſe Frodinus in compenſationem pro alia de re dedit, in ipſo pago Ambianenſe, a die præſenti ſub integra immunitate, abſque introitu judicum, viſi fuimus conceſſiſſe. Proinde per hanc præceptionem ſpecialius decernimus eſſe manſurum, ut tam ipſum locum Corbejam, quam & ſupraſcriptas villas, una cum terris, domibus, mancipiis, ædificiis, vineis, ſilvis, pratis, paſcuis, farinariis, & cunctis appenditiis, vel quod ibidem videtur adſpicere, pars ipſius monaſterii, vel omnis congregatio de ipſo monaſterio valeat poſſidere vel dominari. Et nullus quilibet de judicibus, nec ad ipſum monaſterium, nec ad homines ſuos, nec in curtes ſuas, quicquid a die præſenti ibidem contulimus, & quod a nobis, vel a ſuccedentibus domnis regibus, vel a Deum timentibus hominibus inibi fuerit collatum, nec ad cauſas audiendum, nec freda exigendum, nec manſiones faciendum, nec paratas requirendum, nec ullas redhibitiones in villis ſuperius nominatis; quidquid tempore præſenti videtur poſſidere, aut adhuc, ut diximus, a nobis vel a ſuccedentibus regibus, vel a Deum timentibus hominibus inibi additum vel delegatum fuerit, ipſa judiciaria poteſtas non præſumat ingredi: ſed pars ipſius monaſterii, vel omnis congregatio

ANNO CHRISTI 661.

tio ibidem conſiſtens, abſque introitu judicum, ut diximus, ſub integra immunitate poſſidere valeat vel dominari. Et ut hæc præceptio noſtra perenni tempore firmiorem obtineat vigorem, nos & præcelſa genitrix noſtra domna Baldechildis regina ſignaculis manus noſtræ ſubter decrevimus affirmare.

*CLOTARII EJUSDEM REGIS præceptum alterum, quo a teloneis omnibus immune facit monaſterium Corbejenſe.*

CHlotarius rex Francorum, vir illuſter, omnibus agentibus tam præſentibus quam futuris. Cognoſcat magnitudo ſeu induſtria veſtra, pro mercedis noſtræ augmento, & divino intuitu, tale nos actoribus, ſeu diſcurſoribus monaſterii virorum Corbeja, quod domna & genitrix noſtra Baldechildis regina ſuo opere conſtruxit, præſtitiſſe beneficium, ut quotieſcumque monachi, miſſi, vel diſcurſores ipſius monaſterii partibus provinciæ, vel per reliqua loca, ad cappas comparandas, aut reliquas opportunitates ipſius monaſterii exercendum, ſeu cellarium fuerint egreſſi mercandum, in quibuslibet locis, vel territoriis, ſeu partibus, ubicumque teloneum, pontaticum, rotaticum, ceteraſque redhibitiones fiſcus noſter a diſcurſoribus, ſeu iter agentibus exigere conſuevit: habeant hoc monachi in jam dicto monaſterio Corbeja conſiſtentes, tam præſentes quam in futurum inibi advenientes, in omnibus indultum ſimulque conceſſum. Ea ſcilicet ratione, ut neque nos, neque juniores, aut ſucceſſores noſtri, ullo unquam tempore de eo quod ſuperius continetur, a monachis, aut miſſis vel diſcurſoribus ipſius monaſterii, exigere nec requirere, ullis locis, ulliſque ordinibus intra terminos regni noſtri præſumatis. Sed ut ſuper habetur inſertum, habeant ipſum beneficium jam dicti monachi ſanctæ congregationis Corbeja monaſterio, & actores eorum, ex noſtræ largitatis munificentia conceſſum, ſimulque indultum: quo potius delectet ipſam ſanctam congregationem ex ipſo beneficio pro ſtabilitate regni noſtri domini miſericordiam exorare. Et ut hæc præceptio firmior habeatur, & per tempora conſervetur, nos & præcelſa genitrix noſtra domna Baldechildis regina maxima noſtris ſignaculis ſubter eam decernimus adfirmare.

Vidrehadus juſſus.

Signum glorioſi domini Chlotharii regis.

Signum præcelſæ Baldechildis reginæ.

Data ſub die XIII. menſis Decembris anno V regni noſtri. Sturpianico. In Dei nomine feliciter.

*PRIVILEGIUM LIBERTATIS MONASTERIO Corbejenſi conceſſum a Bertefrido epiſcopo Ambianenſi.*

DOminis ſanctis & ſummi culminis apice pontificalis cathedræ ſpecula præſidentibus in Chriſto fratribus, Nivoni, Geneſio, Ethoaldo, Emmoni, Audoni, Audomaro, Audoino, Audeberto, Burgundo Faroni, item Audeberto, Drautcioni, Bertefridus munere ſuperni largitoris Ambianenſis eccleſiæ epiſcopus. Licet nos antiquæ regulæ conſtituta ſalubri obſervatione cuſtodire conveniat, tamen utili proviſione tractantes conſtituimus, ut quod ſacris deliberationibus non derogat, intrepida obſervatione conſervetur. Et quia glorioſiſſimus domnus Chlotharius rex, nec non & præcelſa domna Balthildis regina, divino illuminati auxilio, monaſterium ſuo opere, Chriſto præſule in loco nuncupante Corbeja conſtruxerunt, religioſam petitionem noſtris auribus patefecerunt, quæ viſcerali pietatis affectu ita cor intrinſecus mollivit, ut petita non concedere, aut certe libentiſſime non impleſſe, noſter animus irreligioſum fore putaret. Sancto igitur amore ſuccenſi noſtræ vilitatis extremitatem petierunt, ut & nos & veſtra fraternitas conſentientes pro reverentia ſanctorum Petri, & Pauli apoſtolorum, & ſancti Stephani protomartyris, qui ob glorioſum ac triumphale votum pro amore Chriſti coronam martyrii conſequuti ſunt, ad prædictum monaſterium in eorum honore conſtructum, privilegium concedere deberemus: licet ſancta Carthaginenſis ſynodus, a bonæ memoriæ Bonifacio, ejuſque coepiſcopis facta, vel ipſius ſacerdotis epiſtolæ ad Liberium * porrectæ, non prohibeant monachos ſub privilegio proprio reſidere; vel ſancti Auguſtini præclari doctoris libri de gradibus eccleſiaſticis doceant monachos ſub quiete regulariter viventes, abſque inquietudine clericorum vel epiſcoporum reſidere. Quod nos conſiderantes, dum & canonica inſtitutio de hacre nos non præjudicat, vel ſupradictus dominus, & prædicta domna dum ſe patrocinio tam & in præſenti vita, quam & in futurum, præfatorum ſanctorum pleniſſima devotione tradiderunt, ut eis ubique apud clementiſſimum & omnipotentem dominum eorum interceſſio præbere dignetur adminiculum, vel pro reverentia tantorum martyrum, ſeu prout monachi ibidem degentes ſub regula ſanctorum patrum quieti conſervari poſſint: hoc privilegium plena voluntate, una cum conſenſu fratrum meorum, conceſſiſſe vel indulſiſſe viſus ſum: per quod decerno, atque ob teſtificationem divini nominis interdico, ut nec ego, nec ullus epiſcoporum ſucceſſorum meorum hoc irrumpere præſumat. Nec nos hoc propriæ deliberationis inſtituto poſteritas æſtimet decreviſſe, cum etiam antiquiora, vel in novo tempore monaſteria propria privilegia ſunt conſecuta. Nam & Agaunenſium, quod velut iſtud regio eſt munere ditatum, & Lirinenſium, vel Baſilica domni Marcelli, immoque & monaſterium Luxovienſe, hoc videntur habere conceſſum: & ita a ſuccedentibus cuſtoditur, ut quidquid ibidem offertur, ipſi abbates, vel monachi ibidem deſervientes, abſque contrarietate vel repetitione epiſcoporum, libere cum Dei adjutorio, hoc poſſideant. Ergo omnes unius conſpiratione conſenſus antedictis principibus poſtulatione ſocia libentiſſime annuentes, ſic decrevimus, ut quæcumque prædicto monaſterio vel monachis regio munere, ſeu a quibuslibet Chriſtianis, in agris, mancipiis, vineis, ſilvis, auro, argento vel veſtibus, vel quibuslibet ſpeciebus collata, aut deinceps conferenda ſunt, vitæ noſtræ temporibus, ſeu ſucceſſorum noſtrorum, nec ego nec ullus ſibi pontifex, aut aliquis ex ordine clericorum Ambianenſis eccleſiæ, ſuis uſibus uſurpare, aut minorare, aut ad civitatem aliquas ſpecies deferre præſumat: ſed ſub omni libertate vel emunitate ſæpedictum monaſterium vel monachi ibidem conſiſtentes poſſideant. Altaria ad ſæpedictum monaſterium, vel tabulæ ſi defuerint, epiſcopus Ambianenſis eccleſiæ in Dei nomine benedicat & chriſ-

* Liberium qui erat primæ ſedis epiſcopus provinciæ Byzacena.

ANNO CHRISTI 667.

& chriſma ſanctum conficiat ſine pretio, & annis ſingulis pro reverentia ſanctorum ſine ullo præmio muneris cauſa concedat. Et quod ad ipſum monaſterium in Dei nomine fuerit oblatum, vel a quocumque Deo inſpirante tranſmiſſum, nihil ſibi exinde pontifex, aut ejus archidiaconus, aut quiſlibet ordinator eccleſiæ audeat vindicare: nec ad præfatum monaſterium accedere, nec in agris ipſius convivia ego, vel pontifices ſucceſſores noſtri, vel archidiaconus, aut quiſlibet ordinator eccleſiæ Ambianenſis præparare præſumat, niſi ab abbate ſæpe dicti monaſterii ſpontanea voluntate fuerit rogatus. Et cum abbas fuerit de ſæculo iſto evocatus, quem unanimiter congregatio ipſius monaſterii ex ſemetipſis dignum & bonum elegerint, data auctoritate a præfato principe, vel ejus ſucceſſoribus, a nobis vel ſuceeſſoribus noſtris, abſque ullo commodo ſecundum ſanctos canones ordinetur. Similiter & reliquos gradus clericorum minores ac majores, quos abbas jam dicti monaſterii elegerit, ſive intra aut extra monaſterium, ſine aliqua præmii acceptione, juxta quod lectio docet, conſtituimus conſecrare. Neque ulla alia poteſtate in ipſo monaſterio utatur, ut diximus, neque in monaſterio, ſeu in rebus aut ornamentis ipſius, neque in perſonis; dum tanti glorioſiſſimi principis petitio interceſſit, vel quia ipſi monaſterium ipſum conſtruxerunt, & ditaverunt, vel pro reverentia ſanctorum apoſtolorum & martyrum, ſeu pro eo ut quieti ſub regula ſancta ipſi monachi vivere debeant ad ipſum monaſterium deſervientes. Nec epiſcopus, nec archidiaconus, aut quælibet alia perſona, ordinator eccleſiæ Ambianenſis, quodcumque de eodem monaſterio, ſicut de reliquis parochiis, uſurpare, aut commutare, aut aliquas res auſerre, vel ſpecies, quæ ad ipſum monaſterium ſunt collatæ, deſerre ad civitatem audeat; ut de perfecta quiete valeant ipſi monachi, qui ad præfatum monaſterium deſerviunt, duce domino per tempora exultare, & ut ſicut antedicta monaſteria ſub libertate vivant, pro ſtatu eccleſiæ, & ſalute regum, vel ſtabilitate regni, & tranquillitate patriæ valeant plenius pium dominum exorare. Et ſi aliquis de ipſis monachis contumax fuerit, ab abbate prædicti monaſterii ſecundum canonicam inſtitutionem emendetur. Ut hoc privilegium ſub ea, ut diximus, libertate qua antedicta monaſteria & monachi vivunt, debeat in perpetuum permanere firmiſſimum, ut jam dicti monachi ſæpe dicto monaſterio deſervientes noſtris & futuris temporibus ſub libertate conſiſtant, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domeſticis fidei pro tranquillitate pacis, vel pro reverentia ſanctorum tribuitur. Illud etiam placuit, ut ipſi monachi ſub regula ſancti Benedicti, vel ſancti Columbani, converſari & vivere debeant. Quod ſi aliquis calliditate, aut cupiditate præventus epiſcopus, ea quæ ſunt ſuperius comprehenſa temerario ſpiritu violare præſumpſerit, tribus annis pœnitentiam diſtrictiſſime agat, a communione fratrum ſequeſtratus; & nihilominus hoc privilegium Chriſto protegente, qui & adjuvet illud conſervantes, & diſſipet illud deſtruere cupientes perpetim maneat incorruptum. Quam definitionem conſtitutionis noſtræ, ut noſtris & futuris temporibus valitura ſit, manus noſtræ ſubſcriptionibus roboravimus, & coepiſcopos domnos, & fratres noſtros rogamus, ut ipſum in omnibus confirmare debeant.

ANNO CHRISTI

Berthefridus peccator Ambianenſium urbis epiſcopus hoc privilegium a me factum relegi, conſenſi & ſubſcripſi.

Geneſius ac ſi peccator epiſcopus hoc privilegium conſenſi.

Chaoaldus epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Gautiobertus ac ſi peccator epiſcopus hoc privilegium ſubſcripſi.

Boſo in Dei nomine epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Ragnobertus ac ſi indignus epiſcopus hoc privilegium conſentiens ſubſcripſi.

Nummolenus ac ſi peccator epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Audobertus ac ſi peccator epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Audoenus epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Dado peccator hoc privilegium conſenſi ac ſubſcripſi.

Emmo epiſcopus ſubſcripſi.

Leodeboldus peccator epiſcopus hoc privilegium ſubſcripſi.

Chrodobertus peccator hoc privilegium ſubſcripſi.

Paternus peccator Egloenſis eccleſiæ, ac ſi indignus epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Drauſcio ac ſi peccator hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Ego Audebertus ac ſi peccator epiſcopus hoc privilegium conſenſi & ſubſcripſi.

Factum hoc privilegium ſub die octavo Idus Septembris, anno VII. regnante Clotario rege, Captonnaco in palatio publico. Sigo in Dei nomine diaconus hoc privilegium ſcripſi & ſubſcripſi.

## *THEODORICI REGIS PRÆCEPTUM:*
*quo confirmat electionem Eremberti Abbatis Corbejenſis.*

THeodoricus rex Francorum epiſcopis, viris illuſtribus. Decet regalem clementiam, ut non ſolum gubernacula regalia culminis provideat, ſed & regimina eccleſiarum & monaſteriorum pro Dei intuitu, & mercedis noſtræ augmento, ſolerti cura providere, ut pax eccleſiarum & ſecura libertas monachorum domino omnipotenti militantium per omnia conſervetur. Et de ſacroſancto monaſterio nuncupato Corbeja, in pago Ambianenſe conſtructo, ad regalem noſtram præſentiam monachi & viri Dei venientes, ſerenitatis noſtræ clementiæ auribus ſuggeſſerunt, ut dum & venerabilis vir Chrodegarius abbas, ſecundum conſuetudinem humanæ fragilitatis, de hac luce ad dominum migraſſe dignoſcitur; quem apoſtolicus vir domnus & pater noſter Theodefredus epiſcopus, dum & ille onus pontificale meruit accipere, per noſtram voluntatem, & præceptionem, ad regendum ac dominandum monaſterio ſupraſcripto conſtituit: cum relatione & conſenſu totius congregationis ipſius monaſterii petierunt, ut liceret eis ſecundum eorum electionem, & ſecundum ſanctum privilegium, quod ſupra loco ſancto ex regali munificentia & ſacerdotum conceſſione indultum eſt, de ſemetipſis eligere rectorem. Et dum eorum petitio noſtræ ſerenitatis congrua eſſe, & rationabilis in omnibus videretur, venerabilem virum Erembertum, qui in ipſo monaſterio fuit nutritus, ipſi homines

cum

ANNO CHRISTI 667.

cum voluntate ſupraſcripti pontificis domni Theodefredi epiſcopi elegerunt: noſtra clementia ipſis monachis conceſſiſſe comperitur, ſicut ſuggeſſerunt. Præcipientes ergo per hanc præceptionem ſerenitatis noſtræ, & auctoritatis regalis conceſſimus, & omnino jubemus, ut ſupraſcriptus venerabilis vir Erembertus abbas & rector monaſterii Corbejenſis in omnibus ſit conſtitutus; & ſicut bonus paſtor ea quæ utilia ſunt ad opus monaſterii, & ad regimina monachorum prævideat, & regat & erudiat, & mereatur audire vocem domini dicentis: *Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium domini tui.* (Matth. 25. 21. Luc. 19. 17.) Et ut taliter agat, ideo noſtra clementia ea indulſit, ut habeat poteſtatem de tota congregatione ipſius monaſterii, vel de eorum hominibus in eorum terris commanentibus, vel de eorum rebus & poſſeſſionibus, mobilibus, & immobilibus, ſicut ſancta regula docet, & ſanctus ordo monachorum dignoſcitur eſſe conſervandus. Ita ut de die præſenti, omnibus temporibus vitæ ſuæ, ſecundum Dei voluntatem, & ſecundum ſanctum ordinem dominatum accipiat; & ipſa ſancta congregatio ſub illo conſtituta preces aſſiduas ad aures reverentiſſimas majeſtatis domini pro nobis, & pro ſtabilitate regni noſtri jugiter fundat. Et ut hoc præceptum firmius habeatur, quod pro Dei timore indulſimus, auctoritate præcelſa manus noſtræ ſubſcriptionibus ſubter decrevimus roborare.

## Observatio Philippi Labbe, S. J.

Corbejenſis monaſterii immunitati gemina ac propemodum eadem eſt, illa immunitatis formula, ſive privilegium libertatis atque exemptionis, quod Marculſus monachus libris duobus formularum ſuarum præfixit. Ne vero tibi ſit prorſus incognitus auctor ille Landerico Pariſiorum epiſcopo τὸ ἀχειρες hanc diſſertatiunculam alias a nobis Bituricenſis urbis elogio ſubjunctam adſcribere placuit.

### *Quis fuerit Marculſus formularum editor, an abbas ſancti Auſtregiſili de Caſtro ad muros Avarici Biturigum?*

Vir clariſſimus Hieronymus Bignonius Galliæ noſtræ ſingulare ornamentum anno Chriſti M. DC. XIII. ex Bibliotheca Regia, in lucem emiſit MARCULFI monachi Formularum libros duos auctiores editis, meliorique ordine digeſtos, quibus hanc ad lectorem præfationem præmiſit.

*MARCULFI, quem nunc damus, erudite Lector, plures docti viri meminerunt, ſed quis fuerit, & quo tempore vixerit nihil certi ab illis proditum eſt. Quidam vero in univerſum circa primam regum noſtrorum familiam illius tempora conjecerunt. Adhuc tamen dubium remanebat ex librorum varietate, quibus permulta poſterioris ætatis ſcriptores infarcierant. Verum exemplar quod nacti ſumus omnium facile optimum nos amplius dubitare non ſinit. Præfixa ſi quidem ab auctore ipſo epiſtola docet profeſſione monachum & ſeptuaginta annos natum, cum hæc ſcriberet, fuiſſe. Deinde cum Landerico papæ opus inſcribat, facile apparet Landericum illum Pariſiorum epiſcopum fuiſſe, qui Cledoveo Dagoberti filio rege claruit circa annum æræ Chriſtianæ* DCLX. *Nulli quippe alii Gallicarum epiſcopi hoc nomine reperiuntur Landerici Pariſienſis tempore, neque multis poſt annis. Tum papæ nomen omnibus epiſcopis paſſim tribui ſolitum ſub prima regum Francorum dynaſtia notum eſt: quod licet ſub ſecunda aliquatenus ſit rarius, certe uſitatum reperitur. Accedunt & aliæ certiſſimæ conjecturæ ex totius libri lectione, quibus permulta occurrunt, quæ vix poſſunt ad aliud tempus referri, & plane Merovingorum ſæculum redolent. Quis enim cum majorum domus non ſemel repetitam mentionem adverterit, non continuo deprehendat eo tempore Marculſum ſcripſiſſe, quo majores domus vice regia omnia regni negotia pertractabant, imo vero ſub alieni nominis ſpecie imperabant? quod a Dagoberto cœpiſſe ſcriptores notant. Omitto Patricios ſæpius nominatos, quos ſub Carolinis raro aut nuſquam reperiri a doctis obſervatum eſt. Alia ſunt infinita indicia, quæ cordatus lector facile animadvertet. In qua autem civitate MAR-*

A *CULFUS vixerit, ex qua ſit oriundus, aut cujus cœnobii monachus extiterit, nobis plane incompertum eſt. Quod ſi divinare liceret, ſuſpicarer eum in aliquo Pariſienſis diœceſis monaſterio regulariter vixiſſe, cum Landerico Pariſiorum antiſtiti librum ſuum inſcribat. Quidquid ſit, utiliſſimus certe auctor eſt, &c. quæ compte atque erudite de eodem perſequitur V. C.* ANNO CHRISTI 667.

Quibus veluti jactis fundamentis probabili admodum conjectura ductus, certe citra meram divinationem, contendo MARCULFUM illum formularum editorem doctiſſimum eumdem eſſe cum eo, qui olim abbatiæ ſancti Auſtregiſili de Caſtro in ſuburbiis Bituricæ civitatis (quæ a pluribus ſæculis ablegatis monachis in collegiatam, ut vocant, eccleſiam primum ſub decanis, tum ſub prioribus tranſiit) Præfectus ac moderator extitit, cujuſque meminit auctor vitæ ejuſdem ſanctiſſimi præſulis Auſtregiſili in hæc verba: *Cum eſſet memoratus Dei homo cum ſancto Ætherio epiſcopo in quadam villa in Janavenſe territorio ſuper * lacum, erat haud procul, &c. Auſtregiſilus voluit miſſas in illa baſilica celebrare,* (* Lemanum intelligit.)
B *& quia deerat aqua, qua & manus lavaret, & in ſacrificium miſceret, dixit adminiculo ſuo MARCULFO eo tempore LECTORI, poſtea etiam ABBATI in baſilica ubi corpus ipſius BEATI conditum eſt. Require pauxillum aquæ ut hic celebremus miſſas. Qui cum quæſiſſet non invenit, &c.* quæ ex edita apud Surium ſancti illius vita ad diem Maji vigeſimum quivis haud ægre repetere poterit.

Hæc vero omnia quam recte ſe habeant, cohæreantque cum aſſerta a nobis veritate, ex iis quæ modo ſubjicientur, in proclivi erit intelligere. Contigerit certe hoc inſigne miraculum paulo ante annum Chriſti DC. aut ipſomet anno DCI. poſtquam a ſancto Echonio Mauriennate epiſcopo in ipſa Genevenſi urbe repertum fuiſſet Victoris martyris purpurati corpus miris virtutibus coruſcans, idque paulo ante obitum ſancti Ætherii Lugdunenſis Antiſtitis, quo adhuc ſuperſtite hæc peracta fuiſſe noſcuntur: objiſſe vero anno ſexto vel ſeptimo Theodorici Francorum regis hoc eſt anno DCI. aut ſequenti, eique ſucceſſiſſe Secundinum teſtantur Fredegarius Scho-
C laſticus in chronico & ex eo Aimoinus libri tertii capite xc. MARCULFUS porro hic noſter ſancti Auſtregiſili ſacerdotis adminiculus ac lector annos tum natus fuerit quindecim aut viginti. Poſt adminiſtratum deinde temporibus ſanctorum Auſtregiſili atque Sulpitii, necnon Vvolfoleni prædictum Bituricenſis Caſtri monaſterium, ingruentibus morbis, ac ſuadente ſenio, aliiſve de cauſis privatam depoſito magiſtratu vitam amplexus (quamquam nihil eſt quod hoc cogat profiteri, cum abbates ex animi demiſſione Chriſtiana nonnumquam ſe familiari monachi appellent nomine) has collegerit ſcripſeritve proprio Marte formulas, jam ſeptuagenario major, circa annum Chriſti DCLV. aut DCLX. eaſque, ſibi forte alias familiarius cognito, certe per ea tempora celeberrimo in Galliis LANDERICO Pariſiorum epiſcopo dedicarit.

Lumen huic noſtræ conjecturæ fidemque non omni ex parte ſubleſtam conciliabit, opinor, ipſius quoque MARCULFI ad Landericum epiſtola, cujus ἀντίγραφον
D quoddam huic diſſertationi intexere haud erit ingratum lectoribus veritatis ſtudioſis.

*Domino ſancto meritis beatiſſimo & apoſtolico ſemper honore ſuſcipiendo, omnique præconio laudis celebrando domino ac reverendiſſimo papæ LANDERICO MARCULFUS ultimus ac viliſſimus omnium monachorum. Utinam ſancte pater juſſioni veſtræ tam efficaciter quam ſpontaneo obtemperare valuiſſem, quia jam ſupra vires meæ poſſibilitatis conatus ſum injunctum a vobis ſubire negotium, cum fere ſeptuaginta aut amplius annos expleam vivendi: nec jam tremula ad ſcribendum manus eſt apta, nec ad videndum mihi oculi ſufficiunt caligantes, nec ad cogitandum ſufficit hebetudo.* Tum pluribus interjectis ſic concludit. *Ego vero hæc quæ apud majores meos juxta conſuetudinem loci quo degimus didici, vel ex ſenſu proprio cogitavi, ut potui, coacervare in unum curavi & capitula prænotavi; ut facilius quod voluerit & quærenti in antea ſcripto reperiantur.*

In qua ergo civitate vixerit jam adultus noſter ille Marculſus, habes, erudite lector, cujuſve fuerit mona-
E ſterii abbas, eumdem quoque ex Bituricenſi urbe aut regione oriundum, ac forte etiam ſancti Auſtregiſili conſanguineum docere videtur ejus ex Lugdunenſi urbe in Bituricenſem cum eodem ſanctiſſimo præſule ſuſcepta profectio. Atque huic non levi ni fallor conjecturæ indulſiſſe jam ſatis, ne ſi plura addam, aſſeveranter citraque dubium omne edicere videar, quod mihi aliud agenti veluti fortuito objectum ſolertiſſimis antiquarum rerum indagatoribus penſiculatius examinandum proponere dumtaxat inſtitui.

MAR-

ANNO CHRISTI 667.

## MARCULFI FORMULA I.
### DE PRIVILEGIO.

DOmino ſancto & in Chriſto venerabili fratri illi abbati, vel cunctæ congregationi monaſterii illius in honore beatorum illorum in pago illo conſtructi, ille epiſcopus. Compellit nos affectio caritatis veſtræ radio inflammante divino, illa pro veſtro quieti providere, quæ nobis maneant ad mercedem, & a recto tramite, inconvulſo limite terminari, quæ perennem deinceps propitiante domino obtineant firmitatem: quia non minor a domino retributio ſperatur futura pro ſucciduis contemplante temporibus, quam ad præſens munera pauperibus B offerente. Et ne nobis aliquis detrahendo æſtimet in id nova decernere carmina, dum ab antiquitus juxta conſtitutionem pontificum, per regalem ſanctionem monaſteria ſanctorum Lirinenſis, Agaunenſis, Luxovienſis, vel modo innumerabilia per omne regnum Francorum ſub libertatis privilegium videntur conſiſtere, ſed pro reverentia ſanctorum, beatorumque omnium fratrum implendo juſſa, cuſtodiendo præcepta, obedientiam propalabo. Quid vero vos, vel ſucceſſores veſtri, ſancto ſuadente Spiritu deinceps cuſtodiatis, immo ſanctæ illius eccleſiæ epiſcopus debeat adimplere, huic paginæ credidimus inſerendum. Hoc eſt, ut de veſtra congregatione qui in veſtro monaſterio ſancta de- C beant bajulare officia, quum Abbas cum omni congregatione popoſcerit, a nobis vel a ſucceſſoribus noſtris ſacros percipiat gradus. Nullum pro ipſorum honore præmium percepturus, altare in ipſo monaſterio prædictus epiſcopus benedicat, & ſanctum chriſma annis ſingulis, ſi voluerint poſtulare, pro reverentia loci ſine pretio concedat, & juxta diſpenſationem divinam cum abbas de ipſo monaſterio a domino migraverit, quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex ſemetipſis optimæ regulæ comparatum, & vitæ meritis congruentem, ſimiliter ſine præmio memoratæ urbis epiſcopus ipſe promoveat abbatem. Nullam penitus aliam poteſtatem in monaſterio, neque D in rebus, neque in ordinandis perſonis, neque in villabus, ibidem jam conlatis, aut deinceps regio munere, aut privatorum conlaturis, vel in reliqua ſubſtantia monaſterii, nos ſucceſſoreſque noſtri epiſcopi, aut archidiaconi ſeu ceteri ordinatores, aut quælibet alia perſona prædictæ civitatis habere non præſumat: aut quodcumque de eodem monaſterio, ſicut de parochiis aut ceteris monaſteriis, muneris cauſa audeat ſperare, aut ferre. Nec de hoc quod a dominum timentibus hominibus tranſmiſſum, aut in altario offertum fuerit, aut in ſacris voluminibus vel quibuſcumque ſpeciebus ad ornatum divini cultus pertinet, aut præſens conlata vel deinceps conlatura fuerint, auferre præ- E ſumat. Et niſi rogatus a congregatione illa, vel abbate, pro oratione lucranda, nulli noſtrum liceat monaſterii adire ſecreta, aut finium ingredi ſepta: & ſi ab eis illuc pontifex poſtulatus pro lucranda oratione vel eorum utilitate, acceſſerit, celebrato ac peracto divino myſterio, ſimplici ac ſobria benedictione percepta, abſque ullo requiſitu domo ſtudeat habere regreſſum. Ut quatenus monachi, qui ſolitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce domino per tempora exultare, & ſub ſancta regula viventes, & beatorum patrum vitam



A ſectantes, pro ſtatu eccleſiæ, & ſalute regis, vel patriæ, valeant plenius dominum exorare. Et ſi aliquid ipſi monachi, de eorum religione tepidi, aut ſecus egerint, ſecundum eorum regulam ab eorum abbate, ſi prævalet corrigantur. Sin autem pontifex de ipſa civitate coercere debet, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quicquid domeſticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur. Si quis autem ex nobis, quod Deus avertat, calliditate commotus, aut cupiditate præventus, ea quæ ſunt ſuperius comprehenſa, temerario ſpiritu violare præſumpſerit, a divina ultione proſtratus, reatu anathematis ſubjaceat, & tribus annis a communione omnium fratrum ſe noverit alie- B num. Et nihilominus hoc privilegium perpetim maneat incorruptum. Quam conſtitutionem noſtram, ut firmis ſubſiſtat vigoribus, & nos & fratres noſtri domini epiſcopi ſubſcriptione & manibus noſtris decrevimus roborari. Actum ibi, ſub die illo, anno illo.

ANNO CHRISTI 667

## II. CONCESSIO REGIS AD HOC
### PRIVILEGIUM.

ILle rex, viris apoſtolicis, patribus noſtris, necnon & inluſtribus viris, illi comiti, vel omnibus agentibus, præſentibus & futuris. Oportet enim clementiam principalem, ut inter ceterorum petitiones ſacerdotibus debeat beni- C gnum accommodare auditum, & quod pro timore divini nominis poſtulatur, ponatur proculdubio ad effectum, ut fiat in mercedem conjunctio, dum pro quiete ſervorum Dei congrua impetitur portio, quia fides perfecta non dubitat ad altiſſimi gratiam pertinere, quod ſecundum ſacra elogia præcipue domeſticis fidei devota mente impenditur, quia ſcriptum eſt. *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum*. Ergo dum & ille epiſcopus, aut abbas, aut inluſter vir, monaſterium in honore illius, in pago illo, aut ſuper proprietate, aut ſuper fiſco, noſcitur ædificaſſe, ubi ad præſens ille abbas, vel turba plurima monachorum adunata eſſe noſcuntur: ad petitionem illius cle- D mentia noſtra, pro quiete ipſorum ſervorum Dei, perceptionem vigoris noſtri placuit propalare, ſub quo tranquillitatis ordine, domino protegente ipſi monachi juxta religionis normam perpetim valeant reſidere, eligimus, ut & hac ſerie debeat plenius declarari, quia nihil de canonica inſtitutione convellitur, quicquid domeſticis fidei, per tranquillitatis pacem conceditur. Nec nobis aliquis detrahendo æſtimet id nova decernere carmina, dum ab antiquis juxta conſtitutionem pontificum per regalem ſanctionem monaſteria ſanctorum illorum, vel cetera in regno noſtro ſub libertatis privilegium videntur conſiſtere, ita & præſens valeat Deo adjutore conſtare. Ergo, ſi quid in villabus, E mancipiis, vel reliquis quibuſcumque rebus, atque corporibus, aut regio munere, aut ſupra ſcripti illius, vel a quibuslibet eſt delegatum, aut deinceps fuerit additum, juxta quod ab illo pontifice vel ceteris domnis epiſcopis ad præfatum monaſterium juxta quod eorum continet privilegium, quod nobis præfatus ille protulit recenſendum, ſancitum eſſe cognovimus, nullus epiſcoporum ut diximus, nec præſens, neque ſi fuerint ſucceſſores ſeu archidiaconi, vel eorum ordinatores, vel quælibet perſona, poſſit quocumque ordine de loco ipſo auferre, aut aliquam poteſtatem ſibi in ipſo monaſterio, præ-

ANNO CHRISTI 667.

ter id quod ſcriptum eſt, adaugere, vel aliquid A
per commutationis titulum minuere, aut de
miniſterii ornamentis, vel de altari, vel de of-
fertione in altario inlata abſtollere, nec ad
ipſum monaſterium vel cellulas ejus, niſi tan-
tum pro lucranda oratione ( illud ipſum, ſi
ſuerit, cum voluntate abbatis, vel ejus congre-
gationis ) abſque diſpendio eorum aliter acce-
dere penitus non præſumat. Quo facilius ſe-
cundum delegationis votum, vel hujus ſeriei
auctoritatem, ad ipſum monaſterium abſque ui-
lius inquietudine, ibidem cuncta proficiant in
augmentis. Adjicentes, ut nulli penitus judi-
cum, vel cuilibet hominum licentia ſit, de re-
bus præſati monaſterii, abſque voluntate eo-
rum ſervorum Dei, in aliquo iniquiter defrau- B
dari, aut temerario ſpiritu ſuis uſibus uſurpa-
re. Ne, quod primitus eſt, & Dei iram in-
currat, & noſtram offenſam, vel a fiſco grave
damnum ſuſtineat. Illud nobis pro integra
mercede noſtra placuit addendum, ut tam quod
ex noſtra largitate, quam delegatione ipſius,
vel ceterorum, aut cujuslibet, ibidem eſt aut
fuerit devoluta poſſeſſio, quoque tempore, nul-
la judiciaria poteſtas, nec præſens, nec ſucci-
dua, aut ad cauſas audiendum, aut aliquid exa-
ctandum, ibidem non præſumat ingredi, ſed
ſub omni emunitate hoc ipſum monaſterium
vel congregatio ſua ſibimet omnia freda con-
ceſſa debeant poſſidere. Et quicquid exinde fiſ-
cus noſter, forſitan de eorum hominibus, aut
ingenuis, aut ſervientibus in eorum agris com-
manentibus, vel undecumque poterat ſperare,
ex indulgentia noſtra, in luminaribus ipſius
ſancti loci, vel ſtipendiis ſanctorum Dei, tam
nobis in Dei nomine viventibus, quam per
tempora ſuccicidentibus regibus, & pro merce-
dis compendio, debeant cuncta proficere, ut
pro æterna ſalute, vel felicitate patriæ ſeu re-
gis, conſtanter delectet ipſis monachis, im-
menſam domini pietatem jugiter implorare.
Quod præceptum decreti noſtri, Chriſto in
omnibus ſuffraganti, ut firmior habeatur, &
perenniter confirmetur ſubſcriptione manus no-
ſtræ, infra ſtuduimus confirmari.

# CONCILIUM TREVIRENSE

*Quo immunitas conceditur monaſterio Vallis Galilææ in Lotharingia a S. Deodato Nivernenſi epiſcopo fundato, Anno 667. circ. habitum.*

[illegible]

S. Deodatus in ſolitudinem Voſagi, quæ per C
confinia Alſatiæ, Burgundiæ ac potiſſimum
Lotharingiæ extenditur, ſeceſſerat, ibique cœ-
nobium, quod nunc Vallis Galilææ, olim Jun-
cturas dicebatur, fundaverat. Tum ad mona-
chorum quietem privilegia quædam impetratu-
rus Numerianum ( non vero Hidulphum ut in
vita ejus interpolata legitur ) Trevirenſem epi-
ſcopum adiit, qui in communi epiſcoporum
quorundam conſeſſu petentis vota complevit,
edito diplomate cui epiſcopi VI. ſubſcribunt.
Ejus diplomatis epitomen refert author vitæ
ejuſdem viri ſancti, ſed cum opuſculum illud
interpolatum ſit ab aliquo Mediani Monaſterii
monacho, eoque potiſſimum ingerente anachro-
niſmis plurimis ſcateat, vix fidei quidquam epi- D
tome illa meruiſſet, niſi opportune accidiſſet,
ut vir eruditus Joannes Ruxæus a ſecretis ec-
cleſiæ & capituli S. Deodati ( modo enim ad
canonicos ſæculares locus tranſiit ) diploma
ipſum reperiſſet, quod & publici juris fecit.
Diploma iſtud in primum Annalium ſuorum
Ordinis S. Benedicti volumen tranſtulit Mabil-
lonius pag. 640. edit. Lucenſ. ex quo hic da-
mus.

## PRIVILEGIUM NUMERIANI ARCHIEPISCOPI TREVIRENSIS PRO S. DEODATO.

*Dominis ſanctis & ſummi culminis apici ponti-*
*ficaliſque cathedræ ſpeculæ præſidentibus in Chri-*
*ſto fratribus, Chidulpho, Giſloaldo, Eborino epi-*
*ſcopis comprovincialibus, Numerianus archie-*
*piſcopus ſupplex & fidelis veſter præſumit mit-*
*tere ſalutem.*

Licet & nos antiquitus regulam conſtitutam
ſalubri obſervatione cuſtodire conveniat;
tamen ut veſtra proviſione fiat, conſtituimus,
ut quod ſacris deliberationibus non derogat,
intrepida obſervatione obſervetur. Et quia ve-
nerabilis vir Deodatus epiſcopus religioſa po-
ſtulatione aurium noſtrarum intima penetravit
viſcerale pietatis affectu, ita cor noſtrum in-
trinſecus mollivit, ut petita duntaxat non ce-
dere, ſed libentiſſime non impleſſe noſtris ani-
mis irreligioſum fore putare. Sancti igitur de-
ſiderii ardore ſuccenſus ſupra dictus Deodatus
epiſcopus cœnobii ſepta in honore ſanctæ Dei
genitricis Mariæ, vel ſanctorum apoſtolorum
Petri & Pauli, & ſociorum eorum, & ſancti
Mauricii, Exuperii & Candidi, vel ſociorum
eorum baſilicas intra eremi ſecretum locum,
nuncupante Galilæa, quod prius Juncturas vo-
cabatur, ſupra fluvios Murthæ & Raurobaccio,
in proprietate autem ſua, quam ex fiſci largi-
tate promeruit, monaſterium conſtruxit, ubi
monachos & peregrinos ſub regula beati Bene-
dicti, & ſancti Columbani abbatis collocavit,
& noſtræ utilitatis extremitatem ſupplici depre-
catione popoſcit, ut nos fratreſque noſtri illi
eccleſiæ ibidem deberemus privilegium imper-
tire. Et ne hoc nos improbæ deliberationis in-
ſtinctu ſacerdotalis poſteritas æſtimet decreviſ-
ſe, cum etiam ſub hujuſmodi norma tam de
inhabitationibus, quam a quibuſcumque ibidem
aliquid delegatum eſt, eatenus fuerit factum.
Inde ergo nos & fratres noſtri abbates & pres-
byteri & clerici, conſpiratione una & conſenſu
jam dicti viri poſtulationi annuentes, hoc ab
omnibus nobis decretum eſt, ut quidquid præ-
E dictis monaſteriis & monachis, ſub evangelica
religione viventibus, ab ipſo venerabili patre
Deodato epiſcopo & a reliquis chriſtianis viris
& feminis, aut regio munere, ſeu a quibusli-
bet hominibus ibidem collatum fuerit miniſte-
rii, & de ſacris voluminibus & quod propriis
laboribus poterint addere & multiplicare, aut
quæcumque ad ornatum noſcuntur ibidem per-
tinere præſentibus vitæ noſtræ temporibus, ſuc-
ceſſorumque noſtrorum nullus exinde aliquid
pontificum, abbatum, presbyterorum & clerico-
rum, ſeu & archidiaconorum, aut regalis ſu-
bli-

blimitas ſuis uſibus audeat uſurpare, aut minuere. Et cum ſæpe dictus Deodatus epiſcopus, qui eſt pater ipſius monaſterii, de hoc ſæculo evocatus, illum quem unanimiter omnis congregatio illa ex ſemetipſis optime regula compertum elegerit, ſeniorem & abbatem ſibi inſtituat; & ſi eis opportunum fuerit, eccleſiam benedicendam & ſacros ordines percipiendos a quocumque pontifice decreverint*, licentiam habeant expetendi: nulluſque de eodem monaſterio ſeu de parrochiis aut cæteris monaſteriis, abſque ulla regula & privilegiis viventibus, muneris cauſa audeat ſperare & auferre, & niſi invitatus ab abbate & totius unanimitatis congregatione, liceat ei monaſterii ipſius atterere ſepta. Si ergo ab eis pontifex communiter poſtulatus pro ipſorum utilitate acceſſerit, quod ipſe abbas, aut congregatio ſua ſancta elegerit, ita fiat; & celebratis ac peractis divinis myſteriis, mox abſque ullo requiſito dono ſtudeat abire: quatenus monachi, qui ſolitarii nuncupantur, de percepta quiete valeant juvante Domino per tempora exultare, & ſub ipſa ſancta regula viventes, beatorumque vitam patrum ſectantes, pro ſtatu eccleſiæ catholicæ & pro deſiderabili ſalute Childerici glorioſi principis plenius Dominum valeant exorare. Et ſi aliquid ipſi monachi quantulumcumque de religione indebite egerint, ſecundum ſupradictam regulam domni Benedicti, & ſancti Columbani abbatis, & a proprio objurgantur abbate. Et ſi, quod

A abſit, talis inter abbatem & monachos diſſenſio aliqua & murmur conſurgere videatur, qualis minime ab eodem abbate ibidem ſedari poſſit, tunc miſſus epiſcopus eorum ad alios abbates, qui hujuſmodi regulam teneant, conveniant in ipſo monaſterio, ſcandalumque deprimant ſententia regulari: quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domeſticis fidei pro quietate tranquillitatis tribuitur. Quod ſi quis inveniatur auſus, quæ ſuperius ſunt comprehenſa, temerario ſpiritu violare, a divina ultione proſtratus, reatui anathematis ſubjiciatur, & inſuper iram omnipotentis Dei incurrat omniumque ſanctorum. Ut ergo privilegium hoc in nullo poſſit convelli, ſed præ-

B ſenti tempore futuroque, Chriſto Domino protegente, incorruptum valeat perdurare, ac firmiſſimis ſubſiſtat vigoribus, manu noſtra & fratrum noſtrorum epiſcoporum & abbatum vel presbyterorum aut archidiaconorum ſubſcriptionibus roboratur, & inſuper fratribus noſtris venerabilibus viris, Blidoaldo presbytero, Achivo diacono, quo perpetuo maneat inviolatum, deſtinavimus ad confirmandum.

✠ Signum Numeriani archiepiſcopi, qui hoc fieri præceptum..... S. Dagrobodi epiſcopi, S. Grotcharii, S. Baldoni epiſcopi, S. Dodoni epiſcopi, S. Chroabaldi epiſcopi, S. Gariberti archidiaconi, S. Prodagii epiſcopi. Ego Filbertus rogatus ſcripſi.

ANNO CHRISTI circ. 670.

# SYNODUS SENONENSIS

## XXX. EPISCOPORUM.

### Tempore Clotarii III. regis Francorum Chriſtianiſſimi.

*In qua ſubſcriptum fuit privilegium immunitatis monaſterio S. Petri Vivi.*

CLarius monachus, auctor chronici abbatiæ S. Petri Vivi Senonenſis, hujus rei teſtis eſt pag. 706. Tomi II. Spicilegii R. P. Lucæ Dacherii Benedictini hiſce verbis: *Anno* DCLXXV. *tranſiit ad Chriſtum Emmo Senonum archiepiſcopus, ſepultuſque eſt in baſilica beati Petri Vivi. Hic privilegium libertatis una cum comprovincialibus epiſcopis, monachis ſancti Petri ſynodaliter*

C *fecit, temporibus Clotharii regis & Baltechildis matris ejus. In quo conventu fuerunt antiſtites glorioſi S. Audoenus archiepiſcopus Rotomagenſis, & S. Faro epiſcopus Meldenſis, ſanctuſque Eligius Noviomenſis epiſcopus, & S. Amandus* * *Tregetenſium epiſcopus cum aliis triginta epiſcopis.* Hæc ille paucis: qui rem admodum gratam feciſſet haud dubie lectoribus, ſi privilegium illud integrum una cum ſubſcriptionibus præſulum qui interfuerant, poſteritatis memoriæ commendaſſet.

* Trajectenſium.

Ex Labbei Appen d. tom. 6.

## IDEM CONCILIUM EX PETRO DE LA LANDE

### V. C. in Supplementis Conciliorum Galliæ.

S*Ynodi hujus nobis eſt auctor Clarius in Chronico, ejuſdem ſancti Petri Monachus, qui loquens de morte ſancti Emmonis Senonum Archiepiſcopi, hæc de illo refert;* Hic privilegium &c. * *Privilegium autem non extat. Rurſus & nomen & epocham concilii congruenter huic Clotarii an-*

D *no adſcribimus, tum quod hac ætate ſimilia ſint privilegia pleraque monaſteriis conceſſa, quoque adhuc ſupra dicti vixerint epiſcopi; tum quod honoris cauſa Emmo in provinciæ metropolim opportunius illos congregavit.*

* Immo extat & ſtatim dabitur. Manſi

## AD CONCILIUM SENONENSE

### ADDITIO.

Ex Suppl. Manſi p. 103.

COncilii hujus, cujus ſola mentio extat apud Clarium in chronico abbatiæ S. Petri Vivi Senonenſis, acta ſuperſunt apud Mabillonium, primo quidem in Annalium to. I. lib. 14. §. 63. ubi literas recitat Emmonis Se-

E nonenſis Epiſcopi ab epiſcopis aliis approbatas, dataſque anno III. Clotarii, die 7. Kal. Septembris. Aliud itidem extat ejuſdem Emmonis privilegium pro monaſterio S. Petri Vivi in ſuburbanis Senonenſis urbis, quod privilegium

ANNO CHRISTI circ. 670

gium datum Clotarii anno tertio, ipſæ ſunt A
literæ a Clotario indicatæ, quas in ſynodo ex-
peditas idem ſcriptor aſſerit. Has vero lite-
ras idem Mabillonius integras vulgavit in actis
SS. ordinis S. Benedicti ſæc. 3. to. 2. pag.
613. Utramque chartam utpote in eodem con-
cilio vel ſcriptam vel confirmatam hic exhibeo.

## PRIVILEGIUM EMMONIS SENONENSIS EPISCOPI PRO MONASTERIO S. COLUMBÆ.

*Dilectiſſimo in Chriſti amore honorabili fratri Ago-
ni abbati, & omnium fratrum congregationi
conſiſtentium in baſilica, ubi ſancta Columba,
& beatus Lupus pontifex ſub oppidum Senonis* B
*civitate requieſcunt in corpore, cui ſuperna diſ-
penſatione præeſt, Emmo divino munere, ac ſi
indignus, ſanctæ Senonicæ Eccleſiæ epiſcopus.*

DUm te, diligende in Chriſto frater, tuoſ-
que fratres tantus ardor cœleſtis ſuccenſos
habere videtur, ut ſecundum patrum regulam,
& evangelicam auctoritatem atque apoſtolicam
traditionem vivere diſponatis, ita ut, juxta
normam apoſtolicorum actuum, nullus ſibi mo-
nachus ullo unquam tempore peculiare in re-
bus maximis vel minimis appetat aut vindicet,
nec ſuum proprium dicere præſumat, ſed ſint
illis in cunctis omnia communia. Pro qua re
petis ab extremitate noſtra, ut tibi privilegium C
in jam dicto monaſterio, manus noſtræ ſub-
ſcriptione, & fratrum ſacerdotumque noſtrorum
roboratum, donemus. Quam petitionem ſan-
ctitas tua, venerabilis frater, noverit libentiſ-
ſime velle me tibi præſtare: dum conſtet, ni-
hil eccleſiaſticæ præjudicare regulæ, quidquid
domeſticis, pro amore divino, impenditur fidei:
quia monachi ſub abbatis regimine regulariter
viventes. ſemper fuerunt a conditionibus cle-
ricorum ſegregati ac liberi. Et ſi quis hoc ma-
nifeſtius cognoſcere appetit, legat concilium
Carthaginenſe ſub ſanctæ recordationis Boni-
facio ejuſdem civitatis eccleſiæ pontifice, vel
ejus conſacerdotibus celebratum; necnon jam
dicti pontificis ad ſenem Liberatum epiſtolas: D
& in brevi animadvertet, omnia ſemper mona-
ſteria, in quibus regulariter vivitur, libera fuiſ-
ſe a conditionibus clericorum. Nam & præcla-
rus doctor eccleſiæ Auguſtinus in libro de mo-
ribus clericorum probat ſui juris monaſteria
eſſe debere. Sed & in his provinciis plura alia
regalia monaſteria tam antiquiore tempore,
quam nuper conſtructa a pontificibus, in quo-
rum territoriis condita ſunt, gratia religionis
& caritatis privilegia acceperunt. In fine, ne
cuncta numerando in longum protraham ſer-
monem, pauca & præcipua vel vicina ſufficiet
memorare antiqua, Lirinenſium, & Luxovien-
ſium, vel ad baſilicam beati Marcelli Cavillo-
no conſtructa, ſeu & monaſterium Resbacen- E
ſium, de quo nos nonnulla proximiore tem-
pore a pontificibus confirmata legimus. Ma-
neat ergo & hoc vobis veſtriſque poſteris pri-
vilegium, ob inſtitutionem monaſticam, ſive ob
quædam impedimenta reſeranda, omni ſtabili-
tate firmiſſimum: ita ut tam monachi, quam
omnia quæ præfati monaſterii ſunt vel quæ al-
tario offeruntur, in abbatis ejuſdem monaſterii
poteſtate conſiſtant. Abba Deo & regulæ plena
ſit devotione ſubjectus: monachi vero poſt
Deum abbati ſuo propter Deum vera humili-
tate ſubjaceant. Ille cogitet pro ſe illiſque Deo

A ſe rationem redditurum: iſti credant de ſubje-
ctione ſua a Chriſto recepturos mercedem:
Abbas nunquam niſi de eadem congregatione
vel regula. cum alius præſentem vitam finierit,
inſtituatur. Ille ſane inſtituatur, quem omnis
ejuſdem monaſterii congregatio bene regulam
ſcientem uno animo elegerit. Quod ſi de ea-
dem congregatione talis non fuerit inventus,
qui fratrum curam ſuſcipiat, de alio monaſte-
rio, eamdem, quam illi tenent, regulam tenen-
te, licentiam habeant expetendi abbatem ipſi
monachi. Quamvis enim in jure poſſeſſionis no-
ſtræ non ſit idem monaſterium, noſtræ tamen
auctoritatis eſt & canonicæ diſpenſationis, una
cum regali conſenſu, id ordinandi. & hujuſ-
B modi privilegia monaſteriis conſtituendi: qua-
tenus monachi privilegiis epiſcoporum undique
muniti, ſoli Deo famulari & ſub quiete & tran-
quillitate in ſuo cœnobio valeant conſervari.
Et illud huic privilegio placuit adnecti, ut ſi
quis, quod nec futurum eſſe credo, ſi ullus
pontificum, ſuperſtitumque noſtrorum, ea, quæ
ſuperius ſunt decreta, vel comprehenſa, non
valere, aut quantuluncumque violare voluerit,
ſeveriſſimum omnipotentis Dei judicium incur-
rat, & lepra Naaman, quam Giezi cauſa cupi-
ditatis promeruit, ſuper ipſum deſcendat, ac
cum Juda vindictæ obnoxietur perpetuæ: & in-
ſuper tam præſentis quam futuræ eccleſiæ com-
munione privetur, & ſub anathemate in æter-
C num maneat condemnatus: ut privilegium pro
pace vel tranquillitate, vel defenſione ſervorum
Dei, tam pro præſenti, quam pro futuro tem-
pore, pleniſſima devotione factum, quod circa
monaſterium, a religioſo fratre noſtro antefato
Agone Abbate inſtructum, volo manere firmiſ-
ſimum, & manus meæ ſubſcriptione roboratum,
ac fratribus & conſacerdotibus meis, ideſt do-
minis epiſcopis, ſubſcriptionibus trado roboran-
dum. ✠ Emmo epiſcopus ſubſcripſi. † Joan-
nes epiſcopus peccator hoc privilegium ſub. ✠
Aunemundus peccator conſentiens ſubſ. ✠ In
Chriſti nomine Chaondius epiſcopus Viennenſis
eccleſiæ ſervulus conſentiens ſubſ. ✠ Vulfoleu-
dus peccator ſubſ. ✠ Audoenus peccator hoc
D privilegium conſentiens ſubſ. ✠ Chrodovertus
peccator hoc privilegium conſentiens ſubſ. ✠ In
Chriſti nomine Gauciobertus peccator Carnoti-
næ urbis epiſcopus hoc privilegium conſentiens
ſubſ. ✠ Carlefredus peccator hoc privilegium
conſentiens ſubſ. ✠ Canderis Lugdunenſis ec-
cleſiæ epiſcopus conſentiens ſubſ. ✠ Bertoaldus,
ac ſi peccator, Tricaſienſis epiſcopus hoc privi-
legium conſentiens ſubſ. ✠ Bertarius, ac ſi
peccator, epiſcopus eccleſiæ Santonicæ, hoc pri-
vilegium conſentiens ſubſ. ✠ In Chriſti nomi-
ne Berecharius, ac ſi peccator, epiſcopus hoc
privilegium conſentiens ſubſ. ✠ Burgundofarus
in Chriſti nomine, ac ſi peccator, epiſcopus
hoc privilegium ſubſ. † In Chriſti nomine Eli-
E gius epiſcopus ſubſ. † In Chriſti nomine ego
Adebertus, ac ſi peccator, epiſcopus hoc pri-
vilegium ſubſ. † Leodebaudus peccator Nebar-
nenſium epiſcopus hoc privilegium ſubſ. † Amle-
charius in Chriſti nomine, ac ſi peccator, epi-
ſcopus hoc privilegium conſentiens ſubſ. † Ber-
tefredus Ambianis urbis epiſcopus conſentiens
ſubſ. † Drucfredus in Chriſti nomine hoc pri-
vilegium conſentiens ſubſ. † Hincho Leſogium
urbis epiſcopus ſubſ. † In Chriſti nomine.....
ac ſi peccator, epiſcopus hoc privilegium ſubſ.
† In Chriſti nomine Conceſſus epiſcopus Dor-
reti conſentiens ſubſ. † Deocarus Antipolita-
næ

ANNO CHRISTI circ. 670.

næ eccleſiæ epiſcopus conſentiens ſubſ. † In Chriſti nomine Chariocaudus, ac ſi peccator, epiſcopus hoc privilegium conſentiens ſubſ. † In Chriſti nomine Ragnobertus, ac ſi indignus Auguſtodunenſis eccleſiæ epiſcopus conſentiens ſubſ. † Boſo in Dei nomine obtulit & ſubſcripſit. Datum ſub die ſeptimo Kalendas Septembres, anno tertio regnante Domno Chlothario glorioſo rege.

## EJUSDEM PRIVILEGIUM ALIUD PRO MONASTERIO S. PETRI VIVI SENONENSIS.

*Dominis ſanctis & ſummi culminis apicem pontificatus cathedra ſpecula præſidentibus in Chriſto fratribus Senonicæ civitatis comprovincialibus Chrodoberto, Farone, Bertoaldo, Audoeno, Gauzberto, Eligio, Emmo peccator ſupplex veſter in Domino præſumit mittere ſalutem.*

LIcet nos antiquæ regulæ conſtituta ſalubre obſervatione cuſtodire conveniat, tamen utile proviſione tractantes id conſtituemus, ut quod ſacris deliberationibus non derogat, intrepida obſervatione ſervetur. Et quia vir venerabilis Aghilenus abba una cum fratribus ſecum conſiſtentibus de monaſterio ſancti Petri & Pauli, quem domna Thodechildis regina quondam ſuo opere conſtruxit, vel ipſa ibidem ſuum videtur habere ſepulchrum, ſub oppidum Senonis civitate, religionis ſuggeſtionis poſtulatio noſtrarum quippe aurium intima penetravit, quæ in viſcerale pietatis affectu ita cor intrinſecus ſuæ petitionem molivit, ut petita non concedere, aut certe libentiſſime non implere, noſtræ dumtaxat animæ in religioſo fore potarent. Sancto igitur deſiderio ſuccenſis ſub regula beati Benedicti & modo Luſovienſis Monaſterii devota mente & integra devotione deliberant conſiſtere, noſtræ velocitatis extremitate ſupplicæ deprecationis petitionem popoſcerent, ubi nos fratribuſque noſtris Senonicæ eccleſiæ nobis ſub die congregatio libentiſſimo impertiret. Licet ſancta Carthaginenſis ſynodalis domni Auguſtini epiſtola jubeat abbates monachoſque eorum libertatis privilegium, ut nec ullo poteſtatis vinculo ab epiſcopis detinere, ſed locis quibus ſe propriæ monachi deliberationis inſtitutionis · cum etiam ſub hujus regulæ diſciplina ſanctorum Agaunenſium locum, immoque monaſteria Lirinenſis, Luxovienſis, vel baſilica domni Marcelli, de inhabitatoribus libertatem, quam a quibuſque ibidem derelictum eatenus fuiſſe ſancitum, & nunc a ſuccedentibus cuſtoditur, conſpiratione conſenſu antedicti viri poſtulationem ſanctæ religionis ſublibentiſſime annuentis ita ab omnibus, ut quæ prædicta baſilica vel monachos ipſo monaſterio ſub Evangelica libertate religionem viventibus ab ipſo viro vel regio munere ſeu a quibuslibet Chriſtianis in agris, mancipiis, miniſterio, ſacris voluminibus, vel quibuſcumque ſpeciebus, qui ad ornatum divinæ cultum pertinere noſcuntur, aut cæteris rebus conlata vel deinceps collatura ſunt, præſentis vitæ noſtræ temporis ſeu ſucceſſorum noſtrorum nullus ſibi exinde aliquid clericorum aut pontificum, vel regalis ſublimitas ſuis uſibus uſurpare aut minorare præſumat. Altare vero tantum in ipſo monaſterio & tabula benedicetur, ſi defuerit, Epiſcopus Senonicæ in Dei nomine benedicat cum ſancta criſma annis ſingulis pro reverentia ſanctorum ſine præmium muneris cauſa concedat. Et quod in ipſo altario fuerit in Dei nomine oblatum, vel ad ipſum monaſterium ad quemcumque Deo inſpirante tranſmiſſum, nihil ſibi exinde Pontifex audeat vindicare. Et cum abba ille fuerit de hoc ſæculo evocatus, quem unanimiter omnis congregatio illa monachorum ex ſemetipſis optima regula compertum eligerent, a nobis vel ſucceſſoribus noſtris abſque ullo commodo ſecundum ſanctos canones ordinetur, & reliquos gradus clericorum ſine aliqua exceptione, juxta quod electio docet, conſtituemus conſecrare: nullam aliam in monaſterio poteſtatem, neque in rebus, neque, ut diximus, in perſonis, quandiu ſub ſancta regula ipſe abba vel ipſi monachi ſeu ſucceſſores eorum vixerint, ſupradictus epiſcopus, archidiaconus, aut quælibet perſona alia habere præſumat. At quodcumque de eodem monaſterio ſicut de parrochiis aut cæteris muneris cauſa audeat donare vel auferre. Et niſi rogitus a congregatione ipſa vel abbate, nulli noſtrorum audeat adire ſecreta aut feminium ſepta: ut quatenus monachi ſolitarii nuncupantur, de perfecta quiete valeant duce Domino per tempora & ſub antedicta regula viventes, & ſanctorum patrum vitam ſectantes, pro ſtatu eccleſiæ & ſalute regis, vel patriæ valeant exorare. Et ſi aliter ipſi monachi de eorum religione tepide egerint, ſecundum regulam ipſius domini Benedicti, & ſancti Columbani ab eorum abbate; aut ſi ipſe neglexerit & ipſis abbatibus, qui regulariter vivunt, corrigantur, & ipſa integritate Deo adjuvante ſervetur, & ſub eo, ut diximus, privilegium eaque libertate, qua antedicta monaſteria monachis noſtris, ut dictum eſt, futuriſque temporibus ſubſiſtant. Et quia nihil de canonica authoritate convelletur, quidquid a domeſticis fidei tranquillitatem pacis tribuetur. Quod ſi quis calliditate aut cupiditate præventus viſus fuerit, ea quæ ſunt ſuperius comprehenſa, temerario ſpiritu violare, annum a communione omnium fratrum ſe noverit alienum: & nihilominus hoc privilegium Chriſto protegente perpete maneat incorruptum. Quam etiam conſtitutionis noſtræ definitionem, manus noſtræ ſubſcriptionibus roboratam, per fratres noſtros & conſervos abbates perpetuis temporibus valituram, ut robuſtior maneat, vobis vel ceteris deſtinavimus inſuper confirmandam ſtipulatione ſubnexa. Actum Manſolaco curte dominica anno tertio regni domini noſtri Clotarii regis.

Emmo epiſcopus.
Joannes peccator hoc privilegium conſenſit.
Unemundus hoc privilegium conſenſit.
Eodaldus epiſc. hunc privilegium conſentiens.
Bertaldus peccator hunc privilegium conſentiens.
Leoboldus epiſcopus.
Amicharius in Chriſti nomine, ac ſi peccator, epiſcopus hunc privilegium conſenſit.
In Chriſti nomine Gautiobertus epiſcopus hunc privilegium conſentiens.
Hughierius peccator hunc privilegium conſentiens.
Chrodobertus peccator hunc privil. conſ.
Burgundoſarus in Chriſti nomine, ac ſi indignus epiſcopus, hunc privilegium conſ.
Maurinus peccator hunc privilegium conſ.
Bertofridus epiſcopus peccator Ambianis urbis conſ.

Big.

Biggo peccator Luxogius urbis epiſcopus.

In Chriſti nomine Bercharius, etſi peccator, epiſcopus.

In Chriſti nomine Conceſſus peccator, epiſcopus Ebrocini conſ.

Hecherius peccator hunc privil. conſ.

In Chriſti nomine Momolenus, ac ſi peccator, epiſcopus hunc privil. conſ.

Bigvvaldus peccator hunc privilegium conſ.

In Chriſti nomine Lupus epiſcopus conſentiens hunc privilegium conſ.

A Gaudemundus peccator hunc privilegium conſentiens.

Deocharius peccator ſerviens conſ.

In Chriſti nomine Gyroindus, ac ſi peccator, conſentiens.

In Chriſti nomine Druſio, ac ſi peccator, hunc privilegium conſ.

In Chriſti nomine ego Audebertus, ac ſi indignus epiſcopus hunc privilegium conſentiens.

In Chriſti nomine Ragnobertus ac ſi indignus epiſcopus conſ.

ANNO CHRISTI 670.

# CONCILIUM AUGUSTODUNENSE

## SANCTI LEODEGARII AUGUSTODUNÆ

Civitatis epiſcopi circa annum Chriſti DCLXX. Adeodati Papæ II. Theodorici regis IV. *

IN antiquiſſima collectione canonum, e bibliotheca eccleſiæ Andegavenſis, producuntur titulo XLIV. qui eſt de monachis & monaſteriis, canones aliquot ex hac ſynodo, qui omnes ad diſciplinam monaſticam ſpectant, inſcribunturque canones Auguſtodunenſes S. Leodegarii epiſcopi. Neque tamen univerſi eo loco deſcribuntur, ſed quibuſdam prætermiſſis, hi dumtaxat qui ſequuntur

### CANONES AUGUSTODUNENSES

### S. LEODEGARII EPISCOPI.

I.

Primus titulus hic eſt monaſticæ diſciplinæ, ut abbates vel monachi peculiare non habeant; & monachi ab abbate victum & veſtitum conſuetum accipiant.

V.

Sic par[illegible] cap. 100. Ut compatres nullus eorum audeat habere.

VI.

Ut in civitatibus non inveniantur. Quod ſi cauſa utilitatis monaſterii, cum literis abbatis ſui ad archidiaconum civitatis ſcriptis dirigantur.

VIII.

Ut abbati ſuo ac præpoſito ſint obedientes.

X.

Ut nullus familiaritates extranearum mulierum præſumat habere; & qui inventus fuerit, ſeverius corrigatur. Ut mulieribus in monaſterium monachorum nullatenus ingredi liceat.

Statuimus atque decernimus, ut nullus monachum alterius, abſque permiſſu ſui abbatis præſumat retinere: ſed cum B inventus fuerit vagans, ad cellam propriam revocetur, ibi juxta culparum merita coercendus.

XV.

De abbatibus vero vel monachis ita obſervare convenit, ut quidquid canonicus ordo vel regula S. Benedicti edocet, & implere & cuſtodire in omnibus debeant. Si enim hæc omnia fuerint legitime apud abbates vel monaſteria conſervata, & numerus monachorum Deo propitio augebitur, & mundus omnis per eorum orationes aſſiduas * malis ca- * omnibus C crebis contagiis.

Sint monachi omnes omnino obedientes, ſint frugalitatis decore pollentes, in opere Dei ferventes, orationi inſtantes, in caritate perſeverantes: ne propter negligentiam, aut inobedientiam, hoſte circumeunte ac rugiente & quærente quem devoret, cibus efficiantur. Sit eis cor unum, & anima una. Nemo ſuum aliquid eſſe dicat, ſed ſint eis omnia communia. In commune laborent, hoſpitalitatis omnino ſint receptores.

Quiſquis autem hæc a nobis Deo præ- D cipiente dictata in confirmationem regularem monachorum tentaverit aliqua tranſgreſſione caſſare, ſi abbas eſt, anno uno ei communionis poteſtas ſuſpendatur; ſi præpoſitus, annos duos; ſi monachus, aut fuſtibus verberetur, aut a communione, & miſſa & caritate, annos tres ſuſpendatur. Juſtum enim eſt, ut ſubripienda * vitiorum ſemina falce juſtitiæ reſecentur; ne dum ſimulatione * continentiæ nutriuntur, ita ſilveſcant, ut nec ſecuribus excidantur.

* ſubrepentia * cohibeantur

Ad

* In Teſtamento S. Leodegarii mentio fit conventus 54. Epiſcoporum Chriſtiaci anno Theoderici tertio habiti, quo proculdubio hoc innuitur Auguſtodunenſe Concilium. Hinc Mabillonius in epiſt. data 4. Auguſti 1701. has duas Epochas conciliari poſſe putat, ſi dicatur iſtud concilium incepiſſe anno Theoderici tertio, quo S. Leodegarius ſuum condidit teſtamentum, terminum vero eſſe ſortitum anno Theoderici quarto, ut hic aſſeritur. Verum neque tertius, neque quartus Theodorici annus nequeunt cum anno Chriſti 670. copulari, cum Theodericus anno tantum Chriſti 673. Childerico fratri ſucceſſerit. Ad annum igitur Chriſti 676. vel 77. hoc Concilium differendum.

ANNO CHRISTI 670.

Ad Auguſtodunenſem præterea ſancti Leodegarii ſynodum referendus videtur Canon, qui in altera collectione canonum e bibliotheca ſancti Benigni Divionenſis, atque in aliis citatur, appellaturque primus canon Auguſtodunenſis, his verbis:

## CANON.

Si quis presbyter, diaconus, ſubdiaconus, vel clericus, ſymbolum, quod inſpirante ſancto Spiritu apoſtoli tradiderunt, & fidem ſancti Athanaſii præſulis irreprehenſibiliter non recenſuerit, ab epiſcopo condemnetur.

B

## ADDITIO AD CONCILIUM Auguſtodunenſe.

Ex Labbei Append. tom. 6.

AD canones ſupra editos alium addit Petrus de la Lande V. C. ex collectione canonum, quæ eſt in bibliotheca Thuana; qui cum ibi XIV. appelletur, ex eo conſtat plures olim fuiſſe quam qui nunc extant, nec ad monaſticam diſciplinam omnes pertinuiſſe. Fuiſſe autem a S. Leodegario Auguſtodunenſi epiſc. dictatos, patet ex duobus hujuſce collectionis indicibus, quorum prior continet capitula canonum Græcorum & Latinorum, in cujus fine A ſunt hæc verba. *Can. Auguſtodunenſium ſancti Leodegarii epiſcopi*. Poſterior autem index ſic habet, *epiſcopi qui hos canones dictaverunt*, quorum nomina deſiderantur. Et ad calcem hujus legitur, *Conſenſu, & confirmatio domini Leodegarii epiſcopi Auguſtidunenſis*.

ANNO CHRISTI 670.

## Canon Auguſtodunenſis.

## XIV.

Sæculares vero, qui Natale Domini, Paſcha, Pentecoſten non communicaverint, inter catholicos non habitent. Nullus presbyter confertus cibo, aut crapulatus vino, ſacrificia contrectare, aut Miſſas facere præſumat: quod ſi quis præſumpſerit, amittat honorem. Mulieres ad altare ingredi non oportet.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium Auguſtodunenſe.*) In codice Bonavallis, itemque in Andegavenſi, Divionenſi & aliis, qui elenchos exhibent epiſcoporum, quot numero in ſingulis ſynodis fuerint, & canones ediderint, poſtremo loco hæc leguntur: *Conſenſus domni Leodegarii epiſcopi Auguſtodunenſis. Ego Leodegarius, ac ſi peccator epiſcopus, cum conſenſu fratrum meorum pollicitis ſumus, & perpetualiter placuit obſervandum*. Quæ ſubſcriptio videri poteſt ad concilium hoc noſtrum pertinere.

# ☞ AD CONCILIUM AUGUSTODUNENSE *EMENDATIO*.

Ex Mansi Sup. p. 495.

CL. Mabillonius in Annalibus Benedictinis C lib. XVI. §. XXXVII. concilii hujus variantes quaſdam lectiones ex MS. codice Einſildenſi affert, quæ cum prætermiſſæ ſint in Labbeo-Veneta editione, & magni ſint momenti, ideo huc transferendas cenſui. In canone XV. pro eo quod editi præferunt: *quidquid canonicus ordo vel regula S. Benedicti edocet*; codex ille legit: *Canonum ordo vel regula, &c.* Recte ille quidem, nam *canonicus ordo & regula Sancti Benedicti* phraſes ſunt, nonniſi poſt concilium Aquiſgranenſe, in quo canonici eccleſiarum collegiatarum communem vitæ ſocietatem ſub certa regula agere juſſi ſunt, uſitatæ. Altera lectio ſuppeditatur in eodem canone XV. quo pœnæ in monachos canonum illorum D tranſgreſſores ſtatuuntur; ita legitur in editis: *Si monachus, a communione & miſſa annos tres ſuſpendatur*; in codice vero ita recte corrigitur: *A communione & menſa*. Hæc utique lectio Mabillonio ipſo judice ſana eſt.

De hoc ipſo concilio Auguſtodunenſi ita olim diſſerui in notis ad Pagium ad A. 663. 5. Synodum hanc Auguſtodunenſem ad annum 677. pertinere ſuſpicor, nec aliam eſſe reor ab illa, cujus mentio eſt in vulgato S. Leodegarii teſtamento; ſicuti neque aliam deſignari puto Synodum in diplomate autographo Theodorici, de quo ex Mabillonio Pagius ad A. 677. 8. Id autem paulo diligentius diſcutiendum eſt. Vulgatum Sancti Leodegarii teſtamentum ge- E nuinum eſſe quidem, ſed corruptos ferre temporis characteres probat Mabillonius in Annalibus lib. V. num. 36. In eo vero ait vir Sanctus teſtamentum illud ſuum condidiſſe in concilio quinquagintaquatuor epiſcoporum præſentibus *Principibus noſtris*, ideſt ut Mabillonius ibidem exponit, Theodorico & Dagoberto. Ex quibus intelligimus inter utrumque regem pacem tunc conciliatam fuiſſe. Porro pax inter duos illos reges nulla fuiſſe videtur in Gallia ante annum 677. ut Pagius ad eundem annum num. 7. & 8. demonſtrat. Conſtat autem ex diplomate autographo Mabillonii, ut videre licet apud Pagium loco ſupra laudato, eo pariter anno 677. medio Septembri dum pax eſſet in Gallia, compertam quamdam Gallorum præſulum ſynodum habitam fuiſſe pro *ſtatu eccleſiæ & confirmatione pacis*, quæ verba denotare videntur eidem concilio plurimos Galliarum epiſcopos conveniſſe, ut de ratione conciliandæ utrinque pacis tractarent. Igitur ſynodus hæc ipſiſſima cenſeri poteſt ac ſuperior illa, cujus S. Leodegarius in ſuo teſtamento meminit. Repugnare his videtur locus habiti concilii, qui locus in teſtamento appellatur *Chriſtiacus*, in diplomate vero *Marlacus*. Sed forte ſicut mendoſi ſunt characteres chronologici ejuſdem teſtamenti, ita & mendoſe loci nomen expreſſum eſt, ac pro *Chriſtiaci*, legendum eſt *Marlaci*, ſeu forte *Marliaci*; cum præſertim ubi locorum Chriſtiacus fuerit nemo norit, teſte Mabillonio loco citato. Hoc ipſum autem concilium forte Auguſtodunenſe appellatum fuit, quod ejus canones S. Leodegarius Auguſtodunenſis facile direxerit.

Profecto concilium illud, de quo in teſtamento S. Leodegarii, unum idemque cum Auguſtodunenſi fuiſſe ſenſit pariter nobiſcum auchor adnotationis ſubjectæ editionis conciliorum Veneto Labbeanæ tom. VII. col. 550. lenſit & Mabillonius loco ſupra laudato, ubi poſtquam

quam egiſſet de concilio in teſtamento deſignato, ſubdit: *Forte eodem in loco eodemque tempore habita eſt ſynodus Auguſtodunenſis dicta; quæ forte non aliam ob cauſam Auguſtodunenſis dicta eſt, quam quod agente in primis Leodegario Auguſtodunenſi epiſcopo ejus canones conditi ſunt.* His ergo ſtantibus Auguſtodunenſis ſynodi epocha figenda eſt anno 677. Theodorici regis anno V. ineunte, medio ſeptembri.

Hæc olim mihi probabiliſſima viſa ſunt, nec forte deerunt, qui me recta conjectatum judicarint; nunc vero maturius re diſcuſſa, arbitror fieri quidem potuiſſe ut Auguſtodunenſis ſynodus ipſiſſima judicaretur cum ea, de qua in teſtamento S. Leodegarii fit mentio; ſed aliam plane cenſendam eſſe ab ea quæ in diplomate Theodorici commemoratur. Hæc enim poſterior ſynodus ipſa cenſeri poteſt ſynodus in villa Regia habita, cujus acta brevi compendio perſtringit Urſinus in vita S. Leodegarii epiſcopi Auguſtodunenſis; diploma enim ſignatur anno V. Theodorici, qui cum anno 677. vel 678. componitur, quo eodem anno habita eſt ſynodus in villa Regia paulo ante obitum Leodegarii celebrata; obiit enim vir ſanctus anno 678. Cum igitur poſtremæ huic ſynodo S. Leodegarius minime adſuerit, licet eo venerit invitatus, teſte Urſino, non eſt cur ejus ſynodi acta & teſtamentum a S. viro condita cenſeantur. Alioqui vero conſtat Auguſtodunenſis ſynodi acta S. Præſuli ex veteri traditione adſcribi. Hæc de ſynodo ipſa; nunc pauca de ejus quem ſubjeci canone.

Burchardus in ſua canonum collectione lib. 19. cap. 74. canonem affert ex Concilio Eduenſi ſeu quod idem eſt Auguſtodunenſi Can. V. Ille vero quamquam acceptus ex Concilio S. Leodegarii ibidem non legitur, cum tamen ad nullum aliud referri commode poſſit (neque enim ante Burchardum ullum aliud legitur Auguſtodunenſe Concilium) ideo huc referendum non immerito cenſui. Ivo quidem, & ex eo Labbeus, canonem quintum Auguſtodunenſem S. Leodegarii plane ab hoc Burchardiano diverſum affert; ſed apud iſtos decretorum collectores in ſignando canonum numero non ſemel erratum conſtat.

## EX CONCILIO EDUENSI

Can. V.

SI qui altario Domini deſerviunt, ſi ſubito flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente digne pœnituerint, itaut mortificato corpore cordis contriti ſacrificium Domino offerant; maneat in poteſtate pontificis vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere; vel deſidioſos prolixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare. Ita tamen ut ſic officiorum ſuorum loca recipiant, nec poſſint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod ſi iterato, velut canes ad vomitum, reverſi fuerint, & velut ſues in volutabris emerſi jacuerint, non ſolum dignitate officii careant, ſed etiam ſanctam communionem nonniſi in exitu percipiant.

ANNO CHRISTI 673

# CONCILIUM HERUDFORDIÆ,

ANNO CHRISTI 673

## CELEBRATUM XXIV. DIE MENSIS SEPTEMBR.

Anno Chriſti DCLXXIII. indictione prima, & ſub initio primi anni Lotharii regis Cantii, præſidente Theodoro Cantuariæ, alias Doroberniæ archiepiſcopo.

*In quo ea quæ a patribus tranſmarinis canonice ſunt antiquitus decreta, cuſtodienda hic ab Anglis decernuntur, decem vero præcipue.*

Bed. lib. 4. cap. 5.

ANno tertio regis Egfridi Theodorus cogit concilium epiſcoporum, una cum eis qui canonica patrum ſtatuta diligerent & noſſent, magiſtris eccleſiæ pluribus. Quibus pariter congregatis, diligenter ea quæ unitati pacis eccleſiaſticæ congruerent, eo quo pontificem decebat animo, cœpit obſervanda docere. Cujus ſynodicæ actionis hujuſmodi textus eſt.

In nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, regnante in perpetuum ac gubernante eccleſiam ſuam eodem domino noſtro Jeſu Chriſto, placuit convenire nos, juxta morem canonum venerabilium tractaturos de neceſſariis eccleſiæ negotiis. Convenimus autem die XXIV. menſis Septembris, indictione prima, in loco qui dicitur Herudford. Ego quidem Theodorus, quamvis indignus, ab apoſtolica ſede deſtinatus Dorovernienſis eccleſiæ epiſcopus, & conſacerdos ac frater noſter reverendiſſimus Biſi orientalium Anglorum epiſcopus, quibus etiam frater & conſacerdos noſter Vvilfridus Nordanhumbrorum gentis epiſcopus per proprios legatarios adfuit. Adfuerunt & fratres & conſacerdotes noſtri Putta epiſcopus caſtelli Cantuariorum, quod dicitur Rothſcheſter, Lutherius epiſcopus occidentalium Saxonum, Vinfridus epiſcopus provinciæ Merciorum. Cumque in unum convenientes juxta ordinem quique ſuum reſediſſemus:

Rogo, inquam, dilectiſſimi fratres, propter timorem & amorem Redemptoris noſtri, ut in commune omnes pro noſtra fide tractemus, ut quæque decreta ac diffinita ſunt a ſanctis ac probabilibus patribus, incorrupte ab omnibus nobis ſerventur. Hæc & alia quamplura, quæ ad caritatem pertinebant, unitatemque eccleſiæ conſervandam proſecutus ſum. Cumque expleſſem prolocutionem, interrogavi unumquemque eorum per ordinem, ſi conſentirent ea quæ a patribus canonice ſunt antiquitus decreta cuſtodire. Ad quod omnes conſacerdotes noſtri reſpon-

Decreta & canones ſanctorum patrum ab omnibus tenenda ſuſcipiuntur

ANNO CHRISTI 673.

pondentes dixerunt: Optime omnibus placet, quæque definierunt ſanctorum canones patrum, nos quoque omnes alacri animo libentiſſime ſervare. Quibus ſtatim protuli eumdem librum canonum, & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaveram: quia maxime nobis neceſſaria ſciebam, illis coram oſtendi, & ut hæc diligentius ab omnibus ſuſciperentur rogavi.

## CAPITULA.

I.

*De paſcha.* Ut ſanctum diem paſchæ in commune omnes ſervemus dominica poſt decimam quartam lunam primi menſis.

II.

*De epiſcopis.* Ut nullus epiſcoporum parochiam alterius invadat, ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis.

III.

*De monaſteriis.* Ut quæque monaſteria Deo conſecrata nulli epiſcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quidquam de eorum rebus violenter abſtrahere.

IV.

*De monachis epiſcopis.* Ut [1] epiſcopi monachi non migrent de loco ad locum, hoc eſt, de monaſterio ad monaſterium, niſi per dimiſſionem proprii abbatis, ſed in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuæ converſionis promiſerunt.

V.

*De clericis.* Ut nullus clericorum relinquens proprium epiſcopum, paſſim quolibet diſcurrat, neque alicubi veniens abſque commendatitiis literis ſui præſulis ſuſcipiatur. Quod ſi ſemel ſuſceptus eſt, & noluit invitatus redire, & ſuſceptor, & is qui ſuſceptus eſt, excommunicationi ſubjacebit.

VI.

*De epiſcopis & clericis peregrinis.* Ut epiſcopi atque clerici peregrini contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato, nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale abſque permiſſu epi-
A ſcopi, in cujus parochia eſſe cognoſcitur, agere.

VII.

*Synodi bis in anno.* Ut bis in anno ſynodus congregetur: ſed quia diverſæ cauſæ impediunt, placuit omnibus in commune, ut Kalendis Auguſti in loco qui appellatur Cloſeshooh ſemel in anno congregetur.

VIII.

*Epiſcoporum locus.* Ut nullus epiſcoporum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis
B ſuæ.

IX.

*Epiſcoporum numerus.* In commune tractatum eſt, ut plures epiſcopi creſcente numero fidelium augerentur, ſed de hac re ad præſens ſilemus.

X.

*De conjugio.* Pro conjugiis, ut nulli liceat niſi legitimum habere connubium. Nullus inceſtum faciat, nullus conjugem propriam, niſi ut ſanctum evangelium docet, fornicationis cauſa, relinquat. Quod ſi quiſquam propriam expulerit conjugem legi-
C timo ſibi matrimonio conjunctam, ſi Chriſtianus eſſe recte voluerit, nulli alteri copuletur; ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur conjugi.

*Subſcriptiones, & datum.* His itaque capitulis in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum deinceps ab aliquo noſtrum oriatur contentionis ſcandalum, aut alia præ aliis divulgarentur, placuit ut quæque diffinita ſunt, unuſquiſque noſtrum manus propriæ ſubſcriptione confirmaret. Quam ſententiam diffinitionis noſtræ Titillo notario ſcribendam dictavi, actum in menſe & indictione ſupra ſcriptis. Quiſquis igitur contra hanc ſententiam *Pœna in violatores.*
D juxta decreta canonum, noſtra etiam conſenſione ac ſubſcriptione manus noſtræ confirmatam, quoquo modo venire, eamque infringere tentaverit, noverit ſe ab omni officio ſacerdotali & noſtra ſocietate ſeparatum. Divina vos gratia in unitate ſanctæ eccleſiæ ſuæ viventes cuſtodiat incolumes.

# [2] CONCILIUM TOLETANUM XI.

*Innocentius papa in epiſtola ad Petrum Compoſtellanum vocat undecimum Toletanum conc. authenticum. Bambæ*

### NOVEM ET DECEM EPISCOPORUM,

In quo ſedium epiſcopalium diviſio facta eſt, anno quarto * Wambari regis, VII. Idus Novembris, anno redemptoris noſtri DCLXXV. tempore Adeodati Papæ. Eſt provinciale.

ANNO CHRISTI 675.

## TITULI CAPITULORUM.

I. *Ne tumultu concilium agitetur.*

II. *Non debere metropolitanum a confinitimorum inſtructione ceſſare.*

III. *Ut in una provincia diverſitas officiorum non teneatur.*

IV. *De diſcordia ſacerdotum.*

E V. *De compeſcendis exceſſibus ſacerdotum.*

VI. *Non debere ſacerdotes quaslibet in eccleſia familiis truncationes membrorum facere, nec aliquid quod morte plectendum eſt judicare.*

VII. *Quæ debeat diſcretio eccleſiarum rectoribus eſſe; ne per inconditam diſciplinam ſubeant homicidii notam.*

VIII.

1 Forte verius, ut in vita Theodori Cantuarien. ſæculo II. Benedict. pag. 1034. *Ut ipſi Monachi.* Harduinus.
2 Ex Iſidoro edidit Loaiſa; Harduinus contulit cum perampla Collectione Canonum mſ. collegii Pariſ. S. J.

ANNO CHRISTI 675.

VIII. *Ne quidquam præmii pro divinis ſacramentis accipiatur.* A

IX. *Quid cuſtodiri debeat, ne per præmium * epiſcopus fiat: vel qua ſententia feriatur is qui poſt honorem acceptum, per * præmium ordinatus fuiſſe detegitur.*

* quis epiſcopus.
* pecuniam

X. *Ut omnes pontifices, rectoreſque eccleſiarum, tempore quo ordinandi ſunt, ſub cautione promittant, quam juſtiſſime vivere debeant.*

XI. *De elucidatione antiqui canonis, quo præcipitur, ut ſi quis acceptam a ſacerdote eucharistiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur.*

XII. *Ne in confinio mortis pœnitens a reconciliatione diutine ſuſpendatur: & ut oblatio ejus qui pœnitens, nec tamen reconciliatus de hac vita exierit, ab eccleſia receptetur.* B

XIII. *De ſacerdotibus qui vexati cadere videntur.*

XIV. *Ut hi qui domino canunt atque ſacrificant, poſt ſe ſemper habeant adjutoria conſtituta.*

XV. *De inſtitutione certi temporis, quo concilium agitetur.*

XVI. *De relatione gratiarum pro conſummatione concilii.*

## PRÆFATIO.

Æra 711. habet chronicon generale æra 717. Vaſæus & Morales anno domini 675.

IN nomine ſanctæ Trinitatis, collectis in
unum Carthaginis provinciæ ſacerdotibus in
Toletana urbe, in beatæ matris domini Mariæ
virginis ſede, anno IV. excellentiſſimi & reli-
gioſi Vvambani principis, ſub die VII. Idus
Novembris, res votiva gaudii, & dies nimium
optatæ gratulationis occurrit, in quo nobis da- C
tum eſt conſpicere pariter & deflere, quid la-
crymarum de præteritis domino deberemus.
Eramus enim hucuſque prolabentis ſæculi col-
luvione inſtabiles, quia annoſa ſeries temporum
ſubtracta luce conciliorum, non tam vitia au-
xerat, quam matrem omnium errorum igno-
rantiam otioſis mentibus ingerebat. [1] Hactenus
enim florentem Domini vineam devaſtaverunt
apri frendentes: ſponſam Chriſti, quam ſui
pretioſiſſimi ſanguinis effuſione conciliavit, con-
ſputare, & polluere conata eſt hæreticorum ſub-
dola machinatio: & inconſutilem Domini ve-
ſtem dividere, unitatem fidei ſcindere, carita-
tis tollere fomenta; cum ſuo proprio pertina-
citer ſenſui volens inhærere, ſacræ ſcripturæ D
puritatem ſuæ pravitatis intelligentia profanat.
Præterea ſacroſanctam eccleſiam Dei vulnerant
etiam cuſtodes ejus; qui cum deberent ob di-
gnitatis excellentiam ceteros per ſuæ virtutis
imitationem provocare ad caritatis & unitatis
obſervantiam, tanquam ſal infatuatum potius
ſcandali, quam ædificationis dant materiam,
hinc cernentibus, quomodo Babylonicæ confu-
ſionis olla ſuccenſa, nunc tempora conciliorum
averteret, nunc ſacerdotes domini * de reſolu-
tis moribus irretiret. Purpuratæ enim meretri-
cis ſequebantur * invitamenta, quia eccleſiaſtici
conventus non aderat diſciplina, nec erat qui
errantium corrigeret partes, cum ſermo divinus
haberetur * extorris. Et quia non erat adunan- E
dorum pontificum ulla præceptio, creſcebat in
majus vita deterior. [2] b Cum tandem divina
nos clementia ex alto reſpiciens, & tempori
ætatis noſtræ ſe occurſuram præbuit & ſaluti,
præparans noſtris ſæculis religioſi principis men-
tem, devotam pariter, & inſtructam: cujus fer-
vidæ ſolicitudinis voto, & lux conciliorum
revocata reſplenduit, & alterna caritas ſe mu-

* [illegible]
* [illegible]
* [illegible]
* renovata

tuo in corrigendis vel inſtruendis moribus ex-
citavit, dum & aggregandi nobis, hortatu prin-
cipis religioſi, facultas eſt data, & opportuna
corrigendis præparata eſt diſciplina: ut qui de-
curſis longe ante temporibus poſt decem & octo
ſcilicet labentium annorum excurſum in unum
meruimus aggregari conventum, * mederi poſ-
ſemus ſpirituali gratia ſanitatum. Nec enim nu-
merus iſte alienus eſt a ſalute: ſic quippe mu-
lier illa in evangelio ter ſenis annorum excur-
ſibus curva, quæ figuram totius generis huma-
ni geſtabat, ſub ſacramento hujus numeri ſaluti
priſtinæ a ſalvatore donatur. Nos igitur per
tot annos curvi noſtri ordinis perſiſtente ſtatu,
in eo quod nulla nos conciliorum definitio
jungeret, nullus etiam conventus eccleſiaſtici
ordinis adunaret, tandem divinæ voluntatis im-
perio, & religioſi principis juſſu evocati, in
Toletanam urbem convenimus. Qui cum in ec-
cleſia beatæ virginis Mariæ debitis in ſedibus
locaremur, inter cetera, quæ ſubterius diſcreto
capitulorum ordine ſunt digeſta, non aliunde
primum cœpimus habere ſermonem, quam de
ſancta fidei puritate; ut quia initiandis ad bea-
tam vitam hominibus hæc prima eſt via ſalu-
tis, prævia quoque noſtris fieret & inſtitutis
pariter & præceptis. Unde ſacro hujus inſtru-
ctionis arcano ſanctorum patrum, Nicæni ſcili-
cet, Conſtantinopolitani, Epheſini, atque Chal-
cedonenſis conciliorum monita amplectentes,
per quæ & radicitus hæreticorum falſa * con-
cinnabula deſtruuntur, & fidei catholicæ * lim-
por evidens declaratur, hoc communi alterno-
que animorum judicio definimus, ut hanc ip-
ſam noſtræ fidei regulam verbis ſimplicibus ni-
teremur alternatim nobis ſingulariterque refer-
re: ita ut quidquid per triduum de hujuſmodi
quæſtionibus unicuique noſtrorum lectionis me-
moria miniſtraſſet, prout animis vel memoriæ
occurriſſet, * omnis ſub brevitatis compendio
ſimplici notaretur ſtylo: relatio tamen ipſius
ſacramenti pura & evidens a capite primum
inciperet, & ſic ad membra reliqua perveniret;
nullas obſcuritatis lineas in ſe habens, nullas
etiam inuſitatæ locutionis regulas continens;
ſed puritas ſola eſſet clara ſermonum, quæ poſ-
ſet * evidentem exprimere ſenſum; quod exer-
citatiores nos ad intelligendum redderet ver-
borum ſimplex collatio, quam relata condenſæ
lectionis inſtructio. Quia & revera tantæ * fi-
dei myſterium ita ſacerdotes Dei convenit noſ-
ſe, ut non ſuperficie verborum efferantur inco-
gniti, ſed ſenſibus ſane intelligentiæ reperian-
tur inſtructi: ut in * diſſerendo præcipue hujus
ſanctæ Trinitatis arcano plus evidentia quam
eloquentia eos efficiat ſaporatos: ſic enim &
divini muneris dono eſt actum, ut juxta votum
definitionis alternæ, promiſſio monſtraretur in
opere. Unde quod primo die præſidentis me-
tropolitani lingua profudit, die tertia omnium
noſtrorum vox ſingulatim collative repetiit. Iſte
ergo eſt tenor fidei noſtræ, qui & a capite co-
pioſe profluxit, & a membris * prolatus glorio-
ſe emicuit.

* Confitemur, & credimus ſanctam atque
ineffabilem Trinitatem, Patrem, & Filium, &
Spiritum ſanctum, unum Deum naturaliter eſſe
unius ſubſtantiæ, unius naturæ, unius quoque
majeſtatis atque virtutis. Et Patrem quidem
non

ANNO CHRISTI 675.

Decimum Toletanum coactum eſt æra 694 cui ſummam adde 18. efficies 712 & unum annum ultra, (nam inquit poſt decem & octo) efficies 713.

Luc. 13

* mereri poſſimus ſpirituali gratia ſanitatem

* conciliabula
* norma

* omnis ſub brevitatis comp

* evidentiam exprimere ſuam.

* vel

* diſſerendo

* probatus

* Profeſſio fidei

1 Hoc fragmentum edidit Harduinus ex mſ.
2 Fragmentum, quod hic inſerit Harduinus habes, infra ex Joverii collectione in notis Loaiſæ ad lit. b

ANNO CHRISTI 675.

non genitum, non creatum, ſed ingenitum profitemur: ipſe enim a nullo originem ducit, ex quo & Filius nativitatem, & Spiritus ſanctus proceſſionem accepit: fons ergo ipſe, & origo eſt totius divinitatis. Ipſe quoque * Pater eſt eſſentiæ ſuæ, qui de ineffabili ſubſtantia Filium ineffabiliter genuit; Deus Deum, lux lucem: ab ipſo eſt ergo omnis paternitas in cœlo & in terra. Filium quoque de ſubſtantia Patris ſine initiò ante ſæcula natum, nec tamen factum eſſe fatemur: quia nec Pater ſine Filio, nec Filius aliquando extitit ſine Patre: & tamen non ſicut Filius de Patre, ita Pater de Filio: quia non Pater a Filio, ſed Filius a Patre generationem accepit. Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, ſed non de Filio: Pater quidem Filii, non Deus de Filio: ille autem Filius Patris, & Deus de Patre; * æqualis tamen per omnia Filius Deo Patri: quia nec naſci cœpit aliquando, nec deſiit. Hic etiam unius cum Patre ſubſtantiæ creditur; propter quod & homouſios patri dicitur, hoc eſt, ejuſdem cum patre ſubſtantiæ creditur: ὁμὸς enim Græce unum, οὐσία vero ſubſtantia dicitur, quod utrumque conjunctum ſonat, una ſubſtantia. Nec enim de nihilo, neque de aliqua alia ſubſtantia, ſed de Patris utero, id eſt, de ſubſtantia ejus, idem Filius genitus vel natus eſſe credendus eſt. * Sempiternus ergo Pater, ſempiternus & Filius. Quod ſi ſemper pater fuit, ſemper habuit Filium, cui Pater eſſet: & ob hoc Filium de Patre natum ſine initio confitemur. Nec enim eundem Filium Dei, pro eo quod de Patre ſit genitus, defectæ naturæ portiunculam nominamus; ſed perfectum Patrem perfectum Filium ſine diminutione, ſine defectione genuiſſe aſſerimus, quia ſolius divinitatis eſt inæqualem Filium non habere. Hic etiam Filius Dei natura eſt Filius, non adoptione, quem Deus Pater nec voluntate, nec neceſſitate genuiſſe credendus eſt: quia nec ulla in Deo neceſſitas cadit, nec voluntas ſapientiam prævenit. Spiritum quoque ſanctum, qui eſt tertia in Trinitate perſona, unum atque æqualem cum Deo Patre & Filio credimus eſſe Deum, unius ſubſtantiæ, unius quoque eſſe naturæ: non tamen genitum vel creatum, ſed ab utriſque procedentem, amborum eſſe Spiritum. Hic etiam Spiritus ſanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur; nec aut ſi ingenitum dixerimus, duos Patres dicamus, aut ſi genitum, duos Filios prædicare monſtremur: qui tamen nec Patris tantum, ſed ſimul Patris & Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad ſanctificandam creaturam, ſed ſimul ab utriſque proceſſiſſe monſtratur; * quia caritas, ſive ſanctitas amborum agnoſcitur. Hic igitur Spiritus ſanctus miſſus ab * utriſque creditur; ſed minor a Patre & Filio non habetur: ſicut Filius propter aſſumptam carnem minorem ſe Patre & Spiritu ſancto eſſe teſtatur. Hæc eſt ſanctæ Trinitatis relata narratio: quæ non triplex, ſed Trinitas & dici & credi debet. Nec recte dici poteſt, ut in uno Deo ſit Trinitas, ſed unus Deus Trinitas. In relativis vero perſonarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, S. Spiritus ad utroſque refertur: quæ cum relative tres perſonæ dicantur, una tamen natura per ſubſtantiam creditur. Nec ſicut tres perſonas, ita tres ſubſtantias prædicamus, ſed unam ſubſtantiam, tres autem perſonas. Quando enim Pater eſt, non ad ſe, ſed ad Filium eſt: & quod Filius eſt, non ad ſe, ſed ad Patrem eſt: ſimiliter & Spiritus ſanctus, non ad ſe, ſed ad Patrem, & Filium relative refertur; in eo quod Spiritus Patris & Filii prædicatur. Item cum dicimus Deus, non ad aliquid dicitur, ſicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus ſanctus ad Patrem & Filium, ſed ad ſe ſpecialiter dicitur Deus. Nam & ſi de ſingulis perſonis interrogemur, Deum neceſſe eſt fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus ſanctus ſingulariter dicitur: nec tamen tres dii, ſed unus eſt Deus. Item & Pater omnipotens, & Filius omnipotens, & Spiritus ſanctus omnipotens ſingulariter dicitur; nec tamen tres omnipotentes, ſed unus omnipotens; ſicut & unum lumen, unumque principium prædicatur. Singulariter ergo, ut unaquæque perſona plenus Deus & totæ tres perſonæ, unus Deus confitetur & creditur: una illis vel indiviſa, atque æqualis Deitas, majeſtas, ſive poteſtas, nec minoratur in ſingulis, nec augetur in tribus: quia nec minus aliquid habet, cum unaquæque perſona Deus ſingulariter dicitur, nec amplius, cum totæ tres perſonæ unus Deus * enuntiatur. Hæc ergo ſancta Trinitas, quæ unus & verus eſt Deus, nec recedit a numero, nec capitur numero. In relatione enim perſonarum numerus cernitur; in divinitatis vero ſubſtantia quid numeratum ſit non comprenditur. Ergo hoc ſolum numerum inſinuant, quod ad invicem ſunt; & in hoc numero carent, quod ad ſe ſunt. Nam ita huic ſanctæ Trinitati unum naturale convenit nomen, ut in tribus perſonis non poſſit eſſe plurale. Ob hoc ergo credimus illud in ſacris literis dictum: *Magnus dominus noſter, & magna virtus ejus, & ſapientia non eſt numerus.* Nec quia tres has perſonas eſſe diximus unum Deum, eumdem eſſe Patrem, quem Filium, vel eum eſſe Filium, qui eſt Pater, aut eum, qui Spiritus ſanctus eſt, vel Patrem, vel Filium dicere poterimus. Non enim ipſe eſt Pater, qui Filius; nec ipſe * Filius qui Pater; nec Spiritus ſanctus ipſe, qui eſt vel Pater, vel Filius: cum tamen ipſum ſit Pater quod Filius; ipſum Filius, quod Pater; ipſum Pater & Filius quod Spiritus ſanctus: id eſt, natura unus Deus. Cum enim dicimus * non ipſum eſſe Patrem, quod Filium; ipſum Filium, quod Patrem; ipſum Spiritum ſanctum, quod Patrem & Filium, ad naturam, qua Deus eſt, vel ſubſtantiam pertinere monſtratur, quia ſubſtantia unum ſunt: perſonas enim diſtinguimus, non deitatem ſeparamus. Trinitatem igitur in perſonarum diſtinctione agnoſcimus; unitatem propter naturam, vel ſubſtantiam profitemur. Tria ergo iſta unum ſunt; natura ſcilicet, non perſona: nec tamen tres iſtæ perſonæ ſeparabiles æſtimandæ ſunt; cum nulla ante aliam, nulla poſt aliam, nulla ſine alia, vel extitiſſe, vel quidpiam operaſſe aliquando credatur: inſeparabiles enim inveniuntur, & in eo quod ſunt, & in eo quod faciunt: quia inter generantem Patrem, & generatum Filium, vel procedentem Spiritum ſanctum, nullum fuiſſe credimus temporis intervallum, quo aut Genitor Genitum aliquando præcederet, aut Genitus Genitori deeſſet, aut procedens Spiritus Patre, vel Filio poſterior appareret. Ob hoc ergo inſeparabilis & inconfuſa hæc Trinitas a nobis & prædicatur & creditur. Tres igitur perſonæ iſtæ dicuntur, juxta quod majores definierunt, ut agnoſcantur, non ut ſeparentur. Nam ſi attendamus illud quod ſcriptura ſancta dici

Margin notes:

* Pater eſſentia quidem ineffabilis ſubſtantiæ ſuæ Filium. *Epheſ.* 3.
* æqualis Deus per omnia Deo Patri,
* Sempiternus quoque eſt & Filius, quoniam & Pater.
Quod definitum eſt adverſus Elipandum in concil. Francoford.
* qui
* utriſque ſicut Filius creditur
Locus videtur ex Aug. ſup. Pſalm. 68. ſerm. 1.
* enunciamur
*Pſal.* 146.
* Filius qui Spiritus ſanctus, nec Spiritus ſanctus qui Pater,
Ita libri, ſed verius leges, dicimus nos. Hard.
Ex Aug. lib. de cognitione vera vitæ cap. 10 ... 9

ANNO CHRISTI 675.

dicit de ſapientia: *Splendor eſt lucis æternæ*: ſicut ſplendorem luci videmus inſeparabiliter inhærere, ſic confitemur Filium a Patre ſeparari non poſſe. Tres ergo illas unius ac inſeparabilis naturæ perſonas ſicut non confundimus, ita inſeparabiles nullatenus prædicamus. Ita nobis hoc dignata eſt ipſa Trinitas evidenter oſtendere, ut etiam * in his nominibus quibus voluit ſigillatim perſonas agnoſci, unam ſine altera non permittat intelligi: nec enim Pater abſque Filio cognoſcitur, nec ſine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipſa vocabuli perſonalis perſonas ſeparari vetat: * quas etiam, dum non ſimul nominat, ſimul inſinuat. Nemo * autem audire poteſt unumquodque illorum nominum, in quo non intelligere cogatur & alterum. Cum enim igitur hæc tria ſint unum, & unum tria, eſt tamen unicuique perſonæ manens ſua proprietas. Pater enim æternitatem habet ſine nativitate, Filius æternitatem cum nativitate, Spiritus vero ſanctus proceſſionem ſine nativitate. De his tribus perſonis ſolam Filii perſonam pro liberatione humani generis hominem verum ſine peccato de ſancta & immaculata Maria Virgine credimus aſſumpſiſſe: de qua novo ordine novaque nativitate eſt genitus: novo ordine, quia inviſibilis divinitate, viſibilis monſtratur in carne: nova autem nativitate eſt genitus, quia intacta virginitas virilem coitum neſcivit, & fœcundata per Spiritum ſanctum carnis materiam miniſtravit. Qui partus virginis, nec ratione colligitur, nec exemplo monſtratur: quod ſi ratione colligitur, * non poteſt eſſe mirabile; ſi exemplo, non erit ſingulare. Nec tamen Spiritus ſanctus Pater eſſe credendus eſt Filii; pro eo quod Maria eodem ſancto Spiritu obumbrante concepit: ne duos patres Filii videamur aſſerere, quod utique nefas eſt dici. In quo mirabili conceptu, ædificante ſibi ſapientia domum, *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*. Nec tamen verbum ipſum ita in carne converſum atque mutatum eſt, ut deſiſteret Deus eſſe, qui homo eſſe voluiſſet; ſed ita *Verbum caro factum eſt*, ut non tantum ibi ſit verbum Dei, & hominis caro, ſed etiam rationalis hominis anima; atque, hoc totum & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credimus eſſe naturas; unam divinitatis, alteram humanitatis: quas ita in ſe una Chriſti perſona univit, ut nec divinitas ab humanitate, nec humanitas a divinitate poſſit aliquando ſejungi. Unde perfectus Deus, perfectus & homo in unitate perſonæ unus, eſt Chriſtus: Nec tamen quia duas diximus in Filio eſſe naturas, duas * cauſabimus in eo eſſe perſonas; nec Trinitati quod abſit * accedere videatur quaternitas. Deus enim verbum non accepit perſonam hominis, ſed naturam, & in * æternam perſonam divinitatis temporalem accepit ſubſtantiam carnis. Ita cum unius ſubſtantiæ credamus eſſe Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria virgo genuerit, ſed tantummodo Filium, qui ſolus naturam noſtram in unitate perſonæ ſuæ aſſumpſit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operaſſe credenda eſt, quia inſeparabilia ſunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam ſervi accepit in ſingularitate perſonæ, non in unitate divinæ naturæ, in id quod eſt proprium Filii, non quod commune Trinitati: quæ forma illi ad unitatem perſonæ coaptata eſt (id eſt) ut Filius Dei, & filius hominis unus ſit Chriſtus. Item idem Chriſtus in duabus naturis, tribus extat ſubſtantiis; verbi, quod ad ſolius Dei eſſentiam referendum eſt; corporis & animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet igitur in ſe geminam ſubſtantiam divinitatis ſuæ, & humanitatis noſtræ. Hic tamen pro eo quod de Deo Patre ſine initio prodiit, natus tantum, (nam neque factus, neque prædeſtinatus accipitur) per hoc tamen quod de Maria virgine natus eſt, & natus, & factus & prædeſtinatus eſſe credendus eſt. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles: quia & de Patre ſine matre ante ſæcula eſt genitus, & in fine ſæculorum de matre ſine patre eſt generatus: qui tamen ſecundum quod Deus eſt creavit Mariam, ſecundum quod homo creatus eſt a Maria: ipſe & pater matris & filius. Item & per hoc quod Deus, eſt æqualis Patri; per hoc quod homo, minor eſt Patre. Item & major & minor ſeipſo eſſe credendus eſt: in forma enim Dei etiam ipſe Filius ſeipſo major eſt, propter humanitatem aſſumptam, * qua divinitas major eſt: in forma autem ſervi ſeipſo minor eſt, id eſt; humanitate, quæ minor divinitate accipitur. Nam ſicut per aſſumptam carnem non tantum a Patre, ſed a ſeipſo minor accipitur; ita ſecundum divinitatem * coæqualis eſt Patri: & ipſe & Pater major eſt homine, quem ſola Filii perſona aſſumpſit. Item in eo quod quæritur, utrum poſſet Filius ſic æqualis, & minor eſſe Spiritu ſancto, ſicut Patri nunc æqualis, nunc minor Patre creditur eſſe, reſpondemus: Secundum formam Dei æqualis eſt Patri & Spiritui ſancto, ſecundum formam ſervi minor eſt & Patre & Spiritu ſancto: quia nec Spiritus ſanctus, nec Deus Pater, ſed ſola Filii perſona ſuſcepit carnem, per quam minor eſſe creditur illis perſonis duabus. Item hic Filius a Deo Patre & ſpiritu ſancto inſeparabiliter diſcretus creditur eſſe perſona; ab homine autem * aſſumpta natura. Item cum homine unus extat perſona; cum Patre vero, & Spiritu ſanctus, natura divinitatis ſive ſubſtantia. Miſſus tamen Filius non ſolum a Patre, ſed ab Spiritu ſancto miſſus credendus eſt; in eo quod ipſe per prophetam dicit: *Et nunc dominus miſit me, & Spiritus * ſanctus*. A ſeipſo quoque miſſus accipitur; pro eo quod inſeparabilis non ſolum voluntas, ſed operatio totius Trinitatis agnoſcitur. Hic enim qui ante ſæcula unigenitus eſt vocatus, temporaliter primogenitus factus eſt: unigenitus propter deitatis ſubſtantiam, primogenitus propter aſſumptæ carnis naturam, in qua * ſuſcepti hominis forma, juxta evangelicam veritatem, ſine peccato * conceptus, ſine peccato mortuus creditur, qui ſolus pro nobis peccatum eſt factus, id eſt, ſacrificium pro peccatis noſtris. Et tamen paſſionem ipſam, ſalva divinitate ſua, pro delictis noſtris ſuſtinuit, mortique adjudicatus & cruci veram carnis mortem excepit: tertio quoque die virtute propria ſua ſuſcitatus, e ſepulcro ſurrexit. Hoc ergo exemplo capitis noſtri confitemur * vera fieri reſurrectionem carnis omnium mortuorum. Nec in aerea, vel qualibet alia carne (ut quidam delirant) ſurrecturos nos credimus, ſed in iſta qua vivimus, conſiſtimus, & movemur. Peracto hujus ſanctæ reſurrectionis exemplo idem dominus noſter atque ſalvator paternam aſcendendo ſedem repetiit, de qua nunquam per divinitatem diſceſſit.

Marginal notes: Sap. 7. — * In omnibus quibus — quæ etiam non ſimul nominat, ſimul inſinuat. — De hac phraſi ſupra diximus. — * non eſt mirabile; — Joan. 1 — Ibid. — * cauſabimur — * accidere — * æternam perſona — * quia — * qua eſt æqualis — * aſſumpto — Iſai. 48. — * ejus — * ſuſceptæ — * natus. — 2. Cor. 5. — * vera fide reſurr. — Hæreſis fuit Eutychii Conſtantinopolitani epiſcopi. Vide beatum Greg. mag. in cap. 19 Job.

Illic

ANNO CHRISTI 675.

Illic ad dexteram Patris ſedens, expectatur in finem ſæculorum judex omnium vivorum & mortuorum. Inde cum ſanctis omnibus veniet ad faciendum judicium reddere unicuique mercedis propriæ debitum; prout quiſque geſſerit in corpore poſitus, ſive bonum, ſive malum. Eccleſiam ſane catholicam pretio ſui ſanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Intra cujus gremium conſtituti unum baptiſma credimus & confitemur, in remiſſionem omnium peccatorum. Sub qua fide & reſurrectionem mortuorum veraciter & credimus, & futuri ſæculi gaudia expectamus. Hoc tantum orandum nobis eſt & petendum, ut cum peracto finitoque judicio tradiderit Filius regnum Deo Patri, participes nos efficiat B regni ſui; ut per hanc fidem qua illi inhæſimus, cum illo ſine fine regnemus. Hæc eſt confeſſionis noſtræ fides expoſita, per quam omnium hæreticorum dogma perimitur, fidelium corda mundantur; per quam etiam ad Deum glorioſe acceditur, cujus * ſacroſanctum ſaporem, ſub triduano dierum jejunio, continua relationum collatione * ructantes, ad ea quæ ſubnexa ſunt ſequenti die diſcernenda tranſivimus.

* ſancto ſapore.
* rotantes.

## CAPITULA.

### I.

* In loco benedictionis conſidentes domini ſacerdotes * nullis debent aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus * perturbari; * nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi, &, quod eſt deterius, obſtinatis * concertationibus tumultuoſas voces effundere. *Si quis enim* (ut apoſtolus ait) *putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, hujus vana eſt religio*. Cultum enim ſua juſtitia perdit, quod ſilentia judicii obſtrepentium turba confundit, dicente propheta: *Erit cultus juſtitiæ ſilentium*. Debet ergo quidquid D aut * contendentium collationibus agitur, aut accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima verborum relatione proferri, ut nec contentioſis vocibus * audientiam turbent, nec * judicantium vigorem de tumultu enervent. Quicumque ergo in conventu concilii hæc quæ promiſſa ſunt violanda crediderit, & contra hæc interdicta, aut tumultu, aut contumeliis, vel riſibus concilium perturbaverit, juxta divinæ legis edictum, quo præcipitur: *ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium*, & cum omni * confuſionis dedecore abſtractus a communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis ſententiam perferat.

* q. 4. In loco. Ivo par. 4. cap. 145. Anſelm. In principio.
* nullus debet.
* perturbare;
* nullius
* diſceptationibus
Jacob. 1.
Iſa. 32.
* conſidentium conſultationibus
* ſenſus audientium turbent.
* judicii
Proverb. 22.
dedecore de confeſſione

### II.

¹ Quantum quis præcelſi culminis obtinet locum, tanto neceſſe eſt præcedat ceteros gratia meritorum; ut in eo quod præſidet ſingulis, ſingulariter ornetur eminentia ſanctitatis habens ſemper in ore gladium veritatis, & in opere effi- A cientiam luminis: *ut, juxta Paulum, potens ſit exhortari in doctrina ſana, & contradicentes revincere*. Nos proinde noſtri ordinis gradum, vel ſuſcepti regiminis modum magnopere cogitare debemus: ut qui officium prædicationis ſuſcepimus, nullis curis a divina lectione privemur. Nam quorumdam mentes pontificum ita * corporis otio a lectionis gratia ſecluduntur, ut quid doctrinæ ſubditis exhibeat gregibus, non inveniat præco mutus. Inſiſtendum ergo ſemper erit majoribus, ut quos ſub regiminis ſui cura B tuentur, fame verbi Dei perire non ſinant. Sic metropolitanis in confinitimos, ceteroſque eccleſiaſticis ordinibus deditos; ſic confinitimis in commiſſo ſibi religioſorum numero vigilandum eſt, qualiter neſcientia talium divinæ legis traditionibus imbuatur: ita ut indeſinenti ſolicitudine prælatus quiſque ſubditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoſcat, aut neſcientiam ſine arrogantia inſtruat. Placuit ergo de talibus, juxta inſtituta Toletani concilii hoc ſpecialiter definire, ut aut ſponte ſumant intentionem neceſ- C ſariam perdiſcendi, aut a majoribus ad lectionis exercitia cogantur inviti.

Tit. 1.
* corporis
Can. 8.

### III.

De his qui contra apoſtoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic ſancto concilio, aut metropolitanæ ſedis auctoritate coacti uniuſcujuſque provinciæ * pontifices, rectoreſque eccleſiarum, unum eumdemque in pſallendo teneant modum; quem in metropolitana ſede cognoverint inſtitutum; nec aliqua diverſitate cujuſque ordinis, vel officia a metropolitana ſe patiantur ſede disjungi. Sic enim juſtum eſt, ut inde unuſquiſque ſumat regulas magiſterii, unde honoris conſecrationem acceperit, ut, juxta majorum decreta, ſedes, quæ unicuique ſacerdotalis mater eſt dignitatis, ſit & eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Abbatibus ſane indultis officiis, quæ juxta voluntatem ſui epiſcopi regulariter illis implenda ſunt, cetera officia publica, id eſt, * veſperam, matutinum, ſive miſſam aliter quam in principali eccleſia celebrare non liceat. Quiſquis autem E horum decretorum violator extiterit, ſex menſibus communione privatus, apud metropolitanum ſub pœnitentiæ cenſura permaneat corrigendus: qualiter apud illum, & præteritæ tranſgreſſionis culpam lacrymis diluat, & neceſſariam officiorum doctrinam ſtudioſe addiſcat. Sub iſta ergo regula diſciplinæ, non ſolum metropolitanus totius ſuæ provinciæ pontifices vel ſacerdotes aſtringat; ſed etiam ceteri epiſcopi ſubjectos ſibi eccleſiarum rectores his obtemperare inſtitutionibus cogant.

Epheſ. 4. Diſtinct. 12. De his qui de hac etiam re eſt in conc. Tol. IV cap. 2 dictum ejus
* veſperas

### IV.

ANNO CHRISTI 671

## IV.

a Sicut omnis qui diligit fratrem ſuum * ex Deo, ita omnis qui odit proximum ex diabolo eſt; dilectione enim ſola diſcernitur, quis ex quo genitus approbetur, dicente Joanne: *In hoc manifeſti ſunt filii Dei, & filii diaboli: omnis qui non facit juſtitiam, non eſt de Deo, & qui non diligit fratrem ſuum. Quoniam hæc eſt annunciatio quam audiſtis ab initio, ut diligamus alterutrum.* Et poſt paululum: *Omnis qui odit fratrem ſuum homicida eſt: & ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.* Ecce homicida eſſe B probabiliter declaratur, qui a fraterna ſocietate dividitur: nam etſi manus non moveat ad occidendum, pro eo tamen * quia immitis eſt ad ignoſcendum, jam a Deo homicida tenetur. Vivit ille, & iſte jam interfector eſſe convincitur. Cum igitur his præceptis beatus apoſtolus conſona prædicatione concordet dicens: *Non occidat ſol ſuper iracundiam veſtram, & nolite locum dare diabolo*; relatæ ſunt nobis quorumdam ſacerdotum perſonæ in tantam obſtinationis efferbuiſſe diſcordiam, ut non ſolum illos ab ira C occaſus ſolis non revocet, ſed nec annoſa quidem tranſactio temporum ad bonum caritatis reclinet: quippe in quorum cordibus ita ſol juſtitiæ Chriſtus occubuit, ut ad lumen caritatis redire vix poſſint. Horum igitur, & ſimilium diſcordantium fratrum oblationes, b juxta antiqui canonis definitionem, nullo modo recipiendas eſſe cenſemus. De perſonis tamen * diſcordantium id ſpecialiter definitione præcipimus, * ut antequam eos reconciliatio veri innectat, D nullus eorum accedere ad altare domini audeat, vel gratiam communionis ſanctæ percipiat: ſed, geminato tempore, per pœnitentiam compenſabunt quod diſcordiæ ſervierunt. Quod ſi unus eorum, alio contemnente, ad ſatisfactionem caritatis cucurrerit; ex eo tempore, ut pacificus intra eccleſiam recepietur, ex quo ad concordiam feſtinaſſe convincitur; ſententia tamen ſuperiori ſervata, ut tempus, quod quiſque in ira expendit, geminatum in pœnitentiæ ſatisfactione perſolvat.

* ex Deo natus eſt;
a 1. Joan. 3.
ibid.
* quia nititur ad occidendum
Epheſ. 4.
b Conc. Carth. IV. cap. 93.
* diſcordantibus
* ut eos ante reconciliationem veram in ecclesiam quam ullus

## V.

Nullis vita præſulum perturbari debet exceſſibus motionum: quia valde indignum eſt, ut qui throni Dei vocantur, levi motione turbentur: & qui debent eſſe arca juſtitiæ, ipſi efficiantur ſeminarium litis atque rapinæ. a *Quando ergo hujuſmodi*, juxta apoſtolum, *irreprehenſibiles erant*, qui non ſolum reprehenſibilia faciunt, ſed mortifera potius & execranda committunt? Relati enim nobis ſunt quiA dam ex ſacerdotibus, quod omni gravitate ſacerdotalis ordinis prætermiſſa, audientiam judicii furore præveniant, & exceſſu ſolius inhoneſtæ * motionis audire, pro quibus eos oportuerat æquitatis judicia ſuſtinere. Dum enim de honoris ſui culmine blandiuntur, patientiam habere refugiunt: & qui inconcuſſe debuerant veritatis conſervare ſtatum, ſubito religionis mutant propoſitum, & præcipiti furore judicium antecedunt: ſicque in quo docuerat eos judicii ſuſtinere conventum, * prævaſione agunt, unde de B præſumptionibus confundantur. Qui tamen aut damno pariter, & excommunicatione plectendi ſunt, aut omiſſis compoſitionibus rerum, ſola ſatisfactione pœnitentiæ curabuntur. Illi enim qui rei propriæ facultate ſuffulti ſunt, aut qui rem ſuam jam antea in nomine eccleſiæ, cui præſunt, * tranſtuliſſe noſcuntur, * aut per ſe, aut per ſubditos, ſeu per quemlibet aliena diripiunt, vel præſumptionis, ſeu cædis quidpiam agunt, tam in rebus fiſcalibus, quam etiam in quorumlibet dominio conſtitutis, & * C prævaſa, vel præſumpta de rebus propriis, juxta leges excellentiſſimi principis, ſarciant, & pro exceſſu religioni contrario, * quo inhoneſti ante judicium * paruerunt, duarum hebdomadarum excommunicatione plectendi ſunt. Illi autem qui hujuſmodi exceſſibus ſerviunt, & nihil proprietatis habere videntur magna diſcretionis arte medendi ſunt: quo nec auſus illicitos eccleſiarum facultatibus redimant, nec ipſi penitus extorres a pœna perſiſtant. Neque enim juſtum eſt, ut pro pravis D actibus ſacerdotum eccleſiæ quibus præeminent ſuſtineant damnum: ut pro exceſſibus talium ſatisfactio ab eccleſiis exigatur: cum eccleſia * rectores ſuos non ad litem ſed ad honeſtatem informet. De talibus ergo placuit definire, qui nullis habitis rebus propriis, aut in quocumque pervaſores extiterint, aut quibuslibet perſonis cædes, vel quodcumque præſumptionis intulerint, nulla eos incurvatione ſtatus ſui, ſervituti hominum debere addici: ſed juxta quod præſumptuoſus quiſquis ille extiterit, ita & E pœnitentiæ legibus ſubjacebit: id eſt, ut ſi in decem ſolidorum ſummam præſumptor eſſe convincitur, viginti dierum pœnitentiæ ſatisfactione purgetur: ita ut ſive majoris, ſive minoris ſummæ exceſſum peregerit, ſimiliter geminata hoc ſemper ſatisfactione pœnitentiæ recompenſet. Servos tamen eccleſiarum, qui hujuſmodi exceſſus * operaſſe noſcuntur, ad leges ſæculares audiendos remittimus. Et hæc quidem de generali exceſſu di-

ANNO CHRISTI 671

a Tit. 1.
* Quomodo
* motionis judicia audire refugiant, ad audire
* privatione.
* tranſt. eſſe
* ſi au.
* pervaſa
* quod inhoneſte
* perpetrarunt.
* cultores
* operati eſſe

cta

ANNO CHRISTI 675.

ᵃ perſequentes, decernimus,

ᵃ ſtā ſufficiant. Ceterum ſpecialitatis ordinem * perſequentes, ſi quis epiſcoporum magnati cujuſque uxorem, filiam, neptem, ſeu quolibet illi gradu alteꝛo pertinentem, quacumque fraude vel ſubtilitate adulterina pollutione fœdaverit, & honoris proprii gradum amittat, & ſub exilii relegatione perpetuam excommunicationis ſententiam perferat: qui tamen circa finem vitæ communionis remedio adjuvandus eſt. Hanc ſane & illi ſententiam merebuntur, qui aut volentes homicidium fecerint, aut primatibus palatii, generoſiſque perſonis, ſeu nobilioribus quibuſque mulieribus, vel puellis aliquid, aut per cædem, aut per quamcumque irrogatam injuriam, viſi fuerint intuliſſe, unde eos juxta legum ſæcularium inſtituta, aut talionem recipere, aut traditionem de his fieri, vel proſcriptionem oporteat.

## VI.

Raban pœniten. ca. 30. 23. q. 8.

His a quibus. Ivo par. 6. c. 335.

Burch. lib. 6. cap. 30.

* tractantur,

* exceſſus prohibendus eſt.

His a quibus domini ſacramenta * tractanda ſunt, judicium ſanguinis agitare non licet & ideo magnopere talium * exceſſibus prohibendum eſt; ne indiſcretæ præſumptionis motibus agitati, aut quod morte plectendum eſt, ſententia propria judicare præſumant, aut truncationes quaslibet membrorum quibuslibet perſonis aut per ſe inferant, aut inferendas præcipiant. Quod ſi quiſquam horum immemor præceptorum, aut eccleſiæ ſuæ * familiis, aut in quibuslibet perſonis tale quid fecerit, & conceſſi ordinis honore privatus, & loco ſuo, perpetuo damnationis teneatur religatus ergaſtulo: cui tamen communio exeunti ex hac vita non neganda eſt, propter domini miſericordiam, *qui non vult peccatoris mortem, ſed ut convertatur, & vivat.*

* famulis,

Ezech. 18.

## VII.

Leo I. ep. 84.

Cum juxta antiquæ inſtitutionis edictum plus erga corrigendos agere debeat benevolentia quam ſeveritas, plus cohortatio quam commotio, plus caritas quam poteſtas, relatum eſt nobis, quod quidam ex fratribus plus livore odii, quam correctionis ſtudio ſubditos inſequentes dum ſe ſimulant ſpiritualem eis adhibere correctionem, indiſcretam ſubito afferunt mortem, cum inauditos a ſe projiciunt, & * occultis eos judiciis ſub pœnitentia puniunt. Non ergo de cetero perverſis voluntatibus ſit liberum ſimulare quod fingunt; ſed quotieſcumque quilibet ex ſubditis corrigendus eſt, aut publica debet a ſacerdote diſciplina curari: aut, ſi aliter rectoribus placet, duorum vel trium fratrum ſpiritualium teſtimonio peculiariter adhibito, & modus criminis agnoſcatur, & modus pœnitentiæ irrogetur: ita tamen ut ſi exi-

* objiciunt

A lio, vel retruſione dignum eum eſſe * qui deliquit, judicium peculiare decreverit, modus pœnitentiæ * quam coram tribus fratribus ſacerdos tranſgreſſori indixerit, ſpeciali debeat ejus qui ſententiam protulit manus propriæ ſubſcriptione notari: ſicque fiet ut nec tranſgreſſores ſine teſtimonio excidia vitæ ſuæ incurrant, nec rectores accuſatos ſe de quorumlibet interemptionibus erubeſcant.

ANNO CHRIST. 675.

* aut quid aliud deliquit

* quem

## VIII.

Quidquid inviſibilis gratiæ * collatione tribuitur, nummorum quæſtu, vel B quibuslibet præmiis venumdari penitus non debet, dicente domino. *Quod gratis accepiſtis gratis date.* Et ideo quicumque deinceps in eccleſiaſtico ordine conſtitutus, aut pro baptizandis ᵏ conſignandiſque fidelibus, aut pro collatione chriſmatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel * præmia voluntarie oblata pro hujuſmodi ambitione ſuſceperit; equidem, ſi ſciente loci epiſcopo tale quidquam a ſubditis perpetratur, idem epiſcopus duobus menſibus excommunicationi ſubjaceat; pro eo quia & C ſciens mala contexit, & correctionem neceſſariam non * adhibuit. Sin autem ſuorum quiſpiam, eodem neſciente, quodcumque pro ſupradictis capitulis accipiendum eſſe ſibi crediderit; ſi presbyter eſt, * trium menſium excommunicatione plectatur; ſi diaconus, * quatuor; ſubdiaconus vero, vel clericus his cupiditatibus ſerviens, * & competenti verbere, & debita excommunicatione plectendus eſt.

* quæſtu.

Quidquid in inviſibilis

Ivo part. 1. cap. 110. & par. 3. cap. 16.

Matth. 10.

* Gratianus & gl. legunt pro collatione, conſolatione. Verum in notis Gregorianis poſterior lectio probatur.

* præmia nisi voluntarie

* exquirit.

* quatuor

* trium

* pro competenti pœna & debita.

## IX.

Multæ ſuper hoc capitulo ˡ patrum D ſententiæ manaverunt; ſcilicet ne inappretiabilem ſancti Spiritus gratiam donis vel muneribus quis exiſtimet comparandam. Sed (quod non ſine gravi dolore dicendum eſt) quanto hæc res frequenti decretorum eſt præceptione prohibita, tanto nobis fraudibus cognoſcitur iterata: dum hi qui tali pretio mercari nituntur gratiam Spiritus ſancti, aut ordinationis, * ſeu tempora præveniunt munere, aut poſt acceptum honorem * promiſſam ſuis conferunt ᵐ * apparitoribus turpis lucri mercedem. Et E ideo ut horum & ſimilium argumentorum deinceps amputetur occaſio, hoc ſancta ſynodus definivit: ut cum quiſque pontificale culmen ante domini altare percepturus acceſſerit; ſacramenti * ſe taxatione aſtringat, quod pro conferenda ſibi conſecratione honoris, nulli perſonæ cujuslibet præmii collationem, vel * jam dediſſe, vel aliquando ad futurum dare procuret; ſicque aut mundus ab hoc contagio, prælationis conſecra-

Ivo part. 1. cap. 117.

* ſeu

* promiſſis.

* appar. calibus.

* exactione aſtringatur,

* aliquando dediſſe.

ANNO CHRISTI 675.

ſecrationem accipiat, * aut implicitus huic ſceleri, manifeſte denotatus coram eccleſia, ad honorem quem mercari voluit non accedat. Illos autem quos deinceps poſt * relationem per præmium ordinatos fuiſſe patuerit, ſub definitis pœnitentiæ legibus, ut vere ſimoniacos ab eccleſia ſeparandos eſſe cenſemus: id eſt, ut duorum annorum ſpatio exilio relegati, & digna ſatisfactionis vel excommunicationis ſententia coerciti, honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conquirere & reparare intendant. Unde ſi digna eos ſatisfactio pœnitentiæ commendaverit, peracto pœnitentiæ indictæ tempore, non tantum communioni, ſed & loco, & totius ordinis officiis, a quibus ſeparati fuerunt, reſtaurandi ſunt.

* aut publicato hoc ſcelere manifeſte denudatus coram eccleſia, & ad eſt aut per illicitum juſſum implicatus, &c.

* prælatio-nem

## X.

Quamquam omnes qui ſacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur adſtricti, expedibile tamen eſt, ut promiſſionis ſuæ vota ſub cautione ſpondeant, quos ad promotionis gradus eccleſiaſtica * provehit diſciplina: ſolet enim plus timeri quod ſingulariter pollicetur, quam quod generali * innexione concluditur. Et ideo placuit huic ſancto concilio, ut unuſquiſque qui ad eccleſiaſticos gradus eſt * acceſſurus, non ante honoris conſecrationem accipiat, quam * [a] placiti ſui innodatione promittat, ut fidem catholicam ſincera cordis devotione cuſtodiens, juſte & pie vivere debeat, & ut in nullis operibus ſuis, canonicis regulis contradicat; atque ut debitum per omnia honorem, atque obſequii reverentiam præeminenti ſibi unuſquiſque dependat, juxta illud beati papæ Leonis edictum: Qui ſcit ſe quibuſdam eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe dependat. Pœna tamen juxta eccleſiaſticæ conſuetudinis morem, & placitis talium * inferenda, & ab his qui tranſgreſſores fuerint perſolvenda eſt.

Dist. ... c. Quamquam ... Anic... cap. 11.

* probat

* ſpo[n]done

* ... ... ut

* placita ſuo ... ... ne.

Epiſt. 84.

* inferenda

## XI.

Cum nihil in divino canone debeat eſſe confuſum, nihil dubium, nihil etiam indiſcretum, in collatione noſtri cœtus * relatus eſt canon Toletani concilii primi, in quo præceptum eſt, ut ſi quis acceptam a ſacerdote euchariſtiam non ſumpſerit, velut ſacrilegus propellatur: nec adjecta eſt ibi diſcretio voluntatum; cum & infidelis hæc & talia infideliter agat; & fidelis * fidenter accipiat quod naturalis illum neceſſitas deglutire non ſinat. Solet enim humanæ naturæ infirmitas in ipſo mortis exitu prægravata, tanto ſiccitatis pondere deprimi, ut nullis ciborum illationibus refici; ſed vix tantumdem illatu delectetur poculi gratia ſuſtentari. Quod etiam in multorum exitu vidimus, qui optatum ſuis votis ſacræ communionis expetentes viaticum, collatam ſibi a ſacerdote euchariſtiam rejecerunt; non quod infidelitate hoc agerent, ſed quod præter dominici calicis hauſtum, traditam ſibi non poſſent euchariſtiam deglutire. Non ergo hujuſmodi a corpore eccleſiæ ſeparandi ſunt, qui talia non infidelitate, ſed neceſſitate fecerunt; præſertim hi de quibus nihil fidei ſiniſtræ ſentitur. Placuit ergo definire, quod nec fideli officiat, nec infideli inultum exiſtat. Quicumque ergo fidelis inevitabili qualibet infirmitate coactus, euchariſtiam perceptam rejecerit, in nullo eccleſiaſticæ damnationi ſubjaceat. Similiter nec [b] illos cujuſquam punitionis cenſura redarguet, qui talia [c] tempore infantiæ faciunt, aut in qualibet mentis alienatione poſiti, quid fecerint ignorare videntur. Jam vero quicumque aut de fidelium aut infidelium numero corpus domini abſque inevitabili (ut dictum eſt) infirmitate projecerit, ſi fidelis eſt, perpetua communione privetur; ſi infidelis, & verberibus ſubdatur, & perpetuo exilio relegetur. Quod ſi horum quilibet hujuſmodi exceſſus digna pœnitentiæ ſatisfactione defleverit, poſt quinquennium licitum erit, illum communioni priſtinæ reformari.

Cap. 14. * relatus

* fideliter

## XII.

Qui pœnitentiam in mortis agit periculo, non diutine a [d] reconciliationis gratia * referendus eſt: ſed ſi * præceptum mortis urget periculum, pœnitentia per manus impoſitionem accepta, ſtatim ei [e] reconciliatio adhibenda eſt: ne prius ab humanis rebus æger abſcedat, quam donum reconciliationis percipiat; ſicque ſuperſtitibus quodammodo doloris videatur eſſe perpetui, ſi præciſum ab eccleſiæ membris eum, qui utique reconciliari non meruit; raptim a præſenti vita mors maturata ſubduxerit: juxta papæ Leonis edictum: His qui in tempore neceſſitatis, & in periculi urgentis inſtantia, præſidium pœnitentiæ, * & mox reconciliationis implorant, nec ſatisfactio interdicenda eſt, nec reconciliatio denegandâ: quia miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire. [g] De his autem qui accepta pœnitentia, antequam reconcilientur, ab hac vita receſſerint; quamquam diverſitas præceptorum de hoc capitulo habeatur, illorum tamen [f] nos ſententias placuit ſequi, qui multiplices numero de hujuſmodi humanius decreverunt; ut [f] & memoria talium in eccleſiis commendetur,

* differendus

* præcepto mortis urgeatur periculo,

16. q. 6. c. His qui. Leo ep. 91.

* ... mox

Conc. Carth. IV. cap. 79. & 16. q. 6. per totam.

ANNO CHRISTI 675.

detur, & oblatio * per eorum dedicata ſpiritibus accipiatur.

XIII.

Bene quidem ᵗ majorum regulis definitum eſt, ut dæmoniis aliiſque ſimilibus paſſionibus irretitis miniſteria ſacra tractare non liceat: cui præcepto conſenſu rationis adhibito, id communiter definivimus, ut nulli de his, qui aut in terram arrepti ᵛ a dæmonibus illiduntur, aut quolibet modo vexationis incurſibus efferuntur, vel ſacris audeant miniſtrare altaribus, vel * indiſcuſſos ſe divinis ingerant ſacramentis exceptis illis qui variis corporum incommoditatibus dediti, * ſine hujuſmodi paſſionibus in terram approbantur eliſi. Qui tamen & ipſi tandiu erunt officii ſui ordine & loco ſuſpenſi, quouſque unius anni ſpatio per diſcretionem epiſcopi inveniantur ab incurſu dæmonum alieni.

ᵗ Iſidor. pro verum delicto a presbytero vocatur. Hal. Conc. Eliberitanum c. 29. & Pius papa 1. d. 33. c. Communiter.

* indiſcuſſi

* in

XIV.

* Et illud divini oraculi * momentis ſingulis præcaventes, quo ſcribitur: *Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſublevantem*: ſummopere curandum nobis eſt, & cavendum, ne horis illis, atque temporibus, quibus domino pſallitur, vel ſacrificatur, unicuique divinis ſingulariter officiis inſiſtenti pernicioſa paſſio, vel corporis quælibet * valetudo occurrat, quæ aut corpus ſubito ſubrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro hujuſmodi ergo caſibus * præcavendis, neceſſarium duximus inſtituere, ut ubi temporis, vel loci, ſive cleri copia ſuffragatur, habeat ſemper quiſquis ille canens Deo, atque ſacrificans, poſt ſe vicini ſolaminis adjutorem: ut ſi aliquo caſu ille qui officia impleturus accedit turbatus fuerit, vel ad terram eliſus, a tergo ſemper habeat ˣ qui ejus vicem exequatur intrepidus.

ᵛ quæſt. 1. Illud divini oraculi. Ivo par. 2. cap. 116. Burc. lib. 3. c. 73. & de cons. d. 1. Ut illud. *Eccl.* 4.

* Væ

* momentis ſingulis

* invaliiudo

* præcaventes,

*In decreto Gratiani aliis characteribus additur*:

Sed ſi hoc ſacrificanti frequenter acciderit, tunc omnino ab oblatione prohibeatur.

Hanc additionem nota Gregoriana non probat. De ſacrificandi... [margin note partly illegible] Tol. IV. c. 3.

XV.

Peractis omnibus quæ ad correctionem noſtri ordinis in hoc concilio promulgata ſunt, placuit definire, ut paternis inſtitutionibus obſequentes, omni anno ad peragendam celebritatem concilii in metropolitana ſede, tempore quo principis, vel ʸ metropolitani electio definierit, devotis ſemper animorum ſtudiis * confluamus: nec quibuslibet requiſitis occaſionibus abſentemur; ſed * in præfato die, quo indictum fuerit, adunatis in metropolitana ſed omnibus * pontificibus, concilium Deo præſule celebretur.

* conferamur.

* præparato

* provinciæ pontificibus

Quiſquis autem epiſcoporum, excepta inevitabili cauſa, vel neceſſitate, de peragendo ſe concilio abſentaverit, unius anni excommunicatione plectendus eſt. Quod ſi deinceps abſque celebratione concilii anni unius meta tranſierit, omnes in commune pontifices Carthaginenſis provinciæ ſuperioris cenſuræ ſententia obnoxios retinebit: id eſt, ſi nulla ſibi impediente principis * poteſtate, ſolius propriæ voluntatis * libido, ſe ad celebrandum concilium non collegerint.

* poteſtate vel ſummitate, aut inevitabili cauſa

* libitu

XVI.

His igitur conſtitutionibus noſtris, quæ neceſſario decernenda credimus, finalem manus noſtræ ſubſcriptionem adjecimus: immortali Deo noſtro & domino gloriam & honorem reddentes, qui nos de conventu alternæ viſionis lætos effecit; qui os noſtrum in confeſſione laudis ſuæ aperuit; qui etiam decreta hujus noſtri concilii honeſto fine complevit. Poſt hæc religioſo domino, & amabili principi noſtro * Vvambano regi gratiarum actiones perſolvimus; cujus ordinatione collecti, cujus etiam ſtudio aggregati ſumus: qui eccleſiaſticæ diſciplinæ his noſtris ſæculis novus reparator occurrens, omiſſos conciliorum ordines non ſolum reſtaurare intendit, ſed etiam annuis recurſibus celebrandos inſtituit; ut ad alternam morum correctionem annuo tempore alacriter concurrentes, juxta prophetæ vaticinium, quod in nobis defractum eſt alligetur, & quod abjectum eſt reducatur. Det ergo eidem principi dominus pro hujus ſacræ ſolicitudinis voto, & curſum præſentis vitæ in pace remiſſis iniquitatibus pervenire, qualiter & hic felicia tempora ducat, & felix cum omnibus, quibus principatur ad Chriſtum ſine confuſione perveniat: ut quia per eum corona noſtri ordinis in melius reſtauratur, coronam futuri regni capiat; ex hoc in regione vivorum regnans, cum Chriſto in ſæcula ſæculorum. Amen.

* Wambani

Ezech. 34.

* SUBSCRIPTIONES.

*Epiſcopi.*

Ego Quiricius urbis regiæ metropolitanus epiſcopus hæc geſta ſynodalia a nobis definita ſubſcripſi.

Athanaſius Setabitanæ eccleſiæ epiſcopus hæc geſta ſynodica a nobis definita ſubſcripſi.

Ego Argemundus Oretanæ eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Joannes * Bigaſtrenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

* Begerenſi

Ego Godiſcalcus Oxomenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Leander eccleſiæ Illicitanæ, qui & Elotanæ, epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Felix eccleſiæ Dianienſis epiſcopus hæc geſta ſynodica a nobis definita ſubſcripſi.

ANNO CHRISTI 675.

Suinterius eccleſiæ Valentinæ epiſcopus hæc geſta ſynodica a nobis definita ſubſcripſi.

Palmatius eccleſiæ Urcitanæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

Ricilla eccleſiæ Accitanæ epiſcopus ſimiliter ſubſcripſi.

* Viatienſis. Rogatus eccleſiæ * Peatienſis epiſcopus ſubſcripſi.

* Baſtiana. Etherius eccleſiæ * Baſtitanæ epiſcopus ſubſcripſi.

Concordius eccleſiæ Palentinæ epiſcopus ſubſcripſi.

Aciſclus eccleſiæ Complutenſis epiſcopus ſubſcripſi.

* Segobricenſis. Memorius eccleſiæ * Segobrienſis epiſcopus ſubſcripſi.

Egica eccleſiæ Seguntienſis epiſcopus ſubſcripſi.

Gaudentius eccleſiæ Vaierienſis epiſcopus ſubſcripſi.

*Vicarii epiſcoporum.*

Libertus diaconus, agens vicem domini mei Sinduiti, eccleſiæ Segobienſis epiſcopi, hæc geſta conſentiens ſubſcripſi.

Egila diaconus, agens vicem domini mei Mumuli, eccleſiæ Arcavicenſis epiſcopi, hæc geſta conſentiens ſubſcripſi.

*Abbates.*

Julianus eccleſiæ monaſterii ſancti Michaelis abbas hæc geſta ſynodica a nobis definita ſubſcripſi.

Valderedus eccleſiæ monaſterii ſanctæ Leocadiæ abbas hæc geſta ſynodica a nobis edita conſentiens ſubſcripſi.

Gratindus eccleſiæ monaſterii ſanctorum Coſmæ & Damiani abbas hæc geſta ſynodica a nobis edita conſentiens ſubſcripſi.

Abſalio eccleſiæ monaſterii ſanctæ Crucis abbas hæc geſta ſynodica a nobis definita conſentiens ſubſcripſi.

Florentinus eccleſiæ monaſterii ſanctæ Eulaliæ abbas hæc geſta ſynodica a nobis definita conſentiens ſubſcripſi.

Avila eccleſiæ monaſterii ſancti Juliani Agalienſis abbas hæc geſta ſynodica a nobis definita conſentiens ſubſcripſi.

Gudila eccleſiæ ſanctæ Mariæ regiæ ſedis archidiaconus hæc geſta ſynodica a nobis definita ſubſcripſi.

## NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

Tempus & Acta concilii. Adeodato Baronio. a *In nomine domini.* ) Toletanum concilium undecimum, habitum anno 4. Vvambani regis, ſeptimo Idus Novemb. eſt provinciale, coactum ſub * Agathone pontifice maximo, in quo factam eſſe legitimam ſedium epiſcopalium diviſionem omnes Hiſpani hiſtorici tradunt, Rodericus, chron generale, Tudenſis, Vaſæus, & alii. *Hæc Garſias.*

Adde Baron. ann. 675. num. 4. & 5. fretus auctoritate Tudenſis allegit, diviſionem ſedium epiſcopalium in Hiſpania factam eſſe, non in hoc concilio, cui 18. tantum epiſcopi interfuerunt, ſed in alio quodam Toletano generali concilio, cui omnes epiſcopi Hiſpaniæ ſub rege Vvamba interfuerunt. In re graviſſima judicium meum ſuſpendo.

b *Cum tandem nos.* ) Joverius in collectione conciliorum amplius habet. *Cum tandem divina clementia operis manuum ſuarum perditioni condolens, prava in directa reducens, ſuum ſanctum Sabaoth novis propaginibus ac plantis novellis ſecundare volens, negligentia ſubrogans diligentiam, pro ignorantia diſciplinam immittens, pro ſocordia ſolertiam, pro ſciſmate unitatem inducens, pro zizania vera paci vinum largiens, pro caducis coeleſtium acpderia infundens, pro turpibus honeſta collare ſtimulans, a terrenis & infimis ad ſublimia erigens nos, in hac lacrymarum valle potius morientes, quam viventes, in hoc vaſto periculorum mare vagantes ſine remige, ſine clavo, hac illacque tempeſtatum fluctibus per abrupta colliſos, in continua malorum acie confligentes, ubi nos circumſtant mille diſcrimina, ubi verſutiſſimus inſidiatur hoſtis mille nocendi artibus inſtructus, ex alto cœli domicilio reſpiciens,* &c.

Confeſſio fidei. c *Confitemur.* ) Fidei confeſſio in conciliis præponitur ſtatimque initio fieri ſolenne fuit, veluti totius Chriſtianæ ſtructuræ baſis & fundamentum, a quo omnis ædificatio creſcit in templum Dei.

d *Et prædeſtinatus eſſe credendus eſt.* ) In eo ſenſu quo dicitur a D. Paulo: *Qui prædeſtinatus eſt Filius Dei, in virtute ſecundum Spiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Jeſu Chriſti domini noſtri.* Rom. 1.

Cap. 1. Forma conciliis celebrandi. e *In loco benedictionis.* ) De forma ſervanda in conciliis celebrandis, ſtatuunt concilium Toletanum IV. cap. 3. & Agathenſe cap. 40. Chalcedonenſe etiam, ut habetur diſt. 18. cap. Pervenit ad noſtras. Ordinemque celebrandi concilia principio hujus collectionis poſui.

Cap. 2. Quæ & qualis ſcientia requiratur in epiſcopo. f *Quantum quis.* ) De ſcientia, quam debet habere epiſcopus, vide Innocentium in cap. Cùm in cunctis, in princip. de electione, & Joannem Andream, & Hoſt. & Abbat. Verum Cardinalis Turrecremata Hiſpanus, & Præpoſitus, & Alexander, parcius loquuntur de ſcientia, & peritia epiſcopi, in cap. Omnes pſallentes. 38. diſtinct. Epiſcopi munus eſſe primum, ac præcipuum, prædicare ſanctum Jeſu Chriſti evangelium, habere in ore gladium veritatis, & divinæ ſcripturæ intelligentia eminere, multis exemplis pariter ac doctrinis oſtendit dominus noſter Jeſus Chriſtus, ſupremum eccleſiæ caput, ſummuſque ſacerdos, cujus ſacrata membra epiſcopi ſunt, qui typum ſupremi in veteri lege epiſcopi Aaronis referunt. Nam ſicut ille os fuit Moyſi, ita epiſcopus per verbi miniſterium os eſt Chriſti. Atque hoc eſt quod apoſtolis promiſit: *Ego dabo vobis os, & ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere adverſarii veſtri.* Luc. 21. Et ipſe primum docuit facere, & poſtea docere. Imo duodecimum nondum annum compleverat, & in medio doctorum in templo diſputare inventus, ſolicitæ mœſtæque matri reſpondit: *Nonne in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe?* Luc. 2. Et alibi: *Oportet me operari opera ejus qui miſit me.* Joan. 9. Et illud: *Ego cibum habeo manducare, quem vos neſcitis. Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui miſit me, Patris.* Joan. 4. Quænam eſſet Patris voluntas docuit, cum Samaritanam prædicatione ad fidem traxit; cum parabolis & cœleſtibus doctrinis populum inſtruxit. *Circuibat enim Jeſus omnes civitates & caſtella, docens in ſynagogis eorum, & prædicans evangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.* Luc. 13. *Et cum in ſynagogam Nazareth, ubi erat nutritus, intraſſet, traditus eſt illi liber Iſaiæ prophetæ, & ut revolvit, invenit locum, ubi ſcriptum erat: Spiritus domini ſuper me, propter quod unxit me evangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum.* Miſit etiam diſcipulos binos prædicare, & dixit illis: *Meſſis quidem multa, operarii autem pauci.* Luc. 10. Et: *Dicite, Pax huic domui, & appropinquavit in vos regnum Dei.* Et poſt mortem corporis, gloria immortalitatis coopertus, dixit apoſtolis: *Ite prædicate evangelium omni creaturæ.* Math. 16. Et rurſus: *Poſui vos, ut eatis, & fructum afferatis.* Joan. 15. Et alibi: *Eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & univerſa Judæa, & Samaria, uſque ad ultimum terræ.* Act. 1. Idem etiam apoſtolorum comprobatur doctrina, qui aliis ita de ſeipſis dixerunt: *Non eſt æquum miniſtrare menſis, & relinquere verbum Dei.* Act. 6. Et Paulus, *Væ mihi*, inquit, *ſi non evangelizavero.* 1. Cor. 9. De quo dictum eſt: *Vas electionis eſt mihi, ut portet nomen meum.* Act. 9. Unde ipſe de ſe dicebat: *Miſit me dominus non baptizare, ſed evangelizare.* 1. Cor. 1. Et epiſcopo Timotheo regulam epiſcopalis muneris ita præſcribit: *Oportet*, inquit, *epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem, non ſuperbum, non iracundum, non vinolentum, non turpis lucri cupidum, ſed hoſpitalem, benignum, ſobrium, juſtum, ſanctum, continentem, amplectentem eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem; ut potens ſit exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt, arguere.* Tit. 1. Et alio loco: *Oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, unius uxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem.* 1. Tim. 3. Et paulo poſt: *Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ.* Ibidem. Hæc igitur norma eſt, veraque imago epiſcopalis curæ, quam Paulus deſignat, & certis coloribus depingit: quam etiam omnes ſancti patres ſunt ſecuti. Zoſimi pontificis maximi fragmentum apponam: *Qui eccleſiaſticis*, inquit, *diſciplinis per ordinem non eſt imbutus, & temporum approbatione divinis ſtipendiis non eſt eruditus, nequaquam ad ſummum eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat: & non ſolum in eo ambitio ineſſicax habeatur, verum etiam ordinatores ejus careant eo ordine quem contra præcepta patrum crediderunt præſumendum.* Inde eſt quod ſacrarum literarum neceſſario oportet epiſcopum habere peritiam. Et in ſua ordinatione, cum formatur, interrogatus, an utrumque ſciat teſtamentum, publice fatetur ſe ſcire: idque in veteri teſtamento præ-

ANNO CHRISTI 674.

Exod. 28.

to præfiguratum erat. Nam inter cetera ornamenta Pontifex rationale judicii ferebat in pectore, in quo inciſum erat: *Doctrina & veritas*: quia in pectore pontificis manifeſta & cognita omnibus debet eſſe ſapientia veritatis. Hinc etiam veſtes, quibus arca a Levitis in via portabatur, jugiter annulis erant inſertæ: ut cum illa eſſet portanda, nulla fieret mora intromittendis vectibus. Quia epiſcopi, per quos verbum Dei in eccleſia publice in orbem circumfertur, ſacrarum literarum lectioni perpetuo debent ſedulam navare operam; ne tunc quærant diſcere, cum ex officio alios teneantur docere. David rex, cui munus regendi populos datum eſt, prius ex gratia Spiritus ſancti donum ſcientiæ percepit, quam adminiſtrationem regni aſſequeretur. Salomon quoque cum primum regnum inchoaſſet, non divitias, non longum vitæ tempus, ſed divinam ſapientiam a Deo poſtulat, & impetrat, ſine qua nihil eſſe præſtans ad regimen aptum regni intelligebat. Et prius dominus poſuit verba in ore prophetæ, quam conſtitueret eum ſuper gentes & regna; dicens ad Ieremiam; *Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtitui te ſuper gentes & regna*. Hinc etiam Malachias; *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de ore ejus: quia angelus domini exercituum eſt*. Quia ſancti & optimi viri eſt, prius diſcere, poſtea vero prædicationis officio fungi. Salomon ante tacendi tempus expreſſit, loquendi poſtea, quia veritas taciturnitate & ſilentio meditationeque animi diſcitur & comparatur, jam vero concepta partaque verbo populis datur & annunciatur, ut dominus ſermo ait; Qui audit, dicat veni. Id enim in apoſtolis formandis obſervavit, erudiens eos doctrina cœleſtis intelligentiæ, parabolarum apertione, miraculorum operatione, vitæ conſuetudine & familiaritate; ut ita edocti prædicationis officio fungi poſſent, poſtea miſit in univerſum orbem, unde poſt corporis ſui admirabilem reſurrectionem, illis divinæ ſcripturæ adhibitum reconditumque ſenſum aperuit; poſtea vero dixit; *Euntes in mundum univerſum prædicate evangelium omni creaturæ*. Petrus vero apoſtolorum princeps, Chriſtique vicarius, cui ovilis dominici cura demandata eſt, cum rectoribus & præpoſitis eccleſiæ ſcriberet, ait. *Parati eſſe debetis reddere rationem omni poſcenti vos ſatisfactionem de ea fide, & ſpe, quæ in vobis eſt*. Quibus teſtimoniis aperte monſtratur non ſatis eſſe presbytero bona morum puritas, & vitæ honeſtas, ut muneri epiſcopali præficiatur, niſi ſcientia doctrinæ cœleſtis polleat. Expendamus poſt Zoſimum Origenis verba hom. 6. ad cap. 8. Levitici: *Si quis vult pontifex non tam vocabulo eſſe, quam merito, imitetur Moyſen, imitetur Aaron: quid enim dicitur de eis? quia non diſcedunt de tabernaculo domini. Erat ergo Moyſes indeſinenter in tabernaculo domini. Quod autem opus ejus erat? ut aut a Deo aliquid diſceret, aut ipſe populum doceret. Hæc duo ſunt pontificis opera, ut aut a Deo diſcat, legendo ſcripturas divinas & ſæpius meditando, aut populum doceat, ſed illa doceat, quæ ipſe a Deo didicerit; non ex proprio corde, vel ex humano ſenſu, ſed quæ Spiritus ſanctus docet*. Hæc Orig. Concil. etiam Toletan. XVI. in decreto 12. judicii & electione Felicis epiſcopi in Toletanam ſedem, & Fauſtini in Hiſpalenſem, & alterius Felicis in Bracarenſem, ſic epiſcopale officium deſignatur: *Quatenus uterque eaſdem quas ſuſcipiunt eccleſias pia prædicatione inſtruant, moribus ſanctis exornent, ac beata vitæ exemplis ædificent*. At dicet quis concilio Tridentino ſtatutum eſſe, poſſe epiſcopos per alios, ſi legitime impediti fuerint, verbum Dei annunciare: id autem quis negabit? quis inficiabitur? verum ignorantiæ, & inſcientiæ, & imperitiæ impedimentum, nullus ſanus, neque in ſacris literis verſatus, ut per alios populum erudiat dicet eſſe legitimum atque ſufficiens. Quod nec Paulus admittit, cum ait: *Ut potens ſit exhortari in doctrina, & eos qui contradicunt arguere*. *Potens ſit* (inquit) *in doctrina*, id eſt, in ſacrorum librorum intelligentia, in divinorum myſteriorum peritia, in quæſtionum ſacrarum enodatione, in conciliorum & decretorum eccleſiæ doctrina & ſapientia, in hæreticorum calliditatibus & verſutiis arguendis ac ſubvertendis. Et 2. ad Timoth. eum in epiſcopali cura inſtruens, ſic ait, *Tu vero permane in his, quæ didiciſti, & credita ſunt tibi ſciens a quo didiceris, & quia ab infantia ſacras litteras noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Jeſu. Omnis enim ſcriptura divinitus inſpirata utilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus*. Neque prætermittendum eſt Thimotheum ab infantia ſacras litteras didiciſſe, ut in curam epiſcopalem incumberet. Sacra Trident. ſynod. ſeſſ. 6 c. 1. in epiſcopis requirit, ut eorum prior vita, ac omnis ætas, a puerilibus exordiis uſque ad perfectiores annos, per diſciplinæ ſtipendia laudabiliter acta teſtimonium præbeat. Hæc de epiſcoporum munere & doctrina diximus, fuſius forte quam oportuit.

Jerem. 1. Malach. 2. Marc. 16. 1 Petr. 3. Tit. 1. 2 Tim. 3.

Cap. 4

g *Sicut omnis*.) Totum hoc caput a Surio, Iovetio, atque aliis collectoribus, Bonifacio tribuitur; quam bene, lector viderit, in manuſcriptis codicibus nulli adſcribitur.



ANNO CHRISTI 675.

Cap. 4.

h *Juxta antiqui canonis*.) IV. Concil. Carthag. c. 9. Oblationes (inquit) diſſidentium fratrum, neque in ſacrario, neque in gazophylacio recipiantur.

Cap. 8. Minus pro collatis ordinibus ſponte oblatum accipi non poteſt.

i *Voluntarie oblata*.) Sic in concilio Trident. ſeſſ. 21. cap. 1. de reformatione; *Nihil pro collatione quorumcumque ordinum, etiam clericalis tonſuræ, nec pro literis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſponte oblatum epiſcopi, & alii ordinum collatores, aut eorum miniſtri, quovis prætextu accipiant*. Habes idipſum conc. Tolet. VIII. cap. 3. Concilio tamen Bracar. II. permittitur, ut ſi quid ab iis qui infantes ad baptiſmum offerunt ſponte oblatum ſit, accipi poſſit; ſic enim habetur: *Placuit, ut unuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, ut hi qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntarie pro ſuo offerunt voto, ſuſcipiatur ab eis*. In excuſis & Gratiano legitur, *Non niſi voluntarie oblata*. Concilio Emeritenſi cap. 9. *Quod ſi quis aliquid offerat per bonam voluntatem, accipiatur* ...

Cap. 8 Conſignatio quid?

k *Conſignandis*.) Conſignatio eſt confirmatio, munus ſolius epiſcopi. Act. 8. *Miſerunt ad eos Petrum & Joannem*, &c. Apoſtolis initiatis baptiſmo manus imponebant, non presbyteri; epiſcopi vero apoſtolis ſucceſſerunt, non presbyteri, ut ait Auguſt. ad pſalm 44. S. Clemens lib. 3. conſt. apoſt. c. 16. *Poſtea epiſcopus* (ait) *ungat baptizatos chriſmate*. Idem Clemens epiſt. 4. Et Urbanus papa I. epiſt. ad omnes Chriſtianos, can. Omnes fideles, de conſecr. diſt. 5. Melchiades papa epiſtola ad epiſcopos Hiſpaniæ quærit, utrum majus eſſet ſacramentum manus impoſitionis epiſcoporum, aut baptiſmus. Idem Damaſus papa epiſt. 4. ad chorepiſcopos. Leo magnus epiſt. 88. ad epiſcopos Germaniæ, & Galliæ. Euſebius martyr epiſt. 3. ad epiſcopos Tuſciæ. Innocent. I. epiſt ad Decentium, cap. 3. *De conſignandis vero infantibus manifeſtum eſt* (inquit) *non ab alio quam epiſcopo fieri licere*. Tolet. I. c. 20. Idem in concil. Hiſpal. cap. 7. S. Thomas 3. p. quæſt. 72. art. 11.

Cap. 9.

l *Patrum ſententia*.) Neminem pretio ordinandum decrevit Gelaſius papa epiſt. ad epiſcopos per Lucaniam, & Brutios, & Siciliam, cap. 26. & concil. Chalced. C. 2. habeturque 1. q. 1. Si quis epiſcopus. Idem Hormiſda papa epiſtola ad epiſcopos per Hiſpan. cap. 2. Symmachus epiſtola ad Cæſarium c. 2. & 5.

Cap. 9 Apparitores quid?

m *Apparitoribus*.) Erant apparitores magiſtratuum miniſtri, qui & viatores dicebantur; homines qui reos in jus ſiſtebant; unde & Statorum nomen illis inditum. Hic accipi videntur pro iis qui ordinibus initiandos epiſcopos ſiſtebant, & ex ea re lucrum captabant.

Cap. 10 Placitum quid?

n *Placiti ſui innodatione*.) Placitum, profeſſio, conventio, & pactum. Sic in legibus Wiſegoth. lib. & tit. 4. leg. 10. & lib. 12. de Judæorum placito. Et apud Caſſianum collatione 9. cap. 1. Et apud juriſconſultos, ibi ſæpe, tum præſertim lib. 40. dig. tit. 24. de pactis.

Cap. 11. Infantibus baptizatis olim euchariſtia dari ſolita.

o *Tempore infantiæ faciunt*.) Infantibus poſt baptiſmum euchariſtiæ ſacramentum dari ſolitum teſtatur Ambroſ. lib. de his qui myſteriis initiantur, cap. 7. & 8. & lib. 3. de ſacramentis cap. 1. Et concil. Laod. cap. 28. ita habetur: *Oportet baptizatos poſt baptiſmum ſacratiſſimum chriſma percipere, & cœleſtis regni participes fieri*. Idem Tertul. lib. 4. adverſus Marcionem, & Hieronymus adverſus Luciferianos: Auguſt. epiſt. 23. & lib. 5. * hypognoſt. In parvulis etiam eadem ſervabatur inſtitutio; ut conſtat ex ordine Romano, & Alcuino lib. de divin. offic. cap. de ſabbato ſancto: verum hæc conſuetudo in eccleſia Latina antiquata eſt, quamvis in Græca ſint qui dicant adhuc permanere.

* non eſt Aug.

Cap. 12.

p *Reconciliatio adhibenda eſt, ne prius ab humanis rebus æger abſcedat, quam donum reconciliationis percipiat*.) Tria ſunt hoc loco conſideranda, pœnitentia, manus impoſitio, & reconciliatio. Accipere pœnitentiam nihil aliud erat, quam pœnitentium ſubdi legibus per animi contritionem, & oris confeſſionem. Manus impoſitio, erat abſolutio ſacerdotis, poſt peractam peccatorum confeſſionem: reconciliatio vero, erat euchariſtiæ ſumptio, ad quam perceptionem in mortis extremo periculo maxime feſtinandum eſt. Id conſtat ex concil. Carthag. IV. cap 76. quod de infirmis in phreneſim verſis, ſic decernit, *Accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur moriturus reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori ejus euchariſtia*. Idipſum explicatur concil. Arauſic. I. can. 3. *Qui recedunt de corpore, pœnitentia accepta, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eis communicari*. quod morienti ſufficit reconciliationi, ſecundum definitiones patrum, qui hujuſmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. In fine vitæ, pabulo corporis & ſanguinis Chriſti domini noſtri digne refici, æternæ vitæ argumentum eſt, donumque cœleſte profecturis ad regnum æternum conceſſum; unde viaticum a Latinis, a Græcis vero ἐφόδιον nominatum. Nicæna ſynodus can. 13. Habetur 26. q. 6. cap. De his vero. Merito in hoc uno ſacramento poſitum eſt viaticum: eſt enim cibus itinerarius animæ & corporis, ſicuti manna fuit corporis in deſerto iter agentibus. Ejus uſu & ſumptione virtutes officiaque pietatis Chriſtianæ augentur, appetitioneſque humanæ terreſtres debilitantur & diſſipantur; præſertim cum &

Accipere pœnitentiam quid. Manus impoſitio quid? Reconciliatio quid.

K 2 vin-

ANNO CHRISTI 675.

vinculis corporis, tanquam a carcere animas eductis, viam pertimeſcendam alterius ſæculi calcat. Quo tempore præcipue iſte cibus ſtudioſe & pie adhibendus eſt: idque viri ſancti maximo ſtudio curarunt. Chryſoſt. lib. 6. de ſacramentis, commemorat ſe audiviſſe a ſancto viro, qui divino beneficio ipſe viderat, quod qui ex hac vita migraturi ſunt, ſi pure & ſancte hujus ſacramenti participes fuerint, ab angelis eorum animas ſatellitum more ſtipantibus, propter hujuſmodi ſacramentum ſumptum, hinc recta in cœlum abducuntur: quam ſententiam libentiſſime poſui propter conſolationem fidelium, in hac lacrymarum valle degentium. Paulinus etiam in vita Ambroſii narrat Honoratum ſacerdotem Vercellenſis eccleſiæ tertio fuiſſe divina voce vocatum ſic: Surge, & feſtina, quia modo es receſſurus; qui veniens obtulit Ambroſio dominicum corpus, quo accepto, emiſit ſpiritum. Niceph. etiam lib. 13. cap. 37. de morte Chryſoſtomi tradit eum fuiſſe a Petro & Joanne apoſtolis cœleſti eſca refectum. Vide quid dicat Gregorius hom. 40. & lib. 4. de dialog. cap. 15. de S. Romula, & Euſeb. lib. 6. hiſt. eccl. cap. 36. de Serapione. Et hoc eſt apud Cyprianum lapſis pacem dari, hoc eſt, ad communionem ſanguinis & corporis domini admitti.

Cap. 12. q *De his autem qui.*) Vide de hac re Magiſtrum ſententiarum lib. 4. diſt. 20. de his qui in fine pœnitent.

r *Nos ſententias ſequi placuit.*) Sic in concil. Epaon. & ex eo apud Gratian. 26. q. 6. cap. Si aliquis. *Si quis fuerit moriens, qui jam ſit confeſſus, & teſtimonium habet bonum, & non poterat venire ad ſacerdotem, ſed præoccupavit eum mors in domo, vel in via, faciant parentes ejus pro eo oblationem ad altare, & dent redemptionem pro captivis. Idem per totam quæſtionem hujus cauſæ.*

Quorum nomina in miſſa recitari ſolita.

ſ *Memoria tollium in eccleſiis commendetur.*) Veteris eccleſiæ mos fuit, pro quibus offerebatur, nomina in miſſæ ſacrificio recitari, tam vivorum, quam defunctorum. Id conſtat ex concilio Emerit. c. 19. *Proinde ſalubri deliberatione cenſemus, ut pro ſingulis quibuſque eccleſiis, in quibus presbyter juſſus fuerit, per ſui epiſcopi ordinationem, præeſſe, pro ſingulis diebus dominicis ſacrificium Deo procuret offerre; & eorum nomina, a quibus eas eccleſias conſtat eſſe conſtructas, vel qui aliquid his ſanctis eccleſiis videntur, aut viſi ſunt contuliſſe; ſi viventes in corpore ſunt, ante altare recitentur tempore miſſæ; quod ſi ab hac diſceſſerunt, aut diſceſſerint luce, nomina eorum cum defunctis fidelibus recitentur ſuo in ordine.* Erant enim tabulæ duæ, quarum uni vivorum, alteri defunctorum nomina inſcribebantur, ut patet ex Innocentio in epiſt. 1. ad Decentium, & ex Dionyſ. Areopag. cap. 3. eccleſiaſt. hierarch. In concil. Eliberit. c. 29. de energumenis dicitur: *Ut nomen eorum nec recitetur ad altare.* Defunctorum in miſſa memoria ab apoſtolis eſt inſtituta, ut tradit Iſidorus l. 1. de officiis, cap. 18. *Sacrificium* (inquit) *pro defunctorum fidelium requie offerre, vel orare pro eis, quia per totum hunc orbem cuſtoditur, credimus quod ab ipſis apoſtolis traditum ſit: Hoc enim ubique catholica tenet eccleſia: quæ niſi crederet fidelibus defunctis dimitti peccata, non pro eorum ſpiritibus, vel eleemoſynam faceret, vel ſacrificium Deo offerret:* Hæc Iſidorus. Cyprianus pro mortuis ſemper offerebat ſacrificium, ut in epiſtola ad clerum dicit de Celerino confeſſore. Et Gregor. lib. 7. regiſt. epiſtola quæ incipit. Utilis ſemper. Ultimo apponam fragmentum Aug. lib. 9. conf. cap. 13. Sic enim ait de morte Monicæ matris ſuæ: *Namque illa imminente die reſolutionis ſuæ, non cogitavit corpus ſuum ſumptuoſe, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupivit, aut curavit ſepulcrum patrium: non illa mandavit nobis, ſed tantum memoriam ſui ad altare tuum fieri deſideravit, cui nullius diei prætermiſſionem ſervierat. Unde ſciret diſpenſari victimam ſanctam, qua deletum eſt chirographum, quod erat contrarium nobis; qua triumphatus eſt hoſtis, computans delicta noſtra.* Et infra: *Inſpira, domine Deus meus, inſpira ſervis tuis fratribus meis, filiis tuis, dominis meis, quibus voce, & corde, & litteris ſervio; ut quotquot hæc legerint, meminerint ad altare tuum Monicæ famulæ tuæ, cum Patricio quondam ejus conjuge, per quorum carnem introduxiſti me in hanc vitam, quemadmodum neſcio. Meminerint cum affectu pio parentum meorum, in hac luce tranſitoria, & fratrum meorum ſub te patre, in matre catholica, & civium meorum in æterna Jeruſalem, cui ſuſpirat peregrinatio populi tui, ab exitu uſque ad reditum; ut quod a me illa popoſcit extremum, uberius ei præſtetur in multorum orationibus, tam per confeſſiones, quam per orationes meas.* Hæc Auguſtinus de matre ſua.

Defunctorum commemoratio in miſſa ab apoſtolis eſt inſtituta.

Cap. 13. t *Majorum regulis.*) Concilium Eliberit. cap. 29. & I. Arauſic. can. 16. & Pius papa I. diſt. 33. cap. Communiter.

Cap. 15. Arrepti qui. u *Arrepti a dæmonibus.*) Hi Græce nomine dicuntur energumeni ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν, id eſt, ab operationibus dæmonum, quas in ipſis præcipue videmus. Concil. Ancyr. can. 15. *Energumenus eſt, qui tempeſtate jactatur, ſeu ſpiritu immundo divexatur: ἐνέργεια enim* pro vi ſeu efficacia, & vexatione dæmonum accipitur, apud Tertullianum lib. de præſcript. adverſus hæreticos. Sanctus Ambroſius ſerm. 25. dicit, a diabolo energumenum non niſi jejuniis poſſe purgari. Arreptorum nomen etiam apud Caſſianum eſt collat. 7. cap. 12. dicti ita videntur ἐνεργεῖν ἀπὸ τῶν, id eſt, ab operationibus dæmonum, quas in eos exercent.

Cap. 16. x *Qui ejus vicem.*) Idem eſt in concil. VII. Tolet. can. 2. Quod nullus ſolus miſſam dicat, decretum eſt a Sotere papa, habeturque de conſecr. diſt. 1. cap. Hoc quoque, & concilio Mogunt. cap. 43.

Cap. 15. y *Metropolitani electio.*) Sic cavetur concil. Chalced. cap. 19. ut celebretur ſynodus bis in anno, eo in loco quem epiſc. metropolitanus deſignaverit. Supra de hac re diximus.

Cur Athanaſius Setabitanus ſecundo ſubſcripſerit.

z *Subſcriptiones.*) In his omnibus ſubſcriptionibus ſolus Athanaſius Setabitanæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcribit, qui aliis interfuit conciliis: is enim, in VIII. æra 691. & IX. & X. ſubſcribit: unde hic, ut antiquior omnibus, poſt metropolitam Quiricum ſecundo loco conſignat. Ceteri omnes epiſcopis aliis ſuffecti huic ſynodo interfuerunt: ut Argemundus eccleſiæ Oretanæ, qui ſucceſſit Mauricio, in X. Aciſclus Complutenſis, Davilæ, in X. Concordius Palentinæ, Aſcario, in VIII. Etherius Baſtitanæ, Servodei, in VIII. Egica Segurienſis, Vvideriſco, in X. Felix Dianienſis, Marcello, in VIII. Gaudentius Valerienſis, Stephano, in X. Godiſcalcus Oxomenſis, Egilano, in X. Ioannes Bigaſtrenſis, Giberio, in X. Leander Illicitanæ, Vvimbali, in X. Memorius Segobricenſis, Euſicio, in X. Mumulus Arcavicenſis per procuratorem, Balduigio, in X. Palmatius Urcitanæ, Marcello, in X. Quiricus urbis regiæ, Eugenio, in X. Ricilla Accitanæ, Magnario, in X. Suinterius Valentinæ, qui Felici in VIII. Sinduitus per procuratorem, Segobienſis, Auterico. Subſcribit etiam Rogatus Beatienſis. Hujus epiſcopatus mentio in aliis ſubſcriptionibus non habetur. Omnes fere epiſcopi ſunt ex metropoli Toletana. nam in X. concilio Toletano omnes ſubſcribunt, præterquam Palentinæ, Baſtitanæ, Valentinæ Segobrienſis, qui etiam ad Carthaginenſem provinciam pertinent.

## Adnotatio P. Antonii Pagi

### ad Annum Chriſti 675. n. 2. & 3.

Garſias Loaiſa in Notis ad illud aſſerit, *factam eſſe hic iterum Sedium Epiſcopalium diviſionem*, tradere omnes Hiſpanos Hiſtoricos. At cum in illius Synodi capitulis ne verbum quidem de ea diviſione legatur; Hiſpaniarum Diœceſeon in aliquo poſteriori Concilio, cujus Acta perierint, diviſionem factam eſſe Baronius recte autumavit. Diviſio enim Sedium Epiſcopalium ad communem Eccleſiæ utilitatem ſpectabat, & juxta Decretum Synodi Toletanæ quartæ fieri debuit in Concilio generali ſeu nationali, quod ex omnibus Ditionibus Vvamba convocatum eſſet. In illa quippe quarta Synodo duo genera Conciliorum diſtinguuntur, *Generalia* ſcilicet, & *Provincialia*; decerniturque, ut ſi cauſa fidei eſt, aut alia Eccleſiæ communis, indicatur Generalis Synodus: *Si cauſa fidei eſt*, inquiunt Patres in quarta Synodo art. 3. *aut alia qualibet Eccleſiæ communis; Generalis totius Hiſpaniæ, & Galliæ*, id eſt Gallia Gothica, quæ Hiſpaniæ ſubjacebat, *Synodus convocetur: ſi vero nec de fide, nec de communi Eccleſiæ utilitati tractabitur, ſpeciale erit Concilium uniuſcujuſque Provinciæ, ubi Metropolitanus elegerit peragendum.* Quare cum Vvamba poſt Concilium Toletanum XI. annos fermo quinque regnarit, & nulla legatur habita ſub ejus Principatu per illud tempus, Synodus licet undecima Synodum ſingulis annis fieri præcipiat, non dubium, quin ea, in qua Provinciarum diviſio peracta, perierit.

Præterea Garſias in Notis ad Concilium Lucenſe deſcribit Indices Sedium Hiſpanienſium ex MSS. Codicibus Eccleſiarum Ovetenſis & Toletanæ, in quibus etiam delineatio Provinciæ Narbonnenſis reperitur, & hæc verba ſub finem habentur: *Omnia ſupraſcripta legit glorioſus Rex Vvamba in Concilio Toletano, ubi omnes Archiepiſcopi & Epiſcopi convenerant, quæ ſubſcriptione omnium confirmata ſunt, Quiriaco Toletano Archiepiſcopo Primatia dignitate & fide Catholica conſiſtente.* Quare Epiſcopatuum Hiſpanienſium diviſio facta fuit in Concilio Toletano generali ſeu nationali *duarum Hiſpaniarum*, id eſt, omnium Eccleſiarum, quæ intra fines Vviſigothicarum Ditionum cum in Gallia, tum in Hiſpania conſiſtebant, non autem in Provinciali ſeu ſpeciali Provinciæ duntaxat Toletanæ, quale fuit Toletanum XI, cui XVII. duntaxat Epiſcopi, duoque Vicarii, qui vices ſuorum Pontificum agebant, omnes ex Provincia Toletana, ſubſcripſerunt.

CON-

ANNO CHRISTI 675.

# CONCILIUM BRACARENSE IV.

HABITUM ANNO QUARTO VVAMBANI REGIS,

tempore Adeodati papæ, anno domini DCLXXV. Eſt provinciale.

## TITULI CAPITULORUM.


I. *De fide.*

II. *Ut repulſis omnibus opinionibus ſuperſtitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in ſacrificio offerantur.*

III. *Ne vaſa domini ſacrata, humanis uſibus ſerviant.*

IV. *Ne ſacerdos ſine orario miſſam audeat celebrare.*

V. *Ne ſacerdotes, ſive quicumque ex clero ſine teſtimonio cum quibuslibet fœminis habitent.*

VI. *De damnata præſumptione quorumdam epiſcoporum, qui in feſtivitatibus martyrum ad eccleſiam procedentes, appenſis collo reliquiis, ab albatis diaconibus in ſellulis vectantur.*

VII. *De * honeſta honoratorum diſciplina.* (* honeſtate honoratorum & diſciplina.)

VIII. *Ne repromiſſione munerum honoris gratia venumdetur.*

IX. *Ne * rectores eccleſiæ plus propria quam eccleſiaſtica jura laborare intendant.* (* actores)


## CAPITULA.

### I.

DEcenter ſatis per divinum Spiritum in Bracarenſi urbe collecti de his quæ intra Dei eccleſiam perverſa actione geruntur tractaturi convenimus; ut adjuvante nos illo, qui dicit: *Ubicumque fuerint duo vel tres in nomine meo collecti, ibi ero in medio eorum*, (Matth. 18.) pari animo, parique devotionis ſtudio exurgentes male habitos extirpemus errores. Etenim dum nos in unum ſynodalis actio aggregaſſet, debitis in ſedibus collocati, primum de ſanctæ fidei ſacramento cœpimus habere ſermonem: ſcilicet ne aut vanitate diſputantium, aut neſcientia ſimplicium, erroris quidpiam in hoc ſacroſancto ſacramento fidei teneretur. Unde cum omnes nos in vera fide, ut ſpeculum perluſtremus illæſos; in eo qui nullum noſtrorum ſchiſmatici erroris * fœdaverat turbo, (* inquinaverat, al. ſulcaverat.) ſed vera nos & ſimplex in hoc ſacramento apoſtolica oſtendit idoneos prædicatio, grates omnipotenti peregimus Deo. Quam tamen noſtræ fidei regulam ipſis verbis atque ſententiis commemorando retexuimus, quibus eam declaratam eſſe ſcimus in conventu Nicæni concilii. (Idem conc. Tolet. VIII.) Et ideo: Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inviſibilium conditorem: & in unum dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum: ex Patre natum ante omnia ſæcula: Deum ex Deo, lumen ex lumine; Deum verum ex Deo vero: natum, non factum; homouſion Patri, hoc eſt ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra: qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto * & Maria virgine (* & natus ex Maria virgine.) homo factus: paſſus ſub Pontio Pilato: ſepultus, tertia die reſurrexit: aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Patris: inde * venturus judicare vivos & mortuos: (* venturus in gloria judicare.) cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum ſanctum dominum & vivificatorem, ex Patre & Filio procedentem: cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum; qui locutus eſt per propthetas: in unam catholicam atque apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum baptiſma, in remiſſionem peccatorum: * carnis reſurrectionem mortuorum, & (* expectamus reſurrectionem mortuorum.) vitam futuri ſæculi. Amen.

Poſt hujus ſanctæ fidei ſacramentum, relatus eſt in * concione noſtrorum omnium, (* cognitione) error manifeſtus pariter & diverſus, qui tanta debet diſciplinæ arte retundi, quanta & perverſitate comprobatur * admitti. (* infundi.) Quidam enim ſacrificiis domini relati ſunt lac pro vino, pro vino botrum offerre: euchariſtiam quoque vino madidam pro complemento communionis credunt populis porrigendam: &, quod pejus his omnibus eſt, quidam ſacerdotum in vaſis domini epulas ſibi apponunt, & manducare in eis præſumunt. Quidam etiam ex ſacerdotibus relati ſunt, quod eccleſiaſticæ conſuetudinis ordine prætermiſſo, miſſam ſine orariis audeant dicere, & quod in ſolennitatibus martyrum reliquias ſuo collo imponant, & in ſellulis non ab aliis ſe portandos, niſi ab albatis diaconibus credant. Illud quoque quod plerique ſacerdotum abſque teſtimonio cum fœminis commorentur, & quod quidam illorum honoratos fratres ſuos verberibus indiſcretis ſubjiciant, nec non & illud, quod quidam * ſimoniæ cupiditate arrepti, (* Simoniæ) quos ordinaturi ſunt, ſub cautione dimittant; qualiter poſtquam ordinati fuerint, pecuniam ab ipſis promiſſam accipiant. Illud quoque quod familiam eccleſiæ in propriis laboribus quaſſant, damnum rebus dominicis facientes. Quæ omnia,

ANNO CHRISTI 675.

omnia, ne confuſe viderentur eſſe prolata, diſcretis titulorum ordinibus credimus ſubnectenda.

II.

De conſec. diſt. 2. Cum omne crimen.

Cum omne crimen atque peccatum oblatis Deo ſacrificiis deleatur, quid de cetero pro delictorum expiatione domino dabitur, quando in ipſa oblatione ſacrificii erratur? Audivimus enim quoſdam ſchiſmatica ambitione detentos, contra divinos ordines, & apoſtolicas inſtitutiones, lac pro vino in divinis ſacrificiis dedicare: alios quoque intinctam euchariſtiam populis pro complemento communionis porrigere; quoſdam etiam * non expreſſum vinum in ſacramento dominici calicis offerre, ſed oblatis uvis populos communicare. Quod quam ſit evangelicæ atque apoſtolicæ doctrinæ contrarium, & conſuetudini eccleſiaſticæ adverſum, non difficile ab ipſo fonte veritatis probabitur, a quo ordinata ipſa ſacramentorum myſteria proceſſerunt. Cum enim magiſter veritatis verum ſalutis noſtræ ſacrificium ſuis commendaret diſcipulis, non illis lac, ſed panem tantum & calicem ſub hoc ſacramento * benedixiſſe cognoſcimus. Ait enim evangelica veritas: *Accepit Jeſus panem & calicem, & benedicens dedit diſcipulis ſuis.* Ceſſet ergo lac in * ſacrificando offerri, quia manifeſtum & evidens exemplum evangelicæ veritatis illuxit, quod præter panem & vinum aliud offerri non ſinit. Illud vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt euchariſtiam populis, nec hoc prolatum ex evangelio teſtimonium recipit, ubi apoſtolis corpus ſuum & ſanguinem commendavit; ſeorſum enim panis, & ſeorſum calicis commendatio memoratur. Nam intinctum panem aliis Chriſtum præbuiſſe non legimus, excepto illi tantum diſcipulo, quem intincta buccella magiſtri proditorem oſtenderet; non quæ ſacramenti hujus inſtitutionem ſignaret. Nam quod de inexpreſſo botro, ideſt, de uvæ granis, populus communicatur; valde eſt omnino confuſum: Calix enim dominicus, juxta quod quidam * doctor ediſſerit, vino & aqua permixtus debet offerri, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino vero oſtendi ſanguinem Chriſti. Ergo quando in calice vino aqua miſcetur, Chriſto Populus adunatur, credentium plebs ei, in quem credit, copulatur & jungitur: quæ copulatio & junctio aquæ & vini ſic miſcetur in calice domini, ut commixtio illa non poſſit ſeparari: nam ſi vinum tantum quis offerat, ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis; ſi vero aqua ſit ſo- A la, plebs incipit eſſe ſine Chriſto. Ergo quando botrum ſolum offertur, in quo vini tantum efficientia demonſtratur, ſalutis noſtræ ſacramentum negligitur, quod per aquam ſignificatur; non enim poteſt calix domini eſſe aqua ſola, aut vinum ſolum, niſi utrumque ſibi miſceatur. Et ideo quia jam ex hoc plurima & multiplex majorum emanavit ſententia, quorum pietas in Deum religioſa, horum ſacramentorum & efficientias copioſe diſſeruit, & inſtitutiones veriſſime declaravit, omnis talis error atque B præſumptio ceſſare jam de cetero debet: ne perverſorum ordinata compago, * ſenatum veritatis enervet. Et ideo nulli deinceps licitum erit, aliud in ſacrificiis divinis offerre, niſi juxta antiquorum ſententias conciliorum, panem tantum & calicem [b] vino & aqua permixtum: de cetero aliter quam præceptum eſt faciens, tamdiu a ſacrificando ceſſabit, quamdiu legitima pœnitentiæ ſatisfactione correctus, ad gradus ſui officium redeat, * quem amiſit.

Id prohibitum eſt canone apoſtolorum 3, ne mel aut lac offeratur præter ordinationem domini.

* expreſſum vinum

* cocto ... ... ... ... 16.

* ſacrificio

* Cyprianus Julius papa ad epiſcopos per Ægyptum, ut de conſec. d. 2. c. Non debet. Omnia hæc ex epiſt. Julii papæ ad epiſcopos Ægypti.

* Aſtium

* ... d

III.

C Omni cura omnique ſtudio providendum eſt, ne hi qui locum videntur regiminis obtinere, contumeliam videantur inferre cœleſtibus ſacramentis. Etenim, quod & auditui * horribile, & viſui execrabile judicatur, relatum eſt nobis quod quidam ſacerdotum ſacrilega temeritate præcipites, vaſa domini in proprios uſus aſſumant, epulaſque ſibi in eis * comeſuras apponunt. Quod malum & obſtupentes deflemus, & deflentes obſtupeſcimus; ut illic humana D temeritas ſibi epulum præparet, ubi ſanctum Spiritum cognoſcitur advocaſſe & ibi eſum carnium crapulatus aſſumat, ubi divina viſus eſt celebraſſe myſteria; & in quibus * tantæ rei ſacramentum pro expiatione delictorum * percepit, in his expleat voluntatem ludibrii ſui. Et ideo hujus de cetero præſumptionis perſona, quæ ſciendo divina vaſa, vel miniſteria, aut in uſus ſuos tranſtulerit, aut comedere in his, vel poculum ſibi ſumendum elegerit, gradus ſui vel officii periculum ſuſtinebit: ita tamen ut, E ſi de ſæcularibus fuerit, perpetua excommunicatione damnetur, ſi vero religioſus, ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis ſententia & illi obnoxii tenebuntur, qui eccleſiaſtica ornamenta, vela, vel quælibet alia indumenta, atque etiam utenſilia ſciendo in uſus ſuos tranſtulerint, vel aliis vendenda, vel donanda crediderint.

* terribile.

* comedendas

* tantum ſibi offerri in ſacramenta pro

* præcepit

IV.

12. diſt. Cum eccl. inſtit.

Cum antiqua eccleſiaſtica noverimus inſtitutione prefixum, ut omnis ſacerdos,

ANNO CHRISTI 675.

De orario a nobis ſupra dictum eſt concil. Tol. 4. cap. 38. * utroque, al. utrimque * appareat humero : qua * dubitat? * conſecratione honoris hoc retineat, & in obl. per

dos, cum ordinatur, orario utroque humero ambiatur ſcilicet ut qui imperturbatus præcipitur conſiſtere inter proſpera & adverſa, virtutum ſemper ornamento * utrobique circumſeptus * appareat: qua ratione tempore ſacrificii non aſſumat, quod ſe in ſacramento accepiſſe non * dubitatur? Proinde modis omnibus convenit, ut quod quiſque percepit in * conſecratione, hoc & retentet in oblatione, vel perceptione ſuæ ſalutis; ſcilicet, ut cum ſacerdos ad ſolennia miſſarum accedit, aut * pro ſe Deo ſacrificium oblaturus, aut ſacramentum corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti ſumpturus, non aliter accedat, quam orario utroque humero circumſeptus, ſicut & tempore ordinationis ſuæ dignoſcitur conſecratus: ita ut de uno eodemque orario cervicem pariter & utrumque humerum premens, ſignum in ſuo pectore * præferat crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ ſubjacebit.

* p. appar.

## V.

Quamquam [c] antiqua canonum inſtitutio de hujuſmodi præſumptione abſolutas & multiplices diſciplinas atque inſtitutiones ediderit, nos tamen brevitatis cauſa, omnem fornicandi occaſionem cupientes auferre, id omnimoda ſancimus auctoritate tenendum, ut nullus ſacerdotum, ſive quiſquis ille de clero, abſque honeſto & competenti teſtimonio, excepta ſola matre, cum quibuslibet fœminis ſecrete ſe præſumat adjungere; non ſolum cum extraneis mulieribus, ſed nec cum ipſis [d] etiam ſororibus, vel propinquis; ne licentia ſororum, vel propinquarum mulierum, * quiſquis ille ſolutus, familiarior habeatur ad perpetrandum ſcelus. Hujus ergo præceptionis tranſgreſſor, ſex menſibus ſe noverit pœnitentiæ legibus ſubjacere.

* quiſquis ſolus

## VI.

Bona quidem res eſt, divina ſacerdotibus contrectare myſteria: ſed cavendum valde eſt, ne hoc quiſque ad uſum pravitatis ſuæ intorqueat, unde ſoli Deo de bono conſcientiæ placere debuerat: ſcriptum eſt enim; *Væ his qui faciunt opus domini fraudulenter & deſidioſe*. Ut enim quorumdam epiſcoporum deteſtanda præſumptio noſtro ſe cœtui intulit dirimenda, agnovimus quoſdam de epiſcopis, quod in ſolennitatibus martyrum ab eccleſiam progreſſuri, [e] reliquias collo ſuo imponant, & ut majoris faſtus apud homines gloria intumeſcat, (quaſi ipſi ſint reliquiarum arca) Lævitæ albis induti in ſellulis eos deportant. Quæ deteſtanda præſumptio ab-

Jer. 48.

rogari per omnia debet, ne ſub ſanctitatis ſpecie ſimulata vanitas ſola prævaleat, ſi modum ſuum uniuſcujuſque ordinis reverentia non agnoſcat. Et ideo antiqua in hac parte & ſolennis conſuetudo ſervabitur, ut in feſtis quibuſque arcam Dei cum reliquiis, non epiſcopi, ſed Levitæ geſtent in humeris, quibus & in veteri lege onus id & impoſitum novimus & præceptum. Quod ſi etiam epiſcopus reliquias per ſe deportare elegerit, non ipſe a diaconibus in ſellulis vectabitur, ſed potius pediſſequa eo, una cum populis progreſſione procedente, ad conventicula ſanctarum eccleſiarum ſanctæ Dei reliquiæ per eumdem epiſcopum portabuntur. Jam vero qui hæc inſtituta ſciendo adimplere diſtulerit, quamdiu in hoc vitio fuerit, a ſacrificando ceſſabit.

I. Par. 15.

## VII.

Cum beatus apoſtolus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia * præcipiat & doctrina, novimus quoſdam * a fratribus tantis cædibus honoratos ſubditos effervefcere, quantas poterant latrocinantium promereri perſonæ. Et ideo qui gradus jam eccleſiaſticos meruerunt, id eſt, presbyteri abbates, ſive Levitæ, excepto gravioribus & mortalibus culpis, nullis debeant verberibus ſubjacere. Non eſt dignum ut paſſim unuſquiſque prælatus honorabilia membra ſua, prout voluerit, & complacuerit, verberibus ſubjiciat & dolori, ne, dum incaute ſubdita percutit membra, ipſe quoque debitam ſibi ſubditorum reverentiam ſubtrahat: juxta illud quod quidam ſapiens dicit: Leviter caſtigatus, reverentiam exhibet caſtiganti: * aſperitatis nimiæ increpatio, nec increpationem recipit, nec ſalutem. Et ideo ſi quis aliter, quam dictum eſt, prædictos honorabiles ſubditos, licentia perceptæ poteſtatis elatus, malitia tantum crediderit verberandos, juxta modum verberum quem intulerit, excommunicationis pariter & exilii ſententiam ſuſtinebit.

Diſt. 45. Cum B. apoſt. 1. Tim. 4. * præcipiat ex ea hanc doctrinam, novimus * e

D. ad leg. Aquiliam Præceptoris * aſperitas autem nimia increpationis

## VIII.

Quia non expedit ut donum ſancti Spiritus pecuniis comparetur, quamquam ex hoc antiquorum canonum diſciplinæ, & multiplices maneant, & diverſæ tamen, quia neceſſe eſt ut frequentius retundatur quod ſine intermiſſione præſumitur, ideo novellæ hujus inſtitutionis formam inſtituentes decernimus, ut quicumque pro conferendo cuiquam ſacerdotii gradu, aut munus quodcumque, aut promiſſionem muneris, antequam ordinetur, acceperit; vel etiam, poſt quam ordinatus fuerit, in aliquo ſe pro hoc

Vide Brac. 1. c. 3. ubi de hac re cenſ. pſſ. Ivo p. 5. cap. 81.

ANNO CHRISTI 6[??]
Con[...] [illegible]

hoc ipſo præſumpſerit munerari: ſive ille qui dederit, ſive qui acceperit, juxta ſententiam Chalcedonenſis concilii gradus ſui periculum ſuſtinebit.

## IX.

Non decet rectores eccleſiæ in ſuis ſtrenuos, & in eccleſiaſticis rebus eſſe remiſſos. Nam quorumdam fertur opinio, quod quidam ſacerdotum familias eccleſiæ in ſuis propriis laboribus quaſſent, rei propriæ profectum augentes; dominicis vero diſpendium nutrientes. Unde quicumque ſub hoc neglectu res divinas laborare diſtulerit, ſpeciali placito diſtringendus eſt: qualiter, ſi de rebus, ſeu augmentis eccleſiæ queſtum, * vel labores rei propriæ auxit, ut ex hoc eccleſiaſticis rebus aut neglectum laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus eccleſiæ * minorationis exhibuit, tantum de rebus propriis eccleſiæ illi reſtituat, ex cujus rebus atque ſuffragiis ſuo convictus fuerit ampliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro utilitatibus eccleſiæ aut ſubſtantiæ expendit, aut diſpendii, vel perditionis quidpiam pertulerit; ſi hoc comprobare potuerit, totum illi a rebus ejuſdem eccleſiæ reformabitur, pro cujus utilitatibus id expendiſſe comprobatur. Gratias itaque peragimus omnipotenti Deo. Poſt hæc, ſit pax, ſalus, & diuturnitas piiſſimo & amatori Chriſti domino noſtro Wambano regi, cujus devotio nos ad hoc decretum ſalutiferum convocavit; divinam poſtulantes clementiam, ut gloria Chriſti regnum ejus corroboret, uſque ad ultimam ſenectutem: præſtante ipſo qui cum Patre & Spiritu ſancto unus vivit, & gloriatur in trinitate Deus, in ſæcula ſæculorum. Amen.

[margin: al. eſt * Quicumque ſub hoc]
[margin: * labor bus ſuis propriæ auxit & ex hoc]
[margin: * minuit illi reſtituat ex cujus rebus]

## c SUBSCRIPTIONES.

* Leodeciſius in Chriſti nomine epiſcopus, cognomento Julianus, has conſtitutiones, ſecundum quod nobis cum ſanctis coepiſcopis meis, qui mecum ſubſcripſerunt, Deo inſpirante, complacuit, & relegi & ſubſcripſi. [margin: * Leodigius]

* Genetivus in Chriſti nomine eccleſiæ Tudenſis epiſcopus ſimiliter. [margin: * Gen[...]nus, al. Genitinus]

* Froaricus Deo jubente Portucalenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter. [margin: * Froaticus.]

Bela in Chriſti nomine * Britanienſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter. [margin: * Britonienſis]

Iſidorus Aſturicenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter.

* Alarius Deo jubente Auriſinæ eccleſiæ epiſcopus ſimiliter. [margin: * Illarius]

Reſtogenis in Chriſti nomine Lucenſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter.

Ilduitus, qui cognominor Felix, Irienſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter.

ANNO CHRISTI 6[??].

## NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Concilium Bracarenſe.* ) Bracara, hodie Braga, in provincia Luſitaniæ, caput totius regni in ſpiritualibus. Dicitur Auguſta Bracarium Plinio, Βρακαρ Ptolemæo. In veteri nummo ſic ſcriptum eſt.

RECCESVINTHUS REX
BRACARA PIUS.

Vocatur Bracarauguſta; inde Bracarauguſtani, ut docet vetus inſcriptio marmori inſculpta, quam exſcripſit Lipſius in libro inſcriptionum antiquarum.

ISIDI AUG. SACRUM
LUCRETIA FIDA SACERDOS PERP.
ROM. ET AUG.
CONVENTUS BRACARAUG. V. D.

b *Vino & aqua.* ) De conſecrat. diſt. 2. Cum omne: & Cyprianus epiſt. 3. lib. 2. exponens illud, *Bibite vinum quod miſcui vobis*, in tota hac epiſtola id intendit, ut probet, nec calicem cum aqua ſine vino recte offerri, neque vinum abſque aqua, juxta Chriſti traditionem conſecrari. Hujus epiſtolæ meminit D. Auguſtinus lib. 4. de doct. Chriſtiana, cap. 21. & concil. Carthag. III. cap. 24. cui D. Auguſtinus interfuit, ſic enim habet: *Ut in ſacramentis corporis & ſanguinis nihil amplius offeratur quam ipſe dominus tradidit, hoc eſt, panis & vinum aqua mixtum.* Et habetur de conſecrat. diſt. 2. cap. In ſacramento. Et Innocentius III. errorem eorum correxit, qui dicebant aquam converti in phlegma: habeturque libro decretalium titulo de celebratione miſſæ, cap. In quadam noſtra. Idem Alexander papa & martyr V. a beato Petro in epiſtola ad omnes orthodoxos, *Non debet* ( inquit ) *in calice domini aut vinum ſolum aut aqua ſola offerri, ſed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere ejus in paſſione ſua profluxiſſe legitur.* Qua de cauſa ſanctus Irenæus calicem vocat temperamentum, libro quarto cap. 57. & calicem mixtum. Et Julius papa in epiſtola ad epiſcopos Ægypti. Ambroſius lib. 5. de ſacramentis, cap. 1. Sanctus Hieronymus in Marcum, cap. 14. Damaſcenus libro 4. de orthodoxa fide, cap 14. Duas hæreſes evertit concilium Trullanum, can. 32. alteram Hydroparaſtatarum, qui aqua ſola in ſancti calicis ſacrificio utebantur, ( Epiphanius hæreſi 30. & 42. de Aquariis & Auguſtinus hæreſi 44. ad Quod-vult-deum, & de eccleſiaſticis dogmatibus, cap. 75. *Non debet* ( inquit ) *pura aqua inferri, ut quidam ſobrietatis falluntur imagine, ſed vinum cum aqua mixtum*, ) alteram Armeniorum, qui non niſi vinum purum offerunt. Cujus erroris meminit Theophylactus ad cap. 19. Joannis. Nicephorus lib. 18. cap. 53. Demum ſynodus magna Tridentina ſeſſ. 22. can. 9. *Si quis dixerit aquam non miſcendam eſſe vino in calice offerendo, eo quod ſit contra Chriſti inſtitutionem anathema ſit.* Trullana ſynodus, quæ ſub nomine VI. ſynodi circumfertur canone 57. vetat ad altare mel & lac offerre. & canon apoſtolorum 3. Si quis epiſcopus.

[margin: Cap. 2. Aqua vino miſcenda eſt in conſecratione calicis. Trev. 9.]

c *Antiqua canonum.* ) Ut patet libro 3. decret. tit. de cohabitatione clericorum & mulierum. Concilium Conſtantino. VI. cap. 5. & 27. qu. 1. Si quis. Bene ait Auguſtinus pſal. 50. & lib. 50. hom. 22. Mulier longe, libido prope.

d *Etiam ſororibus.* ) Concilio I. Niceno cap. 3. contrarium cavetur, videlicet, ut liceat epiſcopo & presbytero matrem, ſororem, amitam, & eas etiam perſonas habere, quæ ſuſpicionem omnem effugiant. Concilium Carthagin. III. c. 17. hanc ulterius indulgentiam extendit, videlicet; *Ut cum clericis ſolæ matres, aviæ, materteræ, amitæ, ſorores, & filiæ fratrum aut ſororum, & quæcumque ex familia, domeſtica neceſſitate, etiam antequam ordinarentur, jam cum eis habitabant; vel ſi filii eorum, jam ordinatis parentibus, uxores acceperint, aut ſervis non habentibus in domo, quas ducant, aliunde ducere neceſſitas fuerit.* Atque huic concilio D. Auguſtinus ipſe ſubſcripſit, ſed quod aliis conceſſit ſibiipſi interdixit; nam fœminarum, & in eis ſororis & fratris filiæ contubernium & familiaritatem vitavit, quippe qui ſibi dicere ſolebat; Etſi propinquæ mulieres ſuſpectæ non eſſent, tamen quæ ad eas venirent, poſſe ſuſpicionem efficere. De pœna quam incurrunt eæ mulieres quæ contra interdictum clericis cohabitant, habes concil. Hiſpalenſi I. cap. 3. Conc. Matiſconenſi can. 2. cavetur ut nulla mulier in cubiculo epiſcopi, abſque duobus presbyteris, aut certe diaconis, ingredi permittatur. Et conc. Carth. I. cap. 3. ex ſententia Grati epiſcopi decernitur, ut in una domo nullus clericus cum extranea fœmina commoretur, & c. 4. neque cum viduis, niſi fuerint germanitate conjuncti. Idem concilium Carthag. IV. can. 102. Idem Lucius papa XXI. a Petro in epiſtola ad epiſcopos Galliæ & Hiſpaniæ, *Clericus ſolus* ( inquit ) *ad fœminas tabe-*

[margin: Quarum mulierum cohabitationem clericus vitare debeat.]

ANNO CHRISTI 675

tabernaculum non accedat, neque frequenter properet, ſine majoris natu ſacerdotis juſſione: & ne ſolus presbyter cum ſola fœmina fabulas miſceat; & ſi quid agnitum fuerit, & ille deponatur; & illa a liminibus eccleſiæ arceatur. Et ut nullus clericus cum extranea habitet fœmina, niſi ſoror, aut proxima fuerit, habetur diſt. 81. cap. Clericus ſolus. Gregorius magnus Januario epiſcopo Calaritano, epiſt. 26. & per totam diſt. 81. idem multis ſanctorum patrum teſtimoniis decernitur.

Cap. 6. Cultus reliquiarum religioſus eſt.

e Reliquias collo ſuo.) Reliquias ſanctorum debito honore eſſe venerandas decretum eſt concilio Nicæn. II. act. 1. in confeſſ. catholica act. 3. Servator (inquit) noſter Chriſtus fontes ſalutares ſanctorum reliquias nobis reliquit multis modis beneficia in debiles fundentes, unguentum redolentis ſuavitatis ſcaturientes, &, ut inquit magnus doctor, cui ab immortalitate nomen eſt:

Intelligit Athanaſium.

Martyrum oſſa morbos fugant, infirmis medicantur; cæcis viſum impertiunt, lepras mundant, tentationes & mœrores ſolvunt; atque id per Chriſtum, qui in ipſis habitat. Hæc Nicæna ſynodus adverſus Iconoclaſtas. Concilio Trident. ſeſſ. 25. ſic dicitur; Sanctorum quoque martyrum, & aliorum cum Chriſto viventium ſancta corpora, quæ viva membra fuerunt Chriſti, & templum Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda, & glorificanda, a fidelibus veneranda eſſe: per quæ multa beneficia a Deo hominibus præſtantur. Et alia multa de hac re ſcripta ſunt a viris piis & doctis, adverſus impiam hæreticorum audaciam, ſanctorum corpora, quæ fuerunt Spiritus ſancti organa, & viva membra, odio & armis oppugnantium. Præſertim probat reliquiarum antiquiſſimum cultum ſanctus Clemens lib. 6. conſt. apoſt. cap. 29. ex contactu cadaveris Eliſæi prophetæ mortuum ſuſcitantis 4. Reg. 13. Idem Cyril. Hieroſol. catech. 18. Et Joſephi oſſa jam vita functi prophetantia Eccl. cap. 49. Auguſt. ſerm. 29. de ſanctis ſic inquit: Si opem ferre poterat umbra corporis Petri, quanto magis nunc plenitudo virtutis: ſi tunc ſupplicantibus proderat aura quædam pertranſeuntis, quanto magis nunc gratia permanentis. Merito per omnes Chriſti eccleſias, auro pretioſius habetur ferrum illud pœnalium vinculorum. Si tam medicabilis obumbratio viſitantis; quanto magis catena vincientis. Hæc Auguſt. Idem probat Baſilius homil. 40. ad martyres. Rufin. lib. 1. cap. 35. Sozom. lib. 3. cap. 18. Theod. lib. 3. cap. 10. Verum D. Ambroſius de cultu reliquiarum ſic inquit ſerm. 92. Honoremus beatos martyres, principes fidei, interceſſores mundi, præcones regni, cohæredes Dei. Quod ſi dicas mihi: Quid honoras in carne jam reſoluta atque conſummata, de qua jam Deo nulla cura eſt? Et ubi eſt illud, cariſſimi, quod ipſa veritas loquitur per Prophetam: Pretioſa (inquit) eſt in conſpectu domini mors ſanctorum ejus. Et paulo poſt:

Pſal. 115.

Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices; honoro viventis memoriam, perennitatem virtutis; honoro per confeſſionem domini ſacros cineres. Rurſus: Cur autem non honorent corpus illud fideles, quod reverentur dæmones, quod afflixerunt in ſupplicio, ſed glorificant in ſepulcro? Honoro itaque corpus quod Chriſtus honoravit in gladio, quod cum Chriſto regnabit in cælo. Ultimo apponam ſancti Hieronymi fragmentum, ex libello adverſus Vigilantium Barcinonenſem presbyterum, vel potius adverſus dormientes hujus temporis hæreticos ſcriptum; Ergo ſacrilegi ſumus (invehitur in Vigilantium) quando apoſtolorum baſilicas ingredimur?

ANNO CHRISTI 675

A Sacrilegus fuit Conſtantinus imperator, qui ſanctas reliquias Andreæ, Lucæ, & Timothei tranſtulit Conſtantinopolim, apud quas dæmones rugiunt, & inhabitatores Vigilantii ſe ſentire præſentiam confitentur. Sacrilegus dicendus eſt & nunc Auguſtus Arcadius, qui oſſa beati Samuelis longo poſt tempore de Judæa tranſtulit in Thraciam? Omnes epiſcopi non ſolum ſacrilegi, ſed & fatui judicandi qui rem viliſſimam, & cineres diſſolutos in ſerico & vaſe aureo portaverunt? Stulti omnes eccleſiarum populi qui occurrerunt ſanctis reliquiis, & tanta lætitia, quaſi præſentem viventemque prophetam cernerent, ſuſceperunt, ut de Palæſtina uſque Chalcedonem jungerentur populorum examina, & in Chriſti laudem una voce reſonarent? Videlicet adorabant Samuelem, & non Chriſtum, cujus Samuel & Levita, & propheta fuit: Hæc Hieronymus. Poſſumus nos, quod ille de Arcadio ſui temporis imperatore dixit, de Philippo Hiſpaniæ rege catholico & piiſſimo dicere, adverſus hæreticos hujus ſæculi. Sacrilegus & nunc dicendus eſt Philippus, qui reliquias beati Eugenii, & Leocadiæ humeris impoſitas B pie & religioſe in eccleſiam Toletanam, Philippo filio, & aliis principibus ſociatus, immiſit? & in cœnobio D. Laurentii, ab ipſo mira ſtructura exædificato, conquiſitas ex omni Chriſtiano orbe magno ſtudio ſanctorum beatas reliquias vaſis auro & gemmis clariſſimis, & fulgentibus, & cælatis, diſtinctis, magno cultu & religione colit & veneratur? ita ut Philippus princeps natu maximus, adoleſcens ſummæ ſpei, ſoleat, detecto capite, genibus flexis, eiſque innixus, pulverem vaſorum abſtergere.

f Subſcriptiones.) Bracarenſe II. actum fuit æra 610. 2. Mironis regis. Tertium vero poſt elapſos centum & tres annos, æra 713. Verum ex eadem provincia in aliis conciliis interfuerunt epiſcopi, ut Alarius, ſive Hilarius, Aureſinæ eccleſiæ, qui ſucceſſit Sonæ, qui in VIII. Toletan. ſubſcribit. Bella Britanienſis, vel Britonienſis, ut eſt in Bracarenſi II. qui ſucceſſit Servodei, in VIII. Froaricus Portucalenſis, qui Flavio, in X. Toler. Genetivus Tudenſis, qui Beato in VIII. Iſidorus Aſturicenſis, qui Elpidio, in X. Toler. Ilfulfus Felix Irienſis qui Vincibili in VIII. Toler. Leodeciſius Julianus Bracarenſis, qui Fructuoſo, in X. Toler. Rectogenis Lucenſis, qui Hermenfredo, in X. Toler.

C

## EPISCOPATUS METROPOLIS

### BRACARENSIS.

| In III. Bracarenſ. | In II. Bracarenſi | In Conc. apud Lucum. |
|---|---|---|
| Bracara. | Bracara. | Luco. |
| Aureſina. | Egitania. | Aſtorica. |
| Tude. | Conimbrica. | Auria. |
| Aſtorica. | Viſeo. | Britonia. |
| Iria. | Lameco. | Tude. |
| Portucale. | Magneto. | Iria. |
| Britania. | | |
| Luco. | | |

D In codicibus manuſcriptis ſunt ſubſcriptiones, ut poſuimus: unde corrupte in aliis ponitur Julianus Hiſpalenſis. Bella Britanienſis eſt in manuſcripto. Eſt Bela nomen Gothicum, nunc generoſæ familiæ Ayale gentile.

ANNO CHRISTI 676.

# VITA DONI PAPÆ

Dantur variantes ex cod. Luc. 490.

* quod paradiſus dicitur,

a DOnus natione Romanus, ex patre Mauricio, b ſedit annum unum, menſes quinque, dies decem. Hic atrium beati Petri apoſtoli ſuperius, * quod eſt ante eccleſiam in quadriporticum magnis marmoribus ſtravit, ſed & eccleſiam apoſtolorum ſitam via Oſtienſi, ut decuit, reſtauravit, atque dedicavit. Itemque eccleſiam ſanctæ Euphemiæ poſitam via Appia ſimiliter dedicavit. Clerum quoque diverſis ordinibus & honoribus ampliavit. Hic reperit in urbe Roma, in monaſterio quod appellatur Boetianum, Neſtorianitas, monachos Syros, quos per diverſa monaſteria diviſit. In quo prædicto monaſterio monachos Romanos E inſtituit. Hujus temporibus eccleſia Ravennatum, quæ ſe ab eccleſia Romana ſegregaverat cauſa autocephaliæ, denuo ſe priſtinæ ſedi apoſtolicæ ſubjugavit. Cujus eccleſiæ præſul nomine Reparatus e veſtigio, ut Deo placuit, vitam finivit. Hic dum eſſet electus per Auguſti menſem, c apparuit ſtella a parte orientis a galli cantu uſque mane per menſes tres, cujus radii cœlum penetrabant. In cujus viſione (a) ſurgentis omnes provinciæ & gentes mirabantur, * quæ poſt in ſemetipſam reverſa diſparuit. * Pro quo capitulo & (b) maximo mors a parte orientis ſubſecuta eſt. Fecit autem ordinationem unam, presbyteros decem, dia-

* quidnam eſſe poſſit.

* Poſt eam apparitionem maxima mors a parte orientis ſubſecuta eſt.

(a) ſurgentes. (b) maxima.

ANNO CHRISTI 676

diaconos 5. epiſcopos per diverſa loca numero ſex. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum ſub die (a) 11. Idus Aprilis, & ceſſavit epiſcopatus menſes duos, dies 15.

### NOTÆ SEVERINI BINII.

*Donus quando pontifex creatus ſit.*

a *Donus*.) Donus, quem alii Domnum, alii Domnionem, alii Conum ſive Canonem appellant, anno 676. ipſis Kalendis Novembris creatus eſt pontifex Romanus. quod cum Theodoro Conſtantinopolitanæ ſedis epiſcopo Monothelitæ innotuiſſet, intermiſſis quas de ſui ordinatione ad eum ſcripſiſſe debebat literis ſynodalibus, miſit dumtaxat epiſtolam hortatoriam, qua petebatur, ut tandem aliquando concordia inter orientalem & occidentalem eccleſiam ſanciretur. Conſtat ex epiſtola Conſtantini imperatoris, quam ipſe ad Donum tranſmiſit. Quid ad eas pontifex reſcripſerit, ignoratur.

*Monothelitæ Vitalianum e ſacris diptychis expungunt.*

Hoc tempore Conſtantinus imperator bellicis curis ſolutus, pace cum Sarracenis compoſita, ad pacem eccleſiæ reſtituendam totum animum adjecit. reſtiterunt Monothelitarum ſignifери Theodorus Conſtantinopolitanus & Macarius Antiochenus epiſcopi, qui cum Romanorum pontificum acerrimi hoſtes & adverſarii eſſent, invito imperatore, retento ſolius Honorii nomine, quaſi is cum Monothelitis ſenſerit, Vitaliani aliorumque pontificum Romanorum nomina, (ut videre eſt act. 8. ſextæ ſynodi) e ſacris diptychis abſtulerunt. Quo facto imperator vehementer exagitatus, Theodorum epiſcopatu depoſuit, eique Georgium quemdam ſubrogavit; atque ad reconciliandam utramque eccleſiam orientalem & occidentalem, ad Donum papam, ſacram, quæ extat initio actionis ſextæ ſynodi, imperialem ille quidem direxit: ſed cum vita functus eſſet, antequam Romam afferretur, Agathoni reddita fuit.

*Quamdiu ſederit.*

b *Sedit annum unum, menſes 5. dies 10.* Ex epiſtola Conſtantini imperatoris ad Donum ſcripta colligitur, ipſum ad aliquot menſes amplius ſedem propagaſſe: cum reperiatur data pridie Idus Auguſti anno 678. Qua enim ratio patitur, ut poſt menſes quatuor, obitus Romani pontificis imperatorem adhuc latuerit?

c *Apparuit ſtella.*) De hac ſtella vide Bedam libro quarto cap. 12.

ANNO CHRISTI 677. 680.

# CONCILIUM ANGLICUM

### In quo S. Wilfridus Epiſcopatu dejectus eſt.

SVvilfridum Eboracenſem epiſcopum ſede ſua ſpoliatum, & expulſum fuiſſe in Synodo a Theodoro Cantuarienſi Archiepiſcopo coacta colligitur e Concilio Romano anno inſequenti in præfati Vvilfridi cauſa congregato. In eo enim hæc leguntur: *Quidam mei epiſcopatus invaſores* (Vvilfridus Agathoni Pontifici loquitur) *nulla in me convicta culpa, contra ſanctorum ſcita canonum in conventu ſanctiſſimi Theodori Cantuariorum Archiepiſcopi, & aliorum convenientium antiſtitum ſedem meam, quam per decem & eo amplius annos tenueram, uſurpare moliti ſunt.*

# SYNODUS DIRINENSIS

## IN ARABIA NESTORIANORUM

*Circa varia fidei, vel potius hæreſis & diſciplinæ capita,*

Georgio Catholico præſide, anno 57. Ægiræ, Chriſti 677. celebrata.

*Mansi ſupp. pag. 105.*

DE hac ſynodo ita ſcribit Aſſemanus Bibl. Orient. to. III. par. II. pag. CLXXXVI. *Synodus Georgii, qui Jeſujabum Adjabenum excepit, habita in inſula Dirina haud procul a Baſſora Arabiæ urbe, anno Chriſti 677. de qua Elias Damaſcenus hæc in Nomocanone*. Porro Georgius conſtitutas in partibus orientis inſulas regioneſque ſtudioſe luſtravit, Chriſtianorum ibi commorantium neceſſitatibus conſulturus, eoſque in iis directurus, in quibus poſita eſt illorum vita: in fide videlicet & conſtitutionibus, atque canonibus. Idcirco enim ea loca præſens adiit, circumluſtravit, ut quæ oportebat, emendaret reformaretque. Progreſſus eſt itaque uſque in inſulam ditionis Baharaini, quam Dirinam vocant (*Barainum ſermone Arabico duo maria ſignificat: locus eſt ad oram ſinus Perſici ex parte Arabiæ*) ubi menſe majo, anni regni Arabum quinquageſimi ſeptimi, una cum metropolita Baharaini & quinque epiſcopis ſynodum celebravit, in qua placuit patribus librum inſtaurare de fide, deque legibus & canonibus, quos patres occidentales orientaleſque condiderant. Exemplar in illis partibus quas obierant, reliquere.

# CONCILIUM MARLACENSE

*Anno 677. habitum.*

IN meis ad Pagium adnotationibus concilium Auguſtodunenſe S. Leodegarii confudi cum ea ſynodo quæ habita fuit Marliaci, evocante Theodorico Rege Francorum, ipſoque præſente Rege Dagoberto, e qua ſynodo prodiit diploma illud Theodorici, quod Mabillonius lib. 6. de re diplom. pag. 469. vulgavit. Nunc tamen, ſero licet, agnoſco duo hæc concilia plane inter ſe diſtincta ac ſeparata fuiſſe; præterquam enim locus utriuſque concilii non congruit; illud enim Auguſtoduni habitum ſcribitur: hoc vero Marlaci; inſuper nulla congrua ratio afferri poteſt, cur canones in concilio Marlacenſi ſtatuti S. Leodegario Auguſtodunenſi epiſcopo tribuerentur, eaque de cauſa quod Marlaci eſt habitum, concilium Auguſtodunenſe appellaretur. Stet ergo Marlacenſe concilium habitum *medio menſe ſeptembris* anno Theodorici Regis V. qui cum anno 677. componitur. Porro hanc temporis adſcriptionem præfert diploma ejuſdem Theodorici in eodem concilio datum, quod in Collectione Veneto-Labbeana recitatur. Cum vero S. Leodegarius teſtamentum ſuum condiderit in concilio *quinquagintaquatuor* epiſcoporum, præſentibus *principibus noſtris*, ideſt Theodorico & Dagoberto, inde non inani conjectura colligo ad hoc ipſum Marlacenſe concilium teſtamentum illud pertinere. Cenſet enim Pagius ad annum 677. num. 7. 8. numquam ante id temporis inter principes illos conveniſſe.

VITA

(a) IV.

ANNO CHRISTI 678.

# VITA,
# EPISTOLÆ ET DECRETA AGATHONIS PAPÆ.

Dantur variantes ex cod. Luc. 490.

AGatho, * natione Siculus, (a)* ex monachis, * ſedit annos * duos, menſes ſex, dies (b) tres. Tantum benignus & manſuetus fuit, ut etiam omnibus hilaris & jocundus comprobaretur. * Hujus temporibus Theodorus archiepiſcopus Ravennæ ſemetipſum ſedi apoſtolicæ poſt multorum annorum curricula præſentavit. * Hic ſuſcepit divalem juſſionem piiſſimorum principum Conſtantini, Heraclii & Tiberii Auguſtorum, per Epiphanium Glorioſum (c) a ſecretis, miſſam præceſſori ſuo Dono papæ invitantem atque adhortantem, ut debeat ſacerdotes, vel miſſos ſuos dirigere in regiam urbem pro adunatione facienda ſanctarum Dei eccleſiarum, quod & ordinarie non diſtulit. * * Et direxit Abundantium Paternenſem, B Joannem * Rhegitanum, & Ioannem Portuenſem * epiſcopum, Theodorum, & Georgium presbyteros, Joannem * diaconum, & (d) Conſtantinum, Theodorum presbyterum Ravennatem, atque religioſos ſervos Dei monachos. Clerum videlicet diverſis ordinibus, & ſuper quod competebat, eos honoribus ampliavit. Hic ultra conſuetudinem arcarius eccleſiæ Romanæ * efficitur, & per ſemetipſum cauſam arcariæ diſpoſuit, emittens videlicet (e) de ſuſcepta per nomenclatorem manu ſua obumbratas; qui infirmitate detentus, arcarium juxta conſuetudinem inſtituit. Hujus temporibus indictione 8. luna eclipſim pertulit menſis Junii die (f) 28. Similiter & mortalitas major atque graviſſima ſubſecuta eſt menſe ſupraſcripto, Julio, Auguſto, & Septembri in urbe Roma, qualis nec temporibus aliorum pontificum * eſſe memoratur. Ut etiam parentes cum filiis atque fratres ſeu ſorores * (g) binatim per lectos ad ſepulcra deducerentur. * Poſtmodum vero foras circumquaque ſuburbana, & caſtra devaſtare non ceſſavit. Qui ſupraſcripti miſſi ſedis apoſtolicæ, qui directi fuerant in regiam urbem, * ingredientes die decima menſis Novembris, nona indictione, domino (h)* ſolante, atque principe apoſtolorum comitante, ſuſcepti ſunt a principe in oraculo beati Petri apoſtoli intra palatium, porrigentes ei ſcripta pontificis. Quæ dum ſuſcepiſſet, commonuit eos, atque adhortatus eſt, ut non per ſchiſma, aut furorem, ſed pacifica diſpoſitione remittentes philoſophicas (l) aſſertiones puram ſanctarum ſcripturarum, patrumque, & probatam fidem per ſynodalia decreta ſatisfacerent. Et dans inducias ad retractanda ſcripta, (m) tribuit eis omnia quæ ad ſuſtentationem ſufficiebant in eorum expenſas in domo quæ appellatur Placidia, die 18. menſis ſupraſcripti.

* ſort. ex monachus.
* tres, menſes 8. dies 15.
* Direxit itaque
* Regianum,
* epiſcopos.
* ſubdiaconum.
* effectus eſt,
* fuiſſe
* bini
* Pari etiam modo foras circa quæque ſuburbana & caſtra eadem mortalitas diffuſa eſt
* ſolaciante

A Die dominico advocati ſunt in proceſſione ad ſanctam Dei genitricem in Blachernas in tanta honorificentia, ut etiam de palatio caballos ſtratos dirigeret cum obſequio pietas imperialis, & ſic eos ſuſciperet; ea ipſa commonens, ut pacifica aſſertione teſtimonia venerabilium patrum proponerent. * Die vigeſima ſecunda menſis Novembris in baſilica quæ Trullus appellatur, intra palatium ſub regali cultu, reſidente cum Conſtantino Auguſto Georgio patriarcha Conſtantinopolitano ac Macario Antiocheno ſuſcepti ſunt miſſi ſedis apoſtolicæ, deinde metropolitæ, vel epiſcopi orientalium partium numero centum quinquaginta. Qui proni adorantes, reſidere eos præcepit una cum noſtris. Poſt hæc * patricii, hypati, omneſque * (n) inclyti introierunt, & habita inquiſitione ab ejus * pietate, cujus partis deberet oſtenſio approbari. Legati ſedis apoſtolicæ dixerunt: Opportuna veritas, & ratio exigit, ut * a parte eorum qui unam voluntatem & operationem in domino Jeſu Chriſto aſſerunt apoſtolicæ ſedis * exponere. Qui audientes, læti effecti, paratos ſe eſſe dixerunt. Et accepta licentia ea hora ſuos intromiſerunt libros, (o) & tomos diverſos, & ſynodos, quas falſaverant. Nam non per veritatem ſe ſuperare * ( ) nitebantur, * ſed per mendacia, & diverſa commenta, quæ in * libris ſuis ipſi addiderant, & relegentes per ſingula, reperti ſunt mendaces C unam operationem & voluntatem, * dicentes: & in quinta ſynodo epiſtolam Vigilii papæ ad Mennam patriarcham, atque libellum ejuſdem Mennæ in quaternionibus noviter additis, falſaverunt, unam voluntatem, & operationem dicentes, quod coram principe & ſynodo (q) claruit. Alia die catholicæ fidei defenſor pius princeps in ſecretario * reſidens, inquiſitione de ipſis codicibus facta, ita reperit falſa noviter addita fuiſſe.

Die (r) duodecima menſis * Decembris, reſidente ſynodo cum ejus pietate, ſuſcepti ſunt miſſi ſedis apoſtolicæ, & præcepit eos * in ſynodo reſidere; præſentantes locum ſanctiſſimi ac beatiſſimi Agathonis papæ. Quibus dictum D eſt, ut omnes libros, quos ſcirent ad cauſam fidei pertinere, coram ſynodo adducerent: quod & factum eſt. Et vocato Georgio diacono & chartophylace eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, præceptum eſt ei, ut juxta eorum notitiam codices ex bibliotheca eccleſiæ ad medium (ſ) deduceret, & dum adducti eſſent, & relegerentur, utrique * ſimiles reperti ſunt, duas naturas, duaſque voluntates, & operationes in domino Jeſu Chriſto habentes. Et confuſus Maca-

* patricii quinque omneſque inclyti cum omni ſindictico
* parte,
* aperte
* auctoritas exponatur.
* æſtimaverunt, niſi
* libris ipſis
* in domino Jeſu Chriſto eſſe
* præſidens,
* Novembris,
* ſynodum
* veriſſimi reperti

(a) ex monachis deeſt. (b) IV. (c) a ſecretiſſimo præceſſori ſuo Dono papæ. (d) Conſtantium ſubdiaconum.
(e) deſuſcepta. (f) XVIII. (g) vel nati per lecta ad ſepulcra &c. (h) ſolaciante.
(l) adertiones. (m) tribuens. (n) ſynclitii & habita inquiſitione ab ejus &c. (o) in tomos diverſos.
(p) exiſtimaverunt niſi per &c. (q) planus. (r) die decima menſe novembris. (ſ) deducerentur.

ANNO CHRISTI 678.

Macarius coram ſynodo inventus eſt mendax. Tunc interdixit pietas Auguſtalis Georgio patriarchæ, ut minime in eccleſia ſua ſuſciperet Macarium, vel ejus homines, interdicens ei proceſſum. Hæc prima ejus ruina fuit, die (a) * 13. menſis Februarii auxiliante beato Petro apoſtolo, ut veritatis lumen appareret, intromiſſa ſunt coram ſynodo venerabilium patrum dicta Joannis Conſtantinopolitani, Cyrilli, Athanaſii, Baſilii, Gregorii, Dionyſii, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, & Leonis * duas naturales voluntates, & operationes in Chriſto dicentium ad ſatisfactionem principis, vel ſynodi.

* duas naturas & voluntates,

[h] Sequenti die in eodem ſecretario reſidente ſynodo una cum principe, ſynodica ſanctiſſimi Agathonis papæ relecta eſt, & ad ſingula comprobata patrum * dicta inſerta, in qua ſynodica epiſcopi occidentalis partis ſubſcripſerunt numero (b) * centum viginti quinque. Cumque poſt hæc adhortatus eſt nec dicendus Macarius a ſancta ſynodo, vel a pio principe, omnique ſenatu ut profiteretur unam aut duas confiteri voluntates, vel operationes, qui nullatenus audivit, ſed potius neque unam, neque duas in ſalvatore dicere voluit. Deinde protulit piiſſimus & ſereniſſimus princeps tomum ad relegendum, * in quem (c) vanum hæreticum dogma Macarii erat conſcriptum, & ejus manu ſubſcriptum, apertiſſime unam voluntatem in domino affirmantis. Sub ipſius ſcriptione, & Theodori expatriarchæ, utique juxta eum tenorem ibi ſubſcriptio erat. Et interrogatus Georgius patriarcha, ſi eam fidem, quam docet ſedes apoſtolica, * amplectitur juxta ſcripturam venerandi Agathonis papæ, ſeu ſanctorum ac venerabilium patrum. Qui reſpondit, quod accepta licentia * in ſcriptione, quæ opportuna erant reſponderet. Et in his recedentes die 17. menſis Februarii, die dominico intra oraculum ſancti Petri intra palatium * aſtante * ſincleto, ſimulque & patriarcha, legatos ſedis apoſtolicæ * ſuſcepit, * relegens ſuggeſtionem aliam pro eorum * commendatione a ſanctiſſimo papa directam. Qui Georgius ſanctiſſimus patriarcha profeſſus eſt eo die in ſcriptis duas naturas, duaſque voluntates, & operationes in domino Jeſu Chriſto ſe credere & prædicare, ſicut ſedes apoſtolica credit: anathematizans eos qui unam naturam, voluntatem, & operationem in domino Jeſu Chriſto dicunt.

* dictis inſertis, * 120. * in quo una voluntas & hæretica dogmata Macarii erant conſcripta, & ejus manu ſubſcripta, & apertiſſime unam voluntatem in domino affirmantia. Poſt ipſius ſubſcriptionem & Theodori * amplecteretur juxta ſcripta * in ſcripto * aſtantes Auguſtus ſimul & patriarcha, legatos. * ſyncello, * ſuſceperunt. * relegantes * condemnatione

Die vigeſima quinta menſis Februarii reſidente ſynodo una cum pio principe, ſimulque & legatis ſedis apoſtolicæ, Macarium adeſſe juſſerunt. Et data a principe licentia ut ſe * partes quis in quas vellet divideret; Georgius patriarcha regiæ civitatis cum ſuis in partes orthodoxorum ſtetit: Macarius vero cum ſuis in parte alia hæreticorum. Et deducentes ad medium profeſſionem Georgii patriarchæ, quam fecerat, * porrecta eſt principi, & relecta eſt. Et commonitus ſupraſcriptus Macarius, quid ſentiret, vel crederet; reſpondit ſe * in ea perfidia, quam ante propoſuerat, perdurare, & nullatenus orthodoxæ fidei acquieſcere. [i] Ea hora ſancta ſynodus una cum principe ejus orarium auferri juſſerunt (d) a collo ejus & exiliens Baſilius epiſcopus Cretenſis eccleſiæ, ejus orarium abſtulit; & anathematizantes projecerunt eum foris ſynodum, ſimulque & thronum ejus. Stephanum autem diſcipulum ejus cervicibus a ſancta ſynodo clerici Romani ejicientes expulerunt. Ea hora tantæ telæ aranearum nigerrimæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur, ac dicerent, quod ſordes hæreſum expulſæ ſunt. Et Deo auxiliante unitæ ſunt ſanctæ Dei eccleſiæ. In loco vero Macarii ordinatus eſt * Stephanus abbas monaſterii quod appellatur (e) Bajas inſulæ Sicilienſis, patriarcha eccleſiæ Antiochenæ. Macarius vero cum ſuis amatoribus, id eſt, Stephano, Anaſtaſio expresbyteris, & Leontio exdiacono, Polychronio, Epiphanio (f) expresbyteris; & incluſis [k] * in exilio in Romanam directi ſunt civitatem. [l] Deinde abſtulerunt de diptychis eccleſiarum nomina patriarcharum; vel de picturis eccleſiæ (g) figuras eorum, aut in foribus, ubi ubi eſſe poterant auferentes, id eſt, Cyri, Sergii, Pauli, Pyrrhi, Petri, per quos error orthodoxæ fidei uſque nunc * pullulavit. Tanta autem gratia divina omnipotentis conceſſa eſt miſſis ſedis apoſtolicæ, ut ad lætitiam populi, vel ſancti concilii, qui in regia urbe erant Joannes epiſcopus Portuenſis * dominicorum die octavorum paſchæ in eccleſia B. Sophiæ miſſas publicas Latine celebraret coram principe & patriarcha, ut omnes unanimiter in laudes & victorias piiſſimorum imperatorum eo die Latinis vocibus acclamarent. Hic ſuſcepit divalem juſſionem ſecundum ſuam poſtulationem, ut ſuggeſſit; [m] per quam (b) * revelata eſt quantitas, quæ ſolita erat dari pro ordinatione pontificis facienda. Sic tamen, ut ſi contigerit poſt ejus tranſitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, niſi prius decretum generale introducatur in regiam urbem ſecundum antiquam conſuetudinem, & cum * eorum conſcientia, & juſſione debeat ordinatio provenire. Hic * dimiſit omni clero rogam unam, & ad luminaria apoſtolorum, & S. Mariæ ad præſepe, ſolidos duo mille (i) centum, & * quadraginta. Fecit autem ordinationem unam, presbyteros decem, diaconos tres, epiſcopos per diverſa loca numero decem & octo. Qui etiam ſepultus eſt apud B. Petrum apoſtolum ſub die IV. Idus Januarii, & [n] ceſſavit epiſcopatus annum unum, menſes 7. dies 5.

* in partem unam quis vellet * a porrectum * in eadem * Theophanius * truſi in exilium, * pullulaverat * dominico die paſchæ in eccleſia * relegata * ejus imperatorum * divalem. * 60.

## NOTÆ SEVERINI BINII

a *Agatho.*) Conſtat ex epiſtola Conſtantini imperatoris, quam pridie Auguſti, indictione ſexta, anno domini 678. ad Donum pontificem deſtinarat, Agathonem circa eadem tempora, poſt obitum Doni, thronum apoſtolicum conſcendiſſe, juſſuque occidentalium epiſcoporum in Italia, Gallia & Anglia diverſa concilia celebrata fuiſſe, cum intellexiſſent quæ de œcumenico concilio in cauſa Monothelitarum congregando imperator ad Donum perſcripſerat. Hujus temporibus prædicatio evangelii apud Friſones & Saxones Auſtrales, per Wilfridum Eboracenſem epiſcopum inchoata, opera Willebrordi conſummata fuit.

Agatho quando pontifex factus? Res geſtæ ſub Agathone

b *Sedit annos duos, menſes ſex, dies tres.*) Tribus annis & menſibus plus minus quinque Agathonem in ſede pontificia ſediſſe, verius eſſe conſtat ex iis quæ ſupra notavi ad vitam Doni pontificis, & ex tabulis eccleſiaſticis, quæ eumdem indictione decima IV. Idus Januarii, anno 682. defunctum fuiſſe anniverſaria memoria colunt & repræſentant. Eumdem menſe Decembri indictione decima adhuc ſuperſtitem fuiſſe patet ex epiſtola Conſtantini allegato tempore ad Agathonem deſti-

Quamdiu ſederit

(a) XI. (b) CXX. (c) una, & hæretica dogmata Macarii erant conſcripta, & ejus manu ſubſcripta. (d) a collo ejus deeſt (e) Pagias. (f) Anaſtaſio (g) figuras eorum, deeſt. (b) relegata. (i) CLX.

ANNO CHRISTI 678.

deſtinata. Extat infra in fine actionis 18. ſexti concilii œcumenici.

c *Hujus temporibus Theodorus archiepiſcopus Ravenna.*) Poſt multorum annorum ſchiſma Ravennatem eccleſiam catholicæ eccleſiæ reconciliatam fuiſſe ſub Agathone in concilio Romano infra in notis concilii Romani ſub Agathone pluribus annotavi.

d *Hic ſuſcepit divalem juſſionem*, &c.) Extat ipſa ſacra imperatoris infra inter præambulares concilii VI.

Duplex legatio ad concilium œcumenicum deſtinata.

e *Et diversis Abundantium*, &c.) Ad concilium œcumenicum duplicem legationem deſignatam & ablegatam fuiſſe, conſtat ex ſacra imperatoris ad Georgium Conſtantinopolitanum, quæ extat inter præambulares. Nomine ſedis apoſtolicæ legabantur Theodorus & Georgius presbyteri, & Ioannes diaconus: qui tres munere legationis apoſtolicæ fungentes, ſingulis actionibus concilii œcumenici præſederunt, ut infra apud acta concilii œcumenici aperte conſtat. Reliqui, quos cum legatis ſedis apoſtolicæ confuſe nominat Anaſtaſius, a Romano concilio deputati fuerunt: eo nimirum fine, ut acceptam ſynodicam imperatori offerrent, quave occidentalium epiſcoporum de voluntatibus & operationibus Chriſti ſententia eſſet, ipſi coram etiam edicerent. Vide notas concilii Romani infra ſub Agathone.

Anaſtaſii error.

f *Ingredientes die 10. menſis Novembris.*) Circa ingreſſum legatorum in urbem Conſtantinopolitanam, in tempore Anaſtaſius aberrat. Cum enim Conſtantinus imperator poſt adventum legatorum in urbem, ſacram illam (de qua ſupra dixi) ad Georgium Conſtantinopolitanum ſcripſerit IV. Idus Septembris, neceſſum eſt affirmare, quod vel circa finem Auguſti, vel ſub initium Septembris utraque legatio in urbem venerit. Adde quod œcumenicum ipſum concilium ſub præſidio legatorum ſedis apoſtolicæ jam præſentium, ſeptima Novembris inchoatum fuiſſe legatur. Quamobrem verum eſſe non poteſt quod de tempore adventus eorumdem legatorum legitur apud depravatum codicem Anaſtaſii emendari poteſt, ſi pro 10. Novembris legatur 10. Septembris.

Anaſtaſius VI ſynodum compendioſe deſcripſit.

g *Die vigeſima ſecunda menſis Novembris in baſilica quæ Trullus appellatur.*) Ab hoc loco uſque ad finem vitæ Agathonis Anaſtaſius deſcribit actorum ſynodalium breve compendium, in quo plura inveniuntur, quæ in ipſa ſexta ſynodo deſiderantur. contra vero deſunt compluræ, quæ in extantibus actis ſynodalibus ſcripta reperiuntur. Sex tantum actiones habitas eſſe refert Anaſtaſius, decem & octo apud acta inveniuntur. Ille ſynodum ante paſchale tempus abſolutam fuiſſe ſcribit: actiones vero illæ, in quibus Honorius dicitur eſſe condemnatus, ceteræque ſequentes menſe Auguſto & Septembri celebratæ reperiuntur. Vide noſtram compendioſam deſcriptionem ſynodicarum actionum infra in notis ſexti concilii.

Hæc apud acta concilii deſiderantur.

h *Sequente die in eodem ſecretario reſidente ſynodo*, &c.) Hæc quæ ſequuntur uſque ad illum locum, *Macarius vero cum ſuis*, &c. apud acta ſynodalia deſiderantur, ſicut annotavi in notis actionis VII.

i *Ea hora ſancta ſynodus una cum principe ejus orationem auferri juſſit*, &c.) Vide notas actionis VIII. infra in concilio VI.

Error Anaſtaſii corrigitur.

k *In exilio in Romanam directi ſunt civitatem.*) Errat Anaſtaſius. non enim ad exulandum, ſed ad proſequendum quam interpoſuerunt appellationem, ab imperatore Romam ablegati fuerunt, ut conſtat ex epiſtola Conſtantini imperatoris ad Leonem papam, quæ extat in fine actionis XVIII. actorum concilii VI. Accedit quod nullum extet exemplum quo relegandis hæreticis pro loco exilii urbs Roma unquam decreta fuerit.

l *Deinde abſtulerunt in diptychis*, &c.) Hæc poſt latam ſententiam damnationis in Monothelitas contigiſſe videntur actione XVII. vel XVIII. ut infra in allegata actione annotavi.

Quo jure imperatores confirmationem electionis pontificiæ uſurpaverint.

m *Per quam revelata eſt quantitas, quæ ſolita erat dari.*) Gothorum reges Ariani & impii per tyrannidem conſtituerant primum; ne quis ordinaretur Romanus epiſcopus, qui non ante habito conſenſu regis certam pecuniæ ſummam & quantitatem ſolviſſet. Eandem penſionem imperatores orientis poſt exactos Gothorum reges ſolvi petiverunt; ut conſtat ex querela ſancti Gregorii, hac de re graviſſime in commentariis 4. pſalmi pœnit. conquerentis, quod nimirum ſibi legitime ad pontificatum vocato & electo, muneris ſui functionem non prius exequi licuerit, quam data pecunia illam ab imperatoribus redemiſſet. Conſtantinus vero imperator IV. retento adhuc jure confirmationis antiquitus per tyrannidem uſurpato, iniquiſſimam pecuniæ exactionem abolevit. Quando autem ab altera tyrannica ſervitute, qua electos pontifices ab imperatoribus confirmari oportebat, eccleſia liberata fuerit, infra dicemus in vita Benedicti papæ II.

Interregnum pontificum quamdiu ſteterit.

n *Ceſſavit epiſcopatus ejus annum unum, menſes ſeptem dies 5.*) Sententiam Anaſtaſii de interregno ſedis pontificiæ confirmat canon ſecundus concilii Toletani XIV. ex quo patet Leonem II. ſucceſſorem Agathonis anno quo celebratum eſt allegatum concilium Toletanum 684. adhuc ſuperſtitem fuiſſe. Quare cum omnium ſententia, Leo non niſi 10. menſibus & ſeptemdecim diebus pontificatum obtinuerit, neceſſum eſt affirmare ab obitu Agathonis uſque ad initium ejuſdem Leonis tanti temporis interregnum intercurriſſe. Interim defuncto Georgio Conſtantinopolitano, Theodorus ſyncellus, fide orthodoxa per fraudem ſimulata, ſubrogatus eſt in ſede Conſtantinopolitana, a qua antea dejectus fuerat, ut ſupradixi. De hoc ſimilliimis conjecturis aſſerit Baronius anno 681. quod perſuaſerit imperatori catholico, ut legatos ſedis apoſtolicæ non prius dimitteret, quam Romæ novus pontifex electus eſſet: quodque ille interea doloſe procuraverit interregni prorogationem, donec acta ſynodalia conſecutus, ea antequam ederentur pro libidine intervertiſſet & corrupiſſet, atque ex illis ſe e numero damnatorum hæreticorum exemiſſet; nomenque Honorii ſuo ſubſtituiſſet. Vide quæ dicturi ſumus infra in notis ad vitam & epiſtolam primam Leonis papæ.

Res ſub interregno geſtæ quæ?

Theodorus ſyncellus acta ſynodalia corrupit.

## EPISTOLA I. AGATHONIS PAPÆ AD AUGUSTOS IMPERATORES.

CONſideranti mihi humanæ vitæ diverſos angores, & ante Deum, &c. *Habetur actione IV. ſextæ ſynodi œcumenicæ infra. Notas ad hanc epiſtolam concernentes vide infra in concilii Romani annotationibus.*

☞ *Decretalis epiſtola Agathonis papæ regi Merciorum Aethelredo, Theodoro archiepiſcopo Cant. Saxulfo Merciorum epiſcopo, &c. directa: in qua abbatem Medamſtede legatum Romanum conſtituit ſuper omnem Angliam, ejuſdemque monaſterium (inſtar liminum apoſtolorum) fore pro abſolvendis votis quæ de peregrinando Romam concepta fuerint. Eſt autem Medhamſted, id quod poſtea de Burgo nuncupatur, noviſſime Petriburgum, vulgo Peterburgh, forte quod liminis S. Petri vicem exhibet.* Ex Chron. Saxon. in ann.

ILlo ipſo anno (675.) Vvulſherus Pendæ filius & Aeſcvvinus Cenſuvi filius pugnabant in Bedanheaſde; & illo ipſo anno Vvulſherus obiit ac Aethelredus incepit regnare. Suo tempore miſit Romam Vvilfridum epiſcopum ad papam ibi degentem, qui Agatho appellabatur, & nunciavit ei literis & verbis, quod fratres ejus Peada & Vvulſherus atque abbas Saxulfus extruxerint monaſterium Medelhamſtede dictum, & illud immune reddiderint cum rege & cum epiſcopo a ſervitiis omnibus. Eumque rogavit, ut ipſe ſcripto ſuo ac benedictione ſua illud confirmaret. Papa igitur mittebat has ſuas litteras in Angliam ita inquiens. Ex Wilkins to. 1 pag. 48.

2. Ego Agatho papa Romanus bene ſaluto honorabilem Aethelredum Merciorum regem, & Theodorum archiepiſcopum Cantuariæ, & Merciorum epiſcopum Saxulfum, qui nuper abbas erat, & omnes abbates qui ſunt in Anglia, Dei ſalutatione, & mea benedictione. Audivi regis Aethelredi deſiderium, & archiepiſcopi Theodori, & epiſcopi Saxulphi, & abbatis Cuthbaldi; & volo ut omnino fiat ita ut vos locuti eſtis; ac jubeo ex parte Dei, & S. Petri, & omnium ſanctorum, & omnium ſacris initiatorum capitum ut nec rex, nec epiſcopus, nec comes, nec ullus homo habeat ullam indictionem, aut tributum, aut pecuniam, aut exercitum, aut ullum aliquod ſervitium exigat aliquis ab illa abbatia de Medeshamſtede.

3. Præcipio etiam ut diœceſanus epiſcopus non audeat ordinare vel conſecrare vel facere in hac abbatia, niſi id abbas ab ipſo petierit, vel mulctam epiſcopalem vel ſinodalem, vel ullam alicujus generis indictionem exigat.

4. Vo-

4 Volo etiam ut ille abbas habeatur Romanæ ſedis legatus per totam Angliam, & ut quicumque abbas ibi electus fuerit a monachis, conſecretur ab archiepiſcopo Cantuarienſi.

5. Volo & confirmo, ut quicumque voverit Romam peregrinari, & ille hoc præſtare non poſſit, vel propter ægritudinem, vel propter ſervitium Domini, aut inopiæ cauſa, aut alius neceſſitatis cujuſcumque illuc abire non poſſit, ſive ſit Anglus, ſive ex aliqua alia inſula; adeat monaſterium de Medeshamſtede, & eandem habeat remiſſionem a Chriſto, & S. Petro, & ab abbate illo, & a monachis illis, quam habuiſſet ſi Romam profectus fuiſſet.

6. Propterea te rogo, frater Theodore, ut jubere facias per totam Angliam ſynodum con- B gregari, & hoc breve perlegatur, & obſervetur. Ita etiam tibi præficio, Saxulphe epiſcope, ſicut rogaſti ut monaſterium hoc ſit liberum; ita tibi interdico, & omnibus epiſcopis ſucceſſoribus tuis, per Chriſtum & per omnes ejus ſanctos, ut nullam indictionem habeatis ex monaſterio illo, niſi quantum abbas ille voluerit.

7. Nunc verbo declarare volo, ut quicunque breve hoc & præceptum ejus ſervaverit, habitaturus ſit ſemper cum Deo omnipotente in regno cœlorum; & quicumque illud violaverit excommunicatus ſit, & detrudatur cum Juda, & cum omnibus diabolis in infernum, niſi reſipuerit. Amen.

8. Hoc breve miſerunt Agatho papa, & CXXV. epiſcopi per Wilſridum archiepiſcopum Eboracenſem in Angliam. Hoc factum erat poſt incarnationem Domini noſtri DCLXXX. regis Æthelredi anno VI.

9. Tunc mandabat rex archiepiſcopo Theodoro, ut indiceret omnium ſapientum concilium in illo loco, qui vocatur Heatfelde. Illis ibi congregatis, juſſit perlegi ſcriptum hoc quod papa illuc miſerat, & omnes illud ratum habuerunt, & plenarie confirmaverunt.

10. Tunc dicebat rex: omnia quæ frater meus Peada, & frater meus VVulferus, & ſoror Kineburh, & Kyneſvith dederunt, & confirmaverunt S. Petro & abbati, rata eſſe volo, & in A diebus meis illud implere volo pro eorum anima & pro anima mea.

11. Nunc do hodie S. Petri eccleſiæ Medeshamſted terras has & omnes adjacentes ei; hoc eſt.

Bredune,
Hrepingas,
Cedenac,
Svvineshaefed,
Heanbyrig,
Lodeshac,
Suſſanhalch,
Caſtesford,
Stretfor,
VVaetellburne,
Luſgeard,
Aethelhunigload,
Barthanig.

12. Has terras dono S. Petro, adeo omnino libere, ut eas ipſemet poſſidebam, & ita ut nullus ſucceſſorum meorum aliquodcunque inde ſubtrahat: ſi quis hoc fecerit papæ Romani maledictum & omnium epiſcoporum maledictum habeat.

Et omnium illorum qui hic ſunt teſtes.

Et hoc confirmo ſigno crucis Chriſti.

Ego Theodorus archiepiſcopus Cantuarienſis ſum teſtis ſcripti hujus de Madeshamſtede, & ego confirmo ſcripto meo; & ego excommunico omnes qui aliquam ejus partem violaverint, & benedico omnibus, qui illud obſervaverint.

C Ego VVilfridus archiepiſcopus Eboracenſis ſum teſtis ſcripti hujus, & confirmo idem illud maledictum.

Ego Saxulphus qui primum abbas eram, & nunc ſum epiſcopus, maledictum meum & omnium ſucceſſorum meorum denuncio in eum qui illud violaverit.

Ego Oſtride Aethelredi regina hoc teſtor.

Ego Adrianus legatus hoc confirmo.

Ego Putta epiſcopus Roffenſis hoc ſcribo.

Ego VValdherus epiſcopus Londinenſis hoc confirmo.

Ego Cuthbaldus abbas hoc confirmo, ita ut quicunque violaverit illud, omnium epiſcoporum maledicta, & omnis chriſtiani populi habeat. Amen. (a)

## SYNODUS MARLACENSIS

ANNO CHRISTI 678.

### In qua Chramlinus Ebredunenſis Epiſcopus depoſitus eſt.

*Chramlinus, cum in Ebredunenſem ſedem illegitime obrepſiſſet, habito Epiſcoporum conſeſſu Marlaci a Theoderico rege, depoſitus eſt, facultate tamen eidem conceſſa res ſuas poſt degradationem retinendi. Id teſtatur ejuſdem Theoderici Præceptum, ex authographo a Mabillonio de re Diplom. l. 6. editum, quod ſermonis vitiis expurgatum hoc eſt.*

Theodericus Rex Francorum, viris inluſtribus Audoberto, & Rocon Patriciis, & omnibus Ducibus, ſeu Comitibus, vel Actoribus publicis.

Dum & Epiſcopos de regno noſtro, tam de Neuſtria, quam & de Burgundia, pro ſtatu Eccleſiæ vel confirmatione pacis ad noſtrum Palatium in Marlaco villa juſſimus advenire, & aliqui ex ipſis, qui in infidelitate noſtra fuerant inventi, per eorum canones fuerunt ju- D dicati; inter quos adfuit Chramlinus filius Miecio quondam, qui Epiſcopatum Ebredunenſis civitatis habuit; inventum eſt, quod ſua præſumptione, vel per falſam chartam, ſeu per rebellionis audaciam, ſed non per noſtram ordinationem ipſum Epiſcopatum receperat: etiam nec ſicut eorum canones continent, ad ipſum benedicendum ſolemniter epiſcopi non adfuerunt. Unde Geneſio, Chadune, Blidramno, Landoberchto, & Terniſco, qui metropolitani eſſe videntur, vel reliquis quampluribus epiſcopis ipſum judicantibus, in noſtri præſentia fuit conſciſſus, atque de ſupradicto epiſcopatu ejectus. Ideo nobis una cum conſilio ſupraſcriptorum Pontificum vel procerum no- E ſtrorum complacuit, quatenus dum ſecundum canones in ipſo ſynodali concilio fuerat degradatus, res ſuas proprias pertractaremus, pro merce-

(a) Hanc epiſtolam dedit Labbeus ex verſione Spelmanni. Ego ea ſubducta ſubſtituendam cenſui novam ex Saxonico verſionem Wilkinſii qualem ille repræſentat cum acceſſionibus ex Saxonico Chronico ibidem ab eo datis. *Manſ.*

ANNO CHRISTI 678.

mercedis cauſa, perdere non deberet; ſed quod exinde facere voluerit, una cum ſupraſcriptis patribus noſtris taliter præcepimus, ut hoc licentiam habeat faciendi. Et poſtea petitio ſua fuit, ut ipſum in monaſterio S. Dionyſii peculiaris patroni noſtri, ubi ipſe pretioſus in corpore requieſcit, vel ubi Chardericus Abbas præeſſe videtur, ut ſub obedientia, vel ſub regulari ordine vitæ ſuæ converſare deberet. Et dum perpetuo exilio fuerat judicatus, miſericordia moti, una cum conſilio ſupraſcriptorum Pontificum petitionem ſuam viſi fuimus præſtitiſſe. Proinde per præſens præceptum ſpecialiter decernimus ordinandum, ut res ſuas neque vos, neque juniores, ſeu ſucceſſores veſtri, nec quislibet contradicere, nec minuere, B nec contingere, nec infiſcare non præſumatis: niſi per hanc auctoritatem plenius in Dei nomine confirmatus liceat ei per noſtrum permiſſum res ſuas, ubi & ubi voluerit donare, aut delegare, vel quid exinde facere voluerit, liberam & firmiſſimam in omnibus habeat poteſtatem. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, manus noſtræ ſubſcriptionibus eam ſubter decrevimus roborare.

† In Chriſti nomine Theodericus Rex ſubſcripſi.

Aghliberthus recognovit.

Datum medio menſe Septembri anno V. regni noſtri, Marlaco in Dei nomine feliciter.

*Neque ab hac diverſam arbitror ſynodum, de* C *qua Auctor Anonymus Vitæ S. Leodegarii loquitur, quamque Baronius eumque ſecuti Binius & Labbeus ad an. Ch. 685. vel 684. referunt. Cum enim S. Leodegarius martyrium paſſus fuerit anno 678. ut late probat Pagius ad dictum annum n. 22. Synodus a Theoderico in Villa Regia congregata, in qua plurium Epiſcoporum cauſa diA ſcuſſa, & ad quam S. Leodegarius adductus, alia eſſe nequit ab hac Synodo, quæ Chramlinum epiſcopatu mulctavit. His propterea adde, quod de hac Synodo ad an. Chr. 685. inferius affert Labbeus.*

ANNO CHRISTI 678

## Notatio Mabillonii.

Inſignis hæc charta de Chramlini Ebredunenſis Epiſcopi dejectione, quæ antehac ignorata eſt, imo Chramlinus ipſe ignotus. Hic ſubſcribunt Metropolitani quinque, Geneſius Lugdunenſis, Blidramnus Viennenſis, Landeberchtus Senonenſis, Teraiſius ſeu Ternaſius Veſontionenſis, & Chadunus incertæ ſedis, fortaſſe Arelatenſis, vel Aquenſis, neſcio an idem qui Chadoenus cujus ſubſcriptio extat in Synodo Rotomagenſi ſub Ansberto. Datum eſt hoc diploma Marlaci, ubi Epiſcopi & proceres juſſu regio *pro ſtatu Eccleſiæ vel confirmatione pacis*, quæ nimirum ſancita eſt poſt prælium illud, quo Theodericus cum Dagoberto Auſtraſiorum rege de finibus regni dimicavit. Tempus recte conſentit, ſiquidem prælium iſtud revocatur ad ann. 678. qui Theoderici quintus fuit a morte Childerici fratris. Convenit etiam locus Marlaci in confinio Campaniæ & Burgundiæ. De conſciſſione veſtis epiſcopalis in depoſitione Epiſcoporum lege vitam S. Leodegarii Epiſcopi Æduenſis.

## Adnotatio P. Antonii Pagi.

*ad An. Chr. 677. n. 8.*

Mabillonius de re diplom. p. 298. Marlaci, ubi Conventus iſte actus eſt, ſitum primus omnium inveſtigavit exiſtimavitque illud idem fuiſſe ac Morlacum vicum quemdam in Ducatu Barenſi diœceſique Tullenſi ſitum, vulgo *Morlay*. Verum certum videtur, Marlacum palatium poſitum fuiſſe in Neuſtria, & ad Theodericum pertinuiſſe, & totam diœceſim Tullenſem paruiſſe Dagoberto; cum Catalaunenſis, quæ citerior eſt, integra in poteſtate ejus fuerit. Itaque Marlacum ſitum fuit in agro Pariſienſi, &, ut opinor, non aliud eſt a Palatio Marliaco Gallice Marli, quod Ludovicus Magnus paucis abhinc annis inſtauravit, novas ibidem Ædes conſtruendo. Marlaci prope Pariſios Chrotildis matrona dedit chartam pro Monaſterio quodam puellari, ſito in agro Stampenſi a Mabillonio ibid. recitatam.

ANNO CHRISTI 679.

# [a] CONCILIUM MEDIOLANENSE

ANNO CHRISTI 679

## Auctoritate Mansueti

### In cauſa Monothelitarum anno domini DCLXXIX. tempore Agathonis papæ congregatum.

## EPISTOLA SYNODALIS.

*Domino ſereniſſimo atque tranquilliſſimo, & a Deo coronato, religioſiſſimo Conſtantino imperatori, Manſuetus Mediolanenſis metropolitanæ eccleſiæ indignus epiſcopus, vel univerſa ſancta epiſcoporum fraternitas, quæ in hac magna regia urbe convenit, æternam in domino ſalutem.*

SI apicem imperialis faſtigii, & inſulas ſacratiſſimæ poteſtatis avis & proavis veſtris cœlitus attributum cognovimus, & pro meritorum actibus ad vos propagatum ſcimus, dignum eſt his vos æquiparare veſtigiis, quorum & celſitudinem obtinetis, *&c. ut infra inter præambulares VI. ſynodi Conſtantinopolitanæ.*

### Nota Severini Binii.

Quo occaſione hac a *Concilium Mediolanenſe.*) Dixerat Agatho pontifex futurum, ut anno ſequente in cauſa Monothelitarum D cum conſenſu imperatoris Conſtantini Pogonati univerſale concilium indiceretur, adeoque neceſſarium videri ut epiſcopi omnes Italiæ habitis ſynodis eamdem cauſam inquirant ac decidant, factamque deciſionem vel ipſi coram, ſi poſſent, vel ſaltem per literas in conſeſſu œcumenici concilii manifeſtent. Paruerunt pontifici Inſubres epiſcopi, atque Mediolani hanc ſynodum coegerunt, quæ Monothelitarum hæreſim condemnarunt, orthodoxæque fidei profeſſionem ediderunt. Cum autem plerique eorum, partim ob difficultates itineris, partim per ætatem & morbos ad concilium œcumenicum Conſtantinopolim proficiſci non poſſent, ſynodalem epiſtolam ad Conſtantinum imperatorem mittendam eſſe cenſuerunt, ut ſaltem ſcripto ſuo ſuffragio condemnarent pernicioſam hæreſim, quam præſentes impugnare & anathematizare non poſſent. Epiſtolam hanc ſynodalem non a Manſueto Mediolanenſi epiſcopo, ſed a Damiano Ticinenſi epiſcopo ſub nomine Manſueti ſcriptam eſſe teſtatur Paulus diaconus lib. 6. cap. 4. his verbis: *Eo tempore Damianus Ticinenſis epiſcopus ſub nomine Man-* E *ſueti Mediolan. archiepiſcopi, hac de cauſa ſatis utilem, rectaque fidei epiſtolam compoſuit, quæ in præfata ſynodo (œcumenica VI.) non mediocre ſuffragium valuit.* Hæc Paulus diaconus

synodus celebrata

Acta concilii

Epiſtola ſynodica ſcriptor

# INCERTI LOCI CONCILIUM

## IN GALLIA

### Contra hæreticos Monothelitas habitum anno Chriſti DCLXXIX.

Ex Labbei Append. tomi VI.

*COncilii hujus notitiam reperimus inter ſubſcriptiones epiſcoporum ſynodi Romanæ ſub Agathone Papa, ad quam miſſi ſunt tres legati e ſynodo Gallicana, ſcilicet Felix Arelatenſis, Adeodatus Tullenſis, epiſcopi, & Taurinus Tolonenſis diaconus, qui ſuam ita enunciat ſubſcriptionem.* Felix minimus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Arelatenſis legatus venerandæ ſynodi, quæ in regione Gallorum conſtituta eſt, huic ſuggeſtioni ſynodaliter a nobis factæ conſentiens ſubſcripſi. Adeodatus in nomine Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Leucorum, legatus venerabilis ſynodi, quæ in Gallia, &c. Taurinus indignus diaconus ſanctæ eccleſiæ Telonenſis, legatus venerabilis ſynodi, &c. *ut ſupra. Ex quibus apparet celebratam fuiſſe tunc ſynodum ab epiſcopis* A *Galliarum, & quidem adverſus Monothelitas, hujuſce Agathonis mandato, ut patet ex ejus epiſtola: qui quidem ſequutus eſt in his omnibus exemplum Martini quoque papæ ſcribentis ad Amandum Trajectenſem epiſcopum, ut idipſum ſimiliter agerent epiſcopi Galliæ contra eoſdem novatores Porro de ſynodi hujus tempore non conſtat: unde viſum fuit illam adſcribere ſaltem anno 679. proxime antecedente hanc Romanam ſynodum habitam 880. juxta ſynodos alias, quæ circum hæc duo tempora fuerunt congregatæ in aliis provinciis juſſu ejuſdem Agathonis, occaſione hujuſmodi hæreſis: quas legere eſt in actis, quæ pertinent ad ſextam ſynodum œcumenicam. Locus autem ſynodi in Gallia, ignoratur.*

ANNO CHRISTI 680.

# [a] CONCILIUM GENERALE

## ANGLICUM [1] HEDTFELDÆ CELEBRATUM

### XV. Kalendas Octobris, anno gratiæ DCLXXX. præſidente in eodem Theodoro archiepiſcopo Britanniæ inſulæ & civitatis Dorovernis, conſidentibus vero ceteris ejuſdem inſulæ epiſcopis.

*In qua, ad declarandam Britannicarum eccleſiarum fidem contra Eutychetis & Monothelitarum hæreſim, ſanctæ univerſales quinque ſynodi, & orthodoxæ aliæ patrum conſtitutiones ſuſcipiuntur: Agathone papa (ut e ſuperioribus patet) coactionem ejuſdem præcipiente.*

Beda lib. 3. cap. 17.

HIs temporibus audiens Theodorus fidem eccleſiæ Conſtantinopoli per hæreſim Eutychetis multum eſſe turbatam, & eccleſias Anglorum, quibus præerat, ab hujuſmodi labe immunes perdurare deſiderans, collecto venerabilium ſacerdotum doctorumque plurimorum cœtu, cujus eſſent fidei ſinguli ſedulus inquirebat, omniumque unanimem in fide catholica reperit conſenſum. Et hunc ſynodalibus literis C ad inſtructionem memoriamque ſequentium commendare curavit, quantum literarum iſtud eſt exordium:

Tempus, locus & conſidentes.

IN nomine domini noſtri Jeſu Chriſti ſalvatoris, imperantibus dominis piiſſimis noſtris Ecgfrido rege Humbronenſium, anno decimo regni ejus, ſub die quinta decima Kalendarum Octobris, indictione octava, & Edilredo rege Mercinenſium, anno ſexto regni ejus, & Aldvulfo rege Eſtranglorum, anno decimo ſeptimo regni ejus, & Lodthario rege Cantuariorum, B regni ejus anno ſeptimo, præſidente ipſo Theodoro gratia Dei archiepiſcopo Britanniæ inſulæ, & civitatis Dovernis, una cum eo ſedentibus ceteris epiſcopis Britanniæ inſulæ, viris venerabilibus, præpoſitis ſacroſanctis evangeliis in loco quem Saxonico vocabulo *Hedefeld* nominant, pariter tractantes fidem rectam & orthodoxam expoſuimus, ſicut dominus Jeſus incarnatus tradidit diſcipulis ſuis, quod præſentialiter viderunt & audierunt ſermones ejus, atque ſanctorum patrum tradidit ſymbolum, & generaliter omnes ſancti, & univerſales ſynodi, & omnis probabilium catholicæ eccleſiæ doctorum chorus.

Hus itaque ſequentes nos pie atque orthodoxe, juxta divinitus inſpiratam doctrinam eorum, profeſſi credimus, conſtanter & confitemur, ſecundum ſanctos patres, proprie & veraciter Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, trinitatem in unitate conſubſtantialem, & unitatem in trinitate, hoc eſt, unum Deum in tribus ſubſiſtentiis vel perſonis conſubſtantialibus æqualis gloriæ & honoris. Et poſt multa hujuſmodi quæ ad rectæ fidei confeſſionem pertinebant, hæc quoque ſancta ſynodus ſuis literis addidit. Dei confitetur trinitatem

Suſcepimus ſanctas & univerſales quinque ſynodos beatorum & Deo acceptabilium patrum, id Suſcipiunt univerſales ſynodos, I. Nicænam

1 Hoc anno Synodum in Galliis habitam fuiſſe contra Monothelitas falſo colligitur ex iſtis Synodi Romanæ ſub Agathone verbis: *Felix humilis Epiſcopus Arelatenſis Eccleſiæ, legatus venerabilis Synodi per Galliarum provincias conſtitutæ*, aliiſque ſimilibus Adeodati Leucorum, & Taurini Telonenſis ſubſcriptionibus prave intellectis. Aliud eſt enim Synodus, hoc eſt collegium & numerus Epiſcoporum per diverſas Galliarum provincias conſtitutus; aliud congregata in Galliis Synodus, ſive in unum aliquo Galliarum loco, Epiſcoporum Synodus *Harduinus*. Verum de Epiſcoporum congregatione prædictas ſubſcriptiones intelligit etiam Pagius ad an. Chr. 679. n. 3.

a De hac Synodo vide etiam vitam Theodori Cantuar. ſæculo II. Benedict. pag. 1036. *Hard.*

ANNO CHRISTI 680.

id eſt, qui in Nicæna congregati fuerunt trecentorum decem & octo, contra Arium impiiſſimum & eorum dogmata. Et in Conſtantinopoli centumquinquaginta, contra veſaniam Macedonii & Eudoxii & eorum dogmata. Et in Epheſo primo ducentorum, contra nequiſſimum Neſtorium & ejuſdem dogmata. Et in Chalcedone ducentorum & triginta, contra Eutychem & Neſtorium & eorum dogmata. Et iterum in Conſtantinopoli quinto congregati ſunt concilio, in tempore Juſtiniani minoris, contra Theodorum & Theodoretum, & Ibæ epiſtolas, & eorum dogmata contra Cyrillum. *Paulo poſt*. Et ſynodum quæ facta eſt in urbe Roma tempore Martini papæ beatiſſimi, indictione octava, imperante Conſtantino piiſſimo anno nono. Suſcipimus & glorificamus dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſicut iſti glorificaverunt, nihil addentes vel ſubtrahentes, & anathematizamus corde & ore quos anathematizaverunt, & quos ſuſceperunt ſuſcipimus, glorificantes Deum Patrem ſine initio, & Filium ejus unigenitum ex Patre generatum ante ſæcula, & Spiritum ſanctum procedentem ex Patre & Filio inenarrabiliter, ſicut prædicaverunt hi quos memoravimus ſupra, ſancti apoſtoli, & prophetæ, & doctores: & nos omnes ſubſcribimus qui cum Theodoro archiepiſcopo fidem catholicam expoſuimus

II Conſtantinopolitanam. III Epheſinam. IV. Chalcedonenſem. V. Conſtantinopolitanam alteram contra Ibæ epiſtolas. Synodum Romanam ſub Martino papa. Apoſtolorum & patrum dogmata de Patre, Filio, & Spiritu ſancto.

## Notæ Severini Binii.

Cauſa & acta concilii quæ?

a *Concilium Hedifeldenſe*. ) Theodorus Dorovernenſis epiſcopus natione Græcus, vir hujus ſtudioſis ſæculi doctiſſimus, peritiaque ſacrarum ſcientiarum celeberrimus, a pontifice per Joannem abbatem monaſterii ſancti Martini vocatus erat, & expectatus, qui concilio Romano Romæ celebrando intereſſet. Sed cum non liceret ipſi coaleſcentem eccleſiam, atque lacte adhuc opus habentem relinquere, placuit fidem catholicam hoc conventu publico cognitam & confirmatam conſcribere. Cumque Theodorus reſciviſſet ſanctum Vuilfridum Romam abiiſſe, eumque hoc anno ab Agathone pontifice auditum & abſolutum eſſe, eidem legationem credidit, ut nomine totius eccleſiæ Anglicanæ ſynodo intereſſet. Vide Bedam prædicto loco, & epiſtolam ſynodalem concil. Romani ſub Agathone infra.

## Adnotatio P. Antonii Pagi.

*ad An. Ch. 679. n. 6. & ſeqq.*

Concilium *Anglicanum* a Theodoro Archiepiſcopo Cantuarienſi indictum, ut quod alibi in Gallia Italiaque adverſus Monothelitas decretum fuerat, in Anglia etiam ſtatueretur, pertinet ad ſequentem Chriſti annum. Beda enim in Recapitulatione hæc habet. *Anno DCLXXX. facta eſt Synodus in Campo Hedfelda de fide Catholica, præſidente Archiepiſcopo Theodoro, in qua affuit Joannes Abba Romanus*. Præterea in Hiſtoria lib. 4. cap 17. prodit Beda illud celebratum, *imperantibus Dominis piiſſimis noſtris Regibus Ecgfrido Rege Hymbronenſium, anno decimo Regni ejus, ſub die XV. Kalend. Octobres, Indictione octava; Ediluredo Rege Mercinenſium, anno ſexto Regni ejus, & Adulfo Rege Eſtanglorum, anno decimo ſeptimo Regni ejus, & Lotbario Rege Cantuariorum, Regni ejus anno ſeptimo*. Decepit Baronium, alioſque *Indictio VIII.* cum die decima ſeptima menſis Septembris conjuncta, quæ hoc anno a Kalendis Septembris in curſu fuit. Nam ut ſupra demonſtravimus, Beda utitur Indictione Conſtantiniana, quæ die viceſima quarta menſis Septembris exorditur. Quare Synodus hæc menſe Septembri ſequentis Chriſti anni habita. Verum quidem eſt *Ecgfridum* cœpiſſe regnare in Northumbria die XV. menſis Februarii anni DCLXX, ideoque die XVII menſis Septembris inſequentis Chriſti anni, undecimum Regni annum numeraſſe. Verum annus ille X. mendoſe deſcriptus a Librariis, & quidem jam a multis ſæculis; cum non ſolum legatur in Henrico Huntindonienſi, qui floruit anno MCLIII, quo Hiſtoriam ſuam abſolvit, quique initio libri 4. Acta hujus Concilii ex Beda recitat; ſed etiam in Verſione Saxonica, longe antea ab *Aluredo* Rege curata. Sed tam ex Epitome laudata, quam ex Indictione & anno VI. Edilredi ibidem expreſſo error ille emendandus. *Edilredus* enim Rex Merciorum cœpit regnare anno DCLXXV. ideoque tantum ſequenti ſextum Regni annum exorſus eſt. Initium Regni *Adulfi* ex hoc tantum Concilio nobis innoteſcit; ideoque nihil inde colligi poteſt. Sed annus VII. Lotharii Regis Cantii ſeu Cantuariorum, qui etiam legitur in Verſione Saxonica, & in Hiſtoria Huntindonienſi, mendoſus eſt, legendumque anno octavo; cum *Lotharius* menſe Julio anni DCLXXIII. Regnum inierit

Si genuina eſſet Epiſtola, quæ dicitur ab Agathone Papa ad *Ethelredum* Merciorum Regem ſcripta, quam e MS. Saxonico Petriburgenſis Monaſterii Latinam fecit Spelmannus lib. 1. de Synodis Angliæ pag. 164. adhuc magis conſtaret, Concilium Anglo-Saxonicum ſequenti anno habitum eſſe. In ejus enim fine legitur *Hoc Breve Angliam miſerunt Agatho & centum viginti quinque Epiſcopi, per manus Vuilfridi Epiſcopi Eboracenſis. Actumque eſt anno poſt Incarnationem ſexcenteſimo octogeſimo, Regis Edelredi anno ſexto*. Verum eam interpolatam eſſe non dubito. Nam ea Epiſtola ſtatuit Agatho Papa, ut Abbas Medeshampſted ſeu Petriburgenſis *habeatur Romanæ Sedis Legatus per totam Angliam*; cum tamen nonniſi Dorovernenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Romanæ Sedis Legati titulo exornatus fuiſſe legatur. Adhuc Manuſcriptum illud Saxonicum hæc etiam habet: *Ethelredus Vuilfridum Epiſcopum Romam mittit ad Agathonem Papam, verbo & literis innoteſcens Peadam fratrem ſuum, Wolferum, & Sexulphum, Monaſterium Medeshampſtede condidiſſe, immuneque illud conſtituiſſe, tum a Regis, tum ab Epiſcopi ſervitutibus, rogavitque, ut hoc idem ſcripto ſuo, & benedictione confirmaret*. Sed hæc mere fabuloſa, cum *Wilfridus* anno DCLXXVII ex Anglia ab Ecgfrido Rege expulſus fuerit, & *Agatho* nonniſi die XXVII. menſis Junii anni DCLXXVIII. Pontifex Romanus conſecratus ſit. Denique *Wilfridus* hoc anno Romæ interfuit Concilio centum XXV. Epiſcoporum adverſus Monothelitas celebrato feria tertia Paſchatis, quæ incidit in diem quintum menſis Aprilis, ut mox oſtendetur. Quomodo itaque dici poteſt, anno DCLXXX. Privilegium illud ab *Agathone* & centum ac viginti quinque Epiſcopis datum eſſe, anno ſcilicet poſt congregatum Concilium, & poſt diſceſſum Vuilfridi ab Urbe Romana. Labbeus ( Tomo VII. Concil. nov. edit. ) recitat iſtud Privilegium, ſed ſine ulla mentione Spelmanni, nec Verſionis Saxonicæ in linguam Latinam ab eo factæ, & anno Incarnationis expuncto, quæ tamen Era hoc ſæculo in Anglia uſurpabatur.

Certum tamen videtur, Agathonem aliquod Privilegium Monaſterio Petriburgenſi ad petitionem Ethelredi Regis conceſſiſſe, uti hoc tempore in more poſitum erat. Beda enim in vita Sancti Benedicti Epiſcopi Abbatis Viremuthenſis lib. 1. num. 6. refert, *Benedictum*, poſtquam Monaſterium illud in honorem Sancti Petri ædificaſſet, Romam profectum eſſe, & ab Agathone Papa inter alia poſtulaſſe, & accepiſſe *Joannem Archicantorem* Eccleſiæ B. Apoſtoli Petri, & Abbatem Monaſterii B. Martini, *quem ſui futurum Magiſtrum Monaſterii Britanniæ Romanum Anglis adduceret. Qui illo perveniens, non ſolum viva voce, quæ Romæ didicit, Eccleſiaſtica diſcentibus tradidit; ſed & non pauca etiam literis mandata reliquit*. Addit Beda: *Quintum Benedictus non vile munus attulit, Epiſtolam Privilegii a Venerabili Papa Agathone, cum licentia, conſenſu, deſiderio, & hortatu Egfridi Regis acceptam, qua Monaſterium quod fecit, ab omni prorſus extrinſeca irruptione tutum perpetuo redderetur ac liberum*. Beda lib. 4. cap. 18. pluribus loquitur de Joanne Archicantore, ut videre eſt apud Baronium n. VIII. aitque interfuiſſe Concilio Anglicano.

Seu ſi literæ Agathonis Papæ, quas e MS. Saxonico Petriburgenſis Monaſterii, Latinas fecit Spelmannus, admittendæ non ſint ob rationes ſupra in medium adductas: quæ editæ ſunt de eadem re Tomo I. Monaſtici Anglicani pag. 67. eoſdem nævos non habent. Ait in illis Agatho Papa, percipere ſe, *quatenus Apoſtolica gratia ſuique Petri prærogativa præſtet*, ( ſcilicet Monaſterium Petriburgenſe ) *ceteris a Tameſa fluvio in Aquilonalem, ſicut & orta perhibetur mater primaria: Abbas quoque ejus aliquis Arctoa plaga prior habeatur, & in omnibus conventibus anterior ſedeat*, &c. Quæ verba e correctiori exemplari Saxonico, quam quo uſus eſt Spelmannus, videntur deſumpta, ſicuti & clauſula, quæ poſt illud Privilegium, ſeu Agathonis Papæ Epiſtolam, ibidem legitur: *Hoc Privilegium a Sancto Papa Agathone, aſſentiente Concilio centum XXV. Epiſcoporum per Reverentiſſimum Epiſcopum Wilfridum deſtinatum, ego Athelredi Dei dono Rex, anno Domini DCLXXX. meique Regni VI. ſuſcipiens, approbante etiam Domino Archiepiſcopo Theodoro, cum Concilio celebrato in campo Heſfeld Regali ſubſcriptione confirmo*, &c. *Ego Theodorus Romanæ Legatione in hos fines terræ deſtinatus, confirmo. Ego humilis Saxulfus, regali beneficio ejuſdem Monaſterii fundator*, &c. *Ego Wilfridus Apoſtolico favore repetens Sedem Eboracenſem teſtis & relator hujus Sanctionis votiva aſſentior. Ego Oſtrich Regina Athelredi Regis*, &c. *Ego Adrianus Apoſtolicus Legatus*, &c. *Ego Joannes Romanus Legatus conlaudo. Ego Putta Roffenſis Epiſcopus ultro ſubſcribo. Ego Vualdere Londonienſis Epiſc. confirmo. Ego Abbas Cuthbaldus ejuſdem Monaſterii*

ANNO CHRISTI 680.

*ſteri Medeſhamſtede, Succeſſor Venerabilis Saxulfi, ſpeciali amore am ſteſſor, &c.*

Ex his liquet primo, Concilium Anglo-Saxonicum anno ſequenti poſt Sancti Vuilfridi ex Urbe Romana reditum congregatum eſſe. II. Æram Incarnationis in Actis publicis hoc tempore in Anglia uſurpatam fuiſſe: quod tot Monumentis conſtat, ut in dubium revocari non poſſit. III. Vuilfridum Privilegium *Petroburgenſe* ab Agathone Papa conceſſum in Angliam detuliſſe. IV. Eum- A dem *Vuilfridum*, qui apud Ethelredum Regem in honore tunc habebatur, ſubſcripſiſſe Privilegio his verbis. *Ego Vuilfridus Apoſtolico favore* ( id eſt judicio Sedis Apoſtolicæ ) *repetens* ( id eſt, reſtituendam mihi petens ) *Sedem Eboracenſem*, quia nempe *Theodorus* eum pro Epiſcopo non agnoſcebat. *Joannes*, qui ſe Romanum Legatum dicit, erat *Joannes Archicantor* Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli, quem Beda lib. 4. cap. 18. huic Concilio interfuiſſe aſſerit.

# CONCILIUM ROMÆ

## SUB AGATHONE HABITUM DE REBUS

Britannicæ eccleſiæ, in baſilica ſalvatoris noſtri Conſtantinianæ nuncupatæ, anno Chriſti DCLXXX. vel ( ut alii volunt ) anno præcedenti ( hoc eſt menſe Octobris indictione VII. ) præſidente in eodem ipſo papa Agathone, & conſidentibus L. epiſcopis, abbatibus, presbyteris: adſtantibus etiam diaconibus, & cuncto clero, In quo cognoſcitur de ſtatu Britannicæ eccleſiæ, & de modo eumdem redintegrandi.

*Exemplar hujus concilii juxta manuſcriptum codicem.*

IN nomine domini ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperantibus dominis noſtris piiſſimis Auguſtis, Conſtantino majore imperatore anno viceſimo ſexto, poſt conſulatum eius anno decimo, ſed & Heraclio atque Tiberio, * nonis Auguſtis ejus fratribus viceſimo ſecundo, indictione [1] ſeptima, menſe Octobri, præſidente Agathone ſanctiſſimo atque ter beatiſſimo apoſtolico univerſali papa ſanctæ Dei catholicæ atque apoſtolicæ eccleſiæ urbis Romæ, præpoſitis ſacroſanctis evangeliis, in Baſilica ſalvatoris domini noſtri Jeſu Chriſti quæ appellatur Conſtantiniana, conſedentibus una cum eo glorioſis atque cognoſcentibus ſanctiſſimis epiſcopis Creſcente eccleſiæ Vinonenſis, (a) Phoberio Andrea Oſtienſe, Juvenali Albanenſi, Mauricio Tiburtino, Joanne Falaritano, Benedicto Meſanenſe, (b) Theodotio Syracuſano, Deuſdedit Narnienſe, [2] Paulo (c) cognomento Joanne Turtuenſe, Theodato Neperi, Novita Silva candida, Gaudioſo Signias, Georgio Agrigentino, Placito Veliternenſi, Georgio (d) Catinenſi, Deodato Tullenſe, & venerabilibus presbyteris, Bonifacio, Petro, Juvenale, Theodoſio, Georgio, Theodorio, Sergio, Theodorio, Siſinnio, Theodoro, Auguſto, Benedicto, Paulo, Tribuno, Corono, Petro, Joanne, Siſinnio, Epiphanio, Siſinnio, Decoro, Soleuncio, Theopiſto, Martino, Siſinnio, Georgio, Siſinnio, Joanne, Habito, Probino, Joanne, Martino, Petro, Euticio & Georgio, adſtantibus quoque Deo amabilibus diaconibus cunctoque clero.

* vel novis

Nomina conſidentium.

Agatho ſanctiſſimus ac ter beatiſſimus epiſcopus ſanctæ catholicæ eccleſiæ atque apoſtolicæ urbis Romæ conſedentibus dixit: Non credo latere veſtram fraternitatem, quamobrem ad hunc venerabilem conventum eam arciſciveram; cognoſcere cupio veſtram quippe ſinceritatem, mecumque tractare, qualis ſit eccleſiaſticus ſtatus B in Britannia inſula, in qua per Dei gratiam fidelium multitudo concrebuit. Nuper exorta eſt diſſenſio, cum una ſit conſonantia fidei, quam ex prædicatione atque doctrina hujus ſacroſanctæ atque apoſtolicæ ſedis a beata memoria prædeceſſoris noſtri ſancti Gregorii exorta ac directa, atque per ſanctum Auguſtinum & ejus ſocios perceperunt.

Malmesb. geſt. pont. libro 3. pag. 161. Agatho quærit quinam ſit ſtatus eccleſiæ Britannicæ.

Andreas & Joannes reverendiſſimi epiſcopi coram omnibus reſponſum dederunt, dicentes: Clarum conſtat univerſis, quod multo (e) pontificalis ſucceſſu, eccleſiæ in Britannia inſula poſitæ indigent, primum quidem quod diſſenſio ibidem inter ſanctiſſimum Theodorum archiepiſcopum, & ceteros ejuſdem provinciæ præſules, C quam cum Dei præſidio ſola poſſit apoſtolica auctoritas mitigare, & diſſenſionis fomitem ſubtrahere, dum origines ſcandalorum abſcidit, atque ſuperflua & Chriſtianæ converſationi noxia ibidem geri conſiderata demat, & ſpirituali medela curet.

Reſpondetur convulſam eſſe diſſenſione.

Theodori archiepiſcopi & epiſcoporum.

Agatho ſanctiſſimus atque ter beatiſſimus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ urbis Romæ dixit: Conſtat itaque quod veſtra conſideravit reverenda fraternitas, æquitati competere finienda, quia jam ſunt quæ dudum concordi conſideratione præviderunt, & ſtatuerunt prædeceſſores noſtri, verbi gratia, primus beatus Gregorius hujus apoſtolicæ ſedis pontifex, & totius Saxoniæ apoſtolicus apex, ejuſque D ſucceſſores ſancti pontifices uſque ad noſtra tempora. Et nos prævidimus & conſtituimus, ut ſtatuta illa quæ ſynodalibus decretis jamdudum ſolidata per beatum Petrum principem apoſtolorum fuerunt, ut in perpetuum ab omnibus eccleſiarum Chriſti præſulibus ibidem conſtitutis inconvulſe atque illibate ſerventur.

Papa omnia finienda ſuo ſtatutis cenſet.

Creſcens epiſcopus eccleſiæ Vinonenſis, & Juvenalis ſanctæ Albanenſis eccleſiæ epiſcopus dixerunt: Univerſa itaque ſynodus, hæc quæ una cum ſanctiſſimo atque ter beatiſſimo Agathone papa convenit regulariter definiens, & ſi humani

Reſpondit diabolum ſemina ſerere ſed Deum ſuccurrere.

1 Indictio ſeptima Kalendis Septembris anni Chriſti 678. inchoata; ideoque hoc Concilium hoc anno, non vero inſequenti, ut in editionibus conciliorum, & ab omnibus Neothericis, qui de rebus S. Vuilfridi diſſeruerunt aſſeritur. Irrepſit etiam error in hoc proœmium loco enim *Piiſſimis Auguſtis Conſtantino majore Imperatore*, legendum, *Piiſſimo Auguſto Conſtantino Magno Imperatore*; loco, *anno vigeſimo Sexto*, legendum, *anno vigeſimo quinto*; loco, *novis Auguſtis, ejus fratribus, viceſimo ſecundo*, legendum, *a deo conſervandis ejus fratribus anno vigeſimo*. Pagius ad an. Ch. 678. n. 10.

2 Lege, *Paulo Nomentano*, *Joanne Portuenſe*, *Theodato Nepeſino*, *Vito Sylva Candida* &c. Confer ſubſcriptiones epiſtolæ Agathonis act. IV. Conc. VI *Harduinus*.

(a) Concilii hujus acta e MS. Cod. Britannico tantummodo innotuiſſe credo, ex quo Spelmannus & ex eo Vuilkius dederunt, his vero hic excuſſis cum editis ab illis collatis variantia quadam in ſerie epiſcoporum deprehendi quæ adnoto. Deeſt igitur in Anglicano *Phoberius*. (b) *Theodoſio*. (c) *Nomentano*, *Joanne Portuenſe*, *Theodoro Nepeſino*, *Vito Sylva Candida*. (d) *Catanenſi*. (e) Vuilkins legit *pontificali*.

ANNO CHRISTI 680

mani generis inimicus qui bonis ſeminibus in- A terſerere ſemper conatur zizania (*a*) & præcavendis, & hoc eſt fidelibus Britanniæ inſulæ eccleſias eccleſiarumque præſules adverſus invicem excitare molitus eſt, verum ſuperna clementiæ non permittit ſuos fideles uſquequaque tentari, ſed dat conſilium ut hi qui conſulunt * & conſulantur, cum fide ſuſcipiunt pariterque utrique ſalventur. Ideoque conſideratis omnibus atque tractatis, quæque ex diverſorum venientium relatione cognovimus, quæque ex ſcriptorum diverſis vocibus huc ad apoſtolicam ſedem directorum colligi potuerunt, ſolicitius flagitantes prævidimus, communi conſenſu hanc definitionis ſententiam promulgare.

* Forte, & qui conſilium cum fide Hard.

Statuendum ut in ſingulis provinciis duodecim ſint epiſcopi, nihil uſturi in alia parochia, ſed ſuæ ſtudentes.

Unde ex auctoritate beati Petri apoſtolorum B principis, cui claves ligandi atque ſolvendi in cœlo & in terra conditor & ſalvator generis humani dominus noſter Jeſus Chriſtus filius Dei conceſſit, definimus atque ſtatuimus, ut unumquodque regnum in Britannica inſula conſtitutum habeat ſecundum moderaminis menſuram provinciarum epiſcopos ita ſtatutos, ut ſimul omnes cum archiepiſcopo duodecim eccleſiarum præſules numerentur; quos archiepiſcopus, qui pro tempore ab hac apoſtolica ſede pallii honore decoratur, provehat, atque ſacerdotali gradu eos canonice ordinet, ipſiuſque tantum ſint ordinationi ſubjecti, hac diſpoſitione interpoſita, ut nullus audeat de epiſcopis in alterius præſulis jura ſemetipſum immergere, ſed illiba- C ta ſua jura unumquemque ſervare, & in admonendos & convertendos populos ſtudere.

Ut eccleſiaſtici arma, citharœdas, ludos viteat, & officiis intendant.

Statuimus etiam atque decernimus ut epiſcopi vel quicumque eccleſiaſtici ordinis religioſam vitam profeſſi ſunt, armis non utantur, nec citharœdas habeant, vel quæcumque ſymphonia, nec quoſcumque jocos vel ludos ante ſe permittant; quia omnia hæc diſciplina ſanctæ eccleſiæ ſacerdotes fideles ſuos habere non ſinit, ſed præcipit divinis officiis & providentiæ pauperum eccleſiaſticis utilitatibus occupari, magiſque divinorum eloquiorum lectio ad ædificationem eccleſiarum ſemper legatur, quatenus cum nutrimentis corporeis pariter & animæ audientium divinis eloquiis nutriantur.

Papa. Examinandum eſt, ut canones & fidem obſervent.

Agatho ſanctiſſimus atque ter beatiſſimus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ urbis Romæ dixit: Si & veſtri fraternæ caritati providum eſſe cenſeretur opportunum, itaque ac ſaluberrimum plebibus ibidem conſtiſtitutis eſſe cenſendum eſt; ut de eccleſiaſticis ſtatutis, atque de ſerie epiſcoporum, ſeu etiam de probatione catholicæ fidei, qualiter & quam orthodoxe in provinciis Saxoniæ gerere & habere ab univerſis examinetur.

Reſpond. Mittendum Theodoro ut univerſalem ſynodum illic cogat, de his cognituram.

Andreas reverendiſſimus epiſcopus eccleſiæ Oſtienſis, & Joannes reverendiſſimus epiſcopus Portuenſis dixerunt: Verum eſt enim quod veſtræ ſanctitati injunctum eſt, ut apoſtolica cenſura ex hinc illic hæc decretalis diſpoſitio per epiſtolas ac virum prudentem, & idoneum, & bene imbutum dirigatur ad Theodorum reverendiſſimum atque ſanctiſſimum archiepiſcopum Cantuariorum, ſanctæ Dei noſtri ſalvatoris eccleſiæ, in qua illis in partibus ſummi ſacerdotii principatum fundavit, qui ſuo ſanguine ſanctam ſuam redemit eccleſiam, omnipotens Chriſtus dominus, & beati Petri principis apoſtolorum auctoritate, per noſtrum prædeceſſorem A beatæ memoriæ Gregorium, & per beatum Auguſtinum, ejus ſincellitum, conſtruendo, collocando fundavit, ut ipſe prædictus Theodorus illis in partibus ex tua ſacroſancta auctoritate & noſtra ſynodali unitate univerſale concilium congreget, & cum univerſis præſulibus, regibus, principibus, & univerſis fidelibus, ſenioribus, majoribuſque natu totius Saxoniæ, publicam œcumenicamque faciant ſynodum: & hæ diſpoſitiones prædictæ non ſolum, verum etiam quæ tuæ ſanctitatis gerulis ſeu apicibus injunxeris diligenti inveſtigatione tui apoſtolatus auctoritatem coram omnibus examinare, & univerſos obſervare præcipias. Quod enim multorum conſilio geritur, nulli conſentientium ingerat ſcandalum.

Placuit, & mittendus in Britanniam eligitur Joannes abbas ſancti Martini.

B Placuitque enim hæc relatio univerſæ ſynodo, cum ſanctiſſimo atque ter beatiſſimo Agathone apoſtolico papa; cœperuntque ſimul omnes unanimiter quærere, & invenerunt, Chriſto auſpice, virum venerabilem Joannem archicantatorem eccleſiæ ſancti apoſtoli Petri, & abbatem monaſterii beati Martini, qui a Roma per juſſionem papæ Agathonis in Britanniam eſt directus.

Hæc ut eccleſiaſtici hæreſes & errores conterant.

Hæc provida ac celeberrima doctrina ſacrorum canonum & pontificalium decretorum ſtatuimus atque decernimus, ſicut prodeſſe diſpenſatoribus eccleſiæ, & populis eis commiſſis, quos ad ſui cognitionem divina adſcrivit clementia, ſalubreque eis prævidimus quidem, quatenus frequentia vicinorum antiſtitum ſtu- C dentium ſuam parochiam ad ſtudium perfectæ religionis adducere, hæreticæ pravitatis ſatellites decipiendi ſimplices locum non inveniant, nec diſſeminent ſua ſchiſmata vel errores, dum falce piæ doctrinæ præſule prædicante quotidie ſuccidantur & defluant, & in multorum præſulum cum ſuo archiepiſcopo convenientium cum conſilio quæque ſalubriter perpenduntur ac diſponuntur firmiter obtineant, quia ibi ſalus ubi plurima conſilia: & ſic, *ubi duo vel tres congregati in nomine domini, ibi ipſe eſt in medio eorum*: multo magis ubi plures unanimiter ad confitendum nomini ejus, ad gloriandum in laude ejus fuerint congregati.

*Matth.* 18

Papa in Britanniam mittit ſynodum beati Martini obſervandam. Romæ celebratam

Inſuper quoque Agatho ſanctiſſimus atque ter D beatiſſimus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ urbis Romæ, ſynodum beati Martini papæ conſcriptam centumquinque epiſcoporum conſenſu non multo ante * Rhemis celebratam præfato religioſo abbati Joanni tribuens, ut ſecum in Britanniam veniens beato Theodoro archiepiſcopo afferret, non ſolum ad ſuæ legationis teſtimonium atque confirmationem, ſed etiam quidquid ſanctus Theodorus archiepiſcopus cum ſapientibus & fidelibus, & viris religioſis in Anglorum provinciis, Chriſti eccleſiis, & univerſo populo Dei ibidem poſitis, profuturum melius ac religioſius in Chriſto invenire potuiſſent, cum prædicta auctoritate roborare atque tranſcribere commendaverat.

## E ALIUD EXEMPLAR EJUSD. CONCILII

### JUSTA MALMESBURIUM

Vel ſaltem alia ejuſdem actio,

*In qua Vuilfridi cauſa cognoſcitur, & ipſe reſtituendus ad archiepiſcopatum Eboracenſem decernitur.*

AGatho ſanctiſſimus papa (*inquit Malmeſburius*) concilium quinquaginta tam epiſcoporum

Malmesb. pag. 161 de geſt. pont. li.

(*a*) Idem ita legit: *cavendus eſt*, & *fidelibus*. Manſi. *Concil. General.* Tom. XI.

ANNO CHRISTI 680.

poium quam abbatum, in baſilica ſalvatoris, A
quæ appellatur Conſtantiana, coegit. Cujus
concili hæc eſt forma.

bio 30 (Et prolixius in vita S. Wilfridi t. 4. ſec. Benedict. part. 1 p. 693 496 Hard.) Diſſenſio in Britannia, cauſa ſynodi

Agatho ſanctiſſimus ac beatiſſimus epiſcopus
eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ urbis Romæ
confidentibus ſecum dixit: Non credo latere ve-
ſtram ſanctam fraternitatem, quamobrem ad hunc
venerabilem conventum eam aſciverim. Cogno-
ſcere quippe cupio veſtram reverentiam mecum-
que tractare, qualis in eccleſia inſulæ Britan-
niæ, ubi per Dei gratiam fidelium multitudo
concrevit, nuper eſt exorta diſſenſio, quæ ad
nos, tam per relationem huc advenientium,
quam per ſcriptorum ſeriem delata eſt.

Andreas reverendiſſimus Oſtienſis epiſcopus,
& Joannes Portuenſis epiſcopus dixerunt: Om- B
nium quippe eccleſiarum ordinatio in veſtræ
apoſtolicæ auctoritatis pendet arbitrio, qui vi-
cem beati Petri apoſtoli geritis; verum & nos,
nuper confidentibus epiſcopis, & conſamulis no-
ſtris, juſſu vero relegimus ſingula ſcripta, quæ
de Britannia inſula directi apoſtolico veſtro
conſpectui detulerunt, tam ea quæ ex perſona
reverendiſſimi archiepiſcopi olim hinc illuc ab
apoſtolica ſede directi miſſa ſunt, aliorumve re-
lationes adverſus quemdam epiſcopum ſubter-
fugientem, (ut ajunt) quam ea quæ a VVil-

Wilfridum immerito pulsum ab archiepiſcopo.

frido Deo amabili ſanctæ Eboracæ eccleſiæ epi-
ſcopo oblatæ ſunt: qui de ſua ſede ejectus a
prænominato ſanctiſſimo huc uſque pervenit:
in quibus cum multas quæſtiones infererent, C
neque ſanctorum canonum ſubtilitate convictum
cum aliquibus facinoribus, & ideo non catho-
lice dejectum reperimus, neque eum aliqua fa-
cinora perpetraſſe accuſatores ejus verbis propriis
oſtenderunt, pro quibus degradari debuiſſet:
potius autem & modeſtiam hunc tenuiſſe co-
gnovimus, quod non ſeditioſis quibuſdam de-
certationibus ſe immiſcuit, ſed de ſua ſede re-
pulſus, coepiſcopis ſuis facti meritum innoteſcens
memoratus Deo amabilis Vvilfridus epiſcopus
huc ad ſedem apoſtolicam accurrit.

Admittitur in concilium.

Agatho ſanctiſſimus ac ter beatiſſimus epiſco-
pus eccleſiæ catholicæ atque apoſtolicæ urbis
Romæ confidentibus dixit: VVilfridus Deo ama-
bilis ſanctæ Eboraeæ eccleſiæ epiſcopus, quem D
præ foribus venerabilis ſecretarii noſtri eſſe nar-
ratum eſt, ad noſtrum ſecretarium juxta ſuam
poſtulationem cum petitione, quam ſecum af-
ferre dicitur, admittatur.

VVilfridus Deo amabilis epiſcopus dum ve-
nerabile ſecretarium ingrederetur dixit: Depre-
cor veſtram pontificalem beatitudinem, ut meæ
humilitatis petitionem excipi, coramque relegi
præcipiatis.

Agatho ſanctiſſimus epiſcopus dixit: VVilfri-
di Deo amabilis epiſcopi petitio ſuſcepta coram
omnibus relegatur: & accipiens Joannes nota-
rius, relegit ſancto & apoſtolico concilio.

Petitio ejus ad papam.

VWilfridus humilis & indignus epiſcopus Sa-
xoniæ ad hoc apoſtolicum faſtigium, tanquam E
ad locum munitum turremque fortitudinis greſ-
ſus, Deo præviante, perduxi; quod inibi nor-
mam ſacrorum canonum in omnes Chriſti ec-
cleſias emanare cognoſco: ex eo meæ humili-
tati juſtitiam fieri confidenter expeto: cogno-
viſſe quippe non ambigo veſtrum pontificale fa-
ſtigium, tam ex humilitatis meæ ſuggeſtione
quam quæ viva voce præſentialiter obtuli veſtris
apoſtolicis obtutibus, in ipſomet adventus exor-
dio præſentatus, quod quidam mei epiſcopatus
invaſores, nulla in me convicta culpa, contra
ſanctorum ſcita canonum in conventu ſanctiſſi-
mi Theodori Cantuariorum archiepiſcopi, &
aliorum convenientium antiſtitum, ſed meam,
quam per decem, & eo amplius annos tenue-
ram, uſurpare moliti ſunt: & in meo epiſco-
patu tres epiſcopi promoti ſunt, licet canonica
non ſit eorum promotio. Quid autem accide-
rit, ut Theodorus ſanctiſſimus archiepiſcopus
me ſuperſtite in ſedem, quam licet indignus
diſpenſabam, abſque conſenſu cujuslibet epiſco-
pi tres ſua auctoritate, mea humilitate non ac-
quieſcente ordinaret epiſcopos, omittere magis
quam flagitare pro ejuſdem viri reverentia con-
decet: quem quidem, eo quod ab hac apoſto-
licæ ſummitatis ſede directus eſt, accuſare non
audeo. Verumtamen ſi claruerit, quod contra
jus regularium ſanctionum, citra ullius delicti
piaculum, quod canonica percellit ſeveritas, de
priſtina pulſus ſede tumultuoſus nulli apparui,
ſed tantum conſamulos & conſacerdotes meos
illius provinciæ epiſcopos conteſtatus abſceſſi,
ſiquidem prævidit veſtra apoſtolica ſummitas pri-
vatum me eſſe humili devotione, quæ cenſen-
tur libenter amplector. Si autem & priſtinum
epiſcopatum ſuſcipere, ſequor totiſque viribus
veneror ab apoſtolica ſede prolatam ſententiam,
tantum ut invaſores de priſtinis parochiis eccle-
ſiæ, cui ego indignus famulus veſter præfui,
pellantur. Et ſi rurſus in eadem parochia, cui
præfui, præſules adhiberi prævideret, ſaltem ta-
les jubeat promovendos, cum quibus pacifica &
tranquilla poſſim concordia obtinente Deo una-
nimiter deſervire, &c.

Papa Wilfridi cauſam approbat.

Agatho ſanctiſſimus ac ter beatiſſimus epiſco-
pus ſanctæ eccleſiæ catholicæ urbis Romæ di-
xit: Non mediocriter ſatisfacit audientibus pe-
titionis ſeries, quam VVilfridus Deo amabilis

Decretum ſynodi pro Wilfrido

epiſcopus obtulit, in hoc, quod cum ſe indigne
de epiſcopali ſede dejectum agnovit, non con-
tumaciter per vim ſæcularem obſtitit, ſed hu-
militer ſentiens auctoris noſtri beati Petri apo-
ſtolorum principis canonicum expetivit ſubſi-
dium, & ſupplici præſtolatione, quæ ſuper eo
cenſenda ſunt ſe ſuſcepturum perhibens, quod
ex ore noſtro beatus Petrus Apoſtolus auctor
noſter, cujus miniſterio fungimur, prævideret
ſtatuendum; univerſa ſancta ſynodus, quæ reſi-
debat, inter cetera definiens ait: Statuimus at-
que decrevimus, ut Deo amabilis VVilfridus
epiſcopus epiſcopatum quem nuper habuerat ſu-
ſcipiat, & quos cum conſenſu concilii ibidem
congregandi elegerit ſibi adjutores, a ſanctiſſi-
mo archiepiſcopo ordinati promoveantur epiſco-
pi, expulſis procul eis qui in ejus abſentia in
epiſcopatum enormiter miſſi ſunt, & cetera,
quibus interdicunt hæc non ſuſcipientes de-
creta.

His decretis gloriabundus epiſcopus etiam juſ-
ſu papæ juſſus eſt reſidere in numero ſanctorum
epiſcoporum 150. qui agitabant concilium con-
tra illos qui unam operationem prædicant in
duabus naturis domini noſtri Jeſu Chriſti.

Hinc reditum aggreſſus, omnium periculo-
rum, Deo protegente, immunis patriam venit,
ægreque licet ad regem aditu impetrato, ſcita
apoſtolica ſigillata prætendit. Ille cum ea epi-
ſcopis contubernalibus ſuæ factionis legi feciſſet,
tantum a reverentia Romanæ ſedis abfuit, ut
ſpoliatum ſuis omnibus, comitibuſque in diver-
ſa deductis, beatum pontificem cuidam præfecto
notabilis ſævitiæ viro in ergaſtulum trudendum
committeret, &c.

CON-

# CONCILIUM ROMANUM,

## QUO CXXV. EPISCOPI

**Orthodoxam Fidem confirmarunt, Monothelitarum hæreſim condemnarunt, atque legationem Conſtantinopolim ad ſynodum œcumenicam decreverunt, anno domini DCLXXX. ſub Agathone papa.**

DE rebus in hac ſynodo geſtis nihil reperitur, niſi duæ epiſtolæ extantes actione IV. ſextæ ſynodi: quarum prior eſt Agathonis ad Conſtentinum imperatorem & fratres ejus de fide catholica contra Monothelitas, quæ incipit: *Conſideranti mihi humana vitæ diverſos angores*, &c. poſterior eſt ſynodica, nomine totius ſynodi ad eoſdem imperatores ſcripta ab Agathone, incipitque ſic. *Omnium bonorum ſpes ineſſe præcognoſcitur*, &c.

*Occaſio habiti concilii quæ?*

a *Concilium*.) Accepta ab imperatore, quam de cogenda univerſali ſynodo ad Donum ſcripſerat epiſtola, Agatho papa Romanus id Romæ implevit, quod ejuſdem juſſu præſtiterunt Mediolani epiſcopi Inſubres, nimirum, ut epiſcopi occidentales, qui vel per ætatem, vel corporis morbum, vel itineris difficultates ipſi ſynodo œcumenicæ præſentes eſſe non poſſent, per legationem ſuo nomine deputatam profiterentur, quid pro fide catholica adverſus Monothelitas decernendum eſſe ſentiant. Cum itaque epiſcopi 125. (quorum nomina in fine ſynodalis epiſtolæ ſubſcripta habentur actione IV. ſextæ ſynodi) auctoritate Agathonis papæ conveniſſent, damnataque Monothelitarum hæreſi orthodoxam fidem egregie corroboraſſent, tres legatos hoſce Joannem Portuenſem, Abundantium Paternenſem & Joannem Regienſem ſive Regitanum epiſcopos delegerunt, dato illis commonitorio tali, ut de incertis & dubiis nihil contendant, eaque dumtaxat, quæ Romano hoc concilio de fide conſtituta fuerant, in univerſali patrum conſeſſu proponant. Hoc commonitorio inſtructi, ſtatim Conſtantinopolim ad concilium univerſale profecti ſunt, editaque ibidem ſynodali epiſtola, quam ſecum attulerant, injunctum munus legationis fideliter executi fuerunt. Huic publicæ legationi ſuam Agatho papa adjunxit, munuſque legationis apoſtolicæ Theodoro & Georgio presbyteris, Joanni diacono, & (ut ſcribit Anaſtaſius in Agathone) Conſtantino ſubdiacono commiſit. Epiſtolam quamdam privatam ſuo ſolius nomine ad imperatorem conſcriptam iiſdem communicavit: atque ita duplex legatio, duplici epiſtola ab Agathone accepta, ad concilium univerſale ſimul profecta fuit: dumque circa initium Septembris anni 680. Conſtantinopolim perveniſſet, eo honore, quem Anaſtaſius in vita Agathonis ſupra deſcribit, excepti, œcumenicum concilium inchoari procurarunt. Teſtatur Anaſtaſius in vita Agathonis ſupra, Theodorum Ravennatis ecclesiæ epiſcopum ſchiſmaticum hoc tempore Romam veniſſe, Romanoque pontifici ſe iterum ſubmiſiſſe. Non dubito quin illud hac ſynodo, cui ipſe præſens interfuit & ſubſcripſit, factum fuerit; cum ejus hic tantum, alibi vero nulla memoria reperiatur. Tanta enim Ravennatis eccleſiæ epiſcoporum a Mauro uſque ad hunc Theodorum contumacia fuerat, ut eam nullo modo diſſimulare poſſent Romani pontifices, qui ne quidem faſtum & uſurpatam prærogativam Conſtantinopolitanorum præſulum hactenus ſufferre potuerunt.

*Acta concilii.*

*Duplex legatio Conſtantinopolim miſſa eſt.*

*Ex Epiſtola Agathonis defenditur Honorius papa*

In priore epiſtola, quam Agatho privatim per ſuam legationem ad imperatorem tranſmitti curavit, dignum eſt notatu; quod ad defenſionem Honorii ait pontifex apoſtolicam ſedem ejuſque pontifices nunquam in fide aberraſſe, ſed potius, juxta promiſſionem Petro factam, devios quoſque e veritatis tramite reduxiſſe, atque in vera & orthodoxa fide confidenter confirmaſſe. Quod ſane non tam libere aſſeruiſſet Agatho pontifex, ſi eamdem hæreſim, quam ipſe Agatho hac ſua epiſtola adeo valide inſectatur, Honorius foviſſet, ſuoque ſcripto confirmaſſet.

*Ex epiſtola ſynodali defenditur Honorius.*

In epiſtola ſynodica hoc pro ejuſdem Honorii expurgatione diligenter eſt obſervandum quod legati limitatum duntaxat acceperunt mandatum, ea tantum proponendi, quæ in ſynodo Romana pro fide catholica adverſus Monothelitas acta fuerant. Cum itaque allegata ſynodo Romana nihil in cauſa Honorii propoſitum vel actum fuerit, nullam fidem meretur id quod depravata acta ſextæ ſynodi atteſtantur, Honorium auctoritate legatorum ſedis apoſtolicæ & totius concilii non conſulto Agathone pontifice, cum Sergio, Cyro, Pyrrho, aliiſve Monothelitis hæreticis condemnatum & excommunicatum fuiſſe.

*Epiſtola ſynodalis a Græcis corrupta eſt.*

Secundo circa eamdem epiſtolam eſt annotandum, quod (ut in concilio Florentino Julianus ſacræ Romanæ eccleſiæ cardinalis in diſputatione quam habuit contra Græcos poſt Emmanuelem Calecam advertit) Græci impoſtores eam corruperunt, eoque loco, quo legebatur olim: *Credimus in Spiritum ſanctum dominum & vivificatorem ex Patre Filioque procedentem*, illi nomen *Filioque* expunxerunt. Hæc lectori veritatis amanti ingerimus, atque conſideranda proponimus, ne mireris, cum infra dicemus, acta ſynodalia ſexti concilii, in iis præſertim quæ de Honorio Romano pontifice atteſtantur, Græcorum impoſtura ubique depravata fuiſſe.

## AD CONCILIUM ROMANUM II.

*Sub Agathone anno 680.*

### ADDITIO.

*Ex Sup. Manſi pag. 110.*

IN hoc Romano concilio pacem coaluiſſe inter Romanos pontifices & Ravennates epiſcopos ſuſpicatus eſt Labbeus in hiſtoria hujus concilii; nec a vero aberravit: id enim confir-

mat

ANNO CHRISTI 680. 681.

mat Agnellus ſæculi noni ſcriptor in libro pontificum Ravennatum, a quo pariter diſcimus quibus conditionibus pax iſta convenerit. Conditiones vero iſtas portionem fuiſſe rerum, quæ in hoc concilio ſtatutæ ſunt, vix ambigo. En proinde illas ex Agnello. *Ut qualem electum hic ex Ravenna ſacerdotes Romam deportaſſent, ipſum conſecraſſet* (Pontifex Romanus) *Non amplius tempore conſecrationis Roma maneret, niſi octo diebus. Ultra jam illuc non veniret, niſi in die natalis apoſtolorum legatum ex ſacerdotibus mitteret, & Ravennenſis pontifex eſſet quietus; & alia multa capitula.* Hæc Agnellus, addens mortuo Agathone Leonem II. ejus ſucceſſorem hæc omnia late confirmaſſe. A

In hoc forte, vel in altero priori Romano B concilio ſub Agathone editum credo canonem illum, quem in MS. codice decretum Gratiani referente ſæculo XII. antiqua aliqua manus ſupplevit. Ex quo codice, quem ipſe ſervo, eundem canonem hic profero, legendum ibi ad cauſ. II. q. 5.

## AGATHO.

SI quis presbyter, vitæ ſuæ negligens, pravis exemplis malа de ſe ſuſpicari permiſerit & populus ab epiſcopo eſt vannito (*ſic*) ſeu banno Chriſtianitatis conſtitutus infamiam ejus patefecerit, & cuncti accuſatores criminis ejuſdem ſunt, admoneatur primo ſeorſum ab epiſcopo, dein ſub duobus vel tribus teſtibus. Si non emendaverit, in conventu presbyterorum epiſcopus eum publica increpatione admoneat. Si vero neque ſic ſe correxerit, ab officio ſuſpendatur uſque ad dignam ſatisfactionem, ne populus fidelis in eo ſcandalum patiantur. Si autem accuſatores legitimi non fuerint qui ejus crimina manifeſtis indiciis probent &c.

# ROMANA AGATHONIS SYNODUS

Ex libello ſynodico.

C AGathon vero beatiſſimus papa Romanus, qui Martino in ſolio * ſucceſſerat ſanctam congregavit ſynodum: & Sergium, Cyrum, Petrum Paulum & Pyrrhum anathemate notavit: A duabus in Chriſto Jeſu Deo noſtro declaratis voluntatibus & operationibus definitionem fidei ad Leonem * imperatorem Conſtantini Pogoſtati filium & Juſtiniani Rhinotmeti patrem emiſit.

* Poſt Eugenium, Vitalianum, Adeodatum & Donum.

* Errat hic author graviſſime.

ΑΓαθῶν δὲ ὁ πανόλβιος πάπας Ῥώμης τὸν θρόνον Μαρτίνου διαξάμενος, ἁγίαν συνήθροισε σύνοδον. καὶ Σέργιον, Κῦρον, Πέτρον, Παῦλον καὶ Πύῤῥον ἀνεθεμάτισε. περὶ ξφανίσας τὰ δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας Χριστοῦ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ὅρον πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα υἱὸν τοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου πατέρα δὲ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου ἐξέπεμψε.

### ADNOTATIO P. PAGI

*ad An. Ch. 679. n. 14. & ſeqq.*

Eddius, qui S. VVilfridi vita cap. 31. ait, *tranſactis ibi multis diebus ſecundum Apoſtolicum imperium, & textus Synodi ſancta juſſu cum in patriam remeaſſet*, cap. 50. loquens de Synodo Romana ſedente Joanne Papa VI. habita, in qua rurſus VVilfridus abſolutus eſt, ait: *Per IV. menſes & LXX. conciliabula ſanctiſſima ſedis, de fornace ignis examinandus, Apoſtolica poteſtate hoc modo auxiliante purificatus (ut ita dicam) evaſit: (recitatumque) breviter, quia in Sancto Paſcha, tertia die, ter beatiſſimi Agathonis Synodus adverſus pravitates hæreticorum cum 125. orthodoxis Epiſcopis conſtituta eſt: ex quibus unuſquiſque pro ſua provincia & civitate veram fidem confeſſus eſt, & ſubſcriptione ſua confirmavit. Hæc coram omni populo more Romanorum clara voce legebatur, in qua ſcriptura inventum erat inter cæ-* D *tera: VVilfridus Deo amabilis Epiſcopus Eboric a civitatis, Apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertiſque rebus abſolutus, & cum aliis 125. coepiſcopis in Synodo judicii ſede conſtitutus pro omni Aquilonali parte Britannia & Hibernia inſulis, quæ ab Anglorum & Brittonum, nec non Scotorum, & Pictorum gentibus colebantur, veram & catholicam fidem confeſſus eſt, & cum ſubſcriptione ſuam corroboravit.*

Hæc paucula hodie ſuperſunt ex actis Synodi Romanæ ſub Agathone celebratæ contra Monothelitas, & quidem anno 679. quo S. VVilfridus Romæ diſceſſit, non vero inſequenti, uti Baronius, aliique paſſim arbitrati ſunt. Diem habitæ Synodi hactenus ignotum docuit nos unus Eddius, feriam ſcilicet tertiam Paſchatis.

# CONCILIUM NORTHUMBRENSE

*Pro reſtituendo cathedra Eboracenſi VVilfrido epiſcopo juſſu Agathonis papæ.*

Anno 680. celebratum.

Ex Manſi Sup. col. 512.

SYnodi hujus teſtis eſt Heddius in vita S. VVilfridi cap. 33. ſcribens. Deinde omnibus principibus ibidem habitantibus, nec non ſervis Dei in locum ſynodalem acceſſitis ad audienda ſalutifera conſilia ab apoſtolica ſede cauſa pacis eccleſiarum tranſmiſſa. Poſtquam vero quædam difficilia ſibi & ſuæ voluntati contraria lecta E audiverunt, contumaciter quidam ex eis reſponderunt. Tum vero juſſione regis & ejus conſiliatorum cum conſenſu epiſcoporum, qui ejus epiſcopatum tenebant, in cuſtodiam ducere & novem menſes ſine ullo honore cuſtodire eum ſuerunt.

H ΑΓΙΑ



ANNO CHRISTI 680.

## Η ΑΓΙΑ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΗ ΕΚΤΗ ΣΥΝΟΔΟΣ, ΤΡΙΤΗ ΤΩΝ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ.

ANNO CHRISTI 680.

# SANCTA SYNODUS SEXTA GENERALIS CONSTANTINOPOLITANA TERTIA.

## HISTORIA SEXTÆ SYNODI.

DAMNATA jam Eutychiana & Acephalorum hæreſi, qui Chalcedonenſem ſynodum oppugnabant, varia ex eadem Eutychetis impietate Monothelitarum ſcelera naſcuntur: qui cum palam duas in Chriſto naturas negare non auderent, duas in eo voluntates & operationes negabant, ut quod aperte non poterant, occulte certe animas hominum ad priores Eutychetis errores traducerent. Fuit eorum dux & auctor Theodorus Pharanita epiſcopus, in ſermone ad Sergium Arſenoitarum epiſcopum, ut affirmat * Sergius Tempſanenſis epiſcopus teſtimonio Stephani Dorenſis epiſcopi in Lateranenſi ſynodo ſub Martino primo. Hoc igitur malum, cujus architectus, ut dictum eſt, & machinator fuit Theodorus Pharanita, ab eo manavit ad Sergium Conſtantinopolitanum epiſcopum, Syrum hominem, & in Jacobitarum

* Lateranenſem ſynodum ſecr. 2.

A conſortio ac diſciplina educatum: manavit quoque ad Cyrum * Phaſidis epiſcopum, nec non ad alios, atque in primis ad Athanaſium Jacobitarum patriarcham, Syrum itidem genere, ingenio vaferrimum, animo a Chalcedonenſibus decretis alieniſſimo. Is vero Heraclium Perſarum tunc ſpoliis ac victoriis exultantem, Hierapoli convenit: quem dum imperatorem cœno ſtudet extrahere, in cœnum ipſe præceps actus eſt. Ad Chalcedonenſem fidem hortatur Athanaſium. * Spondet reſipiſcenti Antiochenum patriarchatum: Simulat Athanaſius eſſe ſe eum, quem cupiebat Heraclius; duaſque Chriſti naturas profeſſus, viciſſim rogat imperatorem, unam ne, an duas eſſe Chriſti voluntates & B actiones exiſtimet? Ea de re nihil tum ſtatuendum putavit Heraclius, ſed Sergium epiſcopum Conſtantinopolitanum abſentem, poſtea vero Cyrum Phaſidis tunc antiſtitem, de propoſita quæſtione conſuluit. Perſuaſerunt ii unam voluntatem, unamque actionem Heraclio; qui eam ſententiam publico etiam pervulgavit edicto, quam ecthesin * nominarunt. Cyrus deinde tanquam in pretium ſceleris, in Georgii demortui Alexandrini epiſcopi locum ſuffectus

com

* Epiſtola Cyri 6. ſynodo act. 13. Later. ſecr 3. & epiſt. Serg. eod. ſecret.

* Auctor hiſt. miſcel. lib. 18 Cedren. & Zonar. in Heracl.

* Later. 13a. ſecr 1

ANNO CHRISTI [illegible]

* communicatis cum Theodoro Pharanita conſiliis, novem capita cum anathemate promulgavit: in quorum ſeptimo hæreſim hanc acerrime tuetur; ſeveriſſimum iis, qui diſſentirent, anathema comminatus. Neque ſenior Conſtantinopoli Sergius, * coacta ſynodo ſuorum epiſcoporum, quibus idem venenum malis artibus inſtillarat, ecthesim & imperatoris auctoritate & epiſcoporum ſubſcriptionibus communitam, toto inſpectante populo, primarii templi foribus affixit. Quocirca per omnem Ægyptum & Conſtantinopolitanam ditionem id malum eſt latiſſime diſſeminatum.

* Auct. hiſt. miſcell. Cedr. loc. cit. Later. ſecret. 2. Sex. Synod. act. 13.
* Lateranenſ. ſec. 3.

Horum ſacrilegos motus, & conatus non parum repreſſit Sophronius * ſpectatiſſimæ religionis monachus, ſcriptis primum ad Cyrum & Sergium epiſtolis: deinde cum ad Hieroſolymitanam ſedem eſſet evectus, ſuorum habuit epiſcoporum concilium; quo Monothelitarum nova ſtudia & fraudes, quibus perniciem orthodoxis populis moliebantur, enunciavit, & enunciata damnavit. Id vero moleſte ferens Sergius * ad Honorium Romanum pontificem nomen Sophronii detulit, quod novis duarum voluntatum actionumque nominibus totum miſceret orientem, nec parum offenderet Acephalos, qui meliora per id tempus, quam unquam antea, conſilia & ſaniorem mentem præ ſe ferebant. Sergio, Cyro, & Sophronio ita reſcripſit Honorius, * ut nihil aliud tunc ſpectaſſe videretur, quam ut novas quæſtiones diſcordiæ ac ſeditionis plenas reſecaret. Quam pontificis providentiam ſui erroris approbationem eſſe interpretati Monothelitæ, in ſuarum partium patrocinium Romani pontificis nomine abutebautur.

* Hiſtor. miſcell. Cedr. & Zonar. loc. cit. Suggeſt. Stephan. Later. ſecret. 2.
* Epiſtol. Serg. ad Honor. Sex. ſynod. epiſt. 12.
* Epiſt. Honor. ad Serg. ext. ſynod. act. 12.

Sed cum Honorio Severianus, Severiano Joannes quartus * ſucceſſiſſent, hic per literas ab Heraclio de Monothelitarum ſecta certior factus, indicta Romana ſynodo illorum decreta reſcidit, atque ut imperatorem ab eorum communione deduceret ſedulo laboravit. His permotus Heraclius (ut ſanctus Maximus affirmat) * edicto ſe liberavit omni eccleſiaſtica reprehenſione, atque hæc ſcripſit: Ecthesis mea non eſt, nec ego dictavi, aut fieri juſſi. Verum cum Sergius patriarcha quinque ante annis quam ab oriente redirem eam condidiſſet oravit me, poſtquam ad hanc felicem urbem adveni, ut nomine meo promulgaretur cum ſubſcriptione: ejus hortatu id feci. Nunc vero cum cognoverim eam a nonnullis oppugnari, declaro ad omnes non eſſe meam.

* Auct. hiſt. miſcell. & Cedren. ubi ſup.
* Ex geſtis S. Maximi, quæ extant in cod. Vatican.

Poſt hæc Heraclio quidem * Conſtantinus filius, Sergio autem Conſtantinopolitano epiſcopo Pyrrhus ſucceſſit ejuſdem contagionis & amentiæ ſocietate notiſſimus: qui propterea quod veneno Conſtantinum Martinæ novercæ gratia ſuſtuliſſet, in Africam relegatus, & inibi Maximi * ſanctiſſimi monachi opera ac diſputatione catholicam edoctus diſciplinam, ad Theodorum Romanum pontificem, qui Joanni quarto ſucceſſerat, eſt adductus. Romæ vero quum Theodoro libellum, quo omnem deteſtabatur hæreſim, obtuliſſet; * in communionem a pontifice receptus eſt. Verum idem Pyrrhus vix ab urbe digreſſus, virus, quod Romæ vomuerat, Ravennæ iterum hauſit. Quamobrem deſertorem illum, ac transfugam Theodorus pontifex toto conclamante clero, ad ſepulcrum principis apoſtolorum condemnat, & honore abdicat ſacerdotali. * Stephanum quoque Dorenſem epiſcopum jubet orientem perluſtrare, atque apoſtolica auctoritate Monothelitarum impetus coercere.

* Auct. hiſt. miſcell. lib. 18. Cedr. & Zon. in Conſtan.
* Auct. hiſt. miſcell. ubi ſup.
* Later. ſyn. ſecr. 2. Hiſt. miſcell. ubi ſupr. Anaſt. in Theodoro.
* In ſuggeſt. Steph. Dorenſ. Lateranen. ſecr. 2.

Per id tempus Conſtans Conſtantini filius, & Heraclii nepos nihilo minus impietatis quam imperii hæres, * Paulum Monothelitam in Conſtantinopolitana ſede collocat. Is vero fretus imperatoris præſidio, tanquam ſingularis ferus vineam domini depaſtus eſt, diffuſo in Africam uſque malorum incendio, quod tamen confeſtim eſt oppreſſum, ac prope reſtinctum * vigilantia paſtorum Numidiæ, Mauritaniæ & Byzacenæ provinciæ. Qui & multis locis ſynodos habere, & plebem in patrum traditionibus confirmare, & Monothelitarum errores explodere ſtudiis omnibus inſtitere. Sed & frequentibus & graviſſimis epiſtolis tum Conſtantem imperatorem, & Paulum epiſcopum ſui muneris admonuere, tum Theodorum pontificem Romanum etiam atque etiam rogarunt, ut ſeveriſſimis decretis & animadverſionibus hæreticorum frangeret audaciam. Theodorus igitur Paulum in dies magis inſanientem, & contra orthodoxorum antiſtitum monita calcitrantem, & ſevero notat antathemate, & Conſtantinopolitano * privat epiſcopatu. Ille vero vehementius ea re furere ac debacchari. Nam & Romanos apocriſiarios, qui jure etiam gentium ſacroſancti ſunt & inviolabiles, virgis cæſos in exilium ejicit: & altare quod Conſtantinopoli dicatum erat ſacrificiis Romano ritu obeundis, funditus evertit.

* Zonar. in Conſtante. Hiſtor. miſcell. ubi ſup.
* Epiſt. epiſc. Afric. ſecr. 2. Later.
* Later. ſecr. 2. Anaſtaſ. in Theodoro. Auctor vitæ S. Martini papæ apud Surium, tom. 6.

Ea ſcelerum atrocitate commotus Martinus primus, Theodori ſucceſſor religioſiſſimus, concilium in Laterano coegit, * tum ad audiendas Stephani Dorenſis epiſcopi querelas, nomine Sophronii Hieroſolymitani epiſcopi jam vita functi, tum ad univerſam Monothelitarum cauſam cognoſcendam. Conſidentibus igitur quinque ſupra centum epiſcopis, qui ad eam ſynodum convenerant; publice recitati ſunt complures libelli adverſus hæreticos oblati: recitatæ Monothelitarum homiliæ, epiſtolæ, ſermones, & opuſcula: recitatæ ſanctorum patrum ſententiæ: novo ac ſacrilego dogmati verbis diſertiſſimis repugnantes. His omnibus diligenter expenſis, celebratiſque ſecretariis, ſeu conſultationibus quinque; duæ Chriſti domini voluntates, duæ item actiones, frequentiſſimo conſenſu ſancitæ ſunt, * ac per viginti canones explicatæ: rejecti quoque in hæreticorum numerum Theodorus Pharanita, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus & Paulus Conſtantinopolitani epiſcopi. Damnata item Heraclii ecthesis, ac typus *, qui ut veluti fidei forma ad eccleſiæ valvas penderet, Paulus auctor fuerat.

* Later. ſecret. 1. & ſeqq.
* Lateran. ſecret. 5.
* Martini epiſt. ad Amandum Syn. Lateranen. ſec. 2. 4. & 5.

Tantum ac tam excelſum pontificis animum, tam ſingulare ſtudium reſtituendæ religionis ferre non potuit Conſtans nequiſſimus imperator. * Itaque non modo Maximum religioſiſſimum, doctiſſimumque monachum, & fortiſſimum Martini in eo certamine adiutorem ac ſocium, duoſque Anaſtaſios Maximi auditores crudeliſſimo affecit ſupplicio: ſed etiam Martinum pontificem, primo per Olympium exarchum, deinde per Theodorum Calliopam capi juſſit, captum Conſtantinopolim perduci: inde in Cherſoneſum relegat, ubi variis incommodis, ærumniſque confectus, diuturno quodam martyrii genere pontificatum ſuum illuſtravit & clauſit, quamplurimis etiam miraculis clarus. Nec ita multo poſt, cum omnibus inviſus imperator in Siciliam profectus eſſet, Andreas, Troilli filius.

* Hiſt. miſc. lib. 19. Martini papæ epiſt. 14. & ſeqq. Auctor vitæ S. Martini. Anaſt. in S. Martino. Cedr. & Zonar. in Conſtante.

ei

ANNO CHRISTI 680.

ei ſitula graviter impacta, caput eliſit in bal- A neo. * Atque hoc vitæ exitu calamitoſo Conſtans ſempiternas apud inferos pœnas miſerabiliter inchoavit.

* Cedren. Zonar. & auctor hiſt. miſcell. loco cit.

Conſtanti ſucceſſit Conſtantinus filius, cognomento Pogonatus, orthodoxæ religionis amantiſſimus, qui ut domeſticam, ac veluti hæreditariam maculam deleret, egit primum cum Dono * ſummo pontifice, deinde cum Agathone ejus ſucceſſore, de œcumenico concilio Conſtantinopoli cogendo, præſidentibus apoſtolicis legatis. Annuit Agatho * ſuamque adhibuit auctoritatem: habita igitur Romæ ſynodo centum & viginti epiſcoporum legatos, qui ejus nomine concilio præeſſent, Conſtantinopolim quatuor miſit, Theodorum & Georgium presbyteros, B Joannem diaconum, & Conſtantium hypodiaconum, datis & ad imperatorem, & ad ſynodum egregiis eruditiſſimiſque literis: quibus orthodoxam fidem, clariſſimis ſacrorum voluminum, patrumque ſententiis, ac traditionibus explicabat *. Convenerunt in eam ſynodum Conſtantinopolitanam Joannes Portuenſis, Abundantius Paternenſis, & Joannes Rhegienſis epiſcopi, nomine Romanæ ſynodi ſub Agathone, & cum iis Theodorus presbyter, loco Theodori Ravennatis epiſcopi. Adfuerunt itidem tres orientis patriarchæ; Georgius Conſtantinopolitanus, Macarius Antiochenus, Petrus Alexandrinus: Georgius item presbyter Hieroſolymitanæ eccleſiæ nomine, & cum his epiſcopi quamplurimi, de C quorum numero non ſatis convenit inter ſcriptores. Nam aliqui epiſcopos tantum qui ſynodo interfuere recenſere videntur, qui centum ac ſeptuaginta circiter fuere; alii vero multo plures, nimirum uſque ad ducentos & ſeptuaginta novem fuiſſe affirmant, eos fortaſſe addentes qui Romanæ ſynodi epiſtolæ ſubſcripſerunt, qui per legatos tanquam in hac ſynodo præſentes habebantur.

* Conſtantini epiſt. ad Donum papam.

* Anaſt. in Agathone & VI. ſyn. act. 4.

* VI. ſynod. act. 1. & ſeqq. Hiſtor. miſcell. lib. 19. Anaſt. Cedr. & Zonar. loc. cit.

Igitur anno vigeſimoſeptimo imperii Flavii Conſtantini Auguſti poſt ejus conſulatum XIII. ſeptimo Idus Novembris in palatii ſecretario, cui Trullo nomen erat, imperatore, & ſacri palatii magiſtratibus præſentibus, omnes epiſcopi ad fidei normam firmiter ſanciendam inten- D tiſſimis ſtudiis conſedere *. Ac primum * Monothelitæ multa pro ſuo dogmate proferre in medium: quædam perperam interpretari, alia depravare, affingere nonnulla, abſurdiſſima pleraque veris quibuſdam permiſtis honeſtare: quibus impoſturis ac dolis facile agnitis ac rejectis, a ſynodo apoſtoliciſque legatis prolatæ ſunt Agathonis primum, deinde Romanæ ſynodi * literæ, quibus, quod ſincerum germanumque evangelicæ pietatis odorem afflare viderentur, ab univerſa ſynodo * acclamatum eſt, tanquam beati Petri apoſtolorum principis ore pronunciatis, & Agathonis manu ſtyloque exceptis. * Hic Theodorus Melitenæ urbis epiſcopus, imperitus ne magis an impudens? E ſuppliciter poſtulat, ut ne quid de duabus voluntatibus ſtatuatur: urgent viciſſim patres, ut is magiſtros prodat, a quibus blaſphemare didiciſſet: urgentibus prodit quorumdam crimen ac fraudem. Tunc etiam Macarii antiſtitis Antiocheni detecta hæreſis, quem conjectis protinus in eum omnium oculis, rogat imperator, ut quid ea de re ſentiat, expromat. Is vero malis videlicet artibus inſtructus, Chriſti voluntatem, atque actionem θεανδρικὴν, hoc eſt, deivirilem eſſe affirmat, duas vero nequaquam: conati ſunt legati & patres pleriſque ſanctiſſimorum doctorum prolatis teſtimoniis, hominem ab errore amentiaque deducere. Cum nihil * proficerent, opponente illo teſtimonia fucata veris, corrupta ſinceris, anathemate perculſum, ab Antiochena ſede deturbant, ſuffecto in ejus locum * Theophane Siculo, viro ſpectatæ probitatis ac fidei.

* Act. 1.

* Act. 2. & ſeqq.

* Act. 4.

* Act. 8. & epiſt. ſyn. ad Agathon.

* Act. 8.

ANNO CHRISTI 680.

* Act. 12.

* Epiſt. Conſtant. imper. ad Leonem papam ſecundum.

* Tum concors ac dirum conclamant anathema Monothelitis omnibus, eorumque auctoribus, & in his * Polychronio perditiſſimo homini, qui ad confirmandam, amplificandamque Monothelitarum ſectam, hominem magicis cantionibus ac veneficiis mortuum vitæ reſtituere conatus fuerat. Condunt deinde * patres catholicam fidei formulam; qua duas Chriſti voluntates, duas actiones, humanam ac divinam, indiviſe atque inconfuſe prædicant: humanam vero voluntatem non modo divinæ nihil obluctantem, ſed obſequentem atque omnino ſubjectam: & hæc, ea decreta ſuis quiſque ſubſcriptionibus roborant * quæ fidei formula coram imperatore iterum lecta eſt. Hic etiam imperator patribus, & viciſſim imperatori patres egere gratias, precantibus univerſis ſecuritatem, & ſecundos in rebus gerendis exitus tam pio ac religioſo principi. Denique in urbem mittunt * Macarium, aliosque publice exauctoratos, ut eorum cauſa ab Agathone recognoſcatur: & unanimi in primis conſenſu ab eo precantur, * ut ſynodum ejuſque canonicas ſanctiones apoſtolica auctoritate confirmet. Accedit his omnibus præclarum imperatoris edictum, * quo graviſſimis verbis imperat, ut ſacroſanctam ſextam ſynodum caſte pieque amplectantur univerſi: & in eos qui ſecus egerint, pœnas conſtituit. Ceterum priuſquam ſive imperatoris & ſynodi epiſtolæ, ſive ipſa ſynodus ad urbem perferrentur, ſuum jam diem Agatho pontifex obierat. Ejus tamen ſucceſſor * Leo ſecundus hujus ſynodi acta ac decreta omnia beati Petri auctoritate confirmavit. Eamdem ſynodum venerata eſt itidem Toletana quartadecima ſynodus ſub eodem pontifice celebrata: eamdem confirmarunt & œcumenicæ ſynodi ſeptima, * & octava; * confirmavit & Leo nonus in epiſtola ad Petrum Antiochenum. Circumferuntur autem nonnulli canones nomine ſextæ ſynodi in Trullo, verumtamen editi ſine legatis apoſtolicæ ſedis, neque ab ea comprobati: in quibus & nonnulla ſunt, quæ minus apoſtolicam ſapiunt traditionem: de quibus in fine concilii plura dicentur:

* Zonar. & Cedren. in Conſtante.

* IV. ſynod. act. 16.

* Act. 17.

* Act. 18.

* Epiſtola Conſtan. ad Leonem.

* Epiſt. ſyn. ad Agathonem.

* VI. ſyn. Act. 18.

* Anaſt. in Leone II.

* Act. 7. in definitione.

* Act. 10.

PART. I. CAP. I. CONSTAN IMP. EP. AD DONUM PAPAM

A

# DIVALIS SACRA

***DIRECTA AD* [1] *DONUM ſanctiſſimum papam ſenioris Romæ, contradita vero Agathoni ſanctiſſimo ac beatiſſimo papæ ejuſdem antiquæ Romæ, eo quod idem Donus de præſenti vita deceſſiſſet.***

## SUPERSCRIPTIO SACRÆ.

*In nomine domini & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperator Flavius Conſtantinus, fidelis, magnus imperator. Sacra* [2] *Dono ſanctiſſimo archiepiſcopo antiquæ noſtræ Romæ & univerſali papæ (data pridie Idus Auguſti Conſtantinopoli, indictione ſexta.* [3]*)*

PER omnia novit veſtra paterna beatitudo, & plures veſtræ ſanctæ eccleſiæ antiquæ Romæ, quia ex quo juſſit Deus principaliter nos imperare, dum voluiſſent multoties quidam motionem facere de verbis, de quibus eſt contentio pro dogmate pietatis, inter partes tam ſanctæ veſtræ eccleſiæ, quamque hujus ſanctæ magnæ Dei eccleſiæ, ut ambigerent; & hoc prohibuimus fieri tempore non admittente; cognoſcentes quod ex particulari contentione non ſolum unitas fieri non poſſet, ſed magis malum accreſceret. Et licet animo doleremus, ultra omnem dolorem tam pro exprobatione, quæ nobis ob hoc ab inimicis inferebatur, & propter ipſam veritatem, quod pontifices ſecundum vos, & orthodoxus noſter populus propter quaſdam novitates vocum in ſchiſma incidiſſet, exultatioque ex hoc fieret impiis & hæreticis; attamen Deo noſtro commiſimus ipſo pro nobis potiora providente, & dum ejus benignitas juſſerit correctionem hujus rei fieri, tunc nobis condonare opportunitatem temporis ad generalem collectionem faciendam utrarumque ſedium, quatenus conſiderantibus eis definitiones ſanctarum quinque ſynodorum & ediſſiones ſanctorum probabilium patrum, ſatisfacerent ſibimetipſis, & convenirent in uno ore, unoquoque corde, ad glorificandum honorificum nomen Dei noſtri. Sed quoniam ſicut homines cogitamus, ſicut autem jubet Deus, omnia perficit; ipſe enim novit futura & quæque nobis expediunt, [4] ſic ei placitum eſt, ut ad effectum perducantur. Cognoſcere facimus veſtram paternam beatitudinem, quod dum ordinatus eſſet Theodorus ſanctiſſimus & beatiſſimus patriarcha a Deo conſervandæ hujus noſtræ regiæ urbis, ſuggeſſit noſtræ ſerenitati ſuſpectum ſe eſſe, dirigere conſueta ſynodica ad veſtram paternam beatitudinem, ne forſan non recipiantur, ſicut & ſub prædeceſſoribus ejus patriarchis factum eſt. Sed quia magis prævidit adhortatoriam epiſtolam facere ad veſtram paternam beatitudinem, quam & direxit: ejus per omnia ſcientiam habet veſtra paterna

# ΘΕΙ͂Α ΣΑΚΡΑ

ANNO CHRISTI 680.

**ΚΑΤΑΠΕΜΦΘΕΙ͂ΣΑ ΠΡΟ͂Σ** *Δόμνον τὸν ἁγιώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἀποδοθεῖσα δὲ Ἀγάθωνι τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ πάπᾳ τῆς αὐτῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ τὸν αὐτὸν Δόμνον τοῦ παρόντος μεταστῆναι βίου.*

## Η῾ ΕΠΙΓΡΑΦΗ ΤΗ͂Σ ΣΑ΄ΚΡΑΣ.

Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ
B σωτῆρος ἡμῶν, αὐτοκράτωρ Φλάβιος Κωνσταντῖνος, πιστὸς, μέγας βασιλεύς. Σάκρα Δόμνῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ.

ΠΑ΄ντως ἐπίσταται καὶ ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης, καὶ πλεῖστοι τῶν τῆς καθ᾽ ὑμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τῆς πρεσβυτέρας ἡμῶν Ῥώμης, ὡς ἀφ᾽ ὅπερ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς αὐτοκρατορικῶς βασιλεύειν ἡμᾶς, πολλάκις ἐθελησάντων τινῶν κίνησιν ποιήσασθαι περὶ τῶν φιλονεικουμένων ῥημάτων ὑπὲρ τοῦ τῆς εὐσεβείας δόγματος, μεταξὺ τοῦ μέρους τῆς τε καθ᾽ ὑμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, καὶ τῆς
C ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ ἀμφισβητῆσαι, διεκωλύσαμεν τοῦτο γενέσθαι, τοῦ καιροῦ μὴ ἐπιδεχομένου· γινώσκοντες, ὡς ἀπὸ μερικῆς ἀμφισβητήσεως, πρὸς εἰς ἕνωσιν γενέσθαι οὐκ ἐνεδέχετο, ἀλλὰ καὶ τὸ κακὸν ηὔξανε. καὶ κἂν εἰ τὴν ψυχὴν ὠδυνώμεθα ὑπὲρ πᾶσαν ὀδύνην, διά τε τὸν γινόμενον περὶ τούτου ὀνειδισμὸν ἐκ τῶν ἐχθρῶν, καὶ δι᾽ αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, τῷ τοὺς καθ᾽ ὑμᾶς ἀρχιερεῖς, καὶ τὸν ὀρθόδοξον ἡμῶν λαὸν διά τινας καινοφωνίας σχίσματι περιπεσεῖν, καὶ τοῦτο ἐπίχαρμα γενέσθαι τοῖς τε ἀσεβέσι καὶ αἱρετικοῖς· ἀλλ᾽ οὖν ἀποδεδώκαμεν τῷ Θεῷ ἡμῶν, αὐτοῦ τὰ κρείττονα περὶ ἡμῶν προνοουμένου, καὶ καθ᾽ ὃν κελεύσῃ ἡ αὐτοῦ
D ἀγαθότης καιρὸν τὰ τοῦ κεφαλαίου κατορθωθῆναι, τηνικαῦτα παρασχεῖν ἡμῖν ἐπιτηδειότητα χρόνου πρὸς καθολικὴν συνάθροισιν τῶν ἀμφοτέρων θρόνων, πρὸς τὸ κατανοήσαντας αὐτοὺς τοὺς ὅρισμοὺς τῶν ἁγίων πέντε συνόδων, καὶ τὰς ἐκθέσεις τῶν ἐγκρίτων πατέρων, πληροφορίαν ἐμποιῆσαι αὐτοῖς, καὶ συνελθεῖν ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ δοξάζειν τὸ πάντιμον ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. ἀλλ᾽ ἐπεὶ ὡς ἄνθρωποι βουλευόμεθα, ὡς δὲ κελεύει ὁ Θεὸς πάντα ἀποτελεῖ· αὐτὸς γὰρ ἐπίσταται τὰ μέλλοντα, καὶ τὰ συμφέροντα ἡμῖν, ὅπως εὐδοκεῖ ἀποτελεῖν· ἐν εἰδήσει ποιούμεθα τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα, ὡς προχειρισθεὶς Θεόδωρος ὁ ἁγιώτατος
E καὶ μακαριώτατος πατριάρχης τῆς θεοφυλάκτου ἡμῶν ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως ἀνήγαγε τῇ ἡμετέρᾳ γαλήνῃ, καὶ ὑφορᾶσθαι αὐτὸν στεῖλαι τὰ πρὸς συνήθειαν συνοδικὰ πρὸς τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα, μήπως ἀπρόσδεκτα γένωνται, καθὼς καὶ τὰ ἐπὶ τῶν πρὸ αὐτοῦ πατριαρχῶν γεγόνασιν· ἀλλ᾽ ὅτι μᾶλλον συνεῖδε προτρεπτικῇ ἐπιστολῇ χρήσασθαι πρὸς τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα, ἥν τινα καὶ ἐστει-

1 In Greco, & in vetuſtis editionibus, *Domnum*. Hard.  2 Qui vulgo *Donus* appellatur. *Harduinus*
3 Anno Chriſti 678.  4 In Græco, *ſicut ei placitum eſt, ad effectum perducere*. Harduinus.

PART. I CAP. I CONSTAN. EPIST AD DONUM PAP.

municentia & ſuſceptione dignos eos habe- A bimus. Et ſi quidem utrique convenerint, ecce & bene: ſin autem minime convenerint, iterum cum omni humanitate eos ad vos dirigemus: de cetero nos * excuſantes in judicio Dei imminente nobis, juxta quod conſtituti ſumus ſervare fidem ſanctam & immaculatam, quam percepimus, unoquoque proprio ſenſu abundante, & rationem reddituro ante ſanctum & terribile tribunal Dei noſtri. Invitare enim & rogare poſſumus ad omnem * commendationem & unitatem omnium Chriſtianorum, neceſſitatem vero inferre nullatenus volumus. Perſonas vero, quæ diligentur a paterna veſtra beatitudine ita decernet: ex veſtra quidem ſancta eccle- B ſia (ſi utique videtur ei) tres perſonæ ſufficiant: quod ſi & plures, quantæ ei placuerint, dirigat. De concilio vero uſque ad duodecim metropolitas & epiſcopos. De quatuor vero monaſteriis * Byzantenis, ab unoquoque monaſterio monachos quatuor. Nam ſi reciperet tempus, ut dictum eſt, & perfectam congregationem ſtuduiſſemus facere, ſed quoniam tempus non admittit, Deus autem noſter proprio conſilio protulit, quod nos differebamus, in hoc tempore per omnia volumus veſtram paternam beatitudinem minime effici impedimentum voluntati Dei, ſed eos dirigere. Sic enim ſperamus in ejus benignitate, quoniam qui voluit hujuſmodi C capitulum moveri in præſenti, per Spiritum ſanctum concedere habet, ut veritas clareat, & inſtruantur omnes ſine ſchiſmate atque contentione veritatem profiteri, & uno ore, unoque corde glorificare nos omnes ejus * bonitatem. Tacere quippe hoc, terribile æſtimavimus, ut ne plebs, quæ ut ſanctificetur accedit ad ſanctas Dei catholicas & apoſtolicas eccleſias, contrariis cogitationibus occupetur, conſiderans antiſtitum adinvicem diſſonantiam. Multam enim nobis inſtantiam fecerunt tam hic ſanctiſſimus ac beatiſſimus patriarcha, quamque Macarius ſanctiſſimus patriarcha Theopoleos, ut ejiceretur Vita- D lianus beatiſſimus de diptychis, aſſerentes Honorium memorari in diptychis, propter honorem apoſtolicæ ſedis antiquæ noſtræ Romæ. Nam non acquieſcere, ut memorentur patriarchæ, qui poſtmodum fuerunt in prædicta ſancta Romana eccleſia, donec conquiſitio & ſatisfactio proveniat verborum, de quibus contenditur inter utraſque ſedes, & ita veſtra paterna beatitudo conſequenter memoretur: ſed hoc nos non acquievimus, id eſt, ut ejiceretur idem Vitalianus de diptychis, hoc quidem, utpote omnem æqualitatem ſervantes, & utroſque orthodoxos habentes: hoc autem, & propter collatam nobis caritatem ab eodem Vitaliano, dum ſuperesſet, in motione tyrannorum noſtrorum. E Sed ſic polliciti ſumus prædictis ſanctiſſimis patriarchis, quod per omnia dirigit veſtra beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipſis; & tunc ſecundum quod claruerit, perfecta diſpoſitio fiet. Nam ante hoc nullo modo nos acquieſcere, ut idem beatiſſimus Vitalianus ejiciatur. Hæc cognoſcens veſtra paterna beatitudo, ſtudeat ſequi voluntatem Dei. Sicut enim prædictum eſt, ſpem habemus in coronatore noſtro Deo, quia dum prævideri ſuper hoc ferventem noſtrum affectum, ejus benignitas etiam ingruentes

* cavemus

* impendatio-nem

* Byzantiis.

* benignitate.

ANNO CHRISTI 680 Interpolati ...

A ὑπαναγκάζοντες, ἐν οἱῳδήποτε κεφαλαίῳ τοὺς στελλομένους παρ' ὑμῶν ἐν τινι, ἀλλὰ πάσης τιμῆς μετὰ καὶ τῆς δεούσης * δορυφορίας καὶ ἀποδοχῆς ἀξιώσομεν αὐτούς. καὶ εἰ μὲν συμβιβασθῶσιν ἀμφότερα τὰ μέρη, ἰδοὺ καὶ καλῶς· εἰ δὲ μὴ συμβιβασθῶσι, πάλιν μετὰ πάσης εὐλαβείας ἀποστέλλομεν αὐτοὺς πρὸς ὑμᾶς· μετὰ τοῦτο ἐπεξερχομένων ἡμῶν τὸ κρῖμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπικείμενον ἡμῖν, πρὸς ὃ ὡρίσθημεν φυλάττειν ἣν παρελάβομεν ἁγίαν καὶ ἀμώμητον πίστιν, ἑκάστου τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορουμένου, καὶ μέλλοντος ἀπολογεῖσθαι ἐπὶ τοῦ ἁγίου καὶ φοβεροῦ βήματος τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. προτρέπεσθαι γὰρ καὶ παρακαλεῖν δυνάμεθα ἐπὶ πάσῃ κατορθώσει τε καὶ ἑνώσει πάν- B των τῶν Χριστιανῶν, καταναγκάζειν δὲ οὐδαμῶς βουλόμεθα. τὰ δὲ στελλόμενα παρὰ τῆς ὑμετέρας πατρικῆς μακαριότητος πρόσωπα οὕτως ὁρίσει· ἐκ μὲν τῆς καθ' ὑμᾶς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας, εἰ μὲν ἀρέσκει αὐτῇ, ἐν τρισὶ προσώποις ἀρκεσθῆναι· ἐπεὶ καὶ πλείονας ὅσους ἀρέσκει αὐτῇ, ἐκπέμψει. ἐκ δὲ τῆς συνόδου ἕως δεκαδύο μητροπολιτῶν τε καὶ ἐπισκόπων· ἐκ δὲ τῶν τεσσάρων Βυζαντίων μοναστηρίων ἐξ ἑκάστου μοναστηρίου ἀββάδας τέσσαρας. εἰ γὰρ ἐπιδέχετο ὁ χρόνος ὡς προείρηται, καὶ τελείαν συναθροισιν εἴχομεν παρασκευάσαι γίνεσθαι· ἀλλ' ἐπειδὰν ὁ χρόνος οὐκ ἐπιδέχεται, ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν τῇ ἰδίᾳ βουλήσει προήγαγεν, ὅπερ ἡμεῖς ὑπερετιθέμεθα, ἐν C τῷ χρόνῳ τούτῳ πάντως κελεύομεν τὴν ὑμετέραν πατρικὴν μακαριότητα μὴ γίνεσθαι παρεμπόδιον τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τούτους ἀποστεῖλαι· οὕτως γὰρ ἐλπίζομεν εἰς τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα, ὅτι ὁ εὐδοκήσας κινηθῆναι τὰ τοῦ κεφαλαίου ἐπὶ τοῦ παρόντος, διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, εὐδοκήσαι ἔχει τοῦτο φανερωθῆναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐπιστῆναι πάντας χωρὶς σχίσματος καὶ ἔριδος τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ ἀνυμνεῖν πάντας ἡμᾶς τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα. παρασιωπῆσαι γὰρ αὐτὸ φοβερὸν ἡγησάμεθα, πρὸς τὸ μὴ τὸν λαὸν τὸν προσερχόμενον ἁγιασθῆναι ἐν ταῖς ἁγιωτάταις τοῦ Θεοῦ καθολικαῖς καὶ ἀποστολικαῖς ἐκκλησίαις, ἐναν- D τίαις ἐμφιλοχωρεῖν ἐννοίαις, θεωροῦντες τὴν πρὸς ἀλλήλους τῶν ἀρχιερέων διάστασιν. πολλὴν γὰρ ἐνστασιν ἡμῖν ἐποιήσαν ὅ, τε ἁγιώτατος καὶ μακαριώτατος τῶν ἐνταῦθα πατριάρχης, καὶ Μακάριος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης Θεουπόλεως ἐκβαλεῖν Βιταλιανὸν τὸν μακαριώτατον ἐκ τῶν διπτύχων, φάσκοντες Ονώριον μνημονεύεσθαι ἐν τοῖς διπτύχοις διὰ τὴν τιμὴν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας ἡμῶν Ῥώμης. ἐπεὶ μὴ καταδέχεσθαι τοὺς μετὰ ταῦτα πατριάρχας τῆς εἰρημένης ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Ῥώμης μνημονεύειν, μέχρις ἂν ἡ συζήτησις καὶ πληροφορία γένηται τῶν ῥημάτων τῶν ἀμφισβητουμένων μεταξὺ τῶν ἑκατέρων θρόνων· καὶ εἶθ' οὕτως ἡ ὑμετέρα πατρικὴ E μακαριότης ἀκολούθως μνημονευθῇ. ἀλλ' ἡμεῖς τοῦτο οὐ καταδεξάμεθα, τουτέστι τὸ ἐκβληθῆναι τὸν αὐτὸν Βιταλιανὸν ἐκ τῶν διπτύχων· τοῦτο μὲν, ὡς πᾶσαν ἰσότητα τηροῦντες, καὶ τοὺς ἀμφοτέρους ὀρθοδόξους ἔχοντες. τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν προσαχθεῖσαν ἡμῖν ἀγάπην παρὰ τοῦ αὐτοῦ Βιταλιανοῦ ἐν τῇ ζωῇ αὐτοῦ ἐπὶ τῆς κινήσεως τῶν ἡμετέρων τυράννων. ἀλλ' οὕτως ἐπισχόμεθα τοῖς εἰρημένοις ἁγιωτάτοις πατριάρχαις, ὡς πάντως ἀποστελεῖ ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης ἀνθρώπους, τοὺς ὀφείλοντας συζητῆσαι μετ' αὐτῶν, καὶ ὅτι τηνικαῦτα τὸ φανερούμενον ἡ τελεία διοι-

ANNO CHRISTI 680.

διοίκησις γίνεται. ἐπεὶ πρὸ τούτου μὴ καταδέχεσθαι A ἡμᾶς τὸν αὐτὸν μακαριώτατον Βιταλιανὸν ἐκβληθῆναι. Ταῦτα γινώσκουσα ἡ ὑμετέρα πατρικὴ μακαριότης, σπουδάσῃ ἐξακολουθῆσαι τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. ὡς γὰρ προείρηται, ἐλπίδα ἔχομεν εἰς τὸν κτίσαντα ἡμᾶς Θεὸν, ὅτι ἡνίκα θεωρήσῃ θερμὴν περὶ τοῦτο τὴν ἐξ ἡμῶν πρόθεσιν, ἡ αὐτοῦ ἀγαθότης καὶ τὰς ταραχὰς τὰς ἐπερχομένας ἡμῖν τῶν ἐθνῶν ἀποσκευάσει. πᾶσαν δὲ συνδρομὴν ἐκελεύσαμεν τοῖς ἐρχομένοις παρασχεῖν Θεόδωρον τὸν ἐνδοξότατον πατρίκιον καὶ ἔξαρχον τῆς Ἰταλῶν ἡμῶν φιλοχρίστου χώρας, εἴς τε πλοῖον καὶ δαπάνας καὶ πᾶσαν χρείαν αὐτῶν. καὶ εἰ ἡ χρεία καλέσοι, καὶ καστελλάτους καράβους παρασχεθῆναι εἰς διάσωσιν αὐτῶν, πρὸς τὸ πάντῃ ἀβλαβεῖς καὶ ἀκινδύνως τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργίᾳ ἀποκατασταθῆναι πρὸς ἡμᾶς. Ἡ ὑπογραφή. Τὸ θεῖον φυλάξοι σε ἐπὶ πολλοὺς χρόνους, ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε πάτερ.

nobis perturbationes gentium ſedabit. Omnem vero concurſum venientibus juſſimus præbere Theodorum glorioſum patricium & exarchum Chriſto amabilis noſtræ Italiæ provinciæ, tam in navi, quamque in expenſis & omni utilitate eorum: & ſi neceſſitas exegerit, etiam caſtellatos dromones præbere ad eorum munimen, ut ex omnibus illæſi, & ſine periculo (Deo cooperante) iidem ad nos perducantur. *Subſcriptio*. Divinitas te ſervet per multos annos ſanctiſſime ac beatiſſime pater.

PART. I. CAP. II CONSTAN EPIST AD GEORG. P CP.

B

Θεία σάκρα καταπεμφθεῖσα πρὸς Γεώργιον τὸν ἁγιώτατον ἀρχιεπίσκοπον ταύτης τῆς μεγαλωνύμου Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης.

*Divalis ſacra directa ad Georgium ſanctiſſimum archiepiſcopum hujus magnæ Conſtantinopolitanæ urbis novæ Romæ.*

## Η ΕΠΙΓΡΑΦΗ.

Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, αὐτοκράτωρ εὐσεβέστατος, εἰρηνικὸς, Φλάβιος Κωνσταντῖνος, πιστὸς ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ Θεῷ βασιλεύς. Σάκρα. Γεωργίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

## SUPERSCRIPTIO

CAP. I.

*In nomine domini & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperator pius, pacificus, Flavius Conſtantinus, fidelis in Jeſu Chriſto Deo, Georgio ſanctiſſimo ac beatiſſimo archiepiſcopo Conſtantinopoleos & univerſali patriarchæ (data quarto Idus Septembris Conſtantinopoli, imperante domino piiſſimo perpetuo Auguſto Conſtantino imperatore, anno vigeſimo octavo, & poſt* C *conſulatum ejus anno 12.)*

Εἰ καὶ μερίμναις στρατιωτικαῖς τε καὶ πολιτικαῖς ἀνενδότως ἡ ἡμετέρα συνέχεται γαλήνη, ἀλλ' οὖν ἅπαντα τῆς φιλοχρίστου ἡμῶν πολιτείας τὰ πράγματα δεύτερα τῆς χριστιανικωτάτης ἡμῶν πίστεως τιθέμενοι, ἣν καὶ ἐν πολέμοις ὑπέρμαχον ἡμῶν τε καὶ τῶν ἡμετέρων φιλοχρίστων ἐκστρατευμάτων κεκτήμεθα, ἀναγκαῖον ἐκρίναμεν τῇ παρούσῃ ἡμῶν πρὸς τὴν ὑμετέραν πατρικὴν ἁγιωσύνην εὐσεβεῖ ἡμῶν χρήσασθαι σάκρᾳ, δι' ἧς προτρέποντες αὐτὴν, ſancimus συναθροῖσαι τὴν πατρικὴν ὑμῶν μακαριότητα πάντας τοὺς ὑπὸ τὸν ἁγιώτατον αὐτῆς θρόνον τυγχάνοντας ὁσιωτάτους μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον D ἡμῶν καὶ βασιλίδα πόλιν, ἐφ' ᾧ συνεργίᾳ τοῦ παντοδυνάμου καὶ πολυελέου ἡμῶν Θεοῦ τὴν ἀκριβῆ ζήτησιν γενέσθαι, τοῦ ἤδη ἀπὸ πολλοῦ χρόνου ἀναφυέντος δόγματος, περί τε θελήματος καὶ ἐνεργείας ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ καὶ διάστασιν οὐ μικρὰν ἔκ τινων προσώπων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐμποιήσαντος ἐκκλησίᾳ· μεταδοῦναί τε τὴν περὶ τούτου εἴδησιν καὶ Μακαρίῳ τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως, πρὸς τὸ καὶ αὐτὸν τοὺς τῆς οἰκείας συνόδου θεοφιλεῖς μητροπολίτας τε καὶ ἐπισκόπους παρασκευάσαι ἐπὶ τούτῳ ἐνταῦθα συνελθεῖν· E ἤδη γὰρ περὶ τούτου προετρεψάμεθα δι' εὐσεβῶν ἡμῶν κεραίων ἔτι ἐν ζῶσι τυγχάνοντα καὶ Δόμνον τὸν ἁγιώτατον πάπαν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. κἀκείνου τοῦ ἐνταῦθα μεταστάντος βίου, Ἀγάθων ὁ ἁγιώτατος ἀρτίως προχειρισθεὶς πάπας εἰς τὸν τῆς λεχθείσης πρεσβυτέρας Ῥώμης ἀποστολικὸν θρόνον, ἀπέστειλεν ἐπὶ τοῦ παρόντος τὰ οἰκεῖον αὐτοῦ ἐπέχοντας πρόσωπον, Θεόδωρον, καὶ Γεώρ-

QUamquam ſolicitudinibus tam militaribus, quamque civilibus indeſinenter noſtra ſerenitas coarctetur, attamen omnes Chriſto amabilis noſtræ reipublicæ cauſas in ſecundo ob Chriſtianam noſtram fidem ponentes, quam in bellis propugnatricem tam noſtri, quamque Chriſto dilectorum noſtrorum exercituum habemus; neceſſarium judicavimus, præſenti noſtra pia ſacra ad veſtram paternam beatitudinem uti, per quam adhortantes eam, ſancimus congregare veſtram paternam beatitudinem omnes, qui ad ejus ſanctiſſimam ſedem pertinent ſanctiſſi- D mos metropolitas & epiſcopos in hanc a Deo conſervandam noſtram regiam urbem, quatenus cooperante omnipotente & miſericorde Deo noſtro diligentiſſima inquiſitio dogmatis fiat, quod olim ante multum tempus exortum eſt, de voluntate & operatione in diſpenſatione incarnationis unius de ſancta Trinitate domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri; quod & diſſidium non minimum per quaſdam perſonas ſanctæ Dei eccleſiæ intulit: innoteſcere quoque ſuper hoc & Macario venerabili archiepiſcopo Antiochenæ magnæ civitatis, quatenus & ipſe de propria ſynodo Deo amabiles metropolitanos & epiſcopos præparatos faciat pro E hoc ipſo huc congregari. Jam enim ſuper hoc adhortati ſumus per pios noſtros apices adhuc inter vivos exiſtentem & Donum ſanctiſſimum apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ præſulem: & illo de hoc ſæculo migrante, Agatho Sanctus nuper ordinatus papa in apoſtolica ſede prædictæ antiquæ Romæ, hujuſmodi noſtros pios ſuſcipiens apices, deſtinavit in præſenti propriam ejus indutos perſonam, Theodorum & Georgium Deo amabiles presbyteros, & Joannem Deo

ama

PART. I CAP. III EPISTOLA MANSUETI MEDIOL. EPISCOPI

ANNO CHRISTI 680.

amabilem diaconum: ex perſona vero totius A ejus concilii, Joannem & Abundantium, & Joannem venerabiles epiſcopos, cum ceteris clericis & monachis, qui debeant inveniri in prædicti capituli quæſtionem: qui & nunc ad noſtra convenerunt veſtigia, porrigentes nobis etiam duas ſuggeſtiones, unam qu[illegible] ejuſdem ſanctiſſimi Agathonis papæ, [illegible] vera concilii ejus. Sciens igitur veſtra paterna beatitudo quia primum * & præcipuum (ut prædiximus) hoc orthodoxiæ exiſtit capitulum, feſtinet prædictos venerabiles metropolitanos & epiſcopos celeriter advenire in hanc a Deo conſervandam noſtram regiam urbem, quatenus prædictum tractetur capitulum, & magnorum donorum datore B atque coronatore noſtro Deo cooperante, cauta atque orthodoxa definitio hujuſmodi dogmati imponatur. (*Subſcriptio.*) Divinitas te ſervet per multos annos, ſanctiſſime ac beatiſſime pater.

A γίου, τοὺς θεοφιλεστάτους πρεσβυτέρους, καὶ Ἰωάννην τὸν θεοφιλέστατον διάκονον· ἐκ προσώπου δὲ τῆς κατ᾽ αὐτὸν ἁπάσης συνόδου, Ἰωάννην, Ἀβυνδάντιον, καὶ Ἰωάννην τοὺς ὁσιωτάτους ἐπισκόπους, μετὰ καὶ ἑτέρων κληρικῶν τε καὶ μοναχῶν, ὀφείλοντας εὑρεθῆναι εἰς τὴν τοῦ προλεχθέντος κεφαλαίου ζήτησιν· οἳ καὶ νυνὶ πρὸς τὰ ἡμέτερα κατέλαβον ἴχνη, ἀποδεδωκότες ἡμῖν καὶ δύο ἀναφοράς· μίαν μὲν τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Ἀγάθωνος, ἑτέραν δὲ τῆς κατ᾽ αὐτὸν συνόδου. γινώσκουσα τοίνυν ἡ πατρικὴ ὑμῶν μακαριότης, ὡς πρῶτον ἡμῖν καὶ ἐξαίρετον, ὡς προείρηται, τὸ τῆς ὀρθοδοξίας καθέστηκε κεφάλαιον, σπευσάτω τοὺς εἰρημένους ὁσιωτάτους μητροπολίτας καὶ B ἐπισκόπους ἐν συντόμῳ καταλαβεῖν τὴν θεοφύλακτον ταύτην καὶ βασιλίδα πόλιν, πρὸς τὸ λεχθὲν ἀνακινηθῆναι κεφάλαιον, καὶ τῇ τοῦ στέψαντος ἡμᾶς μεγαλοδώρου Θεοῦ συνεργίᾳ ἀσφαλέστατον καὶ ὀρθόδοξον ὅρον τῷ τοιούτῳ ἐπιτεθῆναι δόγματι. Τὸ θεῖόν σε φυλάξει ἐπὶ πολλοὺς χρόνους, ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε πάτερ.

## EPISTOLA MANSUETI EPISCOPI MEDIOLANENSIS

### ad Conſtantinum imperatorem.[1]

* de fide catholica, in qua [illegible]

*Domino ſereniſſimo atque tranquilliſſimo, & a Deo coronato, religioſiſſimo Conſtantino Imperatori Manſuetus Mediolanenſis, metropolitanæ eccleſiæ indignus epiſcopus, vel univerſa ſancta epiſcoporum * fraternitas, quæ in hac magna regia urbe convenit, æternam in domino ſalutem.* C

* vel ſtorum

SI apicem imperialis faſtigii, & infulas ſacratiſſimæ poteſtatis avis & proavis veſtris cœlitus attributum cognovimus, & pro meritorum actibus ad vos propagatum ſcimus, dignum eſt his vos * æquiparare veſtigiis, quorum & celſitudinem obtinetis; nec diſparilia debent eſſe inſtrumenta cœleſtis, ubi paria poſſidentur ſceptra regalia. Æmulari ergo * oportet eorum magiſterium, quorum documenta permanent ſa- D lutaria. Ab ipſis enim rudimentis vita incolitur, cum paternis traditionibus tenaci memoria animus delectatur. Et dum præcedentium antiquorum mens callem triverit, a norma æquitatis & juſtitiæ tramite non recedet. Fixis namque * gradibus in cunctis veſtigiis *, qui non per devia aut abrupta aberrat. Habes quippe probatiſſime imperator ſpecula, in quibus tuas actiones imaginari debeas. Nam ſi excellentiſſimi ingenii Conſtantini imperatoris, qui ortus ſui primordia Chriſti amori * dedicavit, acta recenſeamus, qui & auctor Chriſtianæ religionis extitit, magno ſunt præconio ejus opera ponderanda. Cujus tempore dum peſtifer morbus & omni * calliditate graſſantior, intolerabilis Arii tyrannidis in Dei eccleſia ſerpere cœpiſſet, qui tres naturas in ſancta Trinitate, hoc eſt tres deos auſus eſt prædicare *, ampliſſimus princeps zelo orthodoxæ fidei animatus, congregavit ſanctum concilium trecentorum decem & octo ſanctorum patrum in Nicæa urbe Bithyniæ: in qua ſancta ſynodo nefandæ ſectæ ſerpentinam malitiam, una cum auctore ſuo Ario in perpetuo * fecit damnari, & æterna animadverſione percelli. Poſt cujus damnationem

* forſan ergo [illegible] habent [illegible] vel ſimile quod verbum Græcus habens [illegible]

* amore

* crudelitate

* perpetuum

ſancti patres regulam formulam de fidei orthodoxæ unitate ſtatuerunt, & capitula canonum promulgaverunt: quæ nos cum omni veneratione ſuſcipimus. Poſt hæc vero manſuetiſſimus & tranquilliſſimus Theodoſius imperator * Macedonium quemdam, artis diabolicæ verſutia deceptum, qui Spiritum ſanctum non conſubſtantialem Deo Patri, ſed magis creaturam, impulſu ſatanæ auſus eſt prædicare. Tunc vero a prædicto ſereniſſimo Chriſtiano Theodoſio principe in regia urbe Conſtantinopoli centum quinquaginta patrum concilio congregato, perditæ audaciæ auctorem una cum venenatis ſuis præſumtionibus anathematis vinculo * ſubdiderunt. His ſopitis, clandeſtinus hoſtis ſuis nefariis machinationibus non ſinens pacatam Dei eccleſiam manere, qui ſemper conſociata divellere, & conſolidata diſperdere conſuevit, excitatus eſt homo peccati, filius perditionis, humanam quidem habens ſpeciem, ſed diabolicam geſtans imaginem, Neſtorius quidam Conſtantinopolitanæ eccleſiæ magis prædo, quam paſtor, qui poſuit in cœlum os ſuum, & lingua ejus tranſiit ſuper terram, in tantæ perditionis foveam demerſus, ut faſtu ſuperbiſſimo & fretus temeritatis audacia, auſus ſit dicere beatam Mariam non Dei genitricem, ſed tantummodo hominis fuiſſe matrem, & propter duarum veritatem naturarum tergiverſationem faciens, duas in Chriſto aſſerebat eſſe perſonas, unam paſſibilem, & aliam impaſſibilem. Quod infandum dogma piorum * aures non ferentes, congregata eſt ſancta ſynodus in Epheſina civitate, ducentorum ſanctorum patrum numerus: ubi ſanctæ memoriæ Cyrillus Alexandri- E næ eccleſiæ præſul, auctoritate ſanctæ ſedis apoſtolicæ præditus, caput extitit, qui ferventiſſimo zelo Dei, ſcuto fidei, & lorica protectus catholicæ auctoritatis, hæreticæ pravitatis inventorem, & aſſertorem iniquitatis præfatum Neſtorium cum * vipereis commentis perpetuo anathemate condemnavit. Dehinc vero dua vaſa iniquitatis bellantia, Dioſcorus ſcilicet Alexandrinus præſul, & Eutyches Conſtantinopolitanus archimandrita, intra venerandos eccleſiæ aditus, * ut * ſævus cancer omnia ſerpere cupientes, ſim-

* Deeſt inventum, aut aliquid ejuſmodi. S damnari fecit, ergo [illegible]

* ſubd. decrevit

* auribus non ferentibus

* ſuo

* ſæva cancromata ſerpere cupientium

1 Ita hunc locum citat Thomas Waldenſis tom. 2 fol [illegible] Hard.

PART. I CAP. III. EPISTOLA MANSUETI MEDIOL. EPISCOPI.

ſimpliciores quoſque peſte nefariæ perſuaſionis inficere volentes, qui aſſerebant in domino noſtro Jeſu Chriſto ante adunationem, duas naturas, poſt vero adunationem, unam. Tunc a præſtantiſſimo & Chriſtianæ religionis amatore Marciano imperatore collecta eſt ſancta ſynodus in civitate Chalcedone, ſexcentorum triginta patrum veneranda cohors, quibus mediatores fuerunt beatiſſimi præſulis Leonis urbis Romæ miſſi, quorum auctoritate prædicti Dioſcorus & Eutyches hæretici anathematis ſententia perculſi, extra gremium matris eccleſiæ catholicæ ſunt ejecti. Qui ſancti patres in concilio conſtituti, omni cavillatione hæreticæ pravitatis abraſa, fidei fundamina ſtatuentes, ſplendidiſſimo ſermone & elegantia urbanæ ſcientiæ ſymbolum orthodoxæ fidei confecerunt, retro patrum veſtigia ſequentes, tam ſancti Nicæni concilii, quam Conſtantinopolitani, ſeu Epheſini primi, quorum ſanctionibus Dei eccleſia in toto orbe decoratur. In quibus promulgationibus ſtatuentes, ut ſi quis ſupra id, quod ibidem in cauſa fidei ſtatutum eſt, addere aut minuere præſumpſerit, anathematis vinculo ſubjaceret.

Demptis his omnibus, deinceps Chriſtianiſſimo Juſtiniano imperatore, cujus cum nomine & opera micuerunt, * exiſtentibus quibuſdam qui ſanctam Chalcedonenſem ſynodum * ſub nævo offenſionis rejicere inconſideratis vocibus jactitabant: tunc a præfato principe iterato in regia urbe Conſtantinopoli * concilio, congregati ſunt CLX. venerandi patres, capitula illa, de quibus infamari * geſtiebant, obloquentes; prædictam Chalcedonenſem ſynodum ab omni ſuſpicione pravi erroris * abſolventes; tria capitula, pro quibus accuſabatur, aperta damnatione fecit ulciſci; ubi & deceſſorum patrum regulas & formulas ſacræ inſtitutionis ſequentes, ſanctam & immaculatam orthodoxam fidem vivacibus ſententiis roborantes, * firmiſſimam aſſertionem confirmaverunt.

* in ſer pro vat, exiſtentes quodam
* in noſtris membranis, exiſterant quidam
* ſub nævum oſſ rejici oportere
* concilium congregatum eſt 160. venerandorum patrum
* infamare
* abſolvens
* firmiſſima aſſertione

Ecce, præſtantiſſime princeps, antiquorum patrum ſtatuta, una cum conſenſu piiſſimorum imperatorum definita, quæ convelli vel infirmari nulla ratione pietas veſtra permittat. Nam ſi ſunt qui audacia dialecticæ artis inflati, cothurnata cervice, buccis tumeſcentibus, ſinuoſis circumitionibus & flexuoſis ambagibus, phaleris verborum pompiſque ſermonum, ſua ferali calliditate ſimplicem fidei rationem convellere, & delegatas a patribus regulas conculcare vel temerare voluerint, eorum inflationibus tranquillitas veſtra non acquieſcat: ſed recordamini, qualiter propheta dicit: *Verbum breviatum faciet dominus ſuper terram*: quod per ſanctos apoſtolos vidimus impletum. Quid enim brevius, quam ſimplex fidei ſymbolum ab apoſtolis inſtitutum, in quo myſticum ſacramenti continetur arcanum? Nam ſi * relegas, inſigniſſime imperator, non cum dialecticis, non cum rhetoricis, non cum grammaticis, ſed cum ruricolis & piſcatoribus dominus poſuit * rationem, & his tradidit ſui ſecreta conſilii, quos & principes ordinavit, quibus ligandi ſolvendique tribuit poteſtatem; nonne vobis videtur, optime imperator, dementiſſimæ mentis eſſe, qui apoſtolicas traditiones, & venerabilium patrum inſtituta depravare feſtinant? Nos autem omnes, qui ſub * feliciſſimos & Chriſtianiſſimos a Deo cuſtodiendos principes, dominos noſtros, per excellentiſſimos reges Chriſtianæ religionis amatores, una cum eorum ſancta devotione pari tenore & reverentia traditiones ſanctorum apo-

Iſa. 10.
* regulas fidei.
* Vox iſta non eſt in MS.
* Feliciſſimis & Chriſtianiſſimis & a Deo cuſtodiendis principibus noſtris dominis Pe-

A ſtolorum, ſeu reverendiſſimorum patrum, qui in ſupradictis conciliis adfuerunt, omni cum veneratione ſuſcipere, amplecti, defendere, prædicare, præcipue ſanctæ memoriæ Leonis apoſtolicæ ſedis præſulis dicta, ſed etiam orthodoxos patres, qui per diverſa loca zelo Dei ferventes dogmata ſalutaria nobis reliquerunt; ut venerandæ memoriæ Gregorius Nazianzenæ civitatis epiſcopus, & Baſilius Cappadociæ epiſcopus, & Cyrillus Alexandrinus præſul, & Athanaſius ejuſdem Alexandrinæ eccleſiæ pontifex, nec non & Joannes Conſtantinopolitanus antiſtes, & Hilarius Pictavienſis epiſcopus, & omni ſapientia clarus Auguſtinus * Hipponiregienſis * epiſcopus, & veneranda * corona Chriſti confeſſor B Ambroſius Mediolanenſis eccleſiæ præſul, ſimul & eruditiſſimus & omni luce conſpicuus Hieronymus presbyter, quidquid hi docuerunt, ſapuerunt, prædicaverunt, vel defenſores extiterunt, nos eorum acta vel ſtatuta omni devotione ſuſcipimus. His delegatis operæ pretium duximus *, quid noſtra fides contineat annectere.

* Perctharit & Cunibert, præexcellentiſſimis regibus (*Longobardorum*) Chriſtianæ religionis amatoribus ſumus, una cum &c.
* Hipponienſis
* veneranda corona
* huic noſtræ ſuggeſtioni fidei formulam, ut ſe noſtra fides continet, annectere.

*Incipit expoſitio fidei patrum Mediolanenſi ſynodi.*

PRofitemur nos credere indiviſibilem ſanctam Trinitatem, hoc eſt, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unum Deum, ita unum, ut trinum, & ita trinum, ut unum: Trinitatem in diſtinctis atque diſcretis perſonis, hoc C eſt, patrem, ex quo omnia; filium, per quem omnia; Spiritum ſanctum, in quo omnia, unius tamen divinitatis, unius eſſentiæ, uniuſque ſubſtantiæ: in tribus quidem ſubſiſtentiis ſeu perſonis, ut pater, pater ſit: filius, filius ſit: Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus ſit: in una natura unaque ſubſtantia, ut Deus unus, & ſolus, & ſummus credatur: non tres introducentes, ut Arius blaſphemat, qui tres deos prædicavit, excellentiorem, minorem, & inferiorem. Nos vero ſanctam Trinitatem in unitate, & unitatem in ſancta Trinitate confitemur. Nam cum dicimus omnipotentem patrem, appellatio hujus paterni nominis ad filii perſonam intenditur, & cum dicimus æternum D filium, ad æterni patris perſonam refertur: & cum nominamus Spiritum ſanctum, ab æterni patris perſona eum procedere monſtramus.

Cum autem dicimus Deum patrem omnipotem, non poteſt hujus nominis evacuari ſacramentum. Quia cum dicimus patrem, filium demonſtramus: & cum dicimus filium, patrem declaramus; & cum dicimus æternum patrem, æternum filium demonſtramus. Nam ſi non invenimus initium vocabuli hujus paterni nominis, quando pater ſit dictus, conſequenter oſtenditur, quia nec initium geniti reperimus. Obſecramus, ut detur nobis ratio, quando pater hoc vocabulum, ut pater vocitaretur, ſortitus eſt: ſi in tempore, ſi extra tempus, dicat noE bis aliquis, quando primitus cœperit appellari: & ſi potuerit hoc approbare, nulla erit dubietas, ex illo initio paterni nominis filium initium accepiſſe, quo pater nominatus eſt. Et ſi defecerit, imo quia deficit, nec poterit approbare, nec dare initium paterni nominis, quando pater eſſe cœperit. Profiteatur ergo nobiſcum ſanctam Trinitatem coeſſentialem atque conſubſtantialem, nec patrem ante filium, nec filium poſt patrem, nec Spiritum ſanctum inferiorem fuiſſe, quia dum initium paterni nominis non invenitur, neſcimus qua ratione filio initium adſcribatur. Quia cum dicimus ſempiter-

PART. I. CAP. III. EPISTOLA MANSUETI MEDIOL. EPISCOPI.

ANNO CHRISTI 680.

ternum Deum patrem, ſempiternum Deum filium oſtendimus. Ideo ſanctam Trinitatem in una natura unaque eſſentia atque ſubſtantia, & tribus ſubſiſtentiis ſive perſonis profitemur.

Credimus autem ipſum Dei verbum, hoc eſt, filium patris ſine initio genitum: eumdem unum ex tribus ſubſiſtentiis de ſancta Trinitate æternum filium, pro diſpenſatione facta pro nobis & noſtra ſalute deſcendiſſe de cœlis, incarnatum verbum Dei & hominem factum intra Virginis uterum, uniens ſibi noſtræ naturæ veritatem ex ſancta & glorioſa Dei genitrice Maria virgine, perfectus Deus & perfectus homo in duabus naturis, divinitatis ſcilicet atque humanitatis, conſubſtantialis Deo patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialis idem ipſe nobis, ſecundum humanitatem: non in * duobus filiis diviſus, ſed unus & idem Dei & hominis filius, in veritate duarum naturarum: in una ſubſiſtentia ſive perſona, divinitatis videlicet & humanitatis unitione facta, ut ex duabus perfectis naturis non duo filii, ſed unus idem Dei & hominis filius, permanens quod erat, cœpit eſſe quod non erat, dum ſine initio æterni patris filius, factus eſt hominis filius. Ideo & unus eſt dominus noſter Jeſus Chriſtus habens in ſemetipſo perfectionem divinæ naturæ, & perfectionem humanæ naturæ: & eſt unigenitus quidem * ex verbo, utpote ex Deo patre natus, & primogenitus in multis fratribus; filius enim Dei, filius hominis factus eſt. Unde & duas nativitates ejuſmodi ipſius unigeniti Dei verbi confitemur: ante ſæcula quidem ex patre incomparabiliter * natum, in ultimis autem diebus ejuſdem ipſius * incarnationem de ſancta glorioſa Dei genitrice & ſemper virgine Maria; qui de patre ſplenduit ſupra intellectum, de matre ortus eſt ſupra rationem, & cum Deus vere eſſet, factus * vere homo. Ideo proprie & vere Dei genitricem ſanctam & glorioſam & ſemper virginem Mariam confitemur: non quia Deus Verbum initium ex ipſa accepit, ſed quod in ultimis diebus unigenitus Deus Verbum, qui ante ſæcula erat, incarnatus ex ipſa * immutabiliter homo factus eſt, & cum inviſibilis in ſuis eſſet, viſibilis factus eſt in noſtris: & cum impaſſibilis Deus eſſet, non dedignatus eſt paſſibilis homo eſſe, & immortalis, mortis legibus ſubjacere. Ipſum autem Deum & dominum, qui in Bethlehem ſecundum carnem natus eſt, & ſimilis factus eſt hominibus abſque peccato, & crucifixus eſt pro hominibus ſub Pontio Pilato, ipſum confitemur Deum, ipſum hominem, ipſum filium Dei, ipſum filium hominis, ipſum de cœlo, ipſum de terra: ipſum impaſſibilem, ipſum paſſibilem. * Deum enim verum, qui natus eſt ex Deo patre ineffabiliter, inenarrabiliter, incomprehenſibiliter, ipſe in tempore natus eſt de ſancta virgine Maria, idem ipſe dominus noſter Jeſus Chriſtus, unus * in ſancta Trinitate, conglorificatus Patri & ſancto Spiritui. Nec enim * quartam perſonæ adjectionem ſuſcepit ſancta Trinitas: duas autem naturas in una * ſubſiſtentia divinitatis & humanitatis inconfuſe, incommutabiliter dominum noſtrum Jeſum Chriſtum habere veraciter confitemur. Ita quoque & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes habere, utpote perfectum Deum & perfectum hominem, unum eumdemque ipſum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, pietatis nos regula perſtruit, ipſum natum, ipſum paſſum, ipſum crucifixum, ipſum ſepultum, eumdem ipſum reſurgentem, & in cœlos aſcendentem, ad dextram patris ſedentem, & ad vivos & mortuos judicandos venturum, cujus regni non erit finis.

* duos filios
* & verbum
* unam
* incarnati
* alteram
* eſt
* mutabiliter
* Deus enim verus,
* de
* conglorificandus cum Patre & Spiritu ſancto
* quartæ perſonæ

A B C D

### Observatio Philippi Labbe, S. J.

Atque hinc, Lector, animadvertat velim, quantum rem litterariam omnem ſive ſacram, ſive profanam adjuvent veteres membranæ in obſcuris plerumque bibliothecarum angulis deliteſcentes, quidve conferant ad eruditionem, aut qui eas magno ſtudio conquiſitas & magno nonnunquam ære ſibi comparatas viris diligentibus communicant, ut iis utantur, aut qui eas ſua aliorumve opera nacti cum excuſis codicibus Herculeo labore conferre non abnuunt. Ecce quam varia quamque eximia in collatione præcedentis epiſtolæ ſuggeſſerunt nobis duo triave foliola in noſtram Bibliothecam, unde unde comportata, atque illud imprimis quod nemo hactenus divinare potuerat aut explicare: *Nos autem omnes qui ſub feliciſſimos & chriſtianiſſimos a Deo cuſtodiendos principes dominos noſtros per excellentiſſimos reges Chriſtianæ religionis amatores una cum &c.* Quod veteres illæ membranæ omnibus deinceps manifeſtiſſimum efficient hiſce verbis quæ ad marginem adſcripſimus ſupra pag. 625. A. &c. *Nos autem omnes, qui ſub feliciſſimis & Chriſtianiſſimis & a Deo cuſtodiendis principibus noſtris dominis Peretharit & Cunibert; præexcellentiſſimis regibus Chriſtianæ religionis amatoribus ſumus una cum*, &c. Qui vero fuerint Pertharitus, & Cumbertus ejus filius a patre in conſortionem regni Longobardici adſcitus ſi neſcias, conſule ſis Pauli diaconi Aquilejenſis Hiſtoriam Longobardorum.

ACTIO I.

[1] *Acta ſancta ſextæ ſynodi apud Conſtantinopolim facta adverſum eos, qui impie docuerunt unam [2] voluntatem, & unam operationem [3] incarnationis diſpenſatione domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, [4] unius de ſancta & conſubſtantiali Trinitate.*

Πεπραγμένων τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης ἕκτης ἁγίας συνόδου κατὰ τῶν δυσσεβῶς διδαξάντων ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος.

E

## ACTIO PRIMA

*(ſub Agathone papa.)*

IN nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperantibus a Deo coronatis, & sereniſſimis noſtris dominis Flaviis, Conſtantino quidem piiſſimo, &

## ΠΡΑΞΙΣ ΠΡΩΤΗ.

ἘΝ ὀνόματι κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, βασιλείας τῶν θεοστέπτων καὶ γαληνοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν Φλαβίων, Κωνσταντίνου μὲν τοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ θεοψηφίσου

1 Sequentes varias lectiones exhibet Harduinus. Mſ. *Acta ſancti Concilii quod fuit Conſtantinopoli adv.*
2 Mſ. *eſſe.* 3 Mſ. *in Incarnata œconomia.*
4 Mſ. *qui eſt unus ex ſancta & ejuſdem eſſentia Trin.*

ANNO CHRISTI 680.

ACTIO I.

Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Præſens Antiochus religioſus lector & notarius, ſuſcipiens librum relegat. Et accipiens, aperienſque eumdem librum, exorſus eſt principium prædicti libri, qui ita continebat: Sermo ſanctæ memoriæ Mennæ archiepiſcopi Conſtantinopoleos ad Vigilium beatiſſimum papam Romanum, de eo quod una ſit Chriſti voluntas. Et exurgentes legati apoſtolicæ ſedis Romæ, exclamaverunt. B Piiſſime domine falſatus eſt præſens liber quintæ ſynodi, nequaquam relegatur ſermo, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, quia fictus eſt: ſed jube diligenter advertere præſentem librum: ſatisfieri enim habet piiſſimum veſtrum imperium, quia non eſt tunc temporis poſitus in exordio, cum fierent acta in ſancta quinta ſynodo, iſte qui dicitur ſermo Mennæ ad Vigilium, ſed nuper appoſitus eſt in principiis præſentis libri, eo quod vigeſimoprimo anno Juſtiniani divinæ memoriæ obiit Mennas. Quinta autem ſynodus vigeſimo ſeptimo anno imperii ejus congregata eſt, epiſcopatum tenente hujus regiæ urbis Eutychio venerabilis memoriæ. C Et inſpicientes tam piiſſimus imperator una cum glorioſiſſimis judicibus, & quibuſdam ex ſancta ſynodo Deo amabilibus epiſcopis, & aperientes ac diſcernentes, invenerunt tres quaterniones in principio libri additos, non habentes ſubnotationem numeri, qui ſecundum conſuetudinem affigitur in quaternionibus, ſed in quarto quaternione habere primum numerum, & in ſequenti quaternione ſecundum, & tertium, ante quartum ſubſequenter: alias vero & diſſimiles eſſe literas eorumdem in exordiis ſubmiſſorum quaternionum, in quibus continebatur ſermo, qui dicitur Mennæ ad D Vigilium, a literis quæ prius ſcriptæ ſunt in eodem codice. Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Hujuſmodi non relegatur ſermo. Procœmium autem geſtorum ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi ordinabiliter relegatur. Et relectus eſt primus liber. Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Subſequenter & ſecundi libri geſtorum ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi lectio proveniat. Et accipiens Petrus religioſus diaconus, & notarius ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopoleos, librum relegit. Et dum relegeretur ſeptima actio, reperti ſunt in ea duo libri, quaſi ex nomine Vigilii ſanctæ memoriæ, qui fuit pa- E pa Romanus, unus quidem ad Juſtinianum piæ recordationis quondam imperatorem, alter vero ad Thodoram piæ memoriæ quondam Auguſtam, in quibus continebatur ita: Anathematizamus autem & Theodorum, qui fuit epiſcopus Mopſueſtiæ, tanquam qui alienus ſemper extiterit ab eccleſiis, & ſanctis patribus adverſarius, qui non confitetur incarnatum eſſe Deum Verbum, id eſt, Chriſtum eſſe unam ſubſiſtentiam, & unam perſonam, & unam operationem. Et exurgentes iterum legati apoſtolicæ ſedis anti-

Vide Conc. Gen. CP. Collat. V

quæ Romæ, unaque qui cum eis erant Deo amabiles viri, exclamaverunt dicentes: Non faciat Deus, domine, non dixit Vigilius unam operationem. Non ſunt libelli Vigilii. Falſatus eſt hic liber, ſicut & exordia primi libri præſentis quintæ ſynodi. Nam, domine, ſi unam operationem docuit Vigilius, & ſuſceptus eſt a ſynodo, utique & in definitione ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi de una operatione vox habuit comprehendi. Dum relecta ergo fuit, piiſſime domine, ipſa definitio, invenit dominus omnem veritatem. Conſequenter itaque & ſecundum ordinem relecto eodem libro uſque ad finitionem, ipſaque definitione uſque ad finem relecta, nullo modo aliquid de una operatione in eadem definitione inventum eſt contineri.

Theodorus & Georgius venerabiles presbyteri, & Joannes venerabilis diaconus legati ſanctiſſimi papæ antiquæ Romæ, dixerunt: Petimus a Deo inſtructam veſtram ſerenitatem, ut tempeſtive prædictus liber examinetur, ut adinventio quæ in eo facta eſt, manifeſtetur.

Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Quod poſtulatum eſt, in ſubſequenti proveniat. Præſens vero liber uſque ad finem relegatur. Et relectus eſt.

Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Cognitionem relectorum ſynodicorum librorum percipientes tam ſancta ſynodus, quamque glorioſiſſimi judices, edicant, ſi invenitur definitum ab eiſdem ſanctis ſynodis, ſicut pollicitus eſt Macarius venerabilis archiepiſcopus Antiochiæ, & qui cum eo ſunt religioſi viri, demonſtrare unam voluntatem, & unam operationem in incarnationis diſpenſatione domini noſtri Jeſu Chriſti.

Sancta ſynodus & glorioſiſſimi judices dixerunt: Ex lectione ſanctorum conciliorum, ſicut noſtis piiſſimi, penitus non invenimus in incarnationis diſpenſatione unius ſanctæ Trinitatis domini noſtri Jeſu Chriſti, unam voluntatem & unam operationem. Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Macarius venerabilis archiepiſcopus, & qui cum eo ſunt, proſequantur, ſi ſecundum quæ ab eis promiſſa ſunt, paratum habent proferre teſtimonia ſanctorum probabilium patrum, quæ debeant approbare (ſicut polliciti ſunt) unam voluntatem & unam operationem in incarnationis diſpenſatione domini noſtri Jeſu Chriſti; & hæc proferant.

Macarius venerabilis archiepiſcopus Antiochiæ, & qui cum eo ſunt, dixerunt: Secundum juſſa veſtri imperii, inducia nobis data, teſtimonia, quæ proferre promiſimus, ſanctorum proferimus.

Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Macarius venerabilis archiepiſcopus, & qui cum eo ſunt, hæc in ſubſequenti peragant. Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus Conſtantinopoleos, & quæ ſub eo eſt ſynodus dixerunt: Piiſſime domine, petimus veſtram tranquillitatem, ſuggeſtiones directas ad a Deo veſtram inſtructam fortitudinem,

A στόλου, καὶ μίαν ἐνέργειαν. καὶ ἀκούσαντες πάλιν οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης μετὰ καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς θεοφιλῶν ἀνδρῶν ἐβόησαν, καὶ εἶπον· μὴ ποιήσῃ ὁ Θεὸς, δέσποτα, οὐκ εἶπε Βιγίλιος μίαν ἐνέργειαν. οὐκ εἰσὶν οἱ λίβελλοι Βιγιλίου, ἐφαλσεύθη καὶ αὕτη ἡ βίβλος, ὥσπερ καὶ τὰ προοίμια τοῦ πρώτου βιβλίου τῆς παρούσης ἁγίας πέμπτης συνόδου. ἐπεὶ δέσποτα, εἰ μίαν ἐνέργειαν ἐδογμάτισε Βιγίλιος, καὶ ἀπεδέχθη ἐκ τῆς συνόδου, καὶ ἐν τῷ τῆς αὐτῆς ἁγίας συνόδου ὅρῳ ἡ τοιαύτη περὶ μιᾶς ἐνεργείας εἶχεν ἀναληφθῆναι φωνή. ἀναγνωσθέντος δὲ, εὐσεβέστατε δέσποτα, τοῦ τοιούτου ὅρου, εὑρίσκει ὁ δεσπότης τὴν
B πᾶσαν ἀλήθειαν. καὶ καθ' εἱρμὸν καὶ τάξιν ἀναγνωσθείσης τῆς εἰρημένης βίβλου μέχρι τοῦ ὅρου, ἀναγνωσθέντος δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ ὅρου ἕως πέρατος, οὐδαμῶς τι ἐμφερόμενον περὶ μιᾶς ἐνεργείας ἐν τῷ τοιούτῳ εὑρέθη ὅρῳ.

Θεόδωρος καὶ Γεώργιος οἱ εὐλαβέστατοι πρεσβύτεροι, καὶ Ἰωάννης ὁ εὐλαβέστατος διάκονος, οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες τοῦ ἁγιωτάτου πάπα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον. αἰτοῦμεν τὴν θεόσοφον ὑμῶν γαλήνην, εὐκαίρως τὴν λεχθεῖσαν ἀνακριθῆναι βίβλον εἰς τὸ τὴν ἐν αὐτῇ γενομένην πλαστουργίαν φανερωθῆναι.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς εἶπεν. τὸ
C αἰτηθὲν καθ' ἑξῆς γενέσθω· ἡ δὲ παροῦσα βίβλος μέχρι τέλους ἀναγινωσκέσθω. καὶ ἀνεγνώσθη.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς εἶπε. τὴν εἴδησιν τῶν ἀναγνωσθέντων συνοδικῶν βιβλίων λαβοῦσα ἥ τε ἁγία σύνοδος, καὶ οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες λεγέτωσαν. εἰ εὑρέθη ῥηθὲν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἁγίων συνόδων, * ὅπερ ὑπέσχετο Μακάριος ὁ ὁσιώτατος ἀρχιεπίσκοπος Ἀντιοχείας, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ εὐλαβέστατοι ἄνδρες, ἀποδεικνύειν ἓν θέλημα καὶ ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

* ὑπισ. L.

Ἡ ἁγία σύνοδος, καὶ οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες
D εἶπον. ἐκ τῶν συναναγνωσθέντων τῶν ἁγίων συνόδων, ὡς ἴστε εὐσεβέστατε, παντελῶς οὐχ εὕρομεν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας τριάδος κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐνέργειαν. Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς εἶπε· Μακάριος ὁ ὁσιώτατος ἀρχιεπ. καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δειξάτωσαν, εἰ κατὰ τὰ παρ' αὐτῶν ἐπαγγελθέντα ἑτοίμως ἔχουσι χρήσεις προσαγαγεῖν ἁγίων ἐγκρίτων πατέρων, ὀφειλούσας ἀποδεῖξαι ὅπερ ὑπέσχοντο, ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ ταύτας προκομιζέτωσαν.

Μακάριος ὁ ὁσιώτατος ἀρχιεπίσκ. Ἀντιοχείας,
E καὶ οἱ σὺν αὐτῷ εἶπον. κατὰ τὰ κελευσθέντα παρὰ τοῦ ὑμετέρου κράτους, διορίας ἡμῖν διδομένης, τὰς ἐπαγγελθείσας παρ' ἡμῶν προφέρεσθαι τῶν ἁγίων πατέρων προκομίζομεν χρήσεις.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς εἶπε. Μακάριος, ὁ ὁσιώτατος ἀρχιεπ. καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, τοῦτο καθ' ἑξῆς πραττέτωσαν. Γεώργιος ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκ. Κωνσταντινουπόλεως, καὶ ἡ ὑπ' αὐτὸν σύνοδος εἶπον· αἰτοῦμεν τὴν ὑμετέραν θεόσοφον γαλήνην, τὰς ἀπευθυνθείσας ἀναφορὰς πρὸς τὸ θεόστεπτον ὑμῶν κράτος παρὰ τοῦ Ἀγάθωνος τοῦ ἁγιωτάτου πά-

πα

ANNO CHRISTI 680.

πα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, A καὶ τῆς ὑπ' αὐτῷ συνόδου ὡς ἐπηκόου ἡμῶν ἀναγνωσθῆναι, πρὸς τὸ τὴν εἴδησιν λαβεῖν ἡμᾶς πάσης τῆς ἐν αὐταῖς ἐμφερομένης δυνάμεως. Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς εἶπε· τὸ παρ' ὑμῶν αἰτηθὲν καθ' ἑτέραν γίνεται.

## ΠΡΑΞΙΣ Δ.

A

Ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, βασιλείας τῶν θεοστέπτων καὶ γαληνοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν Φλαβίων, Κωνσταντίνου μὲν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοψηφίστου μεγάλου βασιλέως καὶ αἰωνίου Αὐγούστου καὶ αὐτοκράτορος, B ἔτους εἰκοστοεβδόμου, καὶ μετὰ ὑπατείαν τῆς αὐτοῦ θεοστέπτου πραότητος ἔτους δεκατοτρίτου· Ἡρακλείου δὲ καὶ Τιβερίου τῶν θεοφυλάκτων αὐτοῦ ἀδελφῶν ἔτους εἰκοστοδευτέρου, τῇ πεντεκαιδεκάτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνός, ἰνδικτιῶνος ἐνάτης. Προκαθημένου τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχ. μεγάλου βασιλέως Κωνσταντ. ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου τῷ οὕτως ἐπιλεγομένῳ Τρούλλῳ, καὶ κατὰ κέλευσιν τῆς αὐτοῦ θεοστέπτου γαλήνης, παρόντων καὶ ἀκροωμένων· Νικήτα τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ μαγίστρου τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων. Θεοδώρου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ὀψικίου, καὶ ὑποστρατήγου Θρᾴκης. C Σεργίου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου. Παύλου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου. Ἰουλιανοῦ τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ στρατιωτικοῦ λογοθέτου. Κωνσταντίνου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικ. καὶ κουράτωρος τοῦ βασιλικοῦ τῶν Ὁρμίσδα οἴκου. Ἀναστασίου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ προτηκτοῦ τοῦ κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ἐξκουβίτ. Ἰωάννου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου καὶ κοιαίστωρος. Πολυεύκτου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων. Θωμᾶ τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων. Παύλου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων, καὶ διοικητοῦ τῶν ἀνατολικῶν ἐπαρχιῶν. Πέτρου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων. Λεοντίου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων, καὶ δομεστίκου τῆς βασιλικῆς τραπέζης. D

Συνελθούσης δὲ καὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς κατὰ βασιλικὸν θέσπισμα συναθροισθείσης ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει· τουτέστι Θεοδώρου καὶ Γεωργίου τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, καὶ Ἰωάννου τοῦ εὐλαβεστάτου διακόνου, ἐπεχόντων τὸν τόπον τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπ. τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος, καὶ Γεωργίου τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκ. τῆς μεγαλωνύμου ταύτης Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ Πέτρου τοῦ θεοσεβεστάτου πρεσβυτέρου μοναχοῦ, καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. E καὶ Μακαρίου τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπ. Θεουπόλεως Ἀντιοχείας, καὶ Γεωργίου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβ. μοναχοῦ καὶ ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων. Ἰωάννου ἐπισκ. πόλεως Πόρτου. Ἀβουνδαντίου ἐπισκ. πόλεως Πατέρνου. Ἰωάννου ἐπισκ. πόλεως τοῦ Ῥηγίου, ἐπεχόντων τὸν τόπον τῆς κατὰ τὴν πρεσβ. Ῥώμην ὁσίας τῶν ἑκατὸν εἴκοσι πέντε θεοφιλῶν ἐπισκόπων συνόδου, τῶν καὶ δι' οἰκείων ὑπογραφῶν δηλουμένων



A tam ab Agathone ſanctiſſimo papa apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ, quamque ab ejus ſynodo relegi, ut auditum capiamus, quatenus cognitionem & nos accipiamus totius virtutis, quæ in eis continetur. Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: Quod a vobis poſtulatum eſt, in ſubſequenti proveniet. ACTIO IV

## ACTIO QUARTA.

IN nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperantibus a Deo coronatis ſereniſſimis noſtris dominis Flaviis, Conſtantino quidem piiſſimo, & a Deo decreto magno principe, perpetuo Auguſto imperatore, anno vigeſimoſeptimo, & poſt conſulatum ejus a Deo inſtructæ manſuetudinis, anno decimotertio, Heraclio vero atque Tiberio a Deo conſervandis ejus fratribus, anno vigeſimoſecundo, decimoquinto menſis Novembris indictione nona.

Præſidente eodem piiſſimo, & Chriſto dilecto magno imperatore Conſtantino in ſecretario ſacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex juſſione ejus a Deo inſtructæ ſerenitatis, præſentibus & audientibus Niceta glorioſo exconſule patricio, & magiſtro imperialium officiorum, Theodoro glorioſo exconſule patricio, & comite imperialis obſequii & ſubſtratego Thraciæ, Sergio glorioſo exconſule patricio, Paulo glorioſo exconſule patricio, Juliano glorioſo exconſule patricio & militari logotheta, Conſtantino glorioſo exconſule patricio, & curatore imperialis domus Hormiſdæ, Anaſtaſio glorioſo exconſule patricio, & locum agente imperialis comitis excubiti, Joanne glorioſo exconſule patricio & quæſtore, Polyeucto glorioſo exconſule, Thoma glorioſo exconſule, Paulo glorioſo exconſule & diſpoſitore orientalium provinciarum, Petro glorioſo exconſule, Leontio glorioſo exconſule & domeſtico imperialis menſæ.

Conveniente autem & ſancta ac univerſali ſynodo, quæ ſecundum imperialem ſanctionem congregata eſt in hac a Deo conſervanda regia urbe, id eſt, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Joanne venerabili diacono, locum præſentantibus ſanctiſſimi ac beatiſſimi archiepiſcopi antiquæ Romæ Agathonis, & Georgio venerabili atque ſanctiſſimo archiepiſcopo hujus magnæ Conſtantinopoleos novæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero & monacho, & vicario ſedis Alexandriæ magnæ civitatis, & Macario ſanctiſſimo archiepiſcopo Theopoleos Antiochiæ, & Georgio religioſo presbytero monacho, & apocriſiario Theodori venerabilis vicarii ſedis Hieroſolymorum, Joanne epiſcopo civitatis Portuenſis, Abundantio epiſcopo civitatis Paternenſis, Joanne epiſcopo civitatis Rheginæ, locum præſentantibus venerabilis ſynodi cxxv. Deo amabilium epiſcoporum antiquæ Romæ qui & per proprias ſubſcriptiones declarantur in ſuggeſtione ab eis ſa

ACTIO IV

ANNO CHRISTI 680.

cta ad principem piiſſimum Conſtantinum A & Theodoro religioſo presbytero & locum agente Theodori Deo amabilis archiepiſcopi Ravennæ, Baſilio epiſcopo civitatis Gortynæ inſulæ Cretæ, Theodoro epiſcopo Epheſi, Siſinnio epiſcopo Heracleæ Thraciæ, Georgio epiſcopo Cyzici, Petro epiſcopo Nicomediæ, Photio epiſcopo Nicææ, Joanne epiſcopo Chalcedonis, Theodoro epiſcopo Melitenenſi, Siſinnio epiſcopo Hierapoleos Phrygiæ, Macrobio epiſcopo Seleuciæ Iſauriæ, Georgio epiſcopo Byziæ Thraciæ, Gregorio epiſcopo Mitylenæ, Sergio epiſcopo Selymbriæ, Andrea epiſcopo Methymnæ, Theognio epiſcopo Cii, Georgio epiſcopo Camulia- B ni, Antonio epiſcopo Hypæpon, Joanne epiſcopo Dactyli, Geneſio epiſcopo Anaſtaſiopoleos, Platone epiſcopo Cinnæ, Theodoro epiſcopo Juſtinianopoleos Gordi, Theodoro epiſcopo Variſæ, Stephano epiſcopo Heracleæ Ponti, Longino epiſcopo Tii, Domitio epiſcopo Pruſiados, Salomone epiſcopo Clanei, Georgio epiſcopo Coenſi, Joanne epiſcopo Mindi, *Georgio epiſcopo Cantanenſi, Joanne epiſcopo Lappæ, Eulalio epiſcopo Zenopoleos, Conſtantino epiſcopo Daliſandi, Theodoro epiſcopo Olbæ, Theophanio presbytero & abbate venerabilis monaſterii in Sicilia, quod cognominatur Bajas, Georgio C presbytero & monacho monaſterii Renati poſiti in antiqua Roma, Conone & Stephano presbyteris & monachis monaſterii, quod cognominatur domus Arſicia, poſiti ſimiliter in ſeniore Roma, Anaſtaſio presbytero & monacho oratoriorum hujus venerabilis patriarchii, & Stephano presbytero & monacho & diſcipulo Macarii venerabilis archiepiſcopi Theopoleos Antiochiæ.

* Gregorio

Et ſedentibus tam glorioſiſſimis patriciis & conſulibus, quamque omnibus venerabilibus a Deo amabilibus epiſcopis in eodem ſecretario Trulli: propoſitis in medio ſanctis & intemeratis evangeliis, *Paulus ma- D gnificus a ſecretis & imperialis ſecretarius, dixit: Meminit a Deo inſtructa veſtra pietas, quod in præterito conventu * dum legerentur acta ſanctæ quintæ ſynodi, Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis, una cum ſubjacenti ſynodo petiit veſtram piiſſimam fortitudinem, ſuggeſtiones quæ factæ ſunt tam ab Agathone ſanctiſſimo papa antiquæ Romæ, quamque a ſubjacenti ei ſynodo, in præſentia veſtræ pietatis, & ſanctæ univerſalis hujus ſynodi relegi, & ſuggerimus ad quod placet.

* [illegible]

Conſtantinus piiſſimus imperator dixit: E Relegantur. Et prolata eſt in Græcis literis memoratarum ſuggeſtionum interpretatio per Diogenem magnificum a ſecretis & imperialem ſecretarium. Et relecta eſt habens * in verbis ſic:

* ad verbum

ἐν τῇ γενομένῃ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Κωνσταντῖνον παρ' αὐτῶν ἀναφορᾷ· καὶ Θεοδώρου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβ. καὶ τοποτηρ. τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκ. Ῥαβέννης Θεοδώρου. Βασιλείου ἐπισκ. πόλεως Γορτυνῆς τῆς Κρητῶν νήσου· Θεοδώρου ἐπισκ. Ἐφέσου. Σισιννίου ἐπισκ. Ἡρακλείας Θρᾴκης. Γεωργίου ἐπισκ. Κυζίκου· Πέτρου ἐπισκ. Νικομηδείας· Φωτίου ἐπισκ. Νικαίας, Ἰωάννου ἐπισκ. Χαλκηδόνος. Θεοδώρου ἐπισκ. Μελιτηνῆς. Σισιννίου ἐπισκ. Ἱεραπόλεως Φρυγίας. Μακροβίου ἐπισκ. Σελευκείας Ἰσαυρίας. Γεωργίου ἐπισκ. Βιζύης Θρᾴκης. Γρηγορίου ἐπισκ. Μιτυλήνης. Σεργίου ἐπισκ. Σηλυβρίας. Ἀνδρέου ἐπισκ. Μηθύμνης. Θεογνίου ἐπισκ. B Κίου· Γεωργίου ἐπισκ. Καμουλιανῶν. Ἀντωνίου ἐπισκ. Ὑπαίπων· Ἰωάννου ἐπισκ. τοῦ Δακτύλου. Γενεσίου ἐπισκ. Ἀναστασιουπόλεως· Πλάτωνος ἐπισκ. Κίννης. Θεοδώρου ἐπισκ. Ἰουστινιανουπόλεως Γόρδου. Θεοδώρου ἐπισκ. Βαρίσης. Στεφάνου ἐπισκ. Ἡρακλείας Πόντου. Λογγίνου ἐπισκ. Τίου. Δομετίου ἐπισκ. Προυσιάδος. Σολομῶνος ἐπισκ. Κλανέου· Γεωργίου ἐπισκ. Κώου. Ἰωάννου ἐπισκ. Μύνδου. Γρηγορίου ἐπισκ. Καντάνου. Ἰωάννου ἐπισκ. Λάππης. Εὐλαλίου ἐπισκ. Ζηνωνοπόλεως· Κωνσταντίνου ἐπισκ. Δαλισανδοῦ. Θεοδώρου ἐπισκ. Ὄλβης. Θεοφάνους πρεσβ. καὶ ἡγουμένου τοῦ ἐν Σικελίᾳ ἁγίου μοναστηρίου ἐπιλεγομένου Βαΐων. Γεωργίου C πρεσβ. καὶ μοναχοῦ μονῆς τῆς Ῥενάτου τῆς διακειμένης κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην. Κόνωνος καὶ Στεφάνου πρεσβυτέρων καὶ μοναχῶν μονῆς ἐπιλεγομένης δόμου Ἀρσικίας, διακειμένης ὡσαύτως κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην· Ἀναστασίου πρεσβ. καὶ μοναχοῦ τῶν εὐκτηρίων τοῦ ἐνταῦθα ἁγίου πατριαρχείου. καὶ Στεφάνου πρεσβ. καὶ μοναχοῦ τοῦ μαθητοῦ Μακαρίου τοῦ ὁσιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεουπόλεως Ἀντιοχείας.

Καὶ καθεσθέντων τῶν τε ἐνδοξοτάτων πατρικίων, καὶ ὑπάτων, καὶ πάντων τῶν ὁσιωτάτων, καὶ θεοφιλῶν ἐπισκόπων ἐν τῷ αὐτῷ τοῦ Τρούλλου σεκρέτῳ, προκειμένων ἐν μέσῳ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων Χρι- D στοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εὐαγγελίων, Παῦλος ὁ μεγαλοπρεπέστατος ἀσηκρῆτις, καὶ βασιλικὸς σεκρετάριος εἶπε· μέμνηται ἡ θεόσοφος ὑμῶν εὐσέβεια, ὡς κατὰ τὴν προλαβοῦσαν συνέλευσιν ἀναγνωσθέντων τῶν πεπραγμένων τῆς ἁγίας πέμπτης συνόδου, Γεώργιος ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκ. ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος πόλεως ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν συνόδῳ ᾐτήσατο τὸ ὑμέτερον εὐσεβὲς κράτος, τὰς γενομένας ἀναφορὰς ἀπό τε Ἀγάθωνος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν συνόδου, παρουσίᾳ τῆς ὑμῶν εὐσεβείας, καὶ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου ἀναγνωσθῆναι· καὶ ὑποβάλλομεν πρὸς τὸ παριστάμενον.

E Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς εἶπεν· ἀναγνωσθήτωσαν. καὶ προεκομίσθη διὰ Ἑλληνικῶν γραμμάτων ἡ τῶν εἰρημένων ἀναφορῶν ἑρμηνεία Διογένους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀσηκρῆτις σεκρεταρίου βασιλικοῦ, καὶ ἀνεγνώσθη ἔχουσα ἐπὶ λέξεως οὕτως.

ANNO CHRISTI 680.

ACTIO IV. EPIST. AGATHONIS PP.

Τοῖς εὐσεβεστάτοις δεσπόταις καὶ γαληνοτάτοις νικηταῖς καὶ τροπαιούχοις, ἠγαπημένοις τέκνοις τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Κωνσταντίνῳ μεγάλῳ βασιλεῖ, Ἡρακλείῳ καὶ Τιβερίῳ Αὐγούστοις, Ἀγάθων ἐπίσκ. δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ.

Κατανοοῦντί μοι τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τὰς διαφόρους ὠδῖνας, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν τὸν μόνον ἀληθινὸν μετὰ σφοδρότητος ὀδυρμῶν στενάζοντι, ὅπως παράκλησιν τῇ χειμαζομένῃ ψυχῇ τῷ πόθῳ τῆς θείας εὐσπλαγχνίας μεταδῷ, καὶ ἀπὸ τοῦ βυθοῦ τῶν θλίψεων τῇ δυναστείᾳ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἀνακουφίσῃ, μεγάλην καὶ θαυμαστὴν μετὰ ἀκαταπαύστου εὐχαριστίας ὁμολογῶ, γαληνότατοι δεσπόται καὶ τέκνα, παραμυθίας εὐκαιρότητα παρασχεῖν καταξιῶσαι τὴν εὐσεβῆ πρόθεσιν τῆς γαληνίας ὑμῶν ἡμερότητος· ἥντινα πρὸς σύστασιν τῆς θεόθεν πεπιστευμένης αὐτῷ χριστιανικωτάτης πολιτείας ἡ αὐτοῦ ἐπιείκεια ἐχαρίσατο. ὅπως ἡ βασιλικὴ ἰσχὺς καὶ ἐπιείκεια παρὰ Θεοῦ, δι' οὗ βασιλεῖς βασιλεύουσι, τοῦ βασιλέως ὄντως τῶν βασιλευόντων, καὶ κυρίου τῶν κυριευόντων, καὶ φροντίσῃ, καὶ ζητήσῃ, καὶ τῆς ἀμωμήτου αὐτοῦ πίστεως τὴν ἀλήθειαν, ὡς παρὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν ἀποστολικῶν πατέρων παρεδόθη, ἀγρύπνως ἐπιζητήσῃ· καὶ ὡς ἡ ἀληθὴς παράδοσις περιέχει, ἐνστατικῶς ἐπιθυμήσῃ ἐν πάσαις ταῖς ἐκκλησίαις ἐπικρατῆσαι. καὶ μήπως τινὰ τῶν ἀκουόντων ὁ ὄντως εὐσεβὴς διαλάθῃ σκοπός, ἢ ἀνθρωπίνη ὑποψία καταπλήττῃ λογιζομένων ἐξουσίᾳ ἡμᾶς εἶναι συνωθηθέντας, καὶ οὐχὶ πληρεστάτῃ γαληνότητι πρὸς τὸ ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κηρύγματος τῆς εὐαγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἡμῶν πίστεως ὑπομνησθέντας, αἱ θεώδεις κεραῖαι πρὸς τὸν τῆς ἀποστολικῆς μνήμης Δῶνον τὸν ἀρχιερέα καὶ προηγησάμενον τὴν ἡμετέραν μετριότητα, πᾶσι τοῖς λαοῖς καὶ ἔθνεσι διὰ τῆς ἡμῶν διακονίας ἐφανεροποίησαν, καὶ πληροφοροῦσιν. ἅστινας κεραίας ἡ χάρις τοῦ ἁγίου πνεύματος τῷ καλάμῳ τῆς βασιλικῆς γλώττης ἐκ τοῦ καθαροῦ τῆς καρδίας θησαυροῦ ὑπηγόρευσεν, ὑπομιμνησκούσας, καὶ μὴ καταθλιβούσας· ἀπολογουμένας καὶ μὴ καταφοβούσας. μὴ καταπονούσας, ἀλλὰ προτρεπούσας· πρὸς ταῦτα, ἅπερ εἰσὶ τοῦ Θεοῦ, κατὰ Θεὸν προτρεπούσας. ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ πάντων κτίστης καὶ λυτρωτὴς, ὁπόταν ἠδύνατο ἐν τῇ μεγαλειότητι τῆς ἰδίας θεότητος τοὺς θνητοὺς ἐκφοβῆσαι, ἡμερότητι μᾶλλον ἀνεκτιμήτου φιλανθρωπίας ταπεινῶς εἰς τὰ καθ' ἡμᾶς κατελθὼν, οὓς ἐδημιούργησε, καὶ λυτρώσασθαι κατηξίωσε. ὅστις καὶ αὐτοπροαίρετον παρ' ἡμῶν τῆς ἀληθοῦς πίστεως τὴν περὶ αὐτοῦ ὁμολογίαν ἐκδέχεται. ὅπερ καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ὁ κορυφαῖος τῶν ἀποστόλων ὑπομιμνήσκει. ποιμαίνετε τὸ ἐν ὑμῖν ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ μὴ ἀναγκαστῶς, ἀλλ' ἑκουσίως κατὰ Θεὸν προτρεπόμενοι. ταύταις τοίνυν ταῖς θείαις συλλαβαῖς, ἡμερώτατοι τῶν πραγμάτων δεσπόται, ἐμψυχωθεὶς, καὶ πρὸς ἐλπίδα παραμυθίας ἀπὸ βαθυτάτων ὠδινῶν κουφισ-

[1] *Dominis piiſſimis & sereniſſimis victoribus ac triumphatoribus cariſſimis filiis amatoribus Dei & domini noſtri Jeſu Chriſti Conſtantino majori imperatori, Heraclio & Tiberio Auguſtis, Agatho epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

COnſideranti mihi humanæ vitæ diverſos angores, & ante Deum qui unus, & verus eſt, cum vehementia fletuum ingementi, ut conſolationem animæ fluctuanti divinæ miſerationis impertiret inſtinctu, & de profundo mœroris & anguſtiæ potentia ſuæ dexteræ ſublevaret: magnam atque mirabilem cum indeſinenti gratiarum actione, ſereniſſimi domini filii, confiteor, conſolationis opportunitatem exhibere dignatus eſt, piiſſimum tranquillæ manſuetudinis veſtræ propoſitum, quod ad ſtabilitatem divinitus commiſſæ reipublicæ Chriſtianæ ejus conceſſit dignatio, ut imperialis virtus atque clementia de Deo, per quem reges regnant, qui rex regum & dominus dominantium eſt, & curet & quæret ejus immaculatæ fidei veritatem, ut ab apoſtolis atque apoſtolicis eſt patribus tradita, inquirere vigilanter, atque ut vera traditio continet, inſtantiſſime deſideret in omnibus eccleſiis obtinere, & ne quemquam tam pia lateret intentio audientium, humanave ſuſpicio perterreret æſtimantium poteſtate nos eſſe compulſos, & non plena ſerenitate ad ſatisfaciendum ſuper evangelicæ noſtræ fidei prædicatione commonitos divales apices ad apoſtolicæ memoriæ Donum pontificem noſtræ puſillitatis prædeceſſorem, cunctis populis ac gentibus per noſtrum miniſterium patefecerunt, ac ſatisfaciunt, quos gratia ſancti Spiritus imperialis linguæ calamo de puro cordis theſauro dictavit, commonentis, non opprimentis: ſatisfacientis, non perterrentis; non affligentis, ſed exhortantis, & ad ea quæ Dei ſunt, ſecundum Deum invitantis: quia & ipſe conditor omnium ac redemptor, cum poſſet in ſuæ divinitatis majeſtate in ſæculum veniendo, mortales perterrere, humanitate magis inæſtimabilis clementiæ humiliter ad noſtra deſcendens, quos creavit, dignatus eſt & redimere: qui & ſpontaneam de nobis veræ de ſe fidei confeſſionem expectat: Et quod beatus Petrus apoſtolorum princeps commonet: *Paſcite qui in vobis eſt gregem Chriſti, non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum exhortantes.* His itaque, manſuetiſſimi rerum domini, divalibus apicibus animatus, & ad ſpem conſolationis de profundis angoribus alleviatus, orſus ſum meliori ſelectus confidentia paulatim, iis quæ per manſuetiſſimæ fortitudinis veſtræ ſacram dudum præcepta ſunt, efficaciter promptam obſequentiam exhibere, ut perſonas, quales ſecundum temporis hujus defectum ac ſervilis provinciæ qualitatem poterant inveniri, pro obedientiæ ſatisfactione inquirerem & cum conſilio conſamula-

1 Ex alia latinitate eſt hæc epiſtola in vetuſtiſſimo apographo, quod eſt in Bibliotheca Collegii Par. Soc. Jeſu, cujus initium eſt: *Conſideranti mihi humanæ vitæ diverſas moleſtias, & ad Deum ſolum verum cum ſub mœroribus ... ſuſpiranti, ut animam tempeſtatibus agitatam &c.* Harduinus

ACT. IV. EPIST. AGATHONIS.

ANNO CHRISTI 680.

... unitas ſunt diſcernente, propter confuſionis A dumtaxat errorem. ª Æqualiter enim & diviſionis, & commiſtionis deteſtamur blaſphemiam. Cum duas autem naturas duaſque naturales voluntates, & duas naturales operationes confitemur in uno domino noſtro Jeſu Chriſto, non contrarias eas, nec adverſas ad alterutrum dicimus, (ſicut a via veritatis errantes, apoſtolicam traditionem accuſant, abſit hæc impietas a fidelium cordibus) nec tanquam * ſeparatas in duabus perſonis, vel ſubſiſtentiis, ſed duas dicimus eumdemque dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſicut naturas, ita & naturales in ſe voluntates & operationes habere, divinam ſcilicet & humanam: divinam B quidem voluntatem & operationem, habere ex æterno cum coeſſentiali Patre communem: humanam, temporaliter ex nobis cum noſtra natura ſuſceptam. Hæc eſt apoſtolica atque evangelica traditio, quam tenet ſpiritalis veſtri feliciſſimi imperii mater apoſtolica Chriſti eccleſia. Hæc eſt mera confeſſio pietatis. Hæc eſt Chriſtianæ religionis vera atque immaculata profeſſio, quam non humana adinvenit verſutia, ſed Spiritus ſanctus per apoſtolorum principes docuit. Hæc eſt firma & irreprehenſibilis ſanctorum apoſtolorum doctrina; cujus ſinceræ pietatis integritas quoaduſque libere prædicatur, in republica Chriſtiana veſtræ tran- C quillitatis imperium * tuetur, ſtabilitur, & exultat, & felix (ut perfecte confidimus) demonſtrabit. Credite humillimo mihi, Chriſtianiſſimi domini filii, quia pro ſtabilitate & ᵇ exultatione ejus, has cum fletibus preces effundo. Et hæc (licet indignus & exiguus) ſinceriter * diligendo, præſumo conſulere, quia veſtra a Deo concedenda victoria, noſtra ſalus eſt: veſtræ tranquillitatis felicitas, noſtra lætitia eſt: veſtræ manſuetudinis ſoſpitas, noſtræ parvitatis ſecuritas eſt. Et ideo cum corde contrito & profluentibus lacrymis, mente proſtratus exoro, porrigere dignemini clementiſſimam dexteram apoſtolicę doctrinæ, quam cooperator piorum laborum veſtrorum beatus Petrus apoſtolus tradidit, ut non ſub modio condatur, ſed tuba clarius in toto orbe prędicetur: quia ejus vera confeſſio, a Patre de cœlis eſt revelata, pro qua a domino omnium beatus eſſe pronunciatus eſt Petrus: qui & ſpirituales oves eccleſiæ ab ipſo redemptore omnium, terna commendatione paſcendas ſuſcepit: cujus annitente præſidio, hęc apoſtolica ejus eccleſia nunquam a via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt, cujus auctoritatem, utpote apoſtolorum omnium principis, ſemper omnis catholica Chriſti eccleſia, & univerſales ſynodi fideliter amplectentes, in cunctis ſecuræ ſunt, omneſque ve- E nerabiles patres apoſtolicam ejus doctrinam amplexi, per quam & probatiſſima eccleſiæ Chriſti luminaria claruerunt: & ſancti quidem doctores orthodoxi venerati atque ſecuti ſunt, hæretici autem falſis criminationibus ac derogationum odiis inſecuti. Hęc eſt apoſtolorum Chriſti viva traditio, quam ubique ejus tenet eccleſia, quę pręcipue di-

* per ſe ſeparatas.

* tuetur, ſtabilit, & exultans.

* diligendo

... διελα ἕως καὶ τοῦ αὐτοῦ κυρίου τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν παράδοσιν διαβεβαιούμεθα. τουτέστι δύο αὐτοῦ τὰς φύσεις κηρύττομεν, τὴν θείαν δηλαδὴ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς καὶ μετὰ τὴν θαυμαστὴν καὶ ἀχώριστον ἕνωσιν ὑφέστηκε· καὶ μίαν ἑκάστην αὐτοῦ φύσιν ἰδιότητα φυσικὴν ἔχειν ὁμολογοῦμεν· καὶ ἔχειν τὴν θείαν πάντα, ἅπερ εἰσὶ θεῖα· καὶ τὴν ἀνθρωπίνην πάντα τὰ ἀνθρώπινα χωρὶς τινος ἁμαρτίας· καὶ ἑκατέραν ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ Θεοῦ λόγου τοῦ σαρκωθέντος, τουτέστιν ἐνανθρωπήσαντος ἀσυγχύτως, ἀχωρίστως, ἀτρέπτως εἶναι ἐπιγινώσκομεν· μόνῃ νοήσει τὰ ἡνωμένα διακρίνοντες διὰ τὴν τῆς συγχύσεως B δηλαδὴ πλάνην. ἴσως γὰρ καὶ τὴν τῆς διαιρέσεως * ἀποβαλλόμεθα βλασφημίαν. ὁπόταν δὲ δύο φύσεις καὶ δύο φυσικὰ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ὁμολογοῦμεν ἐν τῷ ἑνὶ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, οὐκ ἐναντία ταῦτα, οὔτε ἀλλήλοις ἀντικείμενα λέγομεν, καθὼς οἱ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας πλανώμενοι τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως κατηγοροῦσιν· ἀπείη ἡ αὐτὴ ἀσέβεια ἀπὸ τῶν καρδιῶν τῶν πιστῶν· οὔτε ὡς κεχωρισμένας ἐν δυσὶν προσώποις, ἤγουν ὑποστάσεσιν. ἀλλὰ δύο λέγομεν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καθὼς τὰς φύσεις, οὕτως καὶ φυσικὰ θελήματα, καὶ ἐνεργείας ἐν ἑαυτῷ ἔχειν, θείαν δηλαδὴ καὶ ἀνθρωπίνην, θεῖον μὲν θέλημα C καὶ ἐνέργειαν ἔχειν ἐξ ἀϊδίου μετὰ τοῦ ὁμοουσίου πατρὸς κοινόν· ἀνθρώπινον χρονικῶς ἐξ ἡμῶν μετὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως προσληφθέν. αὕτη ἐστὶν ἡ ἀποστολικὴ καὶ εὐαγγελικὴ παράδοσις. ἣν κρατεῖ ἡ πνευματικὴ μήτηρ τοῦ εὐτυχεστάτου ὑμῶν κράτους, ἡ ἀποστολικὴ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία. αὕτη ἐστὶν ἡ καθαρὰ τῆς εὐσεβείας ὁμολογία. αὕτη ἐστὶν ἡ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἀληθὴς, καὶ ἀμώμητος ὁμολογία· ἥνπερ οὐκ ἀνθρωπίνη ἐφεῦρε πανουργία, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν κορυφαίων τῶν ἀποστόλων ἐδίδαξεν. αὕτη ἐστὶν ἡ βεβαία καὶ ἀνεπίληπτος τῶν ἁγίων ἀποστόλων διδασκαλία, ἧς τινος εἰλικρινοῦς εὐσεβείας τὸ ἀκέραιον μέχρις ὅτου παῤῥησιαστικῶς κηρύττεται ἐν τῇ τῶν Χριστιανῶν πολιτείᾳ, τῆς ὑμετέρας γαληνότητος τὸ κράτος φυλάττει, * καὶ σταθεροποιεῖ καὶ ὑψοῖ, καὶ ὡς τελείως θαῤῥοῦμεν, εὐτυχὲς ἀποδείξει. πιστεύσατε ἐμοὶ τῷ ταπεινῷ, Χριστιανικώτατοι δεσπόται καὶ τέκνα, ὅτι ὑπὲρ τῆς στεῤῥότητος καὶ τοῦ ὑψώματος αὐτοῦ ταῦτα μετὰ ὀδυρμῶν ἐκχέω τὰς ἱκεσίας. καὶ ταῦτα συμβάλλειν, εἰ καὶ ἀνάξιος καὶ ἐλάχιστος, γνησίως ἀγαπῶν προπετεύομαι· ὅτι ἡ ἐκ Θεοῦ δωρηθεῖσα ὑμῖν νίκη, ἡμετέρα σωτηρία ἐστί. καὶ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος ἡ εὐτυχία, ἡμετέρα εὐφροσύνη ἐστί· καὶ τῆς ὑμετέρας πραότητος ἡ ῥῶσις, τῇ ἡμετέρᾳ σμικρότητι εὐθυμία ἐστί. καὶ κατὰ τοῦτο μετὰ συντετριμμένης καρ- E δίας, καὶ τοῖς τῆς διανοίας προχεομένοις δάκρυσι προσπίπτων δυσωπῶ, ἐκτεῖναι καταξιώσατε τὴν φιλάνθρωπον δεξιὰν τῇ ἀποστολικῇ διδασκαλίᾳ, ἥντινα ὁ συνεργὸς τῶν εὐσεβῶν ὑμῶν μόχθων, ὁ μακάριος Πέτρος ὁ ἀπόστολος παραδέδωκεν· οὐχ ἵνα συγκλεισθῇ ὑπὸ τὸν μόδιον, ἀλλὰ σάλπιγγος λαμπρότερον ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ κηρυχθήσεται· ὅτι ἡ αὐτοῦ

* Græci interpret. ... & commixtionis.

* Græcus interpres legiſſe videtur, ſtabilit & exaltat, non male: et mox etiam exaltatione,

a Græca, quæ hic deerant, uſque ad verba, quæ per veridicam confeſſionem, ſupplevit ex MS. Reg. 1906. Hard.

b In Græco, exaltatione. Harduinus.

ACTIO IV EPIST. I AGATHONIS PP.

ANNO CHRISTI 680.

meæ parvitatis prædeceſſores, dominicis doctrinis inſtructi, ex quo novitatem hæreticam in Chriſti immaculatam eccleſiam Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſules introducere conabantur, nunquam neglexerunt eos hortari, atque obſecrando commonere, ut a pravi dogmatis hæretico errore, ſaltem tacendo deſiſterent, ne ex hoc exordium diſſidii in unitate eccleſiæ facerent, unam voluntatem, unamque operationem duarum naturarum aſſerentes in uno domino noſtro Jeſu Chriſto: quod Ariani & Apollinariſtæ, Eutychianiſtæ, Timotheani, Acephali, Theodoſiani & Gajanitæ, & omnis omnino hæreticus furor, ſive confundentium, ſeu dividentium incarnationis Chriſti myſterium, docuit. Confundentes quidem ſanctæ incarnationis myſterium, eo quod deitatis & humanitatis Chriſti unam naturam dicant, unam eum, ſicut unius, voluntatem & operationem perſonalem habere contendunt. Dividentes autem inſeparabilem unitionem duas naturas, quas ſalvatorem habere cognoſcunt, non per unitionem, quæ ſecundum ſubſiſtentiam facta cognoſcitur, uniunt: ſed blaſphemantes, per affectum voluntatis, tanquam duas ſubſiſtentias, id eſt, duos quoſdam, per concordiam jungunt. Porro apoſtolica Chriſti eccleſia, ſpiritalis mater a Deo fundati veſtri imperii, & unum dominum noſtrum Jeſum Chriſtum confitetur ex duabus & in duabus exiſtentem naturis, & duas ejus naturas, divinam ſcilicet & humanam, etiam poſt inſeparabilem unitionem inconfuſas, in eo eſſe defendit, & ex proprietatibus naturalibus unamquamque harum Chriſti naturarum perfectam eſſe cognoſcit, & quidquid ad proprietates naturarum pertinet, duplicia omnia confitetur: quia ipſe idem dominus noſter Jeſus Chriſtus, & Deus perfectus eſt, & homo perfectus eſt, & ex duabus, & in duabus naturis: & poſt admirabilem incarnationem exiſtens, nec deitas ejus ſine humanitate, nec humanitas ejus ſine deitate poteſt intelligi. Conſequenter itaque, juxta regulam ſanctæ catholicæ atque apoſtolicæ Chriſti eccleſiæ, duas etiam naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes eſſe confitetur & prædicat. Nam ſi perſonalem quiſquam intelligat voluntatem, dum tres perſonæ in ſancta Trinitate dicuntur, neceſſe eſt, ut & tres voluntates perſonales, & tres perſonales operationes (quod abſurdum eſt & nimis prophanum) dicerentur. Sin autem, quod fidei Chriſtianæ veritas continet, naturalis voluntas eſt, ubi una hæc natura dicitur ſanctæ & inſeparabilis Trinitatis, conſequenter & una naturalis voluntas, & una naturalis operatio intelligenda eſt. Ubi vero in una perſona domini noſtri Jeſu Chriſti mediatoris Dei & hominum, duas naturas (id eſt, divinam & humanam) confitemur, in quibus & poſt admirabilem adunationem conſiſtit, ſicut duas unius ejuſdemque naturas, ita & duas naturales voluntates, duaſque naturales operationes ejus regulariter confitemur. Ut autem hujus veridicæ confeſſionis intelligentia ex veteris novique teſtamenti a Deo inſpirata doctrina, pietatis veſtræ mentibus clareat (plus enim & incomparabiliter ve-

τοὺς λαοὺς μικροὺς καὶ διδάσκοντι. τί λέξω ἐν τῇ μελλούσῃ κρίσει αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ἐὰν ἐνταῦθα, ὅπερ ἀπείη, κρύψαι τὴν αὐτοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν ἐπαισχυνθῶ; τί περὶ ἐμαυτοῦ; τί περὶ τῶν ἐμπιστευθεισῶν μοι ψυχῶν ἀπολογήσομαι, ἐπεὶ περὶ τῆς ληφθείσης ὑπ' ἐμοῦ λειτουργίας λόγον ἀπαιτεῖ ὁ ἐπιστάτης; τίς * τοίνυν φιλανθρωπότατοι, καὶ εὐσεβέστατοι δεσπόται καὶ τέκνα, ὅπερ φρίκῃ καὶ συμπίπτων τῷ πνεύματι λέγω, μὴ ἐκπληρώσηται ἐκεῖνα, ἅπερ θαυμαστῶς ὑπεσχέσθαι τοῖς πιστοῖς ἐπηγγείλατο φήσας· ὅστις με ὁμολογήσει ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ αὐτὸν ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς; καὶ τίνα τῶν ἀπίστων μὴ ἐκφοβήσῃ ἐκείνη ἡ ἀπότομος ἀπειλή, ἥτις ἀγανακτοῦντι αὐτῷ προσμαρτυρεῖται, καὶ διαβεβαιοῦται φάσκουσα· ὅστις με ἀρνήσηται ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀρνήσομαι αὐτὸν κἀγὼ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς; ὅθεν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος τῶν ἐθνῶν ὑπομιμνήσκει καὶ λέγει. ἀλλ' εἰ καὶ ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ εὐαγγελίσηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐαγγελισάμεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω. εἰ τοιαύτη ἐπίκειται ποινὴ κολάσεως τοῖς στρεβλοῦσι, ἢ παρασιωπῶσι τὴν ἀλήθειαν, πῶς ἂν ἐστὶ ἀσφάλεια ἢ ὑπεξαίρεσις ἀπὸ τῆς ἀληθείας τῆς δεσποτικῆς πίστεως; ὅθεν καὶ οἱ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης οἱ προηγησάμενοι τὴν ἐμὴν μετριότητα ταῖς δεσποτικαῖς διδασκαλίαις κατηρτισμένοι, ἐξότου καινοτομίαν αἱρετικὴν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἄμωμον ἐκκλησίαν οἱ πρόεδροι τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας εἰσαγαγεῖν ἐπεχείρουν, οὐδέποτε ἠμέλησαν τούτους προτρέψασθαι, καὶ παρακαλοῦντες ὑπομνῆσαι, ἵνα ἀπὸ τοῦ φαύλου δόγματος τῆς αἱρετικῆς πλάνης κἂν σιωπῶντες ἀποστήσωνται, μήπως ἐκ τούτου προοίμιον διαχωρισμοῦ ἐν τῇ ἑνώσει τῆς ἐκκλησίας ποιήσωσιν. ἓν θέλημα, καὶ μίαν ἐνέργειαν τῶν δύο φύσεων διαβεβαιούμενοι ἐν τῷ ἑνὶ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ. ὅπερ καὶ οἱ Ἀρειανοί, καὶ οἱ Ἀπολλιναρισταί, καὶ οἱ Εὐτυχιανισταί, καὶ οἱ Τιμοθεανοί, καὶ οἱ Ἀκέφαλοι, οἱ Θεοδοσιανοί, καὶ οἱ Γαϊανῖται, καὶ πᾶσα ἁπλῶς αἱρετικὴ μανία, ἤτοι τῶν συγχεόντων, ἤτοι τῶν διαιρούντων τὸ μυστήριον τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Χριστοῦ ἐδίδαξεν, συγχέοντες μὲν τῆς ἁγίας ἐνανθρωπήσεως τὸ μυστήριον, καθὸ τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος τοῦ Χριστοῦ ἓν * αὐτῶν, ὥσπερ ἑνός, θέλημα, καὶ ἐνέργειαν προσωπικὴν ἔχειν φιλονεικοῦσι. διαιροῦντες δὲ τὴν ἀχώριστον ἕνωσιν, τὰς δύο φύσεις, ἅς τινας τὸν σωτῆρα ἔχειν ἐπιγινώσκουσιν, οὐχὶ καθ' ἕνωσιν, ἥτις καθ' ὑπόστασιν γενομένη γνωρίζεται, ἑνοῦσι· ἀλλὰ βλασφημοῦντες, κατὰ σχέσιν θελήματος ὡς δύο ὑποστάσεις, τουτέστι δύο τινὰς καθ' ὁμόνοιαν συνάπτουσι. τοιγαροῦν ἡ ἀποστολικὴ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία ἡ πνευματικὴ μήτηρ τοῦ θεοθεμελιώτου ὑμῶν κράτους καὶ ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογεῖ ἐκ δύο, καὶ ἐν δύο ὑπάρχοντα φύσεσι, καὶ δύο αὐτοῦ τὰς φύσεις, τὴν θείαν δηλονότι, καὶ ἀνθρωπίνην, καὶ μετὰ τὴν ἀχώριστον ἕνωσιν ἀσυγχύτως ἐν αὐτῷ εἶναι διδάσκει, καὶ ἐκ τῶν φυσικῶν ἰδιοτήτων μίαν ἑκάστην αὐτῶν τῶν τοῦ Χριστοῦ φύσεων τελείαν εἶναι ἐπιγινώσκει. καὶ ὅσα δήποτε ἀνήκει πρὸς τὰς ἰδιότητας τῶν φύσεων, πάντα διπλᾶ ὁμολογεῖ, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ Θεὸς τέλειός ἐστι, καὶ ἄνθρωπος τέλειός ἐστι, καὶ ἐκ

* ad verbum

* L. αὐτῷ

ACTIO IV. EPIST. I AGATHONIS PP.

tinentiam his explanat verbis: *Quia deſcendi de cælo, ut non faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me, Patris*. Et iterum: *Hæc eſt voluntas ejus qui me miſit, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quidquam, ſed ut reſuſcitem illud in noviſſimo die*. Item eumdem dominum introducit cum Judæis diſputantem, atque dicentem inter cetera: *Quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me*. Cujus divini ſermonis intentum beatus Auguſtinus præſtantiſſimus doctor ita adverſum Maximinum Arianum diſſerit, & dicit: Ubi autem dixit Filius Patri: *Verum non quod ego volo, ſed quod tu vis*: quid te adjuvat, quod tua verba ſubjungis, & dicis. Oſtendit vere ſuam voluntatem ſubjectam ſuo genitori: quaſi nos negemus, hominis voluntatem voluntati Dei eſſe debere ſubjectam? Nam ex natura hominis hoc dixiſſe dominum, cito videt, qui locum ipſum ſancti evangelii paulo attentius intuetur. Ibi enim dixit: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Numquid ex natura unici verbi poſſit hoc dici? Sed homo, qui putas gemere naturam Spiritus ſancti, cur non etiam naturam Verbi Dei unigeniti triſtem dicas eſſe potuiſſe? Illic tamen ne quid tale diceretur, non ait: Triſtis ſum; quamvis etiam ſi hoc dixiſſet, non niſi ex natura hominis oportuiſſet intelligi: ſed ait: *Triſtis eſt anima mea*, quam ſicut homo utique habebat humanam, quamquam & in hoc quod ait: *Non quod ego volo*, aliud ſe oſtendit voluiſſe, quam Pater, quod niſi humano corde non poſſet, quum infirmitatem noſtram in ſuum non divinum, ſed humanum transfiguraret affectum. Homine quippe non aſſumpto, nullo modo Patri diceret unicum Verbum: *Non quod ego volo*. Nunquam enim poſſet immutabilis illa natura quidquam aliud velle, quam Pater. Hæc ſi diſtingueretis, Ariani, hæretici non eſſetis. Per quam diſputationem hic venerabilis pater demonſtrat, quia & cum dicit dominus, Suam, humanitatis ſuæ ſignificat voluntatem; & cum dicit, non ſe facere voluntatem ſuam, admonet nos, non noſtram quærere principaliter voluntatem, ſed per obedientiam, noſtram voluntatem divinæ ſubjicere voluntati. Unde patefacit, quia & humanam habuit voluntatem, per quam obediit Patri: & immaculatam ab omni peccato eamdem humanam voluntatem, utpote verus Deus & homo, hanc in ſemetipſo * habuit. Quod & ſanctus Ambroſius in explanatione ſancti Lucæ evangeliſtæ ſic diſſerit: Suam ad hominem retulit; Patris, ad divinitatem. Voluntas enim hominis, temporalis: voluntas divinitatis, æterna. Hæc ſpiritalis pater commemorans, adſtruit, qualem voluntatem ex æterno cum Patre & Spiritu ſancto Filius communem naturaliter habet, qualemve temporaliter per aſſumptam humanitatem idem ipſe in ſua perſona ſuſcepit. Quod & apoſtolicæ memoriæ ſanctus Leo in epiſtola ad Leonem Auguſtum explanat, unicuique formæ, id eſt, naturæ, quæ in Chriſto ſunt, diſcretam conſiderationem, quæ in ſcripturis de eo

Joan. 6.

Joan. 6.

Ibidem.

Contra Maximin. lib. 2, cap. 20.

Matth. 26.

* habuit & probavit

Lib. 10 sup. Luc. c. 22.

ANNO CHRISTI 680.

A Παύλου τοῦ ἀποστόλου τῶν ἐθνῶν λέγοντος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. ὅθεν κ. ὑποτασσόμενος τοῖς γονεῦσι γνωρίζεται. ὅτι ἐν τὴν ὑπακοὴν αὐτοῦ τὴν ἀκούσιον κατὰ τὴν θεότητα, ἥτις πάντα δεσπόζει, ἀπεδείξατο ποιῶν, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, δι᾽ ἧς ἑκουσίως τοῖς γονεῦσιν ὑπετάγη. ὅπερ κ. ὁ ἅγιος Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς, ὁμοίως μνημονεύων, τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα προσευχόμενον πρὸς τὸν πατέρα εἰσάγων, κ. διαβεβαιούμενος· πάτερ, εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω. ὅντινα λόγον ὁ τοῦ Χριστοῦ ὁμολογητὴς Ἀθανάσιος ὁ ἀρχιερεὺς τῆς Ἀλεξ. ἐκκλ. ἐν τῷ λόγῳ τῷ B κατὰ Ἀπολλιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ περὶ τῆς Τριάδος κ. τῆς ἐνανθρωπήσεως, ἐν τῷ δυϊκῷ ἀριθμῷ δραττόμενος οὕτω σαφηνίζει. κ. ὅταν λέγῃ· πάτερ, εἰ δυνατὸν, τὸ ποτήριον τοῦτο παρελθέτω. πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν· * τὸ πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι, τὸ μὲν ἀνθρώπινον, ὅπερ ἐστὶ τῆς σαρκὸς, τὸ δὲ θεϊκόν. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον, διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς παραιτεῖται τὸ πάθος· τὸ δὲ θεϊκὸν αὐτοῦ πρόθυμον. ἧς τοίνυν σαφηνείας τί ἀληθέστερον δυνατὸν γνωρισθῆναι; πῶς γὰρ οὐκ ἐν αὐτῷ δύο θελήματα, τουτέστι θεῖον κ. ἀνθρώπινον C φυσικὰ ἐπιγνωσθήσονται, ἐν ᾧ δύο φύσεις κ. μετὰ τὴν ἀχώριστον ἕνωσιν συνοδικῷ κηρύγματι κηρύττονται; κ. Ἰωάννης γὰρ, ὃς ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀνέπεσε, ὁ ἀγαπητὸς μαθητὴς τὴν αὐτὴν περιοχὴν τούτοις σαφηνίζει τοῖς ῥήμασιν· ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με πατρός. κ. πάλιν· τοῦτό ἐστι τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με, ἵνα πᾶν, ὃ δέδωκέ μοι, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ τι. ἀλλ᾽ ἀναστήσω αὐτὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. ὁμοίως τὸν αὐτὸν κύριον εἰσάγει μετὰ τῶν Ἰουδαίων διαλεγόμενον, κ. λέγοντα μετὰ τῶν λοιπῶν. ὅτι οὐ ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ D πέμψαντός με πατρός. οὗτινος θείου λόγου τὸν σκοπὸν ὁ μακάριος Αὐγουστῖνος ὁ ἐξοχώτατος διδάσκαλος οὕτω κατὰ * Μαξίμου τοῦ Ἀρειανοῦ φράζει, κ. λέγει· ὅτε δὲ εἶπεν ὁ υἱὸς τῷ πατρί· πλὴν οὐχ ὅπερ ἐγὼ θέλω, ἀλλ᾽ ὅπερ σὺ θέλεις· τί σοι βοηθεῖ, ὅτι τὰ σὰ ῥήματα ὑποβάλλεις, κ. λέγεις· ἔδειξεν ἀληθῶς τὸ ἴδιον θέλημα ὑποτεταγμένον τῷ ἰδίῳ γεννήτορι, ὡς ἂν εἰ ἡμεῖς ἠρνούμεθα τὸ θέλημα τοῦ ἀνθρώπου τῷ τοῦ Θεοῦ θελήματι ὀφείλειν εἶναι ὑποτεταγμένον; κ. γὰρ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο εἰρηκέναι τὸν κύριον ταχέως θεωρεῖ, ὅστις εἰς τὸν τόπον αὐτὸν τοῦ ἁγίου εὐαγγελίου μικρὸν προσεχέστερον ἐπιστρέψει. ἐκεῖ γὰρ E εἶπε· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· μήτι ἐκ τῆς φύσεως τοῦ μονογενοῦς δυνήσεται τοῦτο λέγεσθαι; ἀλλ᾽ ἄνθρωπε, ὅστις νομίζεις στενάζειν τὴν φύσιν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, διὰ τί μὴ κ. τὴν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου περίλυπον εἶναι οὕτως δύνασθαι; πλὴν αὐτὸς, μήπως τι τοιοῦτον λεχθείη, οὐκ εἶπε· περίλυπός εἰμι. εἰ κ. τὸ μάλιστα εἰ κ. τοῦτο εἰρήκει, οὐχὶ μὴ ἐκ τῆς φύσεως τοῦ ἀνθρώπου ἐχρῆν νοεῖσθαι. ἀλλὰ φησί· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου, ἣν ὡς ἄνθρωπος πάντως εἶχεν ἀνθρωπίνην. εἰ κ. τὸ μάλιστα κ. ἐν τούτῳ ὅ φησιν· οὐχ

ὅπερ

L. Maxim.

ὅπερ ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ἑαυτὸν δείκνυσι θέλειν παρὰ τὸν πατέρα, ὅπερ εἰ μὴ τῇ ἀνθρωπίνῃ καρδίᾳ οὐκ ἠδύνατο, * ὁπότε τὴν ἡμετέραν ἀνέθετο οὐ τὴν ἰδίαν οὐχὶ τὴν θείαν, ἀλλὰ τὴν ἀνθρωπίνην * μετασχηματίσας διάθεσιν. ἀνθρώπου δηλαδὴ μὴ προσληφθέντος ἀληθῶς τῷ πατρὶ ἄντικρυς ἂν ὁ μονογενὴς λόγος· οὐχ ὅπερ ἐγὼ θέλω. οὐδέποτε γὰρ ἠδύνατο ἡ ἀξίωσις ἐκείνης φύσεως τί ποτε ἕτερον θέλειν παρὰ τὸν πατέρα. ταῦτα οἱ διαστέλλοντες, Ἀρειανοί, αἱρετικοὶ οὐκ ἔστε. δι' ἧς διαλέξεως ὁ σεβάσμιος οὗτος πατὴρ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἅπερ λέγει ὁ κύριος ἴδιον, τῆς ἀνθρωπότητος αὐτοῦ σημαίνει τὸ θέλημα· καὶ ὅτι λέγει μὴ ποιεῖν τὸ θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, ὑπομιμνήσκει ἡμᾶς οὐχὶ τὸ ἡμέτερον προσωπικῶς ζητεῖν θέλημα, ἀλλὰ δι' ὑπακοῆς τὸ ἡμέτερον θέλημα τῷ θείῳ θελήματι ὑποτάσσειν. ἔδει φανεροῦσθαι, ὅτι καὶ τὸ ἀνθρώπινον ἔχει θέλημα, καθ' ὃ ὑπήκουσε τῷ πατρί, καὶ ἄμωμον ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας τὸ αὐτὸ ἀνθρώπινον θέλημα, ἐπειδὴ Θεὸς ἀληθὴς καὶ ἄνθρωπος, τοῦτο ἐν ἑαυτῷ ἔχει καὶ ἀπέδειξεν. ὅπερ καὶ ὁ ἅγιος Ἀμβρόσιος σαφηνίζων τὸν ἅγιον Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστὴν οὕτως φράζει· τὸ ἴδιον αὐτοῦ εἰς τὸν ἄνθρωπον ἀνήγαγε, τὸ τοῦ πατρὸς εἰς τὴν θεότητα. τὸ γὰρ ἀνθρώπινον θέλημα πρόσκαιρον, τὸ θέλημα τῆς θεότητος, αἰώνιον. τοῦτο ὁ πνευματικὸς πατὴρ ὑπομιμνήσκων καταρτίζει, ὁποῖον θέλημα ἐξ ἀϊδίου σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ φυσικῶς κοινὸν ὁ υἱὸς ἔχει, καὶ ποῖον χρονικῶς διὰ τῆς προσληφθείσης ἀνθρωπότητος ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ἰδίῳ προσώπῳ ἀνέλαβεν, ὅπερ καὶ ὁ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης ἅγιος Λέων ἐν τῇ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα σαφηνίζει, μιᾷ ἑκάστῃ μορφῇ, τουτέστι φύσει, ἅτινα εἰσὶν ἐν τῷ Χριστῷ, σκοπῷ διακεκριμένῳ, ἅπερ ἐν ταῖς γραφαῖς περὶ αὐτοῦ ἀναφέρονται, * φανερόν, καὶ τοῦτο, ὅπερ ἴδιον θέλημα ὁ κύριος εἶπε, πρὸς τὴν ἀνθρωπότητα αὐτοῦ ἀνήκειν δεικνύων οὕτως φησί. κατὰ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου οὐκ ἦλθε ποιῆσαι τὸ θέλημα τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντος αὐτόν· ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα ὁ ἀποστολικὸς πατὴρ πρὸς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν τὸν αὐτὸν τοῦ κυρίου λόγον ἁρμοδίως ἡμᾶς ἐδίδαξε νοεῖν. προσεπιτούτοις, * πῶς εὐσεβῶς δυνηθῶσι νοεῖσθαι αἱ διάφοροι ἐπὶ τούτῳ τῶν ἁγίων γραφῶν μαρτυρίαι, * ἅτινα ποτὲ μὲν ἐκ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπότητος, ποτὲ δὲ ἐκ τῆς θεότητος τοῦ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου * κατασκευάζονται; καὶ * ὅτι μὲν ἡ γραφὴ μνημονεύει, πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος, ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, ὁμοίως. ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει, ζωοποιεῖ. καὶ τῷ λεπρῷ λέγει· θέλω, καθαρίσθητι. καὶ· οὐδεὶς δύναται γνῶναι τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἂν θέλει ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. ὁμοίως ποτὲ περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου αὐτοῦ θελήματος τοῦ εὐαγγελίου τὰ μυστήρια μνημονεύουσιν, ἡνίκα λέγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τῆς θαλάσσης περιπατοῦντα θέλειν ὡς ἀληθῶς ἄνθρωπον τοὺς ἰδίους * παρελθεῖν μαθητάς. καὶ ἐν τῷ διέρχεσθαι αὐτὸν διὰ τῆς Γαλιλαίας μετὰ τῶν μαθητῶν, οὐκ ἤθελεν, ἵνα τις γνῷ, καὶ ὡς ἄνθρωπος λέγει, ἐμὸν βρῶμά ἐστιν, ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. καὶ οὐκ ἤθελε διὰ τῆς Ἰουδαίας περιπατῆσαι, ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖ-

referuntur, aſſignans: & hoc, quod ſuam dominus dixit voluntatem, ad humanitatem ejus pertinere demonſtrans, ſic dicit: Secundum quidem formam ſervi, non venit facere voluntatem ſuam, ſed ejus qui miſit eum. Ecce enim hic apoſtolicus pater, ad formam ſervi eumdem domini noſtri ſermonem congrue nos docuit intelligere. Præterea: quomodo pie poterunt intelligi diverſa ſuper hoc ſanctarum teſtimonia ſcripturarum, quæ nunc quidem ex natura humanitatis, nunc autem ex divinitate unius ejuſdemque domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei & hominis adſtruuntur? & modo ſcriptura commemorat: *Omnia quæcumque voluit dominus, fecit in cælo & in terra.* Itemque: *Sicut Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ſic & Filius quos vult vivificat.* Et leproſo dicit: *Volo: Mundare.* Et: *Nemo poteſt cognoſcere Patrem, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Itemque quædam de humana ejus voluntate, evangelii ſacramenta commemorant, cum dicunt, eum ſuper mare ambulantem, velle, ut vere hominem, ſuos tranſire diſcipulos. Et dum cum diſcipulis per Galilæam tranſiret, noluit ut aliquis cognoſceret. Et ut homo dicit: *Meus cibus eſt, ut faciam voluntatem ejus qui me miſit. Et nolebat per Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere.* Et iterum: *Surgens venit in partes Tyri, & ingreſſus in domum, noluit aliquem ſcire, & non potuit latere*: Ergone ille omnium conditor ac redemptor, de quo dicitur: *Omnia quæ voluit dominus, fecit in cælo & in terra*: cujus velle hoc eſt, quod poſſe: cujus nutui cæleſtes cum terrore deſerviunt poteſtates, in terris latere volens, non potuit, qui per divinam majeſtatem ex æterno cum Patre in cæleſtibus dominatur arcanis, & in manu ejus fines terræ ſunt, niſi hoc ad humanam ejus voluntatem, quam temporaliter dignatus eſt aſſumere, redigatur? Quanto ergo errore, talia non diſcernens, involvitur, ut dicat una eademque voluntate & omnia in cælo & in terra, quæ voluit, dominum poſſe, & eadem iterum voluntate in domo vili volentem latere non poſſe, ſecundum evangelica teſtimonia? Sed ſi ad diſpenſationem humanitas ejus, per quam humilitatem noſtram aſſumpſit, redigitur: omnia, quæcumque divina ejus majeſtate minora ſunt, ad humanitatem ipſius pertinere cognoſcuntur, quam perfecte ſuſcepit abſque ullo peccato, ut hanc etiam perfecte ſalvaret. Quod enim ab eo non ſuſceptum eſt, nec ſalvatum ſecundum quod nos conſtantiſſimus prædicator veritatis Gregorius Nazianzenus præſul inſtituit. Itaque ſi ab eo humana voluntas, ſicut & natura, ſuſcepta eſt, & ſalvata eſt: & quod a ſuſceptore ſalvatum eſt, non ei poterat eſſe contrarium. Nihil enim ſibi contrarium creator omnium condidit, vel per myſterium incarnationis aſſumpſit. Et hymnidicus David perſonam domini noſtri Jeſu Chriſti in pſalmis introducens, pronunciat: *Ut faciam voluntatem tuam, Deus meus volui.* Itemque: *Voluntarie ſacrificabo tibi.* Numquid ſecundum

ACTIO IV. EPIST. I AGATHONIS PP. — ANNO CHRISTI 680.

Item relectum eſt ex eodem codicillo teſtimonium Theodoſii hæreſiarchæ, ex liC bro ad Theodoram Auguſtam, cujus initium: Mihi quidem videbatur, continens ita: Ut jam & operatio utriuſque Deo decibilis una ſit, quia & unum eſſe ejuſdemque aſſerimus Deo decibilia miracula, & naturales omnes & inſuperabiles paſſiones, quas paſſus eſt ſponte pro nobis propria carne. Et poſt aliqua: Quia & unam operationem confitemur Deo decibilem, ſicut jam dictum eſt.

Item relectum eſt ex eodem codicillo teſtimonium ejuſdem ex eodem ſermone, continens ita: Deo decibili quippe operatione ejus una exiſtente, neceſſe eſt & individuam hanc eſſe, & inſeparabilem, & non D unam quidem ut indignam, & ad meliora conſcendere indigentem, ſecundum humanitatem accipiendum eſt ſecundum nos, alteram vero ut ſumme perfectam conſiteri, & indiminutam ſecundum deitatem, ne in animam, corruptam, & impiam Neſtorii peſſimam ſectam incurramus.

Item relectum eſt ex eodem codicillo teſtimonium ejuſdem continens ita: Ergo & nos unam eamdemque Deo decibilem ſapientiam, & unam ſcientiam dicentes Dei verbi & rationalis, atque intellectualis animæ, qua animata eſt ſacroſancta ejus caro, maxime quidem ſanctorum patrum aſſequimur doctrinas, ſicut manifeſte demonſtraE tum eſt. Manifeſtius proinde etiam inconfuſæ unitionis, quæ eſt ſecundum ſubſiſtentiam, ad probationem efficimus, & dualitatis undique ſuſpicionem præamputamus. Si igitur non addamus eamdem ipſam, comitabuntur & nos conſequenter (ſicut Severus prudentiſſimus ait) duæ ſcientiæ & duæ operationes, & duæ ſapientiæ in Chriſto. Hæc autem Theodoreti blaſphemia eſt, & quæ ex ea eſt Judaicæ hæreſis ſoboles, & nequaquam noſtra, qui unum eumdemque Chriſtum prædicamus, & unam ejus Deo decibilem ſcientiam, & operationem

ACTIO X

nem confitemur. Quæ tria teſtimonia collata ſunt ſimiliter cum libro chartaceo, qui eſt bibliothecæ venerabilis hujus patriarchii, & conſtiterunt.

Item relectum eſt ex eodem codicillo teſtimonium Pauli ex epiſtola ad Jacobum, cujus initium: Omnia mihi, quæ veſtræ ſanctitatis ſunt, continens ita: Et henoticam literam piæ recordationis Zenonis ad peremptionem Chalcedonenſis concilii ſuſcipimus, quod occaſionem Eutychetis faciens veſanam, Neſtorii hominis culturam ſtudioſe eccleſiis introduxit, in duabus naturis Chriſtum eſſe, atque cognoſci, ad ſpernendam fidem orthodoxam prædicans: & naturas quidem conſequenter Neſtorianæ deſipientiæ in numero dualitatis conſervat, affectum adoptionis, ac dignitatis ſimpliciter copulat, & ita deinceps per eamdem malignitatem, unum eumdemque Chriſtum Filium, & dominum unigenitum inconfuſe, indiviſe, inconvertibiliter, atque inſeparabiliter prædicat, & ad interpretationem manifeſtam propriæ intentionis Leonis amplexum eſt tomum, * titulum hunc orthodoxæ fidei vocans, qui manifeſte dividit Chriſtum per dualitatem poſt unionem naturarum, & iſtis formas, & operationes, voceſque & indiminutas proprietates blaſphemoſe condiſpertit. Quamobrem, & tanquam inveriſimilia dicere aggredientem repellimus. Et poſt pauca: Hæc dicunt, non ignorantes, quia in ipſis rebus hujuſmodi vocem ſynodus, quæ in illa civitate, atque utinam nunquam, congregata eſt, potuit conſequenter tibi affectus copulam, unam vocitans perſonam; & ex duabus, tanquam infeſtam repulit vocem, quæ inconfuſe, & indiviſe unum nobis demonſtrat Emmanuel, eumdem conſubſtantialem eſſe Patri, & ſancto Spiritui ſecundum deitatem, & eumdem conſubſtantialem nobis hominibus ſecundum humanitatem, eumdem & mirificantem, & paſſum, divine & humane narrantem, & unam ejus operationem, & ſcientiam, ſicut unius, inſtruens. Chriſtus enim Dei virtus, & Dei ſapientia, in quo omnes ſunt theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi, quamquam diſpenſative dicat ſe conſummationis diem ignorare. Quod teſtimonium ſimiliter collatum eſt cum libro chartaceo prolato a parte apoſtolicæ ſedis, & conſtitit.

Item relectum eſt ex eodem codicillo teſtimonium Theodori hæretici ex dogmatica epiſtola ad Paulum hæreticum, cujus initium: Cum quidem tempus, continens ita: Et ad hæc omnia anathematizamus ſynodum Chalcedonenſem, & tomum Leonis, & omnes qui dixerunt, vel dicunt in uno Chriſto duas naturas poſt ineffabilem unionem, aut in duabus eum naturis definientes, & non prædicantes unam ejus eſſe perſonam, unam ſubſiſtentiam, & unam naturam Dei verbi incarnatam, & unam ejus operationem ſecundum deiferorum patrum noſtrorum doctrinam. Inſuper, & henoticam literam piæ recordationis Zenonis ſuſcipio, ad anathematizandam prædictam Chalcedonenſem ſynodum, & tomum Leonis. Quod teſtimonium ſimiliter collatum

ANNO CHRIST. 536.

A βλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης ὑπάρχον τοῦ ἐνταῦθα ἁγιωτάτου πατριάρχου, καὶ ἐστοίχησαν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις Παύλου ἐκ τῆς πρὸς Ἰάκωβον ἐπιστολῆς· ἧς ἡ ἀρχή· Πάντα μοι τὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης· ἔχουσα οὕτως. Καὶ τὸ ἑνωτικὸν γράμμα τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως Ζήνωνος ἐπ' ἀναιρέσει τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου δεχόμεθα· ἥ τις προφάσει τῆς Εὐτυχοῦς πεπλανημένης παραφορᾶς, τὴν Νεστορίου ἀνθρωπολατρείαν, σπουδαίως ταῖς ἐκκλησίαις εἰσεφρήσατο, ἐν δύο φύσεσιν εἶναί τε καὶ γνωρίζεσθαι τὸν Χριστὸν ἐπ' ἀθετήσει τῆς ὀρθοδόξου πίστεως δογματίσασα· καὶ τὰς B μὲν φύσεις ἀκολούθως τῇ Νεστοριανῇ παραφροσύνῃ ἐπὶ τῷ ἀριθμῷ τῆς δυάδος φυλάξασα, τὴν δὲ σχέσιν τῆς υἱότητος λέγω καὶ τῆς ἀξίας ἁπλῶς ἑνώσασα· καὶ ἑπομένως τῇ αὐτῇ κακουργίᾳ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Χριστὸν υἱὸν καὶ κύριον μονογενῆ ἀσυγχύτως, ἀδιαιρέτως, ἀτρέπτως καὶ ἀχωρίστως κηρύξασα. Καὶ εἰς ἑρμηνείαν σαφῆ τοῦ οἰκείου σκοποῦ τὸν Λέοντος προσηκαμένη τόμον, καὶ στήλην αὐτὸν ὀρθοδοξίας ἀποκαλέσασα, τὸν προφανῶς τέμνοντα Χριστὸν τῇ μετὰ τὴν ἕνωσιν δυάδι τῶν φύσεων· καὶ ταύταις μορφάς τε καὶ ἐνεργείας, φωνάς καὶ ἀνελλιπεῖς ἰδιότητας βλασφήμως ἐπιμερίζοντα· διόπερ καὶ ὡς ἀπιθάνως λέγειν ἐπιχειροῦντα ἀποπεμπόμεθα. C Καὶ μετ' ὀλίγα. Ταῦτα φασὶ, καὶ οὐκ ἀγνοοῦντες· ὅτι ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τὴν τοιαύτην φωνὴν ἡ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει, ὡς εἴθε μήποτε, συναγηγερμένη σύνοδος τέθεικεν ἀκολούθως ἑαυτῇ, τὴν τῆς σχέσεως συνάφειαν, ἓν ἀποκαλέσασα πρόσωπον, καὶ τὴν ἐκ δύο, ὡς πολεμίαν ἀποπεμψαμένη φωνήν, τὴν ἀσυγχύτως καὶ ἀδιαιρέτως ἕνα δεικνύουσαν ἡμῖν τὸν Ἐμμανουήλ, τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον ὄντα τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατὰ τὴν θεότητα, καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. Τὸν αὐτὸν καὶ θαυματουργοῦντα καὶ πάσχοντα, καὶ θεϊκῶς καὶ ἀνθρωπίνως φθεγγόμενον, καὶ μίαν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν καὶ D τὴν γνῶσιν ὡς ἑνὸς ἐκπαιδεύουσαν. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, κἂν οἰκονομικῶς λέγῃ τὴν τῆς συντελείας ἡμέραν ἀγνοεῖν. Ἥτις χρῆσις ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον χαρτῷον προσαχθὲν ἐκ μέρους τῶν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐστοίχησεν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις Θεοδώρου αἱρετικοῦ ἐκ τῆς πρὸς Παῦλον αἱρετικὸν δογματικῆς ἐπιστολῆς, ἧς ἡ ἀρχή· Ὅτε μὲν τὸν καιρόν· ἔχουσα οὕτως· καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἀναθεματίζω τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον, καὶ τὸν Λέον-E τος τόμον, καὶ πάντας τοὺς εἰπόντας ἢ λέγοντας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ δύο φύσεις μετὰ τὴν ἄφραστον ἕνωσιν, ἢ ἐν δύο φύσεσι τοῦτον ὁρίζομένους, καὶ μὴ δοξάζοντας ἓν αὐτοῦ εἶναι πρόσωπον, καὶ μίαν ὑπόστασιν, καὶ μίαν φύσιν τοῦ Θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην, καὶ μίαν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν κατὰ τὴν τῶν θεοφόρων ἡμῶν πατέρων διδασκαλίαν. Πρὸς τούτοις καὶ τὸ ἑνωτικὸν γράμμα τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως Ζήνωνος δέχομαι ἐπὶ ἀναθεματισμῷ τῆς εἰρημένης ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, καὶ τοῦ τόμου Λέοντος. Ἥτις χρῆσις ὁμοίως ἀντεβλήθη πρὸς βιβλίον χαρ-

τῷον

ANNO CHRISTI 680.

τὸν προσενεχθὲν ἐκ μέρους τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐστοίχουν.

Ἔτι ἀνεγνώσθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ κωδικίου χρῆσις Παύλου αἱρετικοῦ ἐκ τῆς πρὸς τὸν εἰρημένον Θεόδωρον ἐπιστολῆς, ἧς ἡ ἀρχή· οὐ νῦν πρῶτον, ἀλλ' ἄνωθεν μισόκαλος· ἔχουσα οὕτως· ὅταν τοίνυν τὸν τῆς ἐνανθρωπήσεως πολυπραγμονῶμεν τρόπον, δύο τὰ ἀλλήλοις οὐχ ὁμοούσια ὁρᾷ διὰ πάντων ὁ ἡμέτερος νοῦς. συνεισδραμοῦσα δὲ ἡ τῆς ἀληθοῦς ἑνώσεως ἔννοια, οὐκέτι μὲν δύο, ἀλλ' ἕνα σύνθετον ἀποφαίνεται τὸν σωτῆρα Χριστὸν, τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· τὸν αὐτὸν θαυματουργοῦντα καὶ πάσχοντα, θεϊκῶς καὶ ἀνθρωπίνως θεωρούμενον, καὶ μίαν αὐτοῦ τὴν ἐνέργειαν ὡς ἑνός. καὶ μετὰ βραχέα. τὸν γοῦν Λέοντος τόμον στήλην τε ὀρθοδοξίας ἀποκαλεῖ, καὶ πρὸς πίστιν καὶ σαφήνειαν τῶν αὐτῷ δοκούντων ἀξιοῖ παραλαμβάνειν, ὃς διορίζεται τομὴν τὸν ἕνα Χριστὸν μετὰ τὴν ἕνωσιν δυάδι τῶν φύσεων· μορφάς τε αὐτῶν καὶ φωνάς, ἐνεργείας τε καὶ παντελῶς ἰδιότητας ἰσαρίθμους ἐπιμερίζει. οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐκείνων ἀνεξόμεθα τῶν ἀνδρῶν, οἳ τοῖς ἀσυστάτοις αὐτοῦ καὶ λίαν ἀμαθῶς πορίζουσιν ἀπολογίας, καὶ τοσοῦτον τῶν παρ' αὐτῷ κειμένων ἀποδείξεως, ὅσον αὐτοί γε τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἀπαιτοῦσιν. αἵτινες δύο χρήσεις ἀντιβληθεῖσαι ὁμοίως πρὸς βιβλίον χαρτῷον προσκομισθὲν ἐκ μέρους τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἐστοίχησαν.

Θεόδωρος καὶ Γεώργιος οἱ θεοφιλέστατοι πρεσβύτεροι, καὶ Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες τοῦ ἁγιωτάτου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος εἶπον. αἰτοῦμεν τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον ἀναγνωσθῆναι, καὶ τοῖς πεπραγμένοις ἐνταγῆναι καὶ Ἀπολλιναρίου τοῦ αἱρετικοῦ χρῆσιν ἐκ τῆς βίβλου τῶν ἀποκρύφων αὐτοῦ, ἀπὸ βιβλίου τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου, μὴ ἐντεθεῖσαν παρ' ἡμῶν ἐν τῷ νῦν ἀναγνωσθέντι κωδικίῳ, ἁρμόδιον οὖσαν καὶ συνᾴδουσαν τῇ περὶ ἑνὸς θελήματος, καὶ μιᾶς ἐνεργείας φρονήματι Μακαρίου καὶ Στεφάνου.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος εἶπον· τὸ αἰτηθὲν παρὰ τῶν θεοφιλεστάτων ἀνδρῶν γενέσθω.

Καὶ προσκομισθὲν τὸ τοιοῦτον βιβλίον χαρτῷον τῆς βιβλιοθήκης, τυγχάνον τοῦ ἐνταῦθα εὐαγοῦς πατριαρχείου ἐπιγραφὸν, ἐκ τῶν ἀποκρύφων Ἀπολλιναρίου· οὗ ἡ ἀρχή· ἡ ζωὴ τῶν ζώντων αἰτία· ἔχει δὲ ἡ χρῆσις οὕτως· Θεὸς ἀναλαβὼν ὄργανον καὶ Θεός ἐστι καθ' ὃ ἐνεργεῖ, καὶ ἄνθρωπος κατὰ τὸ ὄργανον· μένων δὲ Θεὸς, οὐ μεταβέβληται. ὄργανον καὶ τὸ κινοῦν μίαν πέφυκεν ἀποτελεῖν τὴν ἐνέργειαν. εἰ δὲ μία ἡ ἐνέργεια, μία καὶ ἡ οὐσία. μία ἄρα οὐσία γέγονε τοῦ λόγου καὶ τοῦ ὀργάνου.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος εἶπον· οἱ ἀνωτέρω ἐπιμνησθέντες Πέτρος, καὶ Θεόδωρος, καὶ Σολομών, καὶ Ἀντώνιος, οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, Γεώργιός τε καὶ Διονύσιος, Ἀναστάσιός τε καὶ Στέφανος οἱ θεοσεβέστατοι διάκονοι, καὶ Ἀναστάσιος καὶ Γεώργιος οἱ εὐλαβέστατοι μοναχοὶ, τὰ ἐνεχθέντα παρ' αὐτῶν ... βιβλία ἐμφανῆ ἐπιδιδότω-

A eſt cum libro chartaceo prolato a parte apoſtolicæ ſedis & conſiſtit.

Item relectum eſt ex eodem codicillo teſtimonium Pauli hæretici, ex epiſtola ad prædictum Theodorum, cujus initium: Non nunc primum, ſed olim bonorum invidus, continens ita: Quando igitur incarnationis modum indagamus, duo, quæ ad invicem non ſunt conſubſtantialia, cernit per omnia ſenſus noſter, ſubingreſſa autem veræ unitionis cogitatio, non jam quidem duo, ſed unum compoſitum decernit ſalvatorem Chriſtum, eumdem conſubſtantialem eſſe Patri ſecundum deitatem, eumdemque conſubſtantialem hominibus nobis ſecundum hu- B manitatem, eumdem mirificantem, & paſſum, deifice & humane narrantem, & unam ejus operationem, ſicut unius. Et poſt pauca: Leonis igitur tomum vocat columnam rectæ fidei, eumque ad confirmationem & elucidationem eorum quæ ipſi viſa erant, dignatur accipere, qui improbiſſime dividit unum Chriſtum poſt unitionem dualitate naturarum, & formas, & voces, operationes quoque, & omnes proprietates pari numero condividit. Itaque nec illos viros ſuſtinebimus, qui inſtabiles ei, & valde indoctas conquirunt ſatisfactiones, & tantum ab his, quæ in ea poſita ſunt * indigent, quantum hæc ipſa a prin- C cipio petierunt. Quæ duo teſtimonia ſimiliter collata ſunt cum libro chartaceo prolato a parte apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ, & conſtiterunt.

Theodorus, & Georgius Deo amabiles presbyteri, & Joannes Deo amabilis diaconus, locum agentes Agathonis ſanctiſſimi ac beatiſſimi papæ antiquæ Romæ, dixerunt: Petimus pietatem veſtram, & ſanctum ac univerſale concilium, ut relegatur, & geſtis inſeratur Apollinarii hæretici teſtimonium, ex libro de obſcuris ejus, ex codice hujus venerabilis patriarchii, quod non eſt a nobis poſitum in relecto nunc codicillo, conveniens teſtimoniis hæreticorum, D quæ relecta ſunt, & conſonans ad ſenſum Macarii, & Stephani de una voluntate, & una operatione.

Conſtantinus piiſſimus imperator, & ſanctum concilium dixerunt: Quod poſtulatum eſt ab eiſdem Deo amabilibus viris, efficiatur.

Et prolatus eſt hujuſmodi liber chartaceus, qui ex bibliotheca venerabilis hujus patriarchii, ſuperſcriptus, De obſcuris Apollinarii, cujus initium: Vita viventium cauſa. Continet autem teſtimonium ita: Deus aſſumens inſtrumentum, & Deus eſt ſecundum quod operatur, & homo ſecundum quod inſtrumentum. Manens autem Deus, E non mutatur inſtrumentum, & quod id movet, unam ſolet perficere operationem. Si autem una operatio, & una eſſentia. Una ergo eſſentia facta eſt verbi, & inſtrumenti.

Conſtantinus piiſſimus imperator, & ſanctum concilium dixerunt: Superius memorati Petrus, & Theodorus, & Salomon, & Antonius Deo amabiles epiſcopi, Georgius quoque, & Dionyſius, Anaſtaſius, & Stephanus Dei cultores diaconi, atque Anaſtaſius, & Georgius religioſi monachi libellos, quos poſituri ſunt propria fide, adorantes offerant. Et corporale coram poſiti

ACTIO X.

ANNO CHRISTI 680.

sacroſanctis Dei evangeliis ſacramentum per- A
ſolventes iidem Deo amabiles epiſcopi, &
religioſi clerici, atque monachi, obtulerunt
uniformes libellos. Et relecti ſunt ita conti-
nentes in verbis:

Sanctæ & univerſali ſynodo, quæ per juſ-
ſionem piiſſimi, & a Deo decreti domini
noſtri, & magni victoris imperatoris Con-
ſtantini, nunc convenit in hac a Deo con-
ſervanda regia urbe, in imperiali ſecretario
quod cognominatur Trullus, libellus ſa-
tisfactionis compoſitus, & porrectus a me
Petro indigno epiſcopo Nicomediæ metro-
poleos provinciæ Bithyniæ. Quoniam qui-
dem exquiſivit veſtrum a Deo inſpiratum, B
& honorabile concilium, qualiter ſentiam
ſuper recta, & immaculata noſtra Chriſtia-
norum fide, & de incarnationis diſpenſatione
magni Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chri-
ſti, qui unus eſt de ſancta & conſubſtan-
tiali & vivifica Trinitate: hujus rei gra-
tia præſentem ſatisfactionem in ſcripto com-
ponens, offero ſancto & univerſali veſtro
concilio continentem ſicut inferius habe-
tur:

Credo in unum Deum Patrem omnipo-
tentem, factorem cœli & terræ, viſibilium
omnium, & inviſibilium. Et in unum do-
minum Jeſum Chriſtum Filium Dei unige-
nitum, qui ex Patre natus eſt ante omnia C
ſæcula, lumen de lumine, Deum verum de
Deo vero, natum non factum, per quem
omnia facta ſunt. Et in Spiritum ſanctum,
dominum, & vivificatorem, ex Patre pro-
cedentem, cum Patre, & Filio, coadoran-
dum, & conglorificandum. Trinitatem con-
ſubſtantialem, unam deitatem; & eſſentiam,
virtutemque & poteſtatem, & dominatio-
nem, Deum unum, * quem cum ſingula-
riter contemplatur, ſenſu dividente quæ in-
diviſa ſunt, unitatem in Trinitate, Trinita-
tem in unitate adorandam, unitatem qui-
dem ſecundum eſſentiæ ſive deitatis ratio-
nem, Trinitatem vero ſecundum ſubſiſten-
tias ſive perſonas. Confiteor quoque unum D
ejuſdem ſanctæ, & conſubſtantialis, & vi-
vificæ Trinitatis dominum noſtrum Jeſum
Chriſtum Filium Dei unigenitum, qui ex
Patre natus ante omnia ſæcula, eumdem in
ultimis diebus propter nos, & propter no-
ſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlo & incar-
natum eſſe ex Spiritu ſancto, & ſancta glo-
rioſa domina noſtra Dei genitrice ſemper-
que virgine Maria, quam θεοτόκον, id eſt,
Dei genitricem proprie, & veraciter con-
fiteor, utpote quæ ipſum Dei Filium, &
verbum in noviſſimis temporibus ſecundum
carnem generavit, conſubſtantialem Deo,
& Patri ſecundum deitatem, & conſubſtan-
tialem nobis eumdem ſecundum humanita- E
tem, per omnia ſimilem nobis abſque pecca-
to, paſſibilem carne, impaſſibilem deitate,
perfectum in deitate, & perfectum eumdem
in humanitate, Deum verum, & hominem
vere ex anima rationali & corpore, ex dua-
bus naturis deitate & humanitate, & in
duabus naturis perfectis, & poſt ineffabilem
& inſeparabilem unitionem inconfuſe, incon-
vertibiliter, atque indiviſe cognoſcendum.

* [illegible] modales

ϛον. καὶ τὸ συμπαθὲς ἐπὶ τῶν προκειμένων ἀχράν-
των τῶ Θεῶ εὐαγγελίων καταβαλλόμενοι ὅρκον,
οἱ αὐτοὶ θεοφιλεῖς ἐπίσκοποι, καὶ εὐλαβέστατοι κλη-
ρικοί τε καὶ μοναχοὶ ἐπιδεδώκασιν ἰσοτύπους λιβέλ-
λους, καὶ ἀνεγνώσθησαν ἔχοντες ἐπὶ λέξεως οὕτως.

Τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ τῇ κατὰ κέλευ-
σιν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοστέπτου ἡμῶν δεσπότου
καὶ μεγάλου νικητοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου συνελ-
θούσῃ ἀρτίως ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλί-
δι πόλει, ἐν τῷ βασιλικῷ σεκρέτῳ τῷ ἐπιλεγο-
μένῳ Τρούλλῳ, λίβελλος πληροφορίας συντεθεὶς
καὶ ἐπιδοθεὶς παρ' ἐμοῦ Πέτρου ἀναξίου ἐπισκόπου
Νικομηδείας μητροπόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας·
ἐπειδὴ ἐπεζήτησεν ἡ ὑμετέρα θεόπνευστος καὶ τι-
μία σύνοδος τὸ ὅπως κατέχω περὶ τῆς ὀρθοδόξου
καὶ ἀμωμήτου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως, καὶ
περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ μεγάλου Θεοῦ
καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑνὸς τῆς
ἁγίας καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος, τούτου χάριν τὴν
παροῦσαν ἔγγραφον πληροφορίαν συντάξας, ἐπι-
δίδωμι τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ ὑμῶν συνόδῳ ἔχουσαν
ὡς ὑποτέτακται, οὕτως.

Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα,
ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀο-
ράτων· καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν
τοῦ Θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεν-
νηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων· . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

τὸν αὐτὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν δι' ἡμᾶς, καὶ
διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθεῖν ἐκ τῶν οὐρα-
νῶν, σαρκωθῆναι ἐκ πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς
ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας·
ἥντινα θεοτόκον κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν ὁμολογῶ,
ὡς αὐτὸν τὸν τοῦ Θεοῦ υἱόν τε καὶ λόγον ἐν ὑστέροις
καιροῖς κατὰ σάρκα γεννήσασαν· ὁμοούσιον τῷ Θεῷ
καὶ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν
τὸν αὐτὸν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα· κατὰ πάντα ὅ-
μοιον ἡμῖν χωρὶς ἁμαρτίας. παθητὸν σαρκὶ, ἀ-
παθῆ θεότητι. Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀλη-
θῶς, τὸν αὐτὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος·
ἐκ δύο φύσεων θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος, καὶ ἐν
δύο φύσεσι τελείας, καὶ μετὰ τὴν ἄφραστον καὶ ἀχώ-
ριστον ἕνωσιν ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, ἀχωρίστως,
ἀδιαιρέτως γνωριζόμενον, οὐδαμοῦ τῆς τῶν φύσεων
διαφορᾶς ἀνῃρημένης διὰ τὴν καθ' ὑπόστασιν
σύν-

1 Quæ ex Græco deſunt, ac omnino non leguntur in altera hujus Concilii verſione, quæ eſt edenda inferius.

ANNO CHRISTI 680.

χύσεως, σωζομένης δὲ μᾶλλον τῆς ἰδιότητος ἑκατέρας φύσεως, καὶ εἰς ἓν πρόσωπον καὶ μίαν ὑπόστασιν συντρεχούσης· οὐκ εἰς δύο πρόσωπα μεριζόμενον ἢ διαιρούμενον, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν μονογενῆ, Θεὸν λόγον κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογῶ. οὐδὲ γὰρ τετάρτου προσώπου προσθήκην ἡ ἁγία Τριὰς ἐδέξατο καὶ σαρκωθέντος τοῦ ἑνὸς αὐτῆς Θεοῦ λόγου. ἀλλ' ἐν τῇ παρθενικῇ νηδύϊ τῆς ἀχράντου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας ἀνεπινοήτως ἐνοικήσας, ἐξ αὐτῆς ἐν τῇ ἰδίᾳ ὑποστάσει σάρκα ἑαυτῷ ἐδημιούργησεν ἐψυχωμένην ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ. διόπερ καὶ τὰς αὐτοῦ τὰς δύο γεννήσεις ὁμολογῶ, τήν τε πρὸ αἰώνων ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς κατὰ τὴν θεότητα, καὶ τὴν ἐκ τῆς αὐτῆς ἁγίας παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας κατὰ σάρκα καὶ ἄνθρωπον· μείνας γὰρ ὅπερ ἦν, γέγονεν ἀναλλοιώτως ὅπερ οὐκ ἦν. καὶ οὕτως μίαν αὐτοῦ τὴν ὑπόστασιν σύνθετον καταγγέλλω, μηδετέρας τραπείσης τῶν ἐν ταύτῃ φύσεων, μηδ' αὖ τομὴν ἐπιδεχομένης τῆς ἀνεφίκτου ταύτης ἑνώσεως. ἡ γὰρ κατὰ σύνθεσιν ἕνωσις ἤτοι καθ' ὑπόστασιν οὖσα, καὶ τὴν σύγχυσιν καὶ τὴν διαίρεσιν ἀποβάλλεται· καὶ φυλάττει μὲν τὴν ἑκατέρας φύσεως ἰδιότητα, ἓν δὲ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ λόγου· καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς ἀποδείκνυσιν. ὅθεν καὶ δύο τὰ αὐτοῦ ἑνὸς κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φυσικὰ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ὁμολογῶ κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἀναγνωσθεισῶν χρήσεων ἁγίων καὶ ἐγκρίτων πατέρων ἐν τῇ σταλείσῃ ἀναφορᾷ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον καὶ θεοστεπτον ἡμῶν δεσπότην καὶ μέγαν νικητὴν βασιλέα παρὰ Ἀγάθωνος τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ ἁπλῶς σύμφωνος ἐν πᾶσι γενόμενος, καὶ ἐμμένω πᾶσι τοῖς ἐμφερομένοις κεφαλαίοις ἔν τε τῇ εἰρημένῃ ἀναφορᾷ τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου ἀνδρὸς, καὶ ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἀναφορᾷ τῆς κατ' αὐτὸν συνόδου. ἔτι μὴν ὁμολογῶ τὸν αὐτὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν τὸν ἕνα τῆς ἁγίας ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος σταυρωθέντα ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, παθόντα τε καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφὰς, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντα, καὶ καθεζόμενον ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς, πάλιν ἐλεύσεσθαι μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος, προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἀμήν.

Δέχομαι δὲ καὶ ἀσπάζομαι τὰς ἁγίας οἰκουμενικὰς πέντε συνόδους· τουτέστι τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων πατέρων. καὶ τὴν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων. καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ τὸ πρότερον τῶν διακοσίων ἁγίων πατέρων. καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα ἁγίων πατέρων. καὶ τὴν ἐν χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως συνελθοῦσαν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει ἁγίαν πέμπτην σύνοδον· ἐν πᾶσι δὲ διαφυλάττω καὶ ἀσπάζομαι τὰ παρὰ τῶν αὐτῶν ἁγίων πέντε συνόδων ὁρισθέντα καὶ τυπωθέντα· καὶ οὓς ἐδέξαντο δέχομαι· καὶ οὓς κατέκριναν καὶ ἀνεθεμάτισαν, ἀποβάλλομαι καὶ ἀναθεματίζω. πρὸς τούτοις δὲ ἀποβάλλομαι, καὶ ἀναθεματίζω καὶ πάντας τοὺς μίαν ἐνέργειαν καὶ ἓν

A nuſquam naturarum proprietate perempta propter ſubſiſtentialem unitionem, magis autem ſalvata proprietate utriuſque naturæ, & in unam perſonam, unamque ſubſiſtentiam concurrente, non in duabus perſonis partitum, aut diviſum, ſed unum eumdemque Filium unigenitum, Deum verbum, dominum Jeſum Chriſtum confiteor. Nec enim quartæ perſonæ ſancta Trinitas augmentum ſuſcepit, etiam incarnato uno ex ipſa Dei verbo: ſed in virginali utero inviolabilis Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ inhabitans incognoſcibiliter, ex ea in propria ſubſtantia carnem ſibi formavit animatam anima rationali, & intellectuali. B Quapropter, & ejuſdem duas nativitates confiteor, tam quæ ante ſæcula ex Deo & Patre ſecundum deitatem, quamque illam quæ ex eadem ſancta virgine, & Dei genitrice Maria ſecundum carnem, & recentem. Manens quippe quod erat, factus eſt inalterabiliter quod non erat: & ita unam ejus ſubſiſtentiam compoſitam annuncio, neutra converſa, vel confuſa propter unionem naturarum neque rurſus ſectionem admittente hac incognoſcibili unitione. Etenim unitio, quæ ſecundum compoſitionem, atque ſecundum ſubſiſtentiam eſt, & confuſionem, & diviſionem excludit, & ſervat quidem utriuſque naturæ proprietatem: unam vero perC ſonam Dei verbi etiam cum carne demonſtrat. Unde & duas ejuſdem domini Jeſu Chriſti naturales voluntates, & naturales operationes confiteor, ſecundum vigorem teſtimoniorum ſanctorum ac probabilium patrum, quæ poſita ſunt in ſuggeſtione miſſa ad piiſſimum, & a Deo confirmandum noſtrum dominum, & magnum victorem imperatorem ab Agathone ſanctiſſimo ac beatiſſimo papa antiquæ Romæ: & ſimpliciter in omnibus conſentio, & permaneo in cunctis capitulis, quæ continentur tam in prædicta ſuggeſtione ejuſdem ſanctiſſimi viri, quamque in altera ſuggeſtione concilii, quod circa eum eſt. Inſuper confiteor eumdem D dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum, unum conſubſtantialis, & vivificæ Trinitatis crucifixum ſponte pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſum, & ſepultum, & reſurrexiſſe tertia die ſecundum ſcripturas, & in cælos aſcendiſſe, ſedere ad dexteram Patris, & iterum venturum cum gloria judicare vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis: ſpero reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi. Amen.

Suſcipio autem, & amplector ſancta & univerſalia quinque concilia, id eſt, quod in Nicæa trecentorum decem & octo ſanctorum ac beatorum patrum, & quod in hac a Deo conſervanda regia urbe centum E quinquaginta ſanctorum, & Deo * ſervientium patrum, & quod in Epheſo prius ducentorum ſanctorum patrum, & quod in Chalcedone ſexcentorum triginta ſanctorum patrum, & quod in temporibus Juſtiniani piæ recordationis iterum convenit in hanc a Deo conſervandam regiam urbem ſanctum quintum concilium. In omnibus autem conſervo, & amplector, quæ ab eiſdem ſanctis quinque conciliis definita, atque ſtatuta ſunt, & quos ſuſceperunt ſuſcipio, quoſque damnaverunt, atque anathematizarunt, & abjicio & anathematizo

* beatorum

ACTIO X

ACTIO X.

ANNO CHRISTI 680.

Cum his abjicio & anathematizo etiam omnes, qui unam voluntatem, & unam operationem prædicaverunt, aut prædicant, vel prædicaturi ſunt in incarnationis diſpenſatione unius S. Trinitatis domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri. Hanc igitur piæ, & rectæ Chriſtianorum fidei ſatisfactionem compoſui, ſcriptam per alium, menſe Martio, indictione * octava. Subſcriptio: Petrus indignus epiſcopus Nicomediæ metropoleos provinciæ Bithyniæ, conſentiens, & permanens in omnibus, quæ continentur in præſenti ſatisfactionis libello, & confeſſus, ut ſuperius continetur, quemadmodum duas naturas, ita & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes in incarnationis diſpenſatione unius de ſancta Trinitate domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei; & anathematizans omnes, qui dicunt unam voluntatem, & unam operationem in deitate ejus, & humanitate, manu propria ſubſcripſi, menſe Martio, indictione nona. Et ceteri cum ipſo ſimiliter obtulerunt.

* C. nona

Georgius Deo amabilis presbyter monachus, & apocriſiarius Theodori venerabilis loci ſervatoris ſedis Hieroſolymorum accedens dixit: Quæſo pietatem veſtram, ſanctum quoque & univerſale concilium, ut legantur ſynodica Sophronii venerabilis memoriæ archiepiſcopi Hieroſolymorum, quæ ab ipſo quidem ad Sergium tunc temporis patriarcham exiſtentem hujus regiæ & a Deo conſervandæ urbis miſſa ſunt, nequaquam autem ab eodem ſuſcepta ſunt Sergio, quæ præ manibus mihi ſunt, quo cognoſcatur, utrum orthodoxa ſint, an non.

Conſtantinus piiſſimus imperator, & ſanctum concilium dixerunt: In ſequentibus horum prolatio, atque lectio proveniat.

θέλημα παρεξιόντας, ἢ κηρύσσοντας, ἢ μέλλοντας κηρύσσειν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν. ταύτην τοίνυν τὴν τῆς εὐσεβοῦς καὶ ὀρθοδόξου ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν πίστεως πληροφορίαν συνέταξα γραφεῖσαν δι' ἑτέρου, μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτιῶνος ἐνάτης. ἡ ὑπογραφή· Πέτρος ἀνάξιος ἐπίσκοπος τῆς Νικομηδέων μητροπόλεως τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, στοιχῶν καὶ ἐμμένων πᾶσι τοῖς ἐμφερομένοις ἐν τῷ παρόντι τῆς πληροφορίας λιβέλλῳ, καὶ ὁμολογήσας, ὡς πρόκειται, ὥσπερ δύο φύσεις, οὕτω καὶ δύο φυσικὰ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ. ἀναθεματίσας τε πάντας τοὺς λέγοντας ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος. ὑπέγραψα μηνὶ Μαρτίῳ, ἰνδικτιῶνος ἐνάτης. καὶ οἱ λοιποὶ σὺν αὐτῷ προσεδώκαντο ὁμοίως.

Γεώργιος ὁ θεοσεβέστατος πρεσβύτερος μοναχὸς καὶ ἀποκρισιάριος Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων εἶπεν. αἰτῶ τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν, καὶ τὴν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον, τὰ συνοδικὰ Σωφρονίου τοῦ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ γενομένου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων, τὰ παρ' αὐτοῦ μὲν πρὸς Σέργιον τὸν τηνικαῦτα πατριάρχην τυγχάνοντα τῆς βασιλίδος ταύτης καὶ θεοφυλάκτου πόλεως, μὴ προσδεχθέντα δὲ παρ' αὐτοῦ Σεργίου, ἐν χερσί μου τυγχάνοντα, ἀναγνωσθῆναι· ἐφ' ᾧ διαγνωσθῆναι, εἴτε ὀρθοδόξως ἔχουσιν, εἴτε καὶ οὔ.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος εἶπον. καθ' ἑτέραν ἡ τούτων προκομιδὴ καὶ ἀνάγνωσις γενέσθω.

## ACTIO UNDECIMA.

IN nomine domini, & dominatoris Jeſu Chriſti, Dei, & ſalvatoris noſtri, imperantibus a Deo coronatis & ſereniſſimis noſtris dominis Flaviis, Conſtantino quidem piiſſimo, & a Deo decreto magno principe, perpetuo Auguſto & imperatore, anno vigeſimo * octavo, & poſt conſulatum ejus a Deo inſtructæ manſuetudinis, anno decimotertio, Heraclio vero atque Tiberio a Deo conſervandis ejus fratribus, anno vigeſimoſecundo, decimo octavo die Martii menſis, indictione nona.

* C. septimo

Præſidente eodem piiſſimo & Chriſti amante magno imperatore Conſtantino in ſecretario ſacri palatii, quod cognominatur Trullus, & ex juſſione ejus a Deo inſtructæ ſerenitatis, præſentibus & audientibus Niceta glorioſiſſimo exconſule patricio, & magiſtro imperialium officiorum, Theodoro glorioſiſſimo exconſule patricio, & comite imperialis obſequii, & ſubſtrategο Thraciæ, Sergio glorioſiſſimo exconſule patricio, Paulo glorioſiſſimo exconſule patricio, Juliano glorioſiſſimo exconſule patricio & militari logotheta, Conſtantino glorioſiſſimo exconſule patricio, & curato-

## ΠΡΑΞΙΣ ΙΑ'.

ΕΝ ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, βασιλείας τῶν θεοστεπτῶν καὶ γαληνοτάτων ἡμῶν δεσποτῶν Φλαβίων, Κωνσταντίνου μὲν τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ θεοφιλοῦς καὶ μεγάλου βασιλέως αἰωνίου Αὐγούστου καὶ αὐτοκράτορος, ἔτους εἰκοστοῦ ἑβδόμου, καὶ μετὰ ὑπατείαν τῆς αὐτοῦ θεοστέφου πρᾳότητος ἔτους τρισκαιδεκάτου· Ἡρακλείου δὲ καὶ Τιβερίου τῶν θεοφυλάκτων αὐτοῦ ἀδελφῶν ἔτους εἰκοστοῦ δευτέρου, τῇ εἰκάδι τοῦ Μαρτίου μηνὸς, ἰνδικτιῶνος ἐνάτης.

Προκαθημένου τοῦ αὐτοῦ εὐσεβεστάτου, καὶ φιλοχρίστου μεγάλου βασιλέως Κωνσταντ. ἐν τῷ σεκρέτῳ τοῦ θείου παλατίου τῷ οὕτως ἐπιλεγομένῳ Τρούλλῳ. καὶ κατὰ κέλευσιν τῆς αὐτοῦ θεοστέφου γαλήνης, παρόντων καὶ ἀκροωμένων Νικήτα τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ μαγίστρου τῶν βασιλικῶν ὀφφικίων. Θεοδώρου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ὀψικίου, καὶ ὑποστρατήγου Θρᾴκης. Σεργίου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου. Παύλου τοῦ ἐνδοξοτάτου ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου. Ἰουλιανοῦ τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ στρατιωτικοῦ λογοθέτου. Κωνσταντί-

νου

ANNO CHRISTI 680.

νι τῷ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικ. καὶ τοποτηρητῇ τοῦ βασιλικοῦ τῶν Ὁρμίσδου οἴκου. Ἀναστασίου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου, καὶ τοποτηρητῇ τοῦ κόμητος τοῦ βασιλικοῦ ἐξκουβίτου. Ἰωάννου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων πατρικίου καὶ κοιαίστωρος. Πολυεύκτου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων. Θωμᾶ τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων. Παύλου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων, καὶ διοικητοῦ τῶν ἀνατολικῶν ἐπαρχιῶν. Πέτρου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων. Λεοντίου τοῦ ἐνδοξ. ἀπὸ ὑπάτων, καὶ δομεστίκου τῆς βασιλικῆς τραπέζης.

Συνελθούσης δὲ καὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς κατὰ βασιλικὸν θέσπισμα συναθροισθείσης ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει. τουτέστι Θεοδώρου καὶ Γεωργίου τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, καὶ Ἰωάννου τοῦ εὐλαβεστάτου διακόνου, ἐπεχόντων τὸν τόπον τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης Ἀγάθωνος, καὶ Γεωργίου τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου ταύτης τῆς μεγαλοπόλεως Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης, καὶ Πέτρου τοῦ θεοφιλεστάτου πρεσβυτέρου μοναχοῦ, καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως. καὶ Γεωργίου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου μοναχοῦ καὶ ἀποκρισιαρίου Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων. Ἰωάννου ἐπισκόπου πόλεως Πόρτου. Ἀβουνδαντίου ἐπισκόπου πόλεως Πατερνῶν. Ἰωάννου ἐπισκόπου πόλεως Ῥηγίου, ἐπεχόντων τὸν τόπον τῆς κατὰ τὴν πρεσβ. Ῥώμην ὁσίας τῶν ἑκατὸν εἴκοσι πέντε θεοφιλῶν ἐπισκόπων συνόδου, τῶν καὶ δι' οἰκείων ὑπογραφῶν δηλουμένων ἐν τῇ γενομένῃ πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Κωνσταντῖνον παρ' αὐτῶν ἀναφορᾷ. καὶ Θεοδώρου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου Ῥαβέννης Θεοδώρου. Ἰωάννου ἐπισκ. Θεσσαλονίκης. Βασιλείου ἐπισκόπου πόλεως Γορτύνης τῆς Κρητῶν νήσου. Φιλαλήθους ἐπισκ. Καισαρείας Καππαδοκίας. Θεοδώρου ἐπισκ. Ἐφέσου. Σισιννίου ἐπισκόπου Ἡρακλείας Θρᾴκης. Πλάτωνος ἐπισκ. Ἀγκύρας Γαλατίας. Γεωργίου ἐπισκόπου Κυζίκου. Μαρίνου ἐπισκόπου Σάρδεων. Πέτρου ἐπισκόπου Νικομηδείας. Φωτίου ἐπισκόπου Νικαίας. Ἰωάννου ἐπισκόπου Χαλκηδόνος. Ἰωάννου ἐπισκ. Σίδης. Θεοδώρου ἐπισκ. Μελιτινῆς. Ἰουστίνου ἐπισκ. Τυάνων. Ἀλυπίου ἐπισκ. Γαγγρῶν. Κυπριανοῦ ἐπισκόπου Κλαυδιουπόλεως. Πολυεύκτου ἐπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίας. Θεοδώρου ἐπισκ. Σταυρουπόλεως Καρίας. Τιβερίου ἐπισκ. Λαοδικείας Φρυγίας. Κοσμᾶ ἐπισκ. Συνάδων. Στεφάνου ἐπισκ. Ἀντιοχείας Πισιδίας. Θεοπέμπτου ἐπισκ. Ἰουστινουπόλεως ἤτοι Μωκισσοῦ. Ἰωάννου ἐπισκ. Πέργης. Ἰσιδώρου ἐπισκόπου Ῥόδου. Σισιννίου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως Φρυγίας. Θεοδώρου ἐπισκόπου Ταρσοῦ. Μακροβίου ἐπισκόπου Σελευκείας Ἰσαυρίας. Γεωργίου ἐπισκόπου Βιζύης Θρᾴκης. Ζαχαρίου ἐπισκόπου Λεοντοπόλεως Ἰσαυρίας. Γρηγορίου ἐπισκόπου Μιτυλήνης. Γεωργίου ἐπισκόπου Μιλήτου. Σεργίου ἐπισκόπου Σηλυβρίας. Ἀνδρέου ἐπισκόπου Μηθύμνης. Θεογνίου ἐπισκόπου Κίου. Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Εὐχαΐτων. Πέτρου ἐπισκόπου Μεσημβρίας. Πέτρου ἐπισκόπου Σωζοπόλεως Θρᾴκης. Ἰωάννου ἐπισκ. Νύσσης. Θεοδώρου ἐπισκ. τῶν βασιλικῶν Θερμῶν. Γεωργίου ἐπισκόπου Καμουλιανῶν. Ζωήτου ἐπισκόπου Χρυσοπόλεως Ἀσίας. Πατρικίου ἐπισκ. Μαγνησίας. Ἀντωνίου ἐπισκόπου

A re imperialis domus Hormiſdæ, Anaſtaſio glorioſiſſimo exconſule patricio, & loci ſervatore comitis imperialis excubiti, Joanne glorioſiſſimo exconſule patricio & quæſtore, Polyeucto glorioſiſſimo exconſule Thoma glorioſiſſimo exconſule. Paulo glorioſiſſimo exconſule & diſpoſitore orientalium provinciarum. Petro glorioſiſſimo exconſule, Leontio glorioſiſſimo exconſule, & domeſtico imperialis menſæ.

ACTIO I.

Conveniente autem ſancto, & univerſali concilio, quod per imperialem ſanctionem congregatum eſt in hac a Deo conB ſervanda regia urbe, id eſt, Theodoro & Georgio venerabilibus presbyteris, & Joanne venerabili diacono, locum præſentantibus ſanctiſſimi ac beatiſſimi papæ antiquæ Romæ Agathonis, & Georgio venerabili atque ſanctiſſimo archiepiſcopo hujus magniſonæ Conſtantinopoleos novæ Romæ, & Petro Deo amabili presbytero, monacho, & apocriſiario locum ſervante ſedis magnæ civitatis Alexandriæ, & Georgio religioſo presbytero monacho, & apocriſiario Teodori venerabilis loci ſervatoris ſedis Hieroſolymorum: Joanne epiſcopo Portuenſi, Abundantio epiſcopo civitatis Paternenſis, Joanne epiſcopo civitatis Rhegitanæ, locum C repræſentantibus ſancti concilii centum viginti quinque venerabilium epiſcoporum ſenioris Romæ, qui & per proprias ſubſcriptiones demonſtrantur in ſuggeſtione ab eis facta ad piiſſimum imperatorem Conſtantinum: & Theodoro religioſo presbytero, & locum agente Deo amabilis archiepiſcopi Ravennenſis Theodori, Joanne epiſcopo Theſſalonicæ, Baſilio epiſcopo civitatis Gortynæ inſulæ Cretæ, Philalethe epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ, Theodoro epiſcopo Epheſi, Siſinno epiſcopo Heracleæ Traciæ, Platone epiſcopo Ancyræ Galatiæ, Georgio epiſcopo Cyzici, Marino epiſcopo Sardium, Petro epiſcopo Nicomediæ, Photio D epiſcopo Niceæ, Joanne epiſcopo Chalcedonis, Joanne epiſcopo Sidæ, Theodoro epiſcopo Melitenæ, Juſtino epiſcopo Tyanorum, Alypio epiſcopo Gangrenſi, Cypriano epiſcopo Claudiopoleos, Polyeucto epiſcopo Myrorum Lyciæ, Theodoro epiſcopo Stauropoleos Cariæ, Tiberio epiſcopo Laodiceæ Phrygiæ, Coſma epiſcopo Synadorum, Stephano epiſcopo Antiochiæ Piſidiæ, Theopempto epiſcopo Juſtinupoleos, quæ & * Moſtene, Joanne epiſcopo Pergæ, Iſidoro epiſcopo Rhodi, Siſinnio epiſcopo Hierapoleos Phrygiæ, Theodoro epiſcopo Tarſenſi, Macrobio epiſcopo Seleuciæ Iſauriæ, Georgio epiſcopo Byziæ Thra- E ciæ, Zacharia epiſcopo Leontopoleos Iſauriæ, Gregorio epiſcopo Mitylenenſi, Georgio epiſcopo Mileti, Sergio epiſcopo Selymbriæ, Andrea epiſcopo Methymnæ, Theognio epiſcopo Cii, Epiphanio epiſcopo Euchaiteno, Petro epiſcopo Meſembriæ, Petro epiſcopo Sozopoleos Thraciæ, Joanne epiſcopo Nyſſæ, Theodoro epiſcopo imperialium Thermarum, Georgio epiſcopo Camulianorum, Zoeto epiſcopo Chryſopoleos Aſiæ, Patricio epiſcopo Magneſiæ, Antonio epiſcopo Hypæporum, Theodoro epiſcopo Pergami, Geneſio epiſcopo Anaſtaſiopo-

* Mocis

ACTIO XI.

ſiopoleos, Platone epiſcopo Cinnæ, Stephano epiſcopo Uranopolis, Andrea epiſcopo Mnizi, Joanne epiſcopo Melitopoleos, Joanne epiſcopo Philadelphiæ, Theodoro epiſcopo Preinæ, Joanne epiſcopo Daſcylii, Theodoro epiſcopo Juſtinianopoleos Gordi, Menna epiſcopo Catalliæ Pamphyliæ, Callinico epiſcopo Coloniæ Armeniæ, Theodoro epiſcopo Veriſſæ, Tiberio epiſcopo Amiſſi, Sergio epiſcopo Sinopes, Georgio epiſcopo Junopoleos, Stephano epiſcopo Heracleæ Ponti, Longino epiſcopo Tii, Domitio epiſcopo Pruſiados, Georgio epiſcopo Cratiæ, Platone epiſcopo Hadrianopoleos, Salomone epiſcopo Clanei, Georgio epiſcopo Coenſi, Joanne epiſcopo Erizorum, Joanne epiſcopo Myndi, Patricio epiſcopo Iluzorum, Petro epiſcopo Appiæ, Alexandro epiſcopo Nacoliæ, Domitio epiſcopo Prymneſiæ, Conſtantino epiſcopo Baratæ, Theodoſio epiſcopo Pſibelorum, Pauluo epiſcopo Sozopoleos Piſidiæ, Pluſiano epiſcopo Syllei, Theodoro epiſcopo Nazianzi, Demetrio epiſcopo Teni, Stephano epiſcopo Pari, Gregorio epiſcopo Cantanenſi, Joanne epiſcopo Lappæ, Eulalio epiſcopo Zenonopoleos, Conſtantino epiſcopo Daliſandi, Theodoro epiſcopo Olbæ, Theophane presbytero & abbate venerabilis monaſterii quod cognominatur Bajarum, quod eſt in Sicilia, & Georgio presbytero & monacho monaſterii Renati poſiti apud antiquam Romam, Conone & Stephano presbyteris & monachis monaſterii, quod cognominatur domus Arſicia, ſimiliter ſiti apud antiquam Romam.

Reſidentibus quoque glorioſiſſimis patriciis & conſulibus, & omnibus venerabilibus & Deo amabilibus epiſcopis ſecundum ordinem in eodem ſecretario Trulli, propoſitis in medio ſacroſanctis Chriſti Dei noſtri evangeliis.

Conſtantinus Deo amabilis diaconus hujus ſanctiſſimæ Dei eccleſiæ & primicerius Deo amabilium notariorum ſanctiſſimi patriarchæ hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis Georgii, dixit:

Diſcernere ſolens eos, qui recta ſentiunt & prædicant dogmata, ab his qui non vere continentur, quæ ſuper diſpenſatione ſunt Chriſti veri Dei noſtri, qui unus eſt de ſancta Trinitate, tam veſtra ſerenitas, quamque ſanctum & univerſale veſtrum concilium cognitionem habet, quod de præterita actione Georgius religioſus presbyter monachus, & apocriſiarius Theodori ſanctiſſimi loci ſervatoris ſedis Hireſolymorum, ſupplicans petiit veſtram pietatem, & ſanctum veſtrum concilium, & ſynodica Sophronii venerabilis memoriæ quondam archiepiſcopi Hieroſolymorum civitatis proferrentur ad medium, atque legerentur, ut eorum ſcientiam habeatis, & judicetis, ſi orthodoxa exiſtunt, & ſuggerimus ad quod placuerit.

Conſtantinus piiſſimus imperator, & ſanctum concilium dixerunt: Relegantur quæ dudum geſta ſunt. Et relecta ſunt

ANNO CHRISTI 680

A Ὑπάτου· Θεοδώρου ἐπισκ. Περγάμου. Γενεσίου ἐπισκόπου Ἀναστασιουπόλεως· Πλάτωνος ἐπισκόπου Κίννης· Στεφάνου ἐπισκόπου Βερινουπόλεως. Ἀνδρέου ἐπισκόπου Μνίζου. Ἰωάννου ἐπισκ. Μιλητουπόλεως. Ἰωάννου ἐπισκ. Φιλαδελφείας. Θεοδώρου ἐπισκόπου Πραινέτου. Ἰωάννου ἐπισκόπου τοῦ Δασκυλίου· Θεοδώρου ἐπισκόπου Ἰουστινιανουπόλεως Γόρδου. Μηνᾶ ἐπισκ. Καραλίας Παμφυλίας. Καλλινίκου ἐπισκ. Κολωνίας Ἀρμενίας· Θεοδώρου ἐπισκόπου Βηρίσσης. Τιβερίου ἐπισκ. Ἀμισσοῦ. Σεργίου ἐπισκ. Σινώπης. Γεωργίου ἐπισκ. Ἰουνοπόλεως. Στεφάνου ἐπισκόπου Ἡρακλείας Πόντου· Λογγίνου ἐπισκόπου Τίου. Δομετίου ἐπισκόπου B Προυσιάδος. Γεωργίου ἐπισκ. Κρατίας. Πλάτωνος ἐπισκ. Ἀδριανουπόλεως. Σολομῶντος ἐπισκόπου Κλανέου. Γεωργίου ἐπισκόπου Ἐρίζων. Γεωργίου ἐπισκόπου Κώου. Ἰωάννου ἐπισκ. Μύνδου· Πατρικίου ἐπισκ. Ἰλύζων. Πέτρου ἐπισκ. Ἀππίας. Ἀλεξάνδρου ἐπισκ. Νακωλείας. Δομετίου ἐπισκ. Πρυμνήσου· Κωνσταντίνου ἐπισκ. Βαράτης· Θεοδοσίου ἐπισκ. Ψιβήλων· Παύλου ἐπισκ. Σωζοπόλεως Πισιδίας· Πλουσιανοῦ ἐπισκ. τοῦ Συλλαίου. Θεοδώρου ἐπισκ. Ναζιανζοῦ· Δημητρίου ἐπισκ. Τήνου. Στεφάνου ἐπισκ. Πάρου. Γρηγορίου ἐπισκ. Καντάνου. Ἰωάννου ἐπισκόπου Λάππης· Εὐλαλίου ἐπισκ. Ζηνωνοπόλεως. Κωνσταντίνου ἐπισκ. Δαλισανδοῦ. Θεοδώρου ἐπι- C σκόπου Ὄλβης· Θεοφάνους πρεσβυτέρου καὶ ἡγουμένου τοῦ ἐν Σικελίᾳ ἁγίου μοναστηρίου ἐπιλεγομένου Βαΐων· Γεωργίου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ μονῆς τῶν Ῥενάτου τῆς διακειμένης ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ. Κόνωνος καὶ Στεφάνου πρεσβυτέρων καὶ μοναχῶν μονῆς ἐπιλεγομένης δόμου Ἀρσικίας, διακειμένης ὡσαύτως κατὰ τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην.

Καθεζομένων τε τῶν ἐνδοξοτάτων πατρικίων καὶ ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πάντων τῶν εὐλαβεστάτων καὶ θεοφιλῶν ἐπισκόπων κατὰ τάξιν, ἐν τῷ αὐτῷ τοῦ Τρούλλου σεκρέτῳ, προκειμένων ἐν μέσῳ τῶν ἁγίων καὶ ἀχράντων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν εὐαγγελίων.

D Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ἀρχιδιάκονος τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς μεγάλης ἐκκλησίας, καὶ πριμικήριος τῶν θεοσεβεστάτων νοταρίων τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως Γεωργίου, εἶπεν·

Διακρίνειν εἰωθυῖα τοὺς τὰ ὀρθὰ φρονοῦντας καὶ κηρύττοντας δόγματα ἐκ τῶν μὴ ἀληθῶς ὁμολογούντων τὰ τῆς οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἥτε ὑμετέρα εὐσεβὴς γαλήνη, καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ὑμῶν σύνοδος ἐν εἰδήσει τυγχάνει, ὡς κατὰ τὴν προλαβοῦσαν πρᾶξιν Γεώργιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος E μοναχὸς καὶ ἀποκρισιάριος Θεοδώρου τοῦ ὁσιωτάτου τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων προσελθὼν ᾔτησε τὴν ὑμετέραν εὐσέβειαν καὶ τὴν ἁγίαν ὑμῶν σύνοδον, τὰ συνοδικὰ γράμματα Σωφρονίου τοῦ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ γενομένου ἀρχιεπισκόπου τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως προσενεχθῆναι εἰς μέσον, καὶ ἀναγνωσθῆναι, καὶ τὴν τούτων λαβεῖν ὑμᾶς εἴδησιν, καὶ κρῖναι, εἴγε ὀρθόδοξα καθεστήκασι. καὶ ἐμβαλλόμεθα πρὸς τὸ παριστάμενον.

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, καὶ ἡ ἁγία σύνοδος εἶπον. ἀναγινωσκέσθω τὰ ἤδη πραχθέντα. καὶ ἀνεγνώσθησαν.

Κων-

ANNO CHRISTI 680

ACTIO XI

Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς καὶ ἡ ἁγία A σύνοδος εἶπον. Γεώργιος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, μοναχὸς καὶ ἀποκρισιάριος τοῦ ὁσιωτάτου τοποτηρητοῦ τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων τῶν ἐπιμνησθέντων παρ' αὐτοῦ συνοδικῶν Σωφρονίου τοῦ γενομένου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων κατὰ τὴν αἴτησιν αὐτοῦ τὴν προκομιδὴν ποιησάτω, καὶ ἡ τούτων ἀνάγνωσις γενέσθω. καὶ προεκομίσθη βιβλίον ἔχον τὰ συνοδικὰ τοῦ αὐτοῦ ἐν ὁσίᾳ τῇ μνήμῃ Σωφρονίου. ὅπερ λαβὼν Ἀγάθων ὁ εὐλαβέστατος ἀναγνώστης καὶ νοτάριος τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς θεοφυλάκτου ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως ἀνέγνω, ἔχον ἐπὶ λέξεως οὕτω.

Δεσπότῃ πάντων ἁγιωτάτῳ, καὶ μακαριωτάτῳ B ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Σεργίῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, Σωφρόνιος ἀχρεῖος δοῦλος τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως.

Βαβαὶ, βαβαὶ, παμμακάριστοι, πῶς μοι φίλον νῦν τὸ ἡσύχιον, καὶ πολὺ τοῦ πρὶν προσφιλέστερον, ἀφ' οὗπερ ἐξ ἡσυχίας ἀπράγμονος εἰς πραγμάτων τύρβην ἐλήλυθα, καὶ χερσαίοις τισὶ καταντλοῦμαι τοῖς κύμασι. βαβαὶ, βαβαὶ, θεοτίμητοι, πῶς μοι νῦν ἡδὺ τὸ ἐλάχιστον, καὶ τοῦ πρὶν οὐ μετρίως ἡδύτερον, ἀφ' οὗπερ ἐκ κοπρίας, καὶ γῆς, καὶ ἀφάτου καὶ πολλῆς πτωχότητος εἰς θῶκον ἱεραρχικὸν C ἀνελήλυθα. καὶ πολὺν ὁρῶ συμπλεκόμενον τὸν κλύδωνα, καὶ τῷ κλύδωνι παρομαρτοῦντα τὸν κίνδυνον. οὐχ οὕτω γὰρ ἥδιστα καθορᾶται τὰ ἥδιστα πρὸ τῆς τῶν ἀηδῶν πείρας καὶ γνώσεως, ὡς ὅταν μετὰ πεῖραν καὶ ἔφοδον τῶν λυπηρῶν καταφαίνηται. οὕτως ὑγεία τοῖς μεθ' ὑγείαν νοσοῦσι ἐπιπόθητος· οὕτω γαλήνη τοῖς μετὰ γαλήνην χειμαζομένοις ἐπίχαρτος. οὕτω πλοῦτος τοῖς μετὰ πλοῦτον πενομένοις ἐράσμιος. καὶ πάντα τις οὕτως ἂν ἴδοι τυγχάνοντα αὐτὰ μὲν ὄντα καὶ μένοντα φυσικῇ καὶ οὐσιώδει ποιότητι, ὁποῖα περ καὶ πρὸ τῆς τῶν ἐναντίων πείρας ἐφαίνετο. κομψότερα δὲ μετὰ τὴν τούτων γνῶσιν γενόμενα καὶ τοῖς αὐτὰ δεδεγμένοις πολὺ D τιμιώτερα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τερπνότερα, καὶ πολὺ ποθεινότερα. καὶ τοῦτο ἡμῖν Ἰὼβ ὁ ἀοίδιμος συμψηφίσεται λαμπρότατα, διὰ πείρας ἑκατέρων γενόμενος, καὶ τὰς ψήφους ὀρθὰς ὁριζόμενος, καὶ δίκαιος ἂν εἴη κριτὴς τῶν λεγομένων ἡμῖν προερχόμενος, καὶ κρίσιν ὁρίζων ἀπροσκλινῆ καὶ ἀδέκαστον. τί οὖν ἐκεῖνος ὁ ἀθλητὴς φησιν ὁ ἀδάμαστος, τῶν ἡδόντων παθὼν τὴν μετάβλησιν, καὶ τῶν λυπούντων ἐλθὼν εἰς ἐπίκλησιν; Τίς ἄν με θείη κατὰ μῆνα τῶν ἔμπροσθεν ἡμερῶν, ὧν με ὁ Θεὸς ἐφύλαξεν, ὡς ὅτε ηὔγει ὁ λύχνος αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς μου. ὅτε τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἐπορευόμην ἐν σκότει· ὅτε ἤμην ἐπιβρίθων ὁδοῖς. ὅτε ὁ Κύριος ἐπισκοπὴν ἐποιεῖτο E τοῦ οἴκου μου. ὅτε ἤμην ὑλώδης λίαν, κύκλῳ δὲ μου οἱ παῖδες· ὅτε ἐχέοντό μου αἱ ὁδοὶ βουτύρῳ, τὰ δὲ ὄρη μου ἐχέοντο γάλακτι, ὅτε ἐξεπορευόμην ὄρθριος ἐν πόλει, ἐν δὲ πλατείαις ἐτίθετό μου ὁ δίφρος; ἰδόντες με νεανίσκοι ἐκρύβησαν, πρεσβῦται δὲ ἀνέστησαν, ἁδροὶ δὲ ἐπαύσαντο λαλοῦντες, δάκτυλον ἐπιθέντες ἐπὶ στόματι, οἱ δὲ ἀκούσαντες

A Conſtantinus piiſſimus imperator, & ſanctum concilium dixerunt. Georgius presbyter religioſus monachus & apocriſiarius venerabilis loci ſervatoris ſedis Hieroſolymorum, quorum meminit ſynodicorum Sophronii quondam archiepiſcopi Hieroſolymorum, ſecundum ejus petitionem, prolationem faciat, eorumque lectio proveniat. Et prolatus eſt liber, habens ſynodica ejuſdem venerabilis memoriæ Sophronii. Quem accipiens Agatho religioſus lector & notarius ſanctiſſimi archiepiſcopi hujus a Deo conſervandæ regiæ urbis, relegit ita continentem in verbis:

B [r] Domino in omnibus ſanctiſſimo, ac beatiſſimo fratri, & conſacerdoti *Sergio* archiepiſcopo, & patriarchæ Conſtantinopoleos Sophronius inutilis ſervus ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis.

Papæ! papæ! beatiſſimi, quam mihi nunc amabilis quies, & multo quam pridem amabilior, ex quo de incurioſo ſilentio in cauſarum turbam decidi, & terrenis quibuſdam fluctibus opprimor! Papæ! Deo honorabiles, quam nunc ſuavis eſt mihi puſillitas, & non mediocriter quam pridem, ſuavior ex quo de ſtercore, & humo, ineffabili nimiaque penuria ad ſolium pontificale aſcen- C di! & multum cerno fluctum conjungi, & fluctus ſequens periculum. Non enim ita eſſe ſuavia conſpiciuntur ſuavia ante inſuavium experimentum atque notitiam, ſicut poſt experimentum & incurſum apparent triſtium: ſic ſalus his, qui poſt ſalutem ægrotant, optabilis; ſic tranquillitas his, qui poſt tranquillitatem fluctuantur, gratiſſima: ſic divitiæ his, qui poſt divitias egent, amabiles; & omnia quis ita conſiderabit exiſtere, ipſa quidem eſſe ac permanere naturali atque eſſentiali qualitate, qualia & ante experimentum contrariorum apparebant, meliora tamen poſt horum effici ſcientiam, & ſuſtinentibus mul- D to pretioſiora, necnon, & jucundiora, & deſiderabiliora. Et hoc nobiſcum Job laudabilis ita ſe habere decernet ſplendidiſſime, utrorumque experimentum accipiens ac recte definiens, meritoque judex in his, quæ a nobis dicuntur, progrediens, ſententiamque indeclivem, & immutificam ſtatuens. Quid ergo ait ille decertator indomitus, mutationem paſſus jucundorum, & in æſtuationem angentium veniens? *Quis putas me* Job. *conſtituet in menſe dierum, quibus me Deus tuebatur, quando lucerna ejus ſuper caput meum ſplendebat, quando lumine ejus gradiebar in tenebris, quando eram in itineribus latus, quando dominus inſpiciebat tabernaculum* E *meum, quando eram opulentus nimis, & in comitatu meo pueri mei, quando effluebant viæ meæ butyro, montes autem mei fluebant lacte quando progrediebar diluculo in civitate, & in plateis ſedes mea ponebatur? Videntes me juniores abſcondebantur: ſeniores vero aſſurgebant, majores natu autem deſinebant loqui, digitum ori ſuo imponentes: audientes vero, beatificabant me* Ergo ego etiam me.

r Eſt hæc Sophronii Synodica Epiſtola Græca in Mſ. Bib. Regis Chriſtianiſs. Cod. 2951. al. 1026 fol. 71 *Harduin*.

A merito, beatiſſimi; cum Job quinquies victore clamabo; memoria priſtinorum bonorum, quæ mihi aderant pulſatus: Tranquilla hæc fuerant, vita cum ſilentio, & nullam fluctuationem agnoſcens pauperies. Quis putas me conſtituet in menſe dierum anteriorum, quibus me Deus abſque tribulatione ſervabat, quando ſulgebat lucerna ejus ſuper caput meum, pacificam vitam degentis, & inſluctuabilem, quando lumine ejus gradiebar in tenebris, cum vindemiabam racemos ſilentii, dum ſerenitatis honeſtabar germinibus, dum imperturbationis delectabar palmitibus, dum ſecuritatis floribus collætabar, dum intrepidationis floſculis coronabar, dum incuriæ B gratiis conveſcebar, quando terreſtri fruebar pauperie, quando ſulcos impericuloſi ſtercoris exarabam, quando influctuoſæ paupertatis mare tranſmeabam, quando humilis cellæ pulcritudinibus congaudebam, * quando arvalis victus mellifluo illo manna veſcebar, alius quidam Iſrael, & ipſe cernendus, deliciaſque epulabar cœleſtes, atque pacificas, citra murmurationem ingratumve propoſitum? Quoniam igitur hæc, & ultra hæc, ſapientiſſimi, in me ter afflictum neceſſitate magna, & vi Deo amabilium clericorum, religioſorumque monachorum, & fidelium laicorum horum omnium civium hujus ſanctæ Chriſti Dei noſtri ci- C vitatis, qui violenta manu me compulerunt, & more tyrannico coegerunt, peracta ſunt, quibus neſcio judiciis neque percipio, quæſo ſacratiſſimos vos, & exhortor, non ſolum mundis orationibus ad dominum me adjuvare * vitaliter fluctuantem, pariterque periclitantem, & confortare me puſillanimitatibus nutabundum, ſed & a Deo inſpiratis inſtitutis introducere ad operandum inceptum. Hoc quidem, ut patres, & * prolatores; hoc vero, ſicut fratres, & conſanguinei. Date ergo vos mihi paterne ſimul, atque fraterne, quæ poſtulo, juſta quippe ſunt, & ego veſtram pedeductionem ſequar, & copulam ad vos D habere merebor, qua fides conſentaneos nectit, & ſpes recta ſapientes unificat, & caritas divina ſentientes addenſat, quorum funis triplex, & ex iſtis tribus divinis conſtringitur virtutibus, neque ſolutionem agnoſcit, neque diſruptionem admittit, neque ſeparationem ſuſtinet, ſed eſt veraciter indiſruptus, in unam congregans pietatem eos, qui copula ejus divina ditati ſunt. Quia vero quædam apoſtolica, atque priſca traditio in ſanctis Dei per totum orbem eccleſiis tenuit, ut qui ad pontificatum ducuntur, iis qui ante illos pontificatus regunt, omnia ſinceriter conſerant, vel exponant, qualiter ſapiant, & qualiter fidem E detineant, quam Paulus eis ſapientiſſimus nimis caute contradidit, ut non curſus ſuos in vacuum peragant: (inanis namque eis omnis curſus exiſteret, ſi in quolibet fides violaretur.) Ille quippe ſacer, qui Dei voces audivit, & cœlum ipſum habuit * magiſtrum, & paradiſi contemplator * pro tempore factus eſt, & verborum aliis hominibus ineffabilium fuit auditor, formidabat (ſicut ipſe ait) & perterrebatur, ne forte cum aliis prædicaret Chriſti ſalutiferam prædicationem, ipſe reprobus effice-

* quando victu, quem humi ſumebam, mel

* in hujus vitæ negotiis.

* protectores

* vel ſcholam

* ante tempus

c ...

A essentia æqualis honoris eſt : nec enim extitit ſæculum, quando cum Patre non erat & Filius. Cujus utique vocabitur pater, ſi non ſimul cum eo erat ſine principio filius? Nec erat, quando non erat cum utriſque Spiritus ſanctus. Unus igitur hæc tria Deus, quæ invicem cum ſola ſingularitatis differentia, in communitate eſſentiæ inſeparabiliter diſcernente unamquamque perſonam, intelliguntur. Solus proinde Pater eſt : ſolus Filius, filius : ſolus Spiritus ſanctus, Spiritus ſanctus. His etenim differentiis non convertuntur ad invicem, ſed in his quidem inſeparabiliter dividuntur, communicant au- B tem eſſentiæ unitate : Trinitas ſimplex, & impartita, atque incompoſita, ex tribus perfectis, ex ſeipſa perfecta, & ſuperperfecta, una natura atque deitate, & una voluntate unaque operatione, glorificanda. Quorum enim una natura eſt, horum, & voluntas & operatio una eſt, ſicut nos docuit orbis terræ lumen & Dei cultor Baſilius. Confitemur deinde unum ſanctæ Trinitatis dominum noſtrum Jeſum Chriſtum : unigenitum Filium Dei, & Deum noſtrum, qui eſt cum Patre & ſancto Spiritu pariter ſine principio conſubſtantialis, eundem ipſum in ultimis præſtitutiſque temporibus, proter humani C generis ſalutem atque reformationem, deſcendiſſe de cœlis hoc eſt, * per ſpontaneam ſe exinaniſſe humilitatem, & in vulva illibatæ virginis Deique genitricis Mariæ habitaſſe, & anima & corpore per Spiritum præpurgatæ, & ex ſancta immaculata carne ejus in propria ſubſiſtentia carnem ſumpſiſſe nobis conſubſtantialem, & hanc ſibi mediante anima rationali & intellectuali compaginaſſe atque formaſſe : natum quoque ex eadem virgine matre ſuper omnem intelligentiam, & ſuper omnem mentis conſiderationem : ſine ſemine quippe, & ſuper naturam exiſtente conceptu, ineffabilis atque inenarrabilis eſt ejus D & nativitas. Proceſſit itaque ſecundum nos, qui ſuper nos eſt & Chriſtus & dominus, omnia ferens in ſeipſo naturaliter quæ noſtra ſunt, præter ſolum peccatum : totus homo factus, & totus permanens Deus : idem ipſe terrenus & cœleſtis, inviſibilis & viſibilis, mortalis & immortalis. Duæ namque naturæ concurrentes ad inſeparabilem * unitatem, unum quidem Emmanuel nobis perfecerunt, ſalvantem in ſe indiminute naturarum, ex quibus extitit, proprietates. Cum enim ſimplex ſit Verbum, ſecundum divinam, paternamque & ſempiternam nativitatem : duplex proceſſit, ſecundum maternam tem- E poralem & corporalem nativitatem. Unde & duas Chriſti Dei noſtri nativitates glorificamus, unam ejus venerantes ſubſiſtentiam, in duabus perfectis naturis * exiſtentem. Unus quippe ſanctæ Trinitatis permanſit, etiam dum Verbum caro fieret, perfectus in deitate, & perfectus idem ipſe in humanitate, conſubſtantialis Deo Patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ipſe ſecundum humanitatem, paſſibilis quidem carne, impaſſibilis autem deitate. Nec enim alteri miracula, & alteri paſſiones ſequeſtramus : ſed uni

* C. in ſpontaneam

* C. unionem

* C. eſſe habentem

ACTIO XVIII. | ANNO CHRISTI 680.

uni eidemque domino noſtro Jeſu Chriſto A utrorumque indicia deputamus, ſecundum aliud quidem miracula operari, ſecundum aliud vero pati. Etenim ſecundum divinam ejus naturam, ſignorum proferebat virtutem: & ſecundum humanam formam, quæ naturæ congruebant, irrefutabiles paſſiones aſſumebat: quatenus ipſe transfiguraret ipſum paſſibile noſtrum in impaſſibilitatem, ſecundum apoſtolum dicentem. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem*. Neque enim dedignatus eſt amator hominum, humanis & irrefutabilibus paſſionibus condeſcendere, qui cum Deus eſſet immortalis, mediante anima, mor- B ti corporaliter congreſſus eſt, animam autem dicimus in omnibus perfectam & ſolidam, cui in nihilo deerat humana perfectio. Humanæ autem perfectionis indicium, mens eſt: per quam & volumus, & cogitamus, & ab irrationabilibus animantibus ſecernimur. Nihil quippe eſt ſine mente voluntarium: omne autem voluntarium intellectuale eſt. Ubi igitur mens eſt, ibi modis omnibus & voluntas. Si itaque perfectus homo factus eſt ſalvator, in perfectione permanens deitatis, neque * amens, neque involuntarius extitit. Igitur hi, qui humanæ domini animæ, quæ ſecundum naturam eſt extin- C guere voluntatem pertentant, amentem quidem eam, ut vere dementes aſſignant. Ad impaſſibilem autem naturam, ejuſdem paſſiones ac mortem redigunt: nos autem aſtruunt non perfecte ſalvari, hæc qui prædicant, quia imperfecte Verbum noſtram naturam aſſumpſit. Si enim totus toti humanæ naturæ non unitus eſt, nec totus homo ſalvatus eſt. Quod enim non aſſumptum eſt, nec ſalvatum eſt. Quod vero unitum eſt Deo, hoc & ſalvatur ſecundum deiloquum agnomento Gregorium. Sed hi quidem cum propriis æſtimationibus & phantaſiis circumerrent: nos autem, qui vere diſpenſationis myſterium non D illudimus, non ſolum intellectualem & voluntariam ſacroſanctam ſalvatoris animam eſſe credimus, ſed & * omnibus eam vere naturalibus virtutibus perfectam, & ſimilibus nobis abſque peccato voluntarie acquieviſſe paſſionibus, dum Verbum eam permitteret quærere & velle quæ ſua ſunt. Sic & naturalem cibum ſecundum rationem appetebat quoque, & turbabatur, ac triſtabatur. Cum enim ſalvator ad crucis paſſionem propria voluntate veniret, cœpit triſtari & anxiari. Hæ autem animæ rationalis & voluntariæ proprietates exiſtunt, ut perſuadet nobis præclarus pater noſter Epiphanius in ſermone adver- E ſus Ariomanitas, ita proſecutus: A carne enim, inquit, divinitati unita, abſque anima & mente non fit agonia. Unde & idem dominus dicebat; *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Deinde orat tranſire calicem. Ut enim homo, recuſabat & non velle mori, ſicut aſſerit laudabilis Cyrillus, eo quod recuſaret caro ejus naturaliter mortem: ſicut autem Deus, idem ipſe prompte veniebat ad paſſionem. Et teſtis horum * irreprehenſibilis athleta atque Dei cultor, pater noſter

1. Cor. 15
* Abs mente,
* al. naturalibus potentiis vere moveri, & ſimiles nobis quæ peccata non ſunt, paſſiones voluntarie admiſiſſe, dum verbum
Matth. 26
* al. invictus

A οὐδὲ γὰρ ἀπηξίωσεν ὁ φιλάνθρωπος τοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ ἀδιαβλήτοις πάθεσιν ὁμιλῆσαι καὶ Θεὸς ὢν ἀθάνατος, ὃς διὰ μέσης ψυχῆς τῷ θανάτῳ σωματικῶς συμπέπλακται· ψυχὴν δέ φαμεν κατὰ πάντα τελείαν καὶ ὁλόκληρον καὶ μηδὲν ἐλλειπὲς ἔχουσαν τῆς ἀνθρωπίνης ἐντελείας· ἀνθρωπίνης δὲ τελειότητος ἔνδειξις νοῦς, καθ' ὃν καὶ θέλομέν τε καὶ λογιζόμεθα, καὶ τῶν ἀλόγων ζώων διακρινόμεθα· οὐδὲν γὰρ ἄνου θελητικόν, πᾶν δὲ θελητικὸν νοερόν. ὅπου γὰρ νοῦς, ἐκεῖ πάντως καὶ θέλησις. εἰ οὖν τέλειος ἄνθρωπος γεγονὼς ὁ σωτὴρ ἐν τελειότητι μείνας τῇ θείᾳ, οὔτε ἄνους, οὔτε ἀθέλητος ἦν. οἱ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης τοῦ κυρίου ψυχῆς B τὸ κατὰ φύσιν ἀναιρεῖν πειρώμενοι θέλημα, ἀνόητον μὲν αὐτὴν ὡς ὄντως ἀνόητοι διαγράφουσιν. ἐπὶ τὴν ἀπαθῆ δὲ φύσιν τά τε πάθη καὶ τὸν θάνατον ἀναφέρουσιν, ἡμᾶς δὲ μὴ τελείως σωθῆναι κατασκευάζουσι δι' ὧν, ὡς λέγουσιν ἐλλιπῶς ὁ λόγος τὴν ἡμετέραν οὐσίαν ἀνείληφεν· εἰ γὰρ ὅλος ὅλῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει μὴ ἥνωται, οὐδὲ (ὅλος ὡς) ὅλος ὁ ἄνθρωπος σέσωσται· τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον ἀθεράπευτον, ὃ δὲ ἥνωται Θεῷ, τοῦτο καὶ σώζεται κατὰ τὸν τῆς θεολογίας ἐπώνυμον Γρηγόριον. ἀλλ' οὗτοι μὲν ταῖς οἰκείαις δοκήσεσί τε καὶ φαντασίαις περιπλανάσθωσαν· ἡμεῖς δὲ τῆς ἀληθοῦς οἰκονομίας τὸ μυστήριον μὴ φαυλίζοντες οὐ C μόνον νοεράν τε καὶ θελητικὴν τὴν παναγίαν τοῦ σωτῆρος ψυχὴν οὖσαν πιστεύομεν, ἀλλὰ καὶ πάσαις αὐτὴν ταῖς φυσικαῖς ἀληθῶς κινουμένην δυνάμεσι, καὶ τῶν ὁμοίων ἡμῖν καὶ ἀναμαρτήτων θελητικῶς ἀντιποιουμένην παθῶν, ὅτε ὁ λόγος αὐτῇ παρεχώρει ζητεῖν καὶ θέλειν τὰ ἴδια· οὕτω καὶ τῆς φυσικῆς τροφῆς κατὰ λόγον ὠρέγετο, καὶ ἐπεθύμει, καὶ ἐλυπεῖτο, καὶ ἐταράττετο. ὅτε γὰρ ὁ σωτὴρ ἐπὶ τὸ τοῦ σταυροῦ πάθος καθ' ἑκούσιον ἤρχετο βούλησιν, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. ταῦτα δὲ ψυχῆς νοερᾶς τε καὶ θελητικῆς τυγχάνουσιν ἰδιώματα. καὶ πειθέτω ἡμᾶς ὁ περιφανὴς πατὴρ ἡμῶν Ἐπιφάνιος ἐν τῷ κατὰ Ἀρειομανιτῶν D λόγῳ ταυτὶ διεξιών· ἀπὸ σαρκός, φησί, θεότητι συνηνωμένης χωρὶς ψυχῆς καὶ νοὸς οὐ γίνεται ἀγωνία. διὸ καὶ αὐτὸς ὁ κύριος ἔλεγε· περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. εἶτα προσεύχεται παρελθεῖν τὸ ποτήριον. ὡς μὲν γὰρ ἄνθρωπος παρῃτεῖτο τὸν θάνατον. εἶχε γὰρ καὶ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, καθὰ εἰσηγόρευσεν ὁ ἀοίδιμος Κύριλλος, διὰ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν σάρκα τὸν θάνατον φυσικῶς. ὡς δὲ Θεὸς ὁ αὐτὸς προθύμως ἐπὶ τὸ πάθος ἠπείγετο. καὶ μάρτυς τούτων ἀπαραλλόγιστος ὁ ἀθλοφόρος καὶ θεοφόρος πατὴρ ἡμῶν Ἀθανάσιος· ἐν τῷ περὶ Τριάδος γὰρ καὶ σαρκώσεως λόγῳ ταυτί φησι· καὶ ὅταν λέ- E γῃ· πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν γινέσθω θέλημα, ἀλλὰ τὸ σόν· δύο θελήματα ἐνταῦθα δείκνυσι, τὸ μὲν ἀνθρώπινον, ὅπερ ἐστὶ τῆς σαρκός, τὸ δὲ θεϊκόν. καὶ τὸ μὲν ἀνθρώπινον διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς παραιτεῖται τὸ πάθος, τὸ δὲ θεϊκὸν αὐτοῦ πρόθυμον. εἷς μὲν γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς ἐν ἑκατέρᾳ φύσει λαλῶν ποτὲ μὲν ἀνθρωποπρεπῶς, ποτὲ δὲ θεοπρεπῶς ἀφίησι τὴν φωνήν. εἶχε γὰρ καθά φησιν ὁ πάνσοφος Κύριλλος, ἐν ἀμφοτέροις τὴν ἐξουσίαν. ὅτε οὖν λέγει· μὴ τὸ ἐμὸν γινέ-

ANNO CHRISTI 680.

ἡμέτερον θέλημα, τουτέστι τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως A φησί· κἀγὼ γὰρ νῦν ὡς ἄνθρωπος φθέγγομαι. ὅτε δὲ λέγει, τὸ σὸν, τὸ κοινόν φησιν ἐμοῦ τε τοῦ λόγου καὶ σοῦ. πατρὸς γὰρ καὶ υἱοῦ, καθὸ λόγος ἐστὶν, ἓν τὸ θέλημα διὰ τὸ τῆς οὐσίας μοναδικὸν κατὰ τὸν ἅγιον Νυσσαέα Γρηγόριον ἐν τῷ κατὰ Ἀπολλιναρίου λόγῳ φήσαντα οὕτως· φθέγγεται μὲν ὡς ἐκ τοῦ ἀνθρώπου τὸ τῆς ἀσθενείας τῆς φύσεως πρόσφορον ὁ τὰ ἡμέτερα πάθη οἰκειωσάμενος, ἐπάγει δὲ τὴν ἑτέραν φωνὴν, τὸ ὑψηλόν τε καὶ θεοπρεπὲς βούλημα κυρωθῆναι παρὰ τὸ ἀνθρώπινον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας θέλων. ὁ γὰρ εἰπὼν, μὴ τὸ ἐμὸν, τὸ ἀνθρώπινον τῷ λόγῳ ἐσήμανε. προσθεὶς δὲ, τὸ σὸν, ἔδειξε τὸ συναφὲς B τῆς ἑαυτοῦ πρὸς τὸν πατέρα θεότητος, ἧς οὐδεμία θελήματός ἐστι διαφορὰ διὰ τὴν κοινωνίαν τῆς φύσεως. εἰ οὖν ἕπεται, καθάπερ φασὶν οἱ πατέρες, τῇ φύσει τὸ θέλημα, δύο δὲ φύσεις ἐν τῷ Χριστῷ, δύο πάντως αὐταῖς καὶ φυσικὰ θελήματα δώσομεν. ὁ αὐτὸς γὰρ, ὡς εἰρήκαμεν, * καθ' ἑτέραν θέλων μορφὴν, ἤθελε μὲν ὡς Θεὸς, ἤθελε δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος, τῇ τῶν φύσεων ἑτερότητι καὶ δύο θελήσεων ἤτοι θελημάτων συνεκφαίνων διαφοράν. καὶ οὐκ ἐναντία θελήματα, καὶ ἀλλήλοις ἀντεξαγόμενα παρεισάγομεν. τὸ γὰρ τοῦ σωτῆρος ἀνθρώπινον θέλημα οὐκ ἦν ὑπεναντίον τῷ θείῳ θελήματι, ἀλλ' εἵπετο κατὰ πάντα τῷ τοῦ προσλαβόντος, C καὶ θεώσαντος λόγου θελήματι τὸ θεωθὲν τοῦ προσλήμματος ἀνθρώπινον θέλημα, καθά φησιν ὁ θεολόγος Γρηγόριος· τὸ γὰρ ἐκείνου θέλειν, τοῦ κατὰ τὸν σωτῆρα νοουμένου δηλονότι ἀνθρώπου, οὐδὲ ὑπεναντίον Θεῷ θεωθὲν ὅλον. ὁ μὲν οὖν περὶ θελημάτων λόγος ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτος. φέρε δὲ καὶ τὸν περὶ ἐνεργειῶν ἐν συντόμῳ διαληψώμεθα λόγον, καὶ τοῖς ὁμοίοις κεχρημένοι πάλιν ἐπιχειρήμασι δύο τὰς ἐνεργείας ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν φυσικῶς ἀποδείξωμεν. οἱ γὰρ μίαν μόνην ἐπὶ Χριστοῦ δοξάζοντες τὴν ἐνέργειαν, ἢ διαιροῦσι τὰς φύσεις, ἢ ἀναφύρουσι καὶ συγχέουσι. D Νεστόριος μὲν γὰρ ὁ ἀνθρωπολάτρης, καὶ οἱ τὴν ἐκείνου παραφροσύνην νοσήσαντες δύο λέγοντες φύσεις συνδιατέμνουσι ταύταις καὶ πρόσωπα, καὶ ἰσαρίθμους αὐταῖς ὑποστάσεις συμπαρεισάγουσι, μίαν δὲ αὐτῶν σχετικὴν ἀποφαίνουσι τὴν ἐνέργειαν. ἡ δὲ σχέσις δύο πάντως, ἢ καὶ πλειόνων ἀνὰ μέρος τε καὶ ἀνακεχωρισμένως ὑφεστηκότων ἐστὶ συνάφεια. οἱ τοίνυν, ὡς λέλεκται, εἰς δύο Χριστοὺς τὸν ἕνα Χριστὸν διατέμνοντες, μίαν σχετικὴν, ὡς εἴπομεν, δογματίζουσι τὴν ἐνέργειαν. Ἀπολλινάριος δὲ, καὶ Θεμίστιος, καὶ Εὐτυχὴς καὶ Σευῆρος οἱ τῆς συμμορίας αὐτῶν τὴν μωρίαν ἀπομαξάμενοι τὰς ἐν Χριστῷ δύο φύσεις συγχέοντές τε καὶ συναλεί- E φοντες, μίαν αὐτοῦ πεφυρμένην τε καὶ φασματώδη φύσιν πρεσβεύουσι, μίαν δὲ αὐτοῦ τερατουργοῦσιν ἐνέργειαν. καὶ ταῦτα μὲν οὕτω· ἡμεῖς δὲ τῶν καθ' ἑκάτερα βέθρων διαιρέσεώς τε καὶ συναιρέσεως τὸν κίνδυνον ἀποκλίνοντες, καὶ οἷον βασιλικὴν διανύοντες τρίβον δύο Χριστοῦ τὰς φύσεις, καὶ τὰς τούτων ἰσαρίθμους φυσικὰς ἐνεργείας ὁμολογοῦμεν εἰς μίαν ἀμερίστως συντρεχούσας * ὑπόστασιν, καὶ τὰ ἑκάτερα ἐν τῷ κοινῷ συνεισαγούσας ἰδιώματα. οὐχ ὡς ἑτέρου παρὰ τὰς φύσεις τοῦ προσώπου τυγχάνοντος, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ λόγου ὑποστάσει τῆς ἀνθρωπίνης ὁ-

* καθ' ἑκατέραν L.

* L. [illegible] ἑκατέρᾳ



ACTIO XVIII.

Athanaſius: in ſermone quippe de Trinitate & incarnatione ita ait. Et cum dicit *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte: Veruntamen non mea fiat voluntas, ſed tua*, duas voluntates in his oſtendit, unam quidem humanam, quæ eſt carnis, alteram vero divinam. Et humana quidem propter infirmitatem carnis recuſat paſſionem, divina autem ejus prompta. Unus enim cum ſit idem ipſe in utraque natura, loquitur interdum quidem congruenter humanitati, interdum vero divinitati congruentem exprimit vocem. Habuit enim (juxta quod ait opinatiſſimus Cyrillus) in utriuſque poteſtatem: Dum ergo dicit: *Non mea voluntas fiat: non mea*, hoc eſt, humanæ naturæ, dixit: Et ego enim nunc ſicut homo loquor. Dum vero dicit, *Tua*, illam quæ communis eſt, inquit, mihi Verbo & tibi Patri. Patris enim & Filii, ſecundum quod Verbum eſt, una eſt voluntas, propter unitatem eſſentiæ, ſecundum ſanctum Nyſſenum Gregorium in ſermone adverſus Apollinarium ſic inquientem: Loquitur enim tanquam ex homine, quod infirmitati naturæ competit, ille qui noſtras paſſiones proprias fecit. Adjungit deinde ſecundam vocem excelſam & Deo dignam voluntatem ratam magis fieri, quam hominis, pro hominum ſalute volens. Qui enim dixit, *Non mea*, humanam hoc ſermone ſignificavit: adjungens, autem, *Tua*, oſtendit conjunctionem ſuæ ad Patrem deitatis, cujus nulla eſt voluntatis differentia propter communitatem naturæ. Si ergo ſequitur (ſecundum quod patres inquiunt) naturam voluntas, duæ vero ſunt naturæ in Chriſto, duas per omnia illis & naturales voluntates dabimus. Idem ipſe enim, ſicut etiam aſſeruimus, ſecundum utramque formam volens, voluit quidem ut Deus, voluit vero & ut homo, ſecundum naturarum diverſitatem, etiam duarum voluntatum demonſtrans differentiam. Et neque contrarias voluntates, aut ad invicem oppoſitas, introducimus. Salvatoris enim humana voluntas non erat contraria divinæ ejus voluntati, ſed ſequebatur in omnibus aſſumentis & deificantis verbi voluntatem, quæ deificata eſt, aſſumptæ humanitatis humana voluntas juxta quod ait deiloquus Gregorius: Illius enim velle (qui ſecundum ſalvatorem proculdubio intelligitur hominis) nec contrarium eſt Deo, deificatum totum. Et de voluntatibus quidem in brevi talis eſt ratio. * Affert vero (ut etiam de operationibus rationem breviter comprehendamus, ſimilibus uſi denuo probationibus,) duas operationes in Chriſto Deo noſtro naturales demonſtrantes. Qui enim unam ſolummodo in Chriſto operationem annunciant, vel dividunt naturas, aut permiſcent & confundunt. Neſtorius namque hominicola, & quiqui illius dementia * deprimuntur, duas dicentes naturas, ſimul dividunt cum eis & perſonas, pari numero cum eis & ſubſiſtentias introducunt, unam autem earum affectivam decernunt operationem. Affectus namque duarum per omnia, aut etiam plurium rerum diſpertitarum, atque ſeparatim ſubſiſtentium eſt connexio. Qui ergo, ut dictum eſt, in duos Chriſtos unum Chriſtum concidunt, unam affe-

* Aggreditur [illegible] de operationibus

* laborant.

affectivam, ut diximus, dogmatizant operationem. Apollinarius vero, Themistius, & Eutyches, & Severus, & quiqui partis eorum ſtultitia inſigniti ſunt, quas naturas quæ in Chriſto ſunt, confundentes atque conglutinantes, unam quidem ejus confuſam & phantaſticam naturam prædicant, unamque ejus portentant operationem. Atque hæc illi. Nos autem altrinſecus poſitam voraginem, diviſioniſque & confuſionis declinantes periculum, & tanquam iter regale pergentes, duas Chriſti naturas, & harum pari numero naturales operationes confitemur, in unam individuam concurrentes ſubſiſtentiam, * & quæ ſunt alterutra, in commune proprietatis conferentem. * Nec enim perſona aliquid eſt, quam ipſæ naturæ, ſed in Verbi ſubſiſtentia totius humanitatis formata natura, quæ ſua ſunt, indiminute operatur cum eo, cui unita eſt ſubſiſtentialiter, Verbo, abſque ſolo peccato, ſicut & Verbum perfecte operatur quæ ejus ſunt propria, cum humana natura quam aſſumpſit. Ita ergo pie nobis credentibus, ſervabitur illud ſecundum beatum Leonem: Operatur enim utraque natura cum alterius communione, quod proprium habuit, Verbo operante quod Verbi eſt, & carne exequente quæ carnis ſunt. Quæ enim habuit ſicut conſubſtantialis Patri, hæc operabatur divinitus, per formam tamen humanam: quæ autem aſſumpſit ex nobis, ut conſubſtantialis nobis hæc operabatur humane, ſed non ut purus homo, ſed ut humanatus Deus. Ait namque in Theſauris ſacratiſſimus Cyrillus: Eſt agnoſcere in hoc ipſo utraque in eo. Deus enim verus in carne, & caro vera in Deo. Ex quibus enim oportuit cognoſcere eum dominum, hæc divinitus operatur: & ex quibus neceſſarium virum eum videre, hæc facit & dicit, diſpenſans myſterio veritatem. Nam ambulare corporalibus pedibus, & cum labore iter facere, & per linguam loqui, humanæ naturæ opus exſtiterat: membra vero paralytici verbo ſanare, & muti ad articulate loquendum linguam aptare, & laborantibus atque oneratis multitudine peccatorum & ægritudinum remiſſionem concedere, opera ſunt divinæ virtutis: ſed non alterum abſque altero factum eſt. Et ad medium producendus eſt ſanctiſſimus Leo in epiſtola ad Leonem imperatorem hæc aſſerens: In tantam unitatem ab ipſo conceptu virginis deitate & humanitate conſerta, ut nec ſine homine divina, nec ſine Deo agerentur humana. En manifeſte hic pater aſſeruit, quia in perſonæ unitate communiter & non disjuncte neque confuſe utraque natura operata eſt quod naturale ejus erat & proprium, ut Deus eſſe credatur, & diſpenſationem credibilem faciat. Unus ergo exiſtens dominus noſter Jeſus Chriſtus, perfectus in deitate, & perfectus idem ipſe in humanitate, operatur ut Deus: operatur vero ut homo, dualitate naturarum etiam duas naturales operationes explens. Quæ enim alterius generis, alteriuſque naturæ ſunt, ſecundum ſapientiſſimum Cyrillum, eandem operationem habere nullus ſapiens dabit: ſed ſicut

* ut utiuſque proprietates in commune conferentem
* G. N. in quod perſona aliud ſit,

λης διαπλασθείσης φύσεως, καὶ τὸ ἑαυτῆς ἀνελλιπῶς ἐνεργούσης μεθ' οὗ ἥνωται καθ' ὑπόστασιν λόγου δίχα μόνης ἁμαρτίας, ὥσπερ καὶ τοῦ λόγου τελείως ἐνεργοῦντος τὰ ἴδια μεθ' ἧς ἀνθρωπίνης ἀνέλαβε φύσεως. οὕτω τε ἡμῖν εὐσεβῶς πιστεύουσι φυλαχθήσεται τὸ κατὰ τὸν μακάριον Λέοντα· ἐνεργεῖν ἑκατέραν μορφὴν μετὰ τῆς θατέρου κοινωνίας ὅπερ ἴδιον ἔσχηκε· τοῦ μὲν λόγου κατεργαζομένου τοῦτο ὅπερ ἐστὶ τοῦ λόγου, τοῦ δὲ σώματος ἐκτελοῦντος, ἅπερ ἐστὶ τοῦ σώματος. ἃ μὲν γὰρ εἶχεν ὡς ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, ταῦτα κατειργάζετο θεϊκῶς, διὰ δὲ τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς. ἃ δὲ προσείληφεν ἐξ ἡμῶν ὡς ὁμοούσιος ἡμῖν τὰ αὐτὰ εἰργάζετο ἀνθρωπίνως, ἀλλ' οὐχ ὡς ψιλὸς ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς ἐνανθρωπήσας Θεός. καὶ γάρ φησιν ἐν τοῖς θησαυροῖς ὁ πανεύφημος Κύριλλος. ἔστιν ἰδεῖν κατὰ ταυτὸν ἀμφότερα ἐν αὐτῷ· Θεὸς γὰρ ἦν ἀληθινὸς ἐν σαρκὶ, καὶ σὰρξ ἀληθὴς ἐν Θεῷ. δι' ὧν οὖν ἔδει γνωρίζεσθαι Θεὸν, ταῦτα θεϊκῶς ἐνεργεῖ· καὶ ἀφ' ὧν ἦν ἀναγκαῖον ἄνθρωπον ὄντως ὁρᾶσθαι, ταῦτα ποιεῖ καὶ λέγει οἰκονομῶν τῷ μυστηρίῳ τὴν ἀλήθειαν. τὸ μὲν γὰρ σωματικοῖς βαδίζειν ποσὶ καὶ πρὸς τόπον ὁδοιπορεῖν, καὶ διὰ γλώσσης λαλεῖν ἀνθρωπίνης φύσεως ἔργον ἐτύγχανε. τὸ δὲ τοῦ παραλυτικοῦ λόγῳ θεραπεῦσαι τὰ μέλη, καὶ τοῦ κωφοῦ πρὸς τὸ φθέγγεσθαι διαρθρῶσαι τὴν γλῶτταν, καὶ τοῖς κοπιῶσί τε καὶ πεφορτισμένοις ἀπό τε πλήθους ἁμαρτημάτων καὶ νοσημάτων παρέχειν ἄφεσιν καὶ ἀνάστασιν, ἔργα θεϊκῆς ὑπῆρχε δυνάμεως, ἀλλ' οὐδέτερον ἄνευ θατέρου γέγονε. καὶ προσφερέσθω πάλιν εἰς μέσον ὁ ἁγιώτατος Λέων ἐν τῇ πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα ἐπιστολῇ ταῦτα δὴ γεγραφώς· εἰς τοσαύτην ἑνότητα κατ' αὐτὴν τῆς παρθένου τὴν σύλληψιν τῆς θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος συμπλακείσης, ὥστε μήτε δίχα τοῦ εἶναι αὐτὸν ἄνθρωπον τὰ θεῖα, μήτε δίχα τοῦ εἶναι Θεὸν τὰ ἀνθρώπινα πράττεσθαι. ἰδοὺ σαφῶς δημηγόρευσεν ὁ πατὴρ, ἐν τῇ τοῦ προσώπου ἑνότητι κοινωνικῶς τε καὶ οὐκ ἀπεσχοινισμένως, οὐδὲ συγκεχυμένως ἑκατέραν φύσιν ἐνεργεῖν τὸ προσφυές τε καὶ ἴδιον· ἵνα καὶ Θεὸς εἶναι πιστεύηται, καὶ τὴν οἰκονομίαν πιστώσηται. εἷς οὖν ὑπάρχων ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς τέλειος ἐν θεότητι, καὶ τέλειος ὁ αὐτὸς ἐν ἀνθρωπότητι, ἐνεργεῖ μὲν ὡς Θεὸς, ἐνεργεῖ δὲ καὶ ὡς ἄνθρωπος, τῇ δυάδι τῶν φύσεων καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἀποπληρῶν. τὰ γὰρ ἑτερογενῆ τε καὶ ἑτεροφυῆ κατὰ τὸν πάνσοφον Κύριλλον τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχειν οὐκ ἄν τις δοίη σωφρονῶν· ἀλλ' ὥσπερ ἀπεσχοινισμένον ἔχουσι τῆς οὐσίας ἤτοι τῆς ποιότητος τὸν λόγον, οὕτω καὶ διάφορον ἀποδώσουσι τὴν ἐνέργειαν· ὡς καὶ ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ κατ' Εὐνομίου συλλογίζεται λόγῳ, ὅτι τῶν ἑτερογενῶν οὐκ ἔστιν ἡ ἐνέργεια μία. δύο τοίνυν φυσικὰς θελήσεις ἤτοι θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας Τριάδος κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ὀρθοδόξως πρεσβεύομεν, καὶ οὕτω πᾶσι τοῖς φιλοχρίστοις φρονεῖν διὰ τοῦδε ἡμῶν τοῦ εὐσεβοῦς ἠδίκτου διαγορεύομεν. δεχόμεθα δὲ καὶ σεβαζόμεθα τὰς ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς πέντε συνόδους, τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ πατέρων κατὰ τῆς Ἀρειανικῆς συνδραμόντων μανίας· οἳ καὶ τὸ θεῖον τῆς πίστεως συνεργίᾳ τῆς

τρια-

ξιαδικῆς καὶ ὁμοτίμου Θεότητος ὠρθοδόξησαν σύμβολον· καὶ τὴν ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ ἡμῶν βασιλίδι πόλει τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα κατὰ τῆς Μακεδονιανῆς Πνευματομάχου γνώμης ἅμα καὶ γλώττης, καὶ Μάγνου τοῦ Ἀπολλιναριστοῦ συναθροισμένων πατέρων· οἳ καὶ συμπνοίᾳ τοῦ παναγίου πνεύματος τὸ λεχθὲν μέγα καὶ σεβάσμιον ἑρμηνεύσαντες σύμβολον, τὰ περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅτι Θεὸς, βεβαιώσαντες δι' ὧν ἀνέπτυξαν ἐκτυπώτερον, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ συναχθεῖσαν τὸ πρότερον, ἧς ἔξαρχοι, Κελεστῖνος καὶ Κύριλλος, οἳ σὺν τῷ δεσπότῃ Χριστῷ καὶ ἀδιαιρέτῳ Θεῷ ἡμῶν τὸν διαιρέτην Νεστόριον σὺν τῇ αὐτοῦ βεβήλῳ καὶ κακοδόξῳ δόξῃ κατέκριναν. πρὸς τούτοις ἔτι περιπτυσσόμεθα τὴν τῶν ὅλων σφραγίδα καὶ κύρωσιν, τὴν ἁγίαν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον τῶν ἑξακοσίων ἑξήκοντα καὶ ἀριθμῷ καὶ πλήθει τετιμημένων πατέρων. ὧν τῆς εὐσεβείας τῇ μάστιγι Διόσκορος καὶ Εὐτυχὴς συνεπλήγησαν, καὶ τῇ τῆς δυσσεβείας κάρᾳ τὴν ἱερωσύνην συναπετμήθησαν. δεχόμεθα δὲ καὶ τὴν ἐν χρόνοις Ἰουστινιανοῦ τοῦ τῆς θείας λήξεως ἐν τῇ λεχθείσῃ θεοφυλάκτῳ ἡμῶν καὶ πανευδαίμονι πόλει χειροτονηθεῖσαν σύνοδον κατ' Ὠριγένους, καὶ Διδύμου, καὶ Εὐαγρίου τῶν θεομάχων . . . . .

. . . . . . . . . .

. . . . . . . . . .

. . . . . . . . . .

. . . . . . . . . .

ἀναξοτῇ δὲ τῶν δεκαδύο κεφαλαίων τοῦ πανευφήμου Κυρίλλου Θεοδωρήτῳ πεποιημένων, καὶ ἀναιρέσει τῆς λεγομένης Ἴβα γεγράφθαι πρὸς Μάρην τὸν Πέρσην ἐπιστολῆς. ταύτας δὴ τὰς οἰκουμενικὰς καὶ θεολέκτους συνόδους, οἷόν τινα κλῆρον οὐράνιον τοῖς τῆς ψυχῆς ταμείοις ἐναποθέμενοι, καθάπερ νοητοὺς μαργαρίτας τὰ παρ' αὐτῶν θησαυρίζομεν δόγματα. καὶ ὥσπερ ἀπεβάλλοντο καὶ ἀνεθεμάτισαν, ἀναθεματίσαμεν καὶ ἀπεβαλλόμεθα· καὶ οὓς εἰσεδέξαντο δεχόμεθα, καὶ πατέρας ἡμῶν ἐγγραφόμεθα. ἀναθεματίζομεν δὲ πᾶσαν αἵρεσιν ἀπὸ Σίμωνος ἄχρι καὶ νῦν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ παρεισδύσασαν, καὶ τὴν τῶν πιστευόντων εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν περισχίσασαν. πρὸς τούτοις δὲ πᾶσιν ἀναθεματίζομεν καὶ ἀποβαλλόμεθα τοὺς τῶν κενῶν καὶ νέων δογμάτων αἱρεσιάρχας καὶ ἀντιλήπτορας· φαμὲν δὴ Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν γεγενημένον ἐπίσκοπον. Σέργιον τὸν τῆς θεοφυλάκτου ἡμῶν ταύτης καὶ βασιλίδος πόλεως γενόμενον πρόεδρον, τὸν τούτου ὁμόφρονα καὶ ὁμόδοξον τὴν ἀσέβειαν· ἔτι δὲ καὶ Ὀνώριον τὸν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πάπαν γενόμενον, τὸν κατὰ πάντα τούτοις συναιρέτην καὶ συνδρομον καὶ βεβαιωτὴν τῆς αἱρέσεως· καὶ Κῦρον τὸν τῆς Ἀλεξανδρείων ἐπισκοπήσαντα. ὁμοίως Πύρρον, Παῦλον, Πέτρον, τοὺς τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προεδρεύσαντας. καὶ πρὸς τούτοις Μακάριον τὸν τῆς Ἀντιοχέων γενόμενον ἐπίσκοπον, Στέφανόν τε τὸν αὐτοῦ μαθητὴν, καὶ τὸν ἄφρονα Πολυχρόνιον· καὶ πάντας τοὺς φρονοῦντας ἢ μέλλοντας φρονεῖν ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐπὶ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας ἐνέργειαν. τούτων ὅπως ἁπάντων ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου διατυπωθέντων, . .

. . . . . . . . . .

A diſſociatam habent naturarum ſive qualitatum rationem, ita & differentem reddunt operationem, ſicut & magnus Baſilius collegit in libro adverſus Eunomium, quoniam diverſarum naturarum non una eſt operatio.. Duas igitur naturales voluntates, & duas naturales operationes in diſpenſatione incarnationis unius ſanctæ Trinitatis domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, recte ſentientes prædicamus, & ita omnibus amatoribus Chriſti ſapere per præſens noſtrum edictum pium annunciamus: ſuſcipimuſque & amplectimur ſanctas & univerſales quinque ſynodos, quæ in Nicæa CCCXVIII. patrum, qui adverſus Arianam B conſederunt inſaniam: qui, cooperante trina & conglorificanda deitate, ſacrum fidei ſymbolum terminaverunt: & quæ in hac a Deo conſervanda regia civitate, in qua CL. qui adverſum Macedoniam rebellem Spiritui intelligentiam ſimul & linguam, & Magnum nomine Appollinariſtam, congregati ſunt patres: qui inſpiratione ſancti Spiritus prædictum venerabile interpretati ſunt ſymbolum, de Spiritu ſancto quod Deus eſt, confirmantes per ea quæ manifeſtius retexerunt. Et quæ prius in Epheſo congregata eſt, cujus auctores fuerunt Cæleſtinus & Cyrillus, qui cum Chriſto domino atque inſeparabili Deo noſtro, diviſorem Ne- C ſtorium cum ſua profana & maligna ſecta condemnarunt. Cum eis quoque amplectimur harum omnium ſignaculum, firmamentumque ac confirmationem, ſanctum Chalcedonenſe concilium ſexcentorum ſuper triginta, & numero pariter multitudine honorabilium patrum: quorum pietatis flagello Dioſcorus & Eutyches cruciati ſunt, & cum impietatis vertice de ſacerdotio abſciſſi ſunt. Suſcepimus quoque & quæ in temporibus Juſtiniani divæ memoriæ, in prædicta a Deo conſervanda noſtra feliciſſima civitate * comploſa eſt ſynodus contra Dei impugnatores Origenem, Didymum & Evagrium, & obſcœna D (Theodori Mopſueſteni & Judaica ſcripta, &) ad refutationem opuſculorum Theodoriti adverſum duodecim capitula famoſiſſimi Cyrilli, cum abolitione epiſtolæ, quæ dicitur Ibæ, ad Marim Perſam ſcriptæ. Hæc itaque univerſalia, & a Deo condita concilia, ſicut quamdam hæreditatem cœleſtem in cordis conclavi reponentes tanquam intellectuales margaritas ab eis theſaurizamus dogmata: & quos anathematizaverunt, atque refutarunt, anathematizamus atque refutamus: quoſque ſuſceperunt, ſuſcepimus, patreſque noſtros ſcribimus. Anathematizamus autem omnem hæreſim, quæ a Simone uſque nunc in E Dei eccleſiam introducta eſt ad diſcindendam pacem atque unanimitatem credentium. Super hæc omnia anathematizamus, atque refutamus & eos, qui ſupervacuorum & novorum dogmatum hæretici auctores atque fautores ſunt. Dicimus autem Theodorum, qui fuit Pharanitanus epiſcopus, & Sergium, qui fuit hujus a Deo conſervandæ noſtræ regiæ urbis antiſtes, huic conſentaneum & moribus, atque impietate parilem: ad hæc & Honorium, qui fuit antiquæ Romæ papa, horum hæreſeos in omnibus fautorem, concurſorem, atque confirma-

* congr.

ACTIO XVIII.

ANNO CHRISTI 680.

matorem : & Cyrum , qui fuit Alexandrinorum epiſcopus , ſimiliter Pyrrhum , Petrum , & Paulum , hujus regiæ noſtræ civitatis præſules , & una cum eis Macarium , qui fuit Antiochenorum epiſcopus , & Stephanum ejus diſcipulum , atque Polychronium dementem , & omnes qui ſapuerunt & ſapiunt , vel futuri ſunt ſapere unam voluntatem & unam operationem in diſpenſatione ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti . His omnibus ita a ſancto hoc & univerſali ſexto concilio conſtitutis , ( & per ſubſcriptionem noſtræ fortitudinis confirmatis , ) ſancimus , ut nullus quoque omnino aliud quidquam de fide ſatagat , vel novi dogmatis adinventionem machinetur , aut penitus de una voluntate & una operatione docendi B indicium vel ſermonem commoveat . Omnes enim ſancti & probabiles patres * naturarum voluntates annunciant : & ſicut duas naturas in Chriſto credimus , ita & duas naturales voluntates , & duas operationes prædicamus . Hæ ſunt veræ in Deum confeſſionis dogmata , hæ ſunt evangelicarum atque apoſtolicarum vocum prædicationes , hæc ſunt ſanctorum conciliorum & probabilium paternarum linguarum didagmata : hæc Petrus , qui & petra fidei & princeps apoſtolorum , intemerata ſervavit . In hac fide & vivimus , & regnamus , & corregnanti nobis Deo corregnare denuo ſperamus . Hanc comitem , hinc recedentes , habere depo- C ſcimus , & eum hac ante Chriſti tribunal aſſiſtere . Ad hanc confeſſionem omnes hortamur , & deſervire Deo nobiſcum invitamus , ac ſuper montem excelſum imperii ſtantes , prædicamus , atque eccleſiaſticæ pacis feſtum toti populo ſolemnem annunciamus . Nam illa quondam Chriſto dilectorum diſſenſio nunc in concordiam verſa eſt : hæreticorum * contra ſunt ſcandala , propriamque dignitatem hæc fides adepta eſt , ipſo Chriſto ſuis eccleſiis * medente . Ipſe eſt igitur pax noſtra , qui ſolvit medium maceriæ parietem : & quæ per tempora diſſidebant , in unanimitatem conciliavit . *Unus dominus* , *una fides* , *unum baptiſma* , una D in Deo nunc eſt eccleſia . Si quis igitur Chriſti amator eſt , & metuit dominum , optatamque ſalutem deſiderat , hanc fidem orthodoxam teneat . Nec enim eſt per aliam fidem ſalvari . Si quis vero hominum perſonis gratiam exhibet , caritatis autem in Deum æmulatorem ſe non demonſtrat , præſentemque noſtram piam conſtitutionem non recipit , ſiquidem epiſcopus eſt vel clericus , aut monachico circumdatus eſt habitu , * deportationis pœnam exolvet . Si vero in ordine dignitatum inſertus eſt , ſupplicio proſcriptionis mulctabitur , eique cingulum adimetur . Si autem idioticæ ſortis eſt , ex hac regia , omnique penitus noſtra civitate extorris addicetur : & ſuper hæc omnia , etiam terribilis atque * inexpiabilis judicii non effugiet cruciatum.

* naturis voluntates & operationes docens conſequentes eſſe . & ſicut

* contra

Ephes. 2.

* mediante

Ephes. 4

* G. deportationis

* incorrupti

A Σανοΐμους , ὥστε μηδένα τῶν πάντων ἐπιόντι περὶ τὴν πίστιν ἐργάζεσθαι , ἢ καινότερον δόγματος ἐφεύρημα μηχανήσασθαι , ἢ ὅλως περὶ ἑνὸς θελήματος , καὶ μιᾶς ἐνεργείας διδασκαλίαν ἐμφαίνειν , ἢ λόγον ἀνακινεῖν . ἅπαντες γὰρ οἱ ἱεροὶ καὶ ἔγκριτοι πατέρες ταῖς φύσεσι τὰ θελήματα καὶ τὰς ἐνεργείας διδάσκουσιν ἕπεσθαι . καὶ ὥσπερ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ πεπιστεύκαμεν , οὕτω καὶ δύο φυσικὰς θελήσεις ἤτοι θελήματα , καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας δοξάζομεν . ταῦτα τῆς ἀληθοῦς εἰς Θεὸν ὁμολογίας τὰ δόγματα · ταῦτα τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν φωνῶν τὰ κηρύγματα · ταῦτα τῶν ἁγίων συνόδων , καὶ τῶν ἐκκρίτων , καὶ πατρικῶν γλωσσῶν τὰ B διδάγματα . ταῦτα Πέτρος ἡ πέτρα τῆς πίστεως , ἡ κορυφὴ τῶν ἀποστόλων ἀνόθευτα παρεφύλαξεν . ἐν ταύτῃ τῇ πίστει καὶ ζῶμεν καὶ βασιλεύομεν , καὶ τῷ συμβασιλεύοντι Θεῷ συμβασιλεύειν αὖθις ἐλπίζομεν . ταύτῃ συνεκδημεῖν ἐντεῦθεν εὐχόμεθα , καὶ τῷ τοῦ Χριστοῦ παρίστασθαι βήματι . ἐπὶ ταύτην ἅπαντας τὴν ὁμολογίαν προτρέπομεν , καὶ συλλατρεύειν ἡμῖν τῷ Θεῷ προσκαλούμεθα . ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ τῆς βασιλείας ἑστῶτες κηρύττομεν , καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης τὴν πάνδημον ἑορτὴν εὐαγγελιζόμεθα . ἡ ποτὲ γὰρ τῶν φιλοχρίστων διχόνοια νῦν εἰς ὁμόνοιαν μετεχώρησε . τὰ τῶν αἱρετικῶν συνεξέβησαν σκάνδαλα , καὶ τὴν ἰδίαν ἀξίαν ἡ πί- C στις ἀνεκομίσατο ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις τοῦ Χριστοῦ μεσιτεύσαντος . αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν , ὁ λύσας τοῦ φραγμοῦ τὸ μεσότοιχον , καὶ τὰ τῷ χρόνῳ διεστῶτα συμβιβάσας εἰς ἕνωσιν . εἷς Κύριος , μία πίστις , ἓν βάπτισμα , καὶ μία σήμερον ἐν Θεῷ ἡ ἐκκλησία . εἴ τις οὖν φιλόχριστος καὶ φοβεῖται τὸν Κύριον , καὶ τῆς ἐλπιζομένης σωτηρίας ὀρέγεται , ταύτης ἐχέσθω τῆς ὀρθοδόξου πίστεως . οὐ γάρ ἐστι δι' ἄλλης πίστεως σώζεσθαι . εἰ δέ τις ἀνθρωπίνοις μὲν προσώποις χαρίζεται , τὴν δὲ πρὸς Θεὸν ἀγάπην ζηλωτικῶς οὐκ ἐνδείκνυται , καὶ τὴν παροῦσαν ἡμῶν εὐσεβῆ παραλογίζεται διαγόρευσιν , εἰ μὲν ἐπίσκοπός ἐστιν , ἢ κληρικός , ἢ καὶ μοναχικὸν D περιβέβληται σχῆμα , τὴν τῆς καθαιρέσεως ἀποτίσει ποινήν . εἰ δὲ ἐν ἀξιωμάτων τάξει τελεῖ , τιμωρίαν ὑφέξει τὴν δήμευσιν , καὶ τὴν τῆς ζώνης ἀφαίρεσιν . εἰ δὲ ἐν ἰδιώτου μοίρᾳ καθέστηκε , τῆς βασιλίδος , καὶ πάσης ἁπλῶς ἡμῶν πόλεως ὑπερορίαν καταχρισθήσεται · καὶ πρὸς τούτοις ἅπασι τὴν ἐκ τῆς φοβερᾶς καὶ ἀδεκάστου κρίσεως οὐκ ἐκφεύξεται κόλασιν .

E

## EXEMPLAR DIVINÆ SACRÆ

piiſſimi & Chriſtum diligentis imperatoris Conſtantini ad Leonem ſanctiſſimum & beatiſſimum papam ſenioris Romæ , miſſum per eos , qui illinc directi erant a ſuperſtite Agathone ſanctæ memoriæ . Miſſa eſt menſis Decembris decimo tertio , indictione decima .

## ἈΝΤΊΓΡΑΦΟΝ ΘΕΊΑΣ ΣΆΚΡΑΣ

τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Κωνσταντίνου γενομένης πρὸς Λέοντα τὸν ἁγιώτατον καὶ μακαριώτατον πάπαν τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης , σταλείσης διὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀποσταλέντων συνοδικαρίων παρὰ περιόντος Ἀγάθωνος τοῦ τῆς ὁσίας μνήμης . ἀπελύθη μηνὶ Δεκεμβρίῳ ιγ' . ἰνδικτιῶνος δεκάτης .

Λέον-

ANNO CHRISTI 680.

A

Λέοντι τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἀρχαίας καὶ περιδόξου πόλεως Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ.

Τῆς τῶν οὐρανῶν ἀκαταλύτου βασιλείας τε καὶ μακαριότητος ἐφιέμενοι, καὶ πρὸς τὴν πνευματικὴν υἱοθεσίαν τὸν φιλόθεον σκοπὸν ἡμῶν διαθύνοντες, ἐκεῖνα διαμελετώμεθα καὶ πράττομεν, ὅσα τοῦ σπουδαζομένου τυχεῖν ἐντίθεται. τί οὖν ὁ κύριος ἐν εὐαγγελίοις ἐπηγγείλατο; μακάριοι οἱ εἰρηνοποιοί, ὅτι αὐτοὶ υἱοὶ Θεοῦ κληθήσονται. ταύτης δὴ τῆς ἐπαγγελίας τῆς καὶ πρὸς θείαν ἡμᾶς ἀναβιβαζούσης συγγένειαν, καὶ τὴν τῆς υἱοθεσίας χαριζομένης εὐγένειαν ἐντὸς γενέσθαι βουλόμενοι, καὶ τὸν περιψάμενον ἡμᾶς Χριστὸν αὐτὸν ἐκμιμούμενοι, καὶ τὸ πᾶν ἐν ἑαυτῷ τῷ Θεῷ καταλλάξαντα, πρὸς εἰρήνην τε καὶ ὁμόνοιαν τὴν ἡμετέραν φιλόχριστον πολιτείαν ἄγειν σπουδάζομεν· ἐξαιρέτως δὲ τῆς τῶν ἁγίων τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν εὐταξίας φροντίζομεν, καὶ τὴν τῆς πίστεως ἕνωσιν διὰ παντὸς ἐμπορεύεσθαι προνοούμεθα. λίαν τοίνυν καὶ οὐ μετρίως ἐχαλεπαίνομεν, καὶ τὸ λοιπὸν οὐκ ἐφέρομεν τὴν τοσαύτην τῷ χρόνῳ διάστασιν συνακμάσασαν, ὥστε καὶ τοὺς ἀπίστους τοῖς φιλοχρίστοις ἐπιγελᾶν, καὶ εὐφροσύνην ἡγεῖσθαι τὴν τῶν χριστιανῶν εἰς ἀλλήλους ἀπέχθειαν. τὴν πρὸς ἐκείνους γὰρ ἀφέντες ἀντιπαράταξιν, κατ᾽ ἀλλήλων τὰς γλώσσας ἠκονημένῳ ξυρῷ ταῖς δυσφημίαις ἐξώπλιζον, καὶ τὴν πίστιν ταῖς διχονοίαις συγκατεδίχαζον. ταῦτα πρὸ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀρξάμενα, καὶ εἰς τοσοῦτον κακίας ἐλάσαντα, ὥστε καὶ τὸ πάθος ἀνίατον μένειν δοκεῖν, στῆσαι μὲν οὖν χαλεπόν, μὴ στῆσαι δὲ χαλεπώτερον· καὶ παρώργιζον μὲν Θεόν, παρώργιζον δὲ καὶ τὴν ἡμῶν ἡμερότητα. οὐκ ἄλλως τοίνυν τὴν συνέχουσαν νόσον τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ θεραπεῦσαι διέγνωμεν, εἰ μήπως δὴ τοὺς τοῦ Θεοῦ μὲν ἱερεῖς καὶ θεράποντας, τῶν δὲ τοιούτων θεραπευτὰς εἰς ἐπίσκεψιν προτρεψόμεθα. πολλάκις γὰρ ἡ ἐκκλησία ταῖς εἰσβολαῖς τῶν αἱρέσεων ἐπικινδύνως ἐνόσησεν, ἀλλ᾽ οὐχ ἑτέρως ἐδέξατο τῆς ὀρθοδοξίας τὴν ἴασιν, εἰ μὴ ταῖς τῶν εὐσεβῶν καὶ φιλοχρίστων βασιλέων προσκλήσεσι, ταῖς δὲ τῶν θεοφόρων ἱερέων συναινέσεσί τε καὶ συνελεύσεσι· διὸ δὴ τὴν μὲν τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Ἀγάθωνος μακαριότητα διὰ εὐσεβῶν ἡμῶν κεραιῶν στεῖλαί τινας τοὺς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπέχοντας προετρεψάμεθα. τοὺς δὲ λοιποὺς ἁγιωτάτους προέδρους διηγορεύσαμεν τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν ἕκαστον ὁσιωτάτους ἱερεῖς συγκαλέσαντα, πάντας ὁμοῦ κατὰ τὴν θεοφύλακτον ἡμῶν καὶ βασιλίδα συναγείρεσθαι πόλιν· ὥστε τοῦ μὲν σεσηπηκότος ἢ σκανδαλίζοντος μέλους τὸ ἀλυσιτελὲς ἐκτεμεῖν, ἡνίκα μὴ βούληται μάλιστα τὸ θεραπεύεσθαι δέχεσθαι· τὸ δὲ λοιπὸν ἅπαν κατορρῶσαι σῶμα Χριστοῦ τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασί τε καὶ καταπλάσμασι. συμφέρει γὰρ εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, ἵνα ἓν μέλος ἀπόληται, καὶ σώζηται τῆς ἐκκλησίας ὅλης τὸ πλήρωμα· καὶ δὴ κατὰ τὴν ἡμετέραν πρόσκλησίν τε καὶ πρόσταξιν τῶν τε τοῦ μέρους τῆς ὑμετέρας μακαριότητος, τῶν τε συνθρόνων αὐτῇ μετ᾽ αὐτὴν ἁγιωτάτων πατριαρχῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ὁσιωτάτων ἐπισκόπων τῇ ἡμετέρᾳ συνελθόντων τε καὶ συνεδρευσάντων φιλευσεβεῖ γαληνότητι

*Leoni ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo veteris & clariſſimæ urbis* Romæ , *& œcumenico papæ.*

EP. IMP. ad LEONEM PP. Ex nova verſione

COelorum æternum regnum & beatitudinem expetentes , & ad ſpiritualem adoptionem pia noſtra conſilia dirigentes , ea meditamur ac gerimus , quibus ſtudia noſtra bene evenire poſſint . Quid igitur dominus in evangeliis pollicitus eſt ? *Beati pacifici , quoniam ipſi filii Dei vocabuntur* . Ad hoc autem promiſſum , quo ad divinam cognationem extollimur , & adoptionis nobili- B tatem aſſequimur , pervenire cupientes , ipſumque Chriſtum imitantes , a quo ſumus corona redimiti , quique in ſeipſo omnia Deo reconciliavit : ad pacem & concordiam adducere ſtudemus noſtram Chriſti amantiſſimam rempublicam : præcipue vero nobis curæ eſt ſanctarum Dei eccleſiarum ordo , aſſidueque hoc proſpicimus , ut unitatem fidei conciliemus . Quamobrem valde ſuccenſebamus , nec forte amplius poteramus tantum hoc , quod diuturnitate temporis corroboratum eſt diſſidium , ut & ab infidelibus ii , qui Chriſtum diligunt , irriderentur , illiſque lætitiæ fuerint odia inter ſe Chriſtianorum : Nam illorum oppugnationem omit- C tentes , alii in alios linguas , quaſi novaculam acutam , maledictis & conviciis armabant , fidemque diſſenſionibus diſcindebant . Hæc ante ætatem noſtram cœpta , & ad tantam progreſſa malitiam , ut inſanabile illud malum eſſe videretur , comprimere difficile ac moleſtius vero , prætermittere . Irritabant Deum , noſtram quoque manſuetudinem irritabant . Non aliter igitur morbum eccleſias Dei opprimentem curare in animum induximus , quam ut Dei ſacerdotes , & cultores , taliumque curatores malorum , ad deliberationem & conſilia habenda hortaremur . Complurieſ enim eccleſia impreſſionibus hæreſeon periculoſe ægrotavit : D at non aliter orthodoxiæ accepit medicinam , quam piorum & Chriſti amantium imperatorum adhortatione , ſacerdotum vero a Deo inſtinctorum conſenſionibus ac cœtibus . Quapropter ſancti papæ Agathonis beatitudinem piis apicibus noſtris ſumus hortati , ut aliquot mitteret , qui ejus perſonam obtinerent : ceteriſque ſanctiſſimis præſulibus denunciavimus , ut ſibi quiſque ſubditos venerabiles ſacerdotes , omnes ſimul in noſtram a Deo conſervandam , & regiam urbem convenirent , ut putrefacti & ſcandalizantis membri inutilitatem exſcinderent , cum maxime nollet curam recipere , ceterumque Chriſti totum corrobora- E rent corpus , doctrina & cataplaſmatibus pietatis . Expedit enim , ut evangelice dicatur , ut unum membrum pereat , & conſervetur totius eccleſiæ plenitudo . Ut quidem , ex noſtra advocatione & juſſione , cum & ii qui a parte ſunt veſtræ beatitudinis , & qui cum ipſa poſt ipſam ſolium obtinent ſanctiſſimi patriarchæ , ceterique omnes almi epiſcopi conveniſſent & conſediſſent una cum noſtra pietatis ſtudioſa tranquillitate , de fide tractatus eſt habitus . Cumque protinus ſuggeſtionem ſancti papæ Agathonis ad poteſtatem noſtram , ii qui

vice

Nota hujus epiſtolæ vide infra ad conc. I ſub Leone II.

Matth. 5

EP. IMP. ad LEONEM PP.

ANNO CHRISTI 680.

vice ejus fungebantur, obtuliſſent, nempe Abundantius, Joannes, & Joannes ſanctiſſimi epiſcopi; Theodorus & Georgius Deo amabiliſſimi presbyteri, Joannes Deo amabilis archidiaconus, & Conſtantinus venerabilis hypodiaconus, ac Theodorus Deo amabilis presbyter eccleſiæ Ravennæ, quique cum ipſis: eam ſerenitati noſtræ porrexerunt, quam cum juſſiſſemus omnibus audientibus) recitari, ſanæ nec adulteratæ fidei characterem in ea perſpeximus. Perpenſis enim evangelicis & apoſtolicis vocibus, comparatiſque cum ipſa iis, quæ a ſanctis & univerſalibus conciliis ſtatuta ac definita ſunt: collatis præterea teſtimoniis, quæ afferebat, cum paternis libris, nihil non concinens inventum eſt, ac nihilum immutata veræ confeſſionis ratio in ea perſpecta. Ac veluti ipſum principem apoſtolici chori, primæque cathedræ antiſtitem Petrum contuiti ſumus mentium noſtrarum oculis totius diſpenſationis myſterium divinitus eloquentem, verbaque hæc per eas literas Chriſto facientem: *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*. Nam ipſum totum Chriſtum nobis ſacræ ejus literæ diſſerendo exprimebant; quas omnes libentibus animis ſincereque accepimus, & veluti Petrum ipſum ulnis animi ſuſcepimus. Solus autem cum iis, quibuſcum abreptus eſt, defecit a nobis Macarius, qui pro ſuo nomine felix non eſt, is qui Antiochenſium urbis præſul fuit, & ab jugo quidem Chriſti ſe advertando ſubduxit, a ſacerdotali vero conventu exilit; renuit enim omnino ſacratiſſimis Agathonis literis aſſentiri, veluti in ipſum coryphæum ac principem Petrum inſaniens. Non defuere monita, crebra hortatio adhibita eſt ei, omnes enim converſionis vias monſtravimus: quid non dicentes? quid non molientes atque intentantes? eorum maxime . . quæ a ſacerdotali collegio ſeparant. Dolebamus propter ipſum: quidni enim? & ob commiſerationem viſcera noſtra lacerabantur, cum ille disjungeretur a domini grege. Sed faciés meretricis facta eſt ei, ac inverecundiæ induit perſonam, unaque exhortationem & pietatem depulit; non enim intellexit ut intelligeret, & verbum ſanctum abominatus eſt. Cur autem in hac narratione longiores ſumus, cum ea in actis ſubtilius & accuratius explicentur? quæ cum ad vos miſſa ſint, omnium quæ mota & tractata ſunt, cognitionem inveſtigare. Quoniam vero ita obduruit, ac nervum ferreum cervicem intendit, faciemque ſuam fecit æream, aures aggravavit ne audiret, & cor ſtatuit pervicax ne audiret legem: lex enim de Sion exit, ab apoſtolici montis cacumine doctrina: propterea ſanctum quoque & univerſale concilium eundem inſanum Macarium cum ejus hæreſeos ſociis pontificali habitu nudavit. Omnes vero ſcriptis precibus ſerenitatem noſtram communiter precati ſunt, ut eos ad veſtram beatitudinem mitteremus. Sic igitur fecimus, eoſque ad vos miſimus, veſtro paterno judicio omnem ipſorum cauſam permittentes. Sacram autem ac venerabilem definitionem ſacrum concilium edidit, cui & ſubſcripſimus, ac piis noſtris edictis eam ſancivi-

Matth. 16.

A τὸν περὶ πίστεως διαγωνιζόμενον λόγον. αὐτίκα γοῦν τὴν πρὸς τὸ ἡμέτερον κράτος τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Ἀγάθωνος ἀναφορὰν οἱ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπέχοντες προκομίσαντες, φαμὲν δὴ, Ἀβουνδάντιος, Ἰωάννης, καὶ Ἰωάννης οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι· Θεόδωρος καὶ Γεώργιος οἱ θεοφιλέστατοι πρεσβύτεροι, καὶ Ἰωάννης ὁ θεοφιλέστατος ἀρχιδιάκονος, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ εὐλαβέστατος ὑποδιάκονος, καὶ Θεόδωρος ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος τῆς ἐκκλησίας Ῥαβέννης, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς τῇ ἡμετέρᾳ γαληνότητι ταύτην ἀνέτειναν, ἣν εἰς ἐπήκοον πάντων ἀναγνωσθῆναι κελεύσαντες τῆς ὑγιοῦς τε καὶ ἀνόθευτου πίστεως ἐν αὐτῇ τὸν χαρακτῆ-

B ρα κατοπτρισάμεθα. τάς τε γὰρ εὐαγγελικάς τε καὶ ἀποστολικὰς φωνὰς ἀνακρίναντες, τά τε παρὰ τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων συγκροτηθέντα καὶ ὁρισθέντα ταύτῃ συγκρούσαντες, καὶ ἅσπερ ἔφερε χρήσεις τοῖς πατρικοῖς παραβαλόντες συντάγμασι, καὶ μηδὲν εὑρηκότες ἀσύμφωνον, ἀπαραχάρακτον τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ἐν αὐτῇ τὸν λόγον κατενοήσαμεν· καὶ ὥσπερ αὐτὸν τὸν ἐξάρχοντα τοῦ ἀποστολικοῦ χοροῦ τὸν πρωτοκάθεδρον Πέτρον τοῖς νοητοῖς κατενοήσαμεν ὄμμασι τὸ τῆς οἰκονομίας ὅλης θεολογοῦντα μυστήριον, καὶ διὰ τῶν γραμμάτων τῷ Χριστῷ προσφθεγγόμενον· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος. αὐτὸν γὰρ ὅλον Χριστὸν ἡμῖν τὸ ἱερὸν αὐ-

C τοῦ γράμμα τῷ λόγῳ διέγραφεν. ὅπερ ἅπαντες ἀσπασίως τε καὶ εἰλικρινῶς ἐδεξάμεθα, καὶ οἷον αὐτὸν Πέτρον ταῖς τῆς ψυχῆς ἀγκάλαις ὑπεδεξάμεθα. μόνος δὲ σὺν οἷς ὑπεσύρετο Μακάριος ὁ μὴ μακάριος ἀπεστάτησεν, ὃς τῆς Ἀντιοχέων προήδρευσε· καὶ τοῦ μὲν ζυγοῦ τοῦ Χριστοῦ ἀποστατήσας ἑαυτὸν ὑπεξήγαγε, τῆς δὲ ἱερατικῆς ὁμηγύρεως ἀπεσκίρτησε· μηδὲ γὰρ ὅλως συνθέσθαι τοῖς πανιέροις Ἀγάθωνος κατένευσε γράμμασιν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ κορυφαίου Πέτρου μαινόμενος. πολλὴ μὲν οὖν ἡ παραίνεσις, πολλὴ δὲ καὶ ἡ παράκλησις αὐτῷ προσεφέρετο. πάσης γὰρ ἐπιστροφῆς ὁδὸν ὑπεδείξαμεν· τί μὲν οὐ λέγοντες; τί δὲ οὐ τεχνάζομενοι τῶν, ὅσα μάλιστα μὲν . .

D . . . τοῦ ἱερατικοῦ συλλόγου χωρίζουσι. * διετρόμεθα γὰρ αὐτῷ, πῶς γὰρ οὐχί; καὶ τοῖς οἰκτιρμοῖς τὸ σπλάγχνον ἐσπαρασσόμεθα, διασπωμένου τῆς τοῦ κυρίου ἀγέλης. ἀλλ' ὄψις πόρνης ἐγένετο αὐτῷ, καὶ τὸ τῆς ἀναισχυντίας ἐνεδύσατο πρόσωπον, καὶ σὺν τῇ παρακλήσει καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπεκρούσατο. οὐ γὰρ συνῆκε τοῦ συνιέναι· καὶ λόγον ὅσιον ἐβδελύξατο. καὶ τί μηκυνόμεθα τὴν περὶ τούτων ἐξήγησιν, περὶ ὧν διηγεῖται λεπτομερέστερον τῶν πεπραγμένων ἡ δύναμις; δι' ὧν σταλέντων ὑμῖν τῶν κινηθέντων ἁπάντων τὴν εἴδησιν ἀνιχνεύετε. ἐπεὶ δὲ οὕτως ἐσκλήρυνε, καὶ νεῦρον σιδηροῦν τὸν τράχηλον

E ἀντέτεινε, καὶ τὸ πρόσωπον ἀπεχάλκωσε, τά τε ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν ἐβάρυνε, καὶ τὴν καρδίαν ἔταξεν ἀπειθῆ τοῦ μὴ εἰσακοῦσαι τοῦ νόμου· νόμος γὰρ ἐκ Σιὼν ἐκπορεύεται, τῆς ἀποστολικῆς ἀκρωρείας τὰ δόγματα· διά τοι τοῦτο καὶ ἡ ἁγία τε καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τὸν αὐτὸν φρενοβλαβῆ Μακάριον σὺν τοῖς αὐτοῦ συναιρέταις τοῦ μὲν ἱερατικοῦ σχήματος ἀπεγύμνωσε. κοινῇ δὲ πάντες δι' ἐγγράφου δεήσεως τὴν ἡμετέραν γαλήνην ἱκέτευσαν πρὸς τὴν ὑμετέραν τούτους παραπέμψαι μακαριότητα. τοῦτο δὴ καὶ πεπράχαμεν, καὶ πρὸς ὑμᾶς ἐκείνους ἐ- στάλ-

* ἴσ. ἐλυπούμεθα γάρ τοι.

ANNO CHRISTI 680.

EP. IMP. ad LEONEM PP.

A σάλπισαμεν, τῇ ὑμετέρᾳ πατρικῇ κρίσει τὸ πᾶν περὶ αὐτῶν ἐπιτρέψαντες. θεῖον δὲ καὶ σεβάσμιον ὅρον ἡ ἁγία σύνοδος ἐξεφώνησεν, ᾧ καὶ συνυπεγράψαμεν, καὶ δι' εὐσεβῶν ἡμῶν ἠδίκτων τοῦτον ἐπεκυρώσαμεν, προτρέψαντες ἅπαντα τὸν φιλόχριστον ἡμῶν λαὸν τῇ ἐν αὐτοῖς ἐγγεγραμμένῃ πίστει συνέπεσθαι, καὶ μηδένα τὸ παράπαν ἐφευρίσκειν αἱρεσιούργημα. καὶ δόξα τῷ ποιοῦντι δεδοξασμένα Θεῷ, τῷ παρ' ἡμῖν τὴν πίστιν ἀπαρεγχείρητον διασώσαντι. πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν, ἐν ᾗ πέτρᾳ τὴν ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσε, ταῖς πύλαις ᾅδου ταῖς αἱρετικαῖς ἐνεδρείαις μὴ κατισχυθήσεσθαι προηγόρευσεν; ἐξ ἧς ὥσπερ ἐξ οὐρανίων ἀψίδων B τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ὁ λόγος ἀνέλαμψε, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν φιλοχρίστων ἐφώτισε, καὶ τὴν ὀρθοδοξίαν κατεψυγμένην ἀνεζωπύρησε. ταῦτα κατὰ σκοπὸν Θεοῦ συνεργήσαντος διηνύσαμεν, καὶ εἰς μίαν ποίμνην τὰ τοῦ Χριστοῦ πρόβατα συνηλάσαμεν, οὐκέτι μὲν ὄντα τοῖς μισθωτοῖς καὶ οὐκ οὖσι ποιμέσιν ἐξαπατώμενα, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς λύκοις ἁλώσιμα· ἑνὶ δὲ καὶ μόνῳ ποιμένι τῷ καλῷ ποιμαινόμενα, ᾧ καὶ ὑμεῖς συμποιμαίνειν ἐτύχετε, καὶ ὑπὲρ τῶν προβάτων τιθέναι τὴν ψυχὴν διετάχθητε. οὐκοῦν ἀνδρίζου, καὶ ἴσχυε, καὶ τὴν τοῦ λόγου ῥομφαίαν περίζωσαι. καὶ θείῳ ζήλῳ ταύτην παράθηξον, καὶ στῆθι ἑδραῖος τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ C πᾶσαν αἱρετικὴν ἀκοὴν καὶ εἰσήγησιν ἐκτεμεῖν προθυμήθητι, καθὰ καὶ Πέτρος, τὸ πρότερον τὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀκροάσεως αἰσθητήριον τῇ μαχαίρᾳ πατάξας ἀφείλετο, τῆς νομικῆς τε καὶ ἀνδραποδώδους συναγωγῆς προδιαγράφων τὴν κώφευσιν. ἀνάτεινον τὴν ἀξίνην τοῦ πνεύματος, καὶ πᾶν δένδρον καρπὸν ἐκφύον αἱρέσεως ἢ κατηχήσεσι μεταφύτευσον, ἢ κανονικαῖς ἐπιτιμήσεσιν ἔκκοψον, καὶ εἰς τὸ πῦρ τῆς μελλούσης γεέννης παράπεμψον. ἵνα πάντοθεν τῶν τὴν πίστιν λυμαινομένων ἐκτεμνομένων, ἐῤῥωμένον ᾖ καὶ ὁλόκληρον τῆς ἐκκλησίας τὸ σῶμα, τῇ εἰρήνῃ τοῦ πνεύματος συσφιγγόμενόν τε καὶ συναρμολογούμενον. ἧς ἀκλονήτου μενούσης κλονεῖται D μὲν τῶν δυσμενῶν ἡ στάσις τε καὶ ἀντίστασις, ἐρείδεται δὲ τῇ πέτρᾳ τῆς πίστεως ὁ θρόνος τῆς ἡμῶν γαληνότητος, ἰθύνεται δὲ πρὸς τὸ συμφέρον τοῦ ἡμετέρου κράτους τὰ βουλεύματα καὶ κινήματα, τῆς ὅλης δὲ πολιτείας Ῥωμαϊκῆς ἡ κατάστασις συγγαληνιᾷ τῇ γαλήνῃ τῆς πίστεως. προτρεπόμεθα δὲ τὴν ὑμετέραν πανίερον κορυφὴν ἀνυπερθέτως ἐκπέμψαι τὸν παρ' αὐτῆς δεχόμενον ἀποκρισιάριον, ἐφ' ᾧ τοῦτον κατὰ τὴν βασιλίδα καὶ θεοφύλακτον ἡμῶν διάγειν πόλιν, καὶ ἐν τοῖς ἀνακύπτουσιν εἴτε δογματικοῖς, εἴτε κανονικοῖς καὶ ἁπλῶς ἐκκλησιαστικοῖς ἅπασι πράγμασι τὸ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ἐξεικονίζειν πρόσωπον. ἔῤῥωσο ἐν κυρίῳ μακαριώτατε, E καὶ ὑπερεύχεσθαι τοῦ ἡμετέρου κράτους συντονώτερον διανάστηθι.

mus, adhortati omnem Chriſti amantem populum noſtrum, ut fidei ibi præſcriptæ obſequeretur, nec ullam prorſus hæreticam ſectam comminiſceretur. Gloria Deo, qui glorioſa facit, & fidem apud nos integram conſervavit. Quomodo enim id facturus non erat, in ea petra, ſuper quam ipſe eccleſiam fundavit, ac prædixit nunquam fore, ut portæ inferi, hoc eſt, hæreticæ inſidiæ, adverſus eam prævalerent? (Matth. 16.) a qua, tanquam e cœlorum convexis, veræ confeſſionis ſermo effulſit, animas diligentium Chriſtum illuſtravit, ſuſcitavitque refrigeratam orthodoxiam. Hæc pro voto Deo adjuvante confecimus, Chriſtique oves in unum gregem adduximus, quæ mercenariis paſtoribus, qui nec paſtores ſunt, amplius non decipiuntur, nec luporum præda ſunt: ſed ab uno & ſolo paſtore bono paſcuntur, quo cum & vos paſcere, ac pro ovibus animam ponere juſſi eſtis. Quamobrem viriliter age, & confortare, & verbi gladio accingere, eumque exacue zelo divino: ſta firmus propugnator pietatis, omnemque hæreticum auditum & introductionem præcidere ſtude: quemadmodum & primitus Judaici auditus ſenſum gladio percutiens Petrus abſtulit, legalis & ſervilis ſynagogæ præſignificans ſurditatem: extende ſecurim ſpiritus, & omnem arborem ferentem fructus hæreſeos, aut tranſplanta erudiendo, aut canonicis pœnis exſcinde, & igni futuræ gehennæ tranſmitte, ut, præciſis iis omnibus, quæ fidem labefactant, valens ſit atque integrum eccleſiæ corpus, pace Spiritus connexum & coagmentatum: qua ſtante & immota, conquaſſatur inimicorum factio atque impugnatio, per petram fidei confirmatur ſolium noſtræ ſerenitatis, conſilia, & conatus poteſtatis noſtræ ad id quod utile eſt diriguntur, ac totius Romanæ reipublicæ ſtatus cum tranquillitate fidei tranquillatur. Hortamur porro veſtram ſacratiſſimam ſummitatem, ut quamprimum mittat deſignatum ab ea apocriſiarium, ut is in regia & a Deo conſervanda noſtra urbe degat, & in emergentibus, ſive dogmaticis, ſive canonicis, ac prorſus in omnibus eccleſiaſticis negotiis, veſtræ ſanctitatis exprimat ac gerat perſonam. Vale in domino beatiſſime, pro poteſtate noſtra majori ſtudio orare intende.

## Η' ΥΠΟΓΡΑΦΗ' ΤΟΥ εὐσεβεστάτου βασιλέως.

Τὸ θεῖόν σε περιφυλάξῃ ἐπὶ πολλοὺς χρόνους ἁγιώτατε καὶ μακαριώτατε πάτερ.

## SUBSCRIPTIO PIISSIMI imperatoris.

Deus te in multa tempora cuſtodiat, ſanctiſſime & beatiſſime pater.

ANNO CHRISTI 680.

EP. AIT. IMP. CONSTANTINI Ex editione Severini Binii

A

# EXEMPLAR DIVINÆ JUSSIONIS

domini Conſtantini, directæ ad ſynodum apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ per eoſdem qui illinc miſſi fuerant ad ſynodum.

* In cod. Bell. In nomine domini Dei ſalvatoris noſtri Ieſu Chriſti imperator piiſſimus Flavius Conſtantinus fidelis in ipſo Chriſto imperator. ſynodis concilio pertinentibus Ex nova verſione. * G doctoribus. * G. univerſali patri auxiliantem.

* *Omnibus ubique ſanctiſſimis* * *conciliis ſpectantibus ad ſynodum apoſtolicæ ſedis.*

CLarus & ſpecioſus ſacratiſſimus veſter cœtus extitit, quem pro eccleſia congregavit Spiritus ſanctus, & pietatis armavit ſermonibus, in quibus debellati ſunt inſi- B diatores fidei, * doctoribus ſacerdotalis ordinis pontificii, verum etiam & univerſalis * patri auxiliantibus, cum quo & pacificare didiciſtis, & compugnare eruditi eſtis. *Tempus eſt enim omni rei*, ſicut Salomoni videtur. Unde bonum quidem eſt pacem habere ad omnes, qui concordiam erga pietatem habent: melius eſt autem pugnare, quando actio pacis conſenſum in malum operatur. Nam dominus inquit: *Non veni mittere pacem in terram, ſed gladium.* (Matth. 10.) Gladio enim bis acuto fidei verbum ſimulatur, dividens & diſcernens credulum & incredulum: & cognationem quidem vel conſenſum quæ ad impietatem declinant, ſeparans, Deo C autem accommodans, ſeu connectens per pacem & dilectionem erga ipſum poſitas. Nihil * enim propius ad ipſum pertingit dilectione, quæ per fidem eſt, erga ipſum. Nam nec pater, nec mater, quæ cum filiis dolores comparit, nec fratres neceſſitate naturæ alligati, ſed voluntatibus diſſoluti; nec ex lege conjunctionis craſſa & non impaſſibilis connexio, alterutrius ſolutione affectionem diſſolvens, nullum ex his divinæ naturæ participes efficit: ſed ſola circa Deum fides & dilectio, quorum complexione regene- D rati & reformati ſumus, & commendatione erga creatorem * digni ſumus. Ipſe enim dicebat ſalvator: *Qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus: & qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Et qui non accipit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus.* (Matth. 10.) Si ergo qui evangelicam ſemitam inveſtigare propoſuerunt, & apoſtolicæ dignitatis pontificatum ſortiti, omnia contemnunt, & patiuntur ad extremam (ſi contigerit propter Dei amicitiam) condemnari mortem, an non duriſſima quæque pati & agere didicerunt, cum fidem vident depopulari, per quam erga Deum amicitia acquiſita eſt: cum eccleſiam hæreticis invaſionibus oppugnatam ſpeculantur? quando veritatem pro- E jectam mendacio ſentiunt? putaſne quod offendere poſtponentes, reconciliabuntur hoſtibus evangelicum obliti mandatum? * noxios ſinent impunitos? Nullatenus, ſed ſumentes armaturam ſpiritus, his qui adverſus eos pugnare conati ſunt, reſiſtere certant. Hoc vero & veſtrum ſacerdotale collegium exhibuit, & pro pietate pugnavit, in quibus communi patri auxiliatum eſt: & hæreticorum fortiter devicit acies, ſed memoria eorum quæ dicenda fuerint, corripitur ſermo, & amplius egredi premitur. Lugubris enim tragœdia, ſequentum

Nihil enim continuius dilectione, q. — * dignus. Matth. 10. — * x quomodo ſceleſtum hoc atque impunitum erit

# ἈΝΤΙΓΡΑΦΟΣ ΘΕΙ͂Α ΣΑΚΡΑ ΤΟΥ͂

αὐτοῦ ὁσιωτάτου καὶ φιλοχρίστου βασιλέως Κωνσταντίνου γενομένη πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου Ῥώμης, καὶ σταλεῖσα διὰ τῶν αὐτῶν συνοδικαρίων.

Πάσαις ταῖς ἁπανταχοῦ ἁγίαις συνόδοις ταῖς ἀνηκούσαις τῇ συνόδῳ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου.

ΦΑιδρὸς ὑμῶν καὶ περίβλεπτος ὁ πανίερος σύλλογος, ὃν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας συνήθροισε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας λό- B γοις ἐξώπλισε· δι' ὧν τοὺς ἐνεδρεύοντας τῇ πίστει κατεμαχήσασθε, τοξιάρχῃ τῷ ἱεράρχῃ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ παρασπίζοντι, ᾧ καὶ συνειρηνεύειν ἐμάθετε, καὶ συμπολεμεῖν ἐδιδάχθητε. καιρὸς γὰρ τῷ παντὶ πράγματι τῷ Σολομῶντι δοκεῖ. καλὸν μὲν γὰρ ἦν καὶ τὸ εἰρηνεύειν πρὸς ἅπαντας, ἀλλ' ὁμονοοῦντας πρὸς τὴν εὐσέβειαν. κρεῖττον δὲ τὸ πολεμεῖν, ὅτε τὸ εἰρηνεύειν τὴν ἐπὶ τῷ κακῷ συμφωνίαν ἐργάζεται. ἀμέλει δὴ καὶ ὁ κύριος ἔφασκεν· οὐκ ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τὴν γῆν, ἀλλὰ μάχαιραν· μαχαίρᾳ δὲ ὁ λόγος τῆς πίστεως ἀμφιστόμῳ παρείκασται διαιρῶν, καὶ διακρίνων τὸν πιστὸν καὶ τὸν ἄπιστον. καὶ τὴν μὲν πρὸς ἀ- C σέβειαν διχοτομῶν συγγένειάν τε καὶ συμβασιν, τῷ Θεῷ δὲ προσοικειῶν καὶ συνάπτων διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν εἰρήνης καὶ ἀγαπήσεως. οὐδὲ γὰρ τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης διὰ πίστεως προτιμότερον, οὐ πατὴρ, οὐ μήτηρ τὰς ὠδῖνας τοῖς τέκνοις συναποτίκτουσα, οὐκ ἀδελφοὶ τῇ τῆς φύσεως ἀνάγκῃ δεσμούμενοι, καὶ τὰς γνώμας λυόμενοι· οὐ νομικῆς συζυγίας παχεῖά τε καὶ οὐκ ἀπαθεστάτη συνάφεια, καὶ τῇ θατέρου λύσει τὴν σχέσιν συνδιαλύουσα. οὐδὲ γὰρ τούτων ἡμᾶς θείας φύσεως μετόχους ἐργάζεται, μόνη δὲ πίστις ἡ πρὸς Θεὸν καὶ ἀγάπησις· ἐξ ὧν συμ- D πλοκῆς ἀνεγεννήθημέν τε καὶ ἀνεπλάσθημεν, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλάστην οἰκειώσεως ἠξιώθημεν. καὶ γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν ὁ σωτήρ· ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐκ ἔστι μου ἄξιος. εἴπερ οὖν οἱ τὴν εὐαγγελικὴν τρίβον ἰχνηλατεῖν προαιρούμενοι, καὶ τὸ τῆς ἀποστολικῆς ἱεραρχίας τὸ ἀξίωμα κληρωσάμενοι πάντα περιφρονοῦσι, καὶ πάσχουσι, καὶ τὸν ἔσχατον, εἰ τύχοι, διὰ τὴν πρὸς Θεὸν φιλίαν φιλοῦσι κατακριθῆναι θάνατον, τί οὐκ ἂν καὶ παθεῖν καὶ δρᾶσαι προθυμηθήσονται, ὅτε τὴν πίστιν πολεμουμένην κατίδοιεν, δι' ἧς ἡ πρὸς Θεὸν φιλία πορίζεται; ὅτε τὴν ἐκκλησίαν πορθουμένην αἱρετικαῖς προσβολαῖς κατο- E πτεύουσι; ὅτε τὴν ἀλήθειαν τῷ ψεύδει βαλλομένην συναισθονται; ἆρα τὸ πολεμεῖν καὶ ἐκδικεῖν ἀφέντες τοῖς πολεμίοις καταλλαγήσονται, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς ἐντολῆς ἐπιλήσονται; καὶ τοὺς ἀνάξιους λοιπὸν καὶ ἀτιμωρήτους; οὐδαμῶς· ἀλλ' οὖν ἀναλαβόντες τὴν πανοπλίαν τοῦ πνεύματος τοῖς παραταξαμένοις ἀνθοπλίζονται. τοῦτο δὴ λοιπὸν καὶ ὁ πανίερος ὑμῶν ἐπεδείξατο σύλλογος, καὶ τῆς εὐσεβείας ὑπερεμάχησε, δι' ὧν τῷ κοινῷ πατρὶ συνεμάχησε, καὶ τῆς αἱρετικῆς κατηνδραγάθησε φάλαγγος· ἀλλὰ τῇ μνήμῃ τῶν λεχθησομένων ὁ λόγος συστέλλεται, καὶ προσωτέρω βαίνειν ἀναχαιτίζε-

ANNO CHRISTI 680

τίζεται. ἐξαγγελία γὰρ προσθήκη τῶν ἐπιόντων ἡ ἔκφρασις, αἱρεσιάρχαι οἱ ἱεράρχαι γεγόνασι· καὶ ἀντὶ μὲν εἰρήνης ἔριν τῷ λαῷ προσεφώνησαν· ἀντὶ δὲ σίτου ζιζάνια ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἀρούραις ἐνέσπειραν· τὸν οἶνον ἔμιξαν ὕδατι· καὶ τὸν πλησίον ἐπότισαν ἀνατροπὴν θολεράν· ὁ λύκος ὡς ἀμνὸς, καὶ ὡς λύκος ὁ ἀμνὸς ὑπεκρίνετο· τὸ ψεῦδος ἀλήθεια, καὶ ἡ ἀλήθεια ψεῦδος παρελογίζετο. πέφυρται πάντα τῆς ἐκκλησίας τὰ πράγματα· ἐπεὶ δὲ οὕτω ταῦτα διέκειτο, καὶ τὴν εὐσέβειαν ἡ ἀσέβεια κατεβόσκετο, πρὸς τὸ μάλιστα πρέπον ἡμῖν ἀπευθυνῆσαι προήχθημεν, καὶ τῷ μόνῳ σοφῷ καὶ τῶν πάντων γνώστῃ Θεῷ τὸ τῆς διανοίας ἀνατεινόμενοι ὄμμα· κἀκεῖθεν τῶν ἀπόρων τὴν λύσιν συχναῖς προσευχαῖς ἐξητούμεθα· διὸ τῷ παρ' αὐτοῦ φωταγωγούμενοι πνεύματι· τοὺς τῆς ἐκκλησίας ὀφθαλμοὺς, τοὺς ἱερέας φαμὲν, πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας κατανόησιν συγκαλέσαι διέγνωμεν. τοσοῦτον γὰρ ὑπεραθλοῦμεν τῆς πίστεως, καὶ πρὸς τὴν εὐσέβειαν συντεινόμεθα, καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐν πρώτοις φροντίζομεν καταστάσεως, ὥστε καὶ πολεμικαῖς μερίμναις περιεχόμενοι, καὶ πολεμικοῖς βουλεύμασιν ἀνθελκόμενοι τὴν πανίερον ταύτην συναθροίζειν οὐκ ἀπεκάμομεν σύνοδον, ἵνα τῆς τῶν ἐκκλησιῶν διαστάσεως ἐκποδὼν ἐλαυνομένης ὁ τῆς εἰρήνης ἁρμοσθήσηται σύνδεσμος. τῇ γὰρ εἰρήνῃ τῆς πίστεως συνειρηνεύειν πιστεύομεν καὶ τὸ φιλόχριστον ἡμῶν Ῥωμαϊκὸν ἅπαν πολίτευμα. καὶ δὴ τὸ πάνσεμνον ὑμῶν συνελέγη συνέδριον· παρῆτε γὰρ καὶ ὑμεῖς σὺν τῷ οἰκουμενικῷ ἀρχιποίμενι συνθεολογοῦντες αὐτῷ καὶ τῷ πνεύματι καὶ τῷ γράμματι. τότε γὰρ παρὰ τῆς αὐτοῦ σταλέντα μακαριότητος, τότε παρὰ τῆς ὑμῶν ἁγιότητος ἐδεξάμεθα γράμματα. προσεκομίσθησαν, ἀνεγνώσθησαν, τὸν τῆς ἀληθείας λόγον διήρθρωσαν, καὶ τὸν τῆς ὀρθοδοξίας χαρακτῆρα διεζωγράφησαν. * πάντες γὰρ ἐμφερῆ τε καὶ ἀπαράλλακτα τοῖς τε συνοδικαῖς καὶ πατρικαῖς διδασκαλίαις ἀπεμιμήσαντο. οὐδὲ γὰρ ἠμελήσαμεν, ἀλλ' ἐπιμελῶς αὐτὰ συνεκρίναμεν. διὸ καὶ πάντες συμφώνως καὶ γνώμῃ καὶ γλώττῃ, τῇ μὲν συνεπιστεύσαμεν, τῇ δὲ συνωμολογήσαμεν· καὶ ὡς αὐτοῦ τοῦ θεσπεσίου Πέτρου φωνὴν τὴν Ἀγάθωνος δέλτον ὑπερηγάσθημεν. οὐ διεφώνησε γὰρ οὐδεὶς, εἰ μὴ εἷς. οὐδεὶς γὰρ τῶν πάντων ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας, ὁ πατὴρ τῆς ἀπειθείας, καὶ οὗτος τοῖς ἑαυτοῦ φοιτηταῖς συναπορραγεὶς ἐκ τοῦ ἀγγελοπρεποῦς καὶ πανιέρου χοροῦ. ὃν ἀπαίρως τῷ προφήτῃ συνταλανίζομεν, διότι καὶ συναλγήσαμεν· πῶς ἐξέπεσες ἐξ οὐρανοῦ τοῦ τῆς ἱερωσύνης ὑψώματος ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων, καὶ τῷ φωτὶ τῆς ἀψευδοῦς γνώσεως τὰς τῶν πιστευόντων τεταγμένος διαυγάζειν ψυχάς; ὁ ταῖς νεφέλαις τοῖς κούφοις σου δόγμασι τὸν τῆς ἀλαζονείας ἐπιτιθέναι θρόνον ἀνατετραμμένος; πῶς ἐδραπέτευσας τοσούτων ἱερέων ἀγγελομίμητον σύνταγμα, καὶ τῷ τῆς ἀπονοίας πτερῷ πρὸς βαθυτάτην ἐπαρθεὶς κατάπτωσιν; διὰ τί τῆς μυστικῆς τραπέζης ἀπηυτομόλησας, καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀποστασίαν ἐζήλωσας; πῶς οὐκ ἐδέξω παράκλησιν ἀδελφῶν βασιλικήν τε καὶ ἀποστολικὴν συγκροτησάντων πανήγυριν; πῶς ἀπελάκτισας ὁ ἠγαπημένος τοὺς ἀγαπῶντας, καὶ πρὸς μετάνοιάν σε προτρέποντας; μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφεται. διὰ τί ἀ-

EP. ALTE-
P. V IMP.
CONSTANTINI

A eſt explanatio. Hæreſeon enim inventores
facti ſunt pontifices: & pro pace conten-
tionem populo annunciaverunt, pro frumen-
to zizania ſulcis eccleſiæ ſeminaverunt: vi-
num miſcuerunt aquæ, & proximo potum
dederunt everſionem turbidam: * & tan- * lupus ut agnus & agnus ut lupus ſimulabatur, mendacium ut veritas, & ver.
quam lupus agnos ſimulabant mendacium,
& veritas ut mendacium refutabatur. Con-
turbabantur res totæ eccleſiaſticæ, cum
quod nocere queat, non erat qui diſcerne-
ret. Et quoniam hæc quidem ſic diſpone-
bantur, & pietatem impietas depaſcebat,
profecti ſumus illuc, quo nos deceba[t],
dirigere greſſum: & ſoli ſapienti, corum-
que cognitori Deo, mentis noſtræ exten-
B dimus oculum: & inde, eorum quæ in-
terpretando dubium ingerunt, ſolutionem
continuis orationibus dare nobis poſtulavi-
mus, propter quod * nutu eius illuſtrati * ſpiritu
eccleſiæ oculos, id eſt, ſacerdotes, ad
contemplandam veritatem concitari dignoſci-
mus. Tanto enim amplius pro fide certa-
mus, atque pietati attendimus, & in pri-
mis de eccleſiaſtico ſtatu procuramus,
quanto & civilibus circumdati ſolicitudini-
bus, bellicique conſiliis retracti, ſum-
mum ſacerdotalem hunc cœtum non de-
ſtitimus congregare, ut eccleſiarum * di- * diſſidia pr. expulſa
ſtantia procul expulſa, pacis conjunctione
coaptetur. In pace namque fidei pariter
C compacatam a Chriſto dilectam Romanam
rempublicam noſtram confidimus, & * nunc * atque ita cong. eſt.
congregatum venerabile veſtrum concilium:
Interfuiſtis namque & vos cum univerſali
principe paſtorum, ſimul cum ipſo divini-
tus loquentes tam in ſpiritu, quamque li-
tera. Suſcepimus enim non tantum ex
beatitudine ejus, verum etiam a ſanctitu-
dine veſtra directas nobis literas, quæ pro-
latæ, lectæ ſunt, & veritatis verum ſty-
lum declaraverunt, orthodoxamque fidem
depinxerunt. Totæ enim convenienter, &
non differenter, poſitæ ſunt ad imitatio-
nem: & tam ſynodicis, quam & pater-
nis doctrinis conſentiunt. Neque enim ne-
D gleximus, ſed diligentius eas * compara- * expendimus
vimus: idcirco & omnes conſonanter men-
te & lingua concredidimus, & ſimiliter
confeſſi ſumus: & tanquam ipſius divini
Petri vocem, Agathonis relationem ſuper-
mirati ſumus, nemo enim diſcrepavit, niſi
unus. Namque nemo ab omnibus periit, Joan. 16
niſi filius interitus, pater contumaciæ: &
hic una cum propriis diſcipulis ſponte * al- * C. abſciſſus eſt ab angelo decibili & ſacratiſſimo choro
ſumptus eſt ab angelo ſibi decibili, & ſuo
execrabili choro. Quem cum propheta, col-
lugere opportunum eſt, eo quod condo-
luimus. Qualiter cecidiſti ex cœlo de ſa-
cerdotii culmine, o lucifer, qui mane o-
riebaris? Luce certiſſimæ ſcientiæ fidelium
E animas luſtrare ordinatus es, & in nubi-
bus ponere arrogantiæ ſedem vanis dog-
matibus elatus es? Quomodo fuga lapſus
es, vitato agmine angelos imitante tanto-
rum ſacerdotum? An ſuperbiæ alis ad al-
tam ruinam elevatus, a myſtica menſa te-
metipſum alienaſti, æmulator factus Judai-
cæ diſceſſionis? Quomodo non ſuſcepiſti co-
hortationem fratrum, imperialem & apoſto-
licam celebrantium ſolemnitatem? Quomo-
do recalcitraſti, qui dilectus es diligentibus
te, & ad pœnitentiam te invitantibus?
Numquid qui cadit non reſurgit? aut ſe

EPIST. ALT. IMP. CONSTANTINI

avertens non convertitur? Quare * avertis A aversionem improbam, & detentus es in hæretico propoſito tuo; & noluiſti converti ad pietatem? confuſus es utique, in quibus male docebas convictus. O dementiam ſimul & obcæcationem! Idem enim eſſe utrumque videtur. Harum namque alia veſtigia corporis, alia autem greſſus animæ ſeducit decipiens: male docere non erubeſcebat, & bene doceri erubeſcebat, hic quidem, qui Antiochenſium factus eſt præſul Macarius, quem non oportet dicere * Macarium, & qui cum ipſo de ordine Chriſti diſceſſerunt: cujus univerſalis conventionis communi ſententia de ſacerdotali dignitate repulſi ſunt, & probationi ſanctiſſimi papæ traditi ſunt.

* aversus ex aversione improbe.

Definitionem autem adorandam & venerabilem ſanctiſſimum concilium decrevit, tam ſanctiſſimis conciliis, quam & probabilibus patribus convenientem & ſubſequentem; in qua & imperium noſtrum ſubſcripſit, & per pia edicta noſtra comprobavit eam, per quam orationibus veſtris cuncta eccleſiæ plenitudo pacificatur. Ubi ſunt, qui ſcandalum contritæ * conditionis ſabricaverunt? ubi ſunt, qui ſimulatam * reverentiam ad argumentum falſæ doctrinæ inducbantur? Detracta ſunt perſonarum velamina, convictæ ſunt decipientium falſitates, pellem lupus abjecit, & nudus lupus publicatur: & hoc manet dum apparet, quod tegebatur, cum non apparebat. Simulatio damnata eſt, veritas fiducialiter agit: falſitas exterminata eſt, & ejus qui ſeminavit zizania, dogmata abſcinduntur. Triticum, quod eſt Chriſto dilectus populus, in unum horreum mittitur, ſcilicet in eccleſiam Chriſti. Lux orthodoxæ fidei orta eſt, erroris tenebræ demerguntur. Triſtitia transfiguratur, & luctus in lætitiam, & contriſtatio in gaudium, omnia ad meliora tranſgrediuntur. Propter quod & nos eccleſiis Dei, quæ dudum pacis gratiam acceperunt, congratulantes, apoſtolica traditione alloquimur vos: *Gaudete, gaudete, & iterum dico, gaudete*: ternum enim gaudium Trinitas nobis conceſſit. Bene valete, ſacratiſſimi auxiliatores pietatis, orantes pro noſtro imperio. Et manu diva: Legimus. Data decimo Kalendas Januarias Conſtantinopoli, imperiali domo, piiſſimo perpetuo Auguſto Conſtantino imperatore, anno vigeſimonono. Et poſt conſulatum ejuſdem anno decimotertio, indictione decima.

* Gr. ... reverentiam. — Phil. 4.

περιτρέψας ἀποστροφὴν ἀναιδῆ καὶ κατεκρατήθης ἐν τῇ αἱρετικῇ προαιρέσει σου, καὶ οὐκ ἠθέλησας ἐπιστρέψαι πρὸς τὴν εὐσέβειαν; πάντως ᾐσχύνθης, ἐφ' ἧς κακῶς ἐδίδασκες, ἐλεγχόμενος. ὢ παρανοίας ὁμοῦ καὶ τυφλώσεως· ταυτὸν γὰρ εἶναι δοκοῦσιν ἑκάτερα. ἡ μὲν γὰρ τὰ ἴχνη τοῦ σώματος, ἡ δὲ τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς περιπλανῷ παρασφάλλουσα, τὸ κακῶς διδάσκειν οὐκ ἐπῃσχύνετο, καὶ τὸ καλῶς μανθάνειν ᾐσχύνετο, ταῦτα μὲν ὁ τῆς Ἀντιοχέων γενόμενος πρόεδρος Μακάριος ὁ ἀμακάριος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τῆς τοῦ Χριστοῦ ταξιαρχίας ἀποστατήσαντες· ἧς τινος οἰκουμενικῆς συνελεύσεως καὶ ψήφῳ κοινῇ τῆς ἱερατικῆς ἀξίας ἐξώσθησαν, καὶ τῇ τοῦ παναγίου πάπα δοκιμῇ παρεπέμφθησαν.

Ὅρον δὲ σεπτὸν καὶ σεβάσμιον ἡ ἁγία σύνοδος ἐθεμάτισε, ταῖς τε ἁγίαις συνόδοις καὶ ἐγκρίτοις πατράσι συμβαίνοντά τε καὶ συνεπόμενον· ᾧ καὶ τὸ ἡμέτερον κράτος συνυπέγραψε, καὶ δι' εὐσεβῶν ἡμῶν ἠδίκτων τοῦτον ἐκύρωσε. δι' οὗ ταῖς εὐχαῖς ὑμῶν τὸ τῆς ἐκκλησίας πᾶν εἰρήνευσε πλήρωμα. ποῦ ποτε ἄρα εἰσὶν οἱ τὸ σκάνδαλον τῆς συντετριμμένης αἱρέσεως τεκτονεύσαντες; ποῦ ποτέ εἰσιν οἱ τὴν πεπλασμένην εὐλάβειαν ψευδοδιδασκαλίας ὑπόθεσιν ἐνδυόμενοι; ἀφῃρέθη τῶν προσωπείων τὰ περιθέματα· διηλέγχθη τῶν φενακιζόντων τὸ πλαστούργημα. τὴν δορὰν ὁ λύκος ἀπημφιάσατο, καὶ λύκος γυμνὸς ἐκπομπεύεται· καὶ τοῦτο μένει φαινόμενον, ὅπερ ἐκρύπτετο μὴ φαινόμενον· ἡ ὑπόκρισις κατακέκριται· ἡ ἀλήθεια πολιτεύεται· τὸ ψεῦδος ἐξώρισται· ὁ σπορεὺς τῶν ζιζανίων δογμάτων ἐκκέκοπται. ὁ σῖτος, ὁ λαὸς ὁ φιλόχριστος, εἰς μίαν ἀποθήκην τῆς Χριστοῦ ἐκκλησίας εἰσκεκόμισται· τὸ τῆς ὀρθοδοξίας φῶς ἀνατέταλκε· τὸ τῆς πλάνης σκότος καθυποδέδυκεν· ἡ κατήφεια μετημφίεσται. τὸ πένθος εἰς εὐφροσύνην, τὸ σκυθρωπὸν εἰς χαράν, πάντα πρὸς τὸ κρεῖττον μεταπεποίηται. διὸ καὶ ἡμεῖς ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ τὴν τῆς εἰρήνης ἀπολαβούσαις χάριν συγχαίροντες ἀποστολικῶς ὑμᾶς προσφθεγγόμεθα· χαίρετε, χαίρετε, καὶ πάλιν ἐρῶ, χαίρετε· τριπλῆν γὰρ χαρὰν ἡμῖν ἡ Τριὰς ἐχαρίσατο. ἔρρωσθε πανίεροι τῆς εὐσεβείας ὑπερμαχόμενοι, ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου κράτους ὑπερευχόμενοι.

Καὶ ἡ θεία χείρ. ἀνέγνωμεν.

. . . . . . . .

## EXEMPLAR RELATIONIS MISSÆ a Leone ſanctiſſimo ac beatiſſimo papa ſenioris Romæ ad Conſtantinum piiſſimum, & Chriſti amatorem imperatorem, confirmantis, & approbantis quæ in ſancto & univerſali ſexto concilio geſta & definita ſunt.

## ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΣ ΑΝΑΦΟΡΑ ΣΤΑΛΕΙΣΑ παρὰ Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου πάπα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν εὐσεβέστατον καὶ φιλόχριστον βασιλέα, ἐπικυροῦσα καὶ ἀποδεχομένη τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ ἕκτῃ συνόδῳ πραχθέντα τε καὶ ὁρισθέντα.

A

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ γαληνοτάτῳ δεσπότῃ, νικητῇ καὶ τροπαιούχῳ, τέκνῳ ἀγαπητῷ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Κωνσταντίνῳ βασιλεῖ Λέων ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ.

Τῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων, οὗτινος ἐν τῇ ἐξουσίᾳ εἰσὶν αἱ τοῦ κόσμου βασιλεῖαι, αὐτοὶ μικροί τε καὶ μεγάλοι εὐχαριστοῦμεν, τῷ οὕτως εἰς ὑμᾶς μεταγαγόντι τὴν ἐπίγειον βασιλείαν, ὅπως τὴν οὐράνιον μᾶλλον * φιλοτιμήσηται ὑμᾶς περιποιῆσαι. πλεῖον γάρ ἐστιν, ὅτι προσηλωμένοι τῷ Θεῷ παρρησιάζεσθε, ἤπερ ὅτι ἐκ τῆς θεόθεν ὑμῖν προσποιηθείσης τιμῆς βασιλεύετε. τοῦτο * γὰρ ἐκεῖνο ὑμᾶς ὠφελεῖ. τὴν γὰρ δόξαν τοῦ πατρικοῦ διαδήματος ἐπιστάμενοι κεκτῆσθε τῇ οὐρανίῳ εὐσπλαγχνίᾳ· ἡ γὰρ ὑμῶν εὐσέβεια καρπός ἐστιν οἰκτιρμοῦ, ἡ δὲ ἐξουσία φύλαξ τῆς καταστάσεως. τοιγαροῦν δι' ἐκείνης ἡ βασιλικὴ διάνοια τῷ Θεῷ προσαρμόζεται, διὰ ταύτης δὲ τὸ δικάζειν τοῖς ὑπηκόοις προστίθεται. ἐκείνης ἡ εὐπορία τοῖς πτωχοῖς βοηθεῖ, * ταύτης δὲ τοὺς ἀποπλανηθέντας ἐκ τῆς ἀληθοῦς ὁδοῦ διορθοῦται. οὐδὲ γὰρ μικροτέρα τῶν βασιλευόντων τυγχάνει ἡ φροντὶς τὰ σκολιὰ διορθοῦσθαι, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις θριαμβεύειν. ἐπειδὴ ὡς νομίζω, αὐτοὶ τὴν ἑαυτῶν ἐξουσίαν ὑποτάσσουσι δουλεύοντες, οὗ δηλονότι τῇ σκέπῃ καὶ τῷ δώρῳ βασιλεύουσι. διὸ καὶ θεόθεν προτυπωθεῖσα ἡ φιλόχριστος ὑμῶν εὐσέβεια, καὶ ἄξιον κατοικητήριον τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς οἰκείας καρδίας ἑτοιμάσασα, ὅσον τὴν κεφαλὴν τῆς ἐκκλησίας τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν κανόνα τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας περιπτυσσομένη τῆς ἐξ αὐτοῦ δωρηθείσης αὐτῇ βασιλείας ἀρχηγὸν ἀποδείκνυσι, τοσοῦτον τὸ σῶμα αὐτοῦ τὸ σεβάσμιον, ὅπερ ἐστὶν ἡ ἁγία μήτηρ ἐκκλησία, ὡς γνήσιον καὶ πρωτότυπον αὐτῆς τέκνον περιθάλπουσά τε καὶ φιλοτιμουμένη, ἐπὶ τῇ εἰκαίᾳ * ἀδιασείστῳ στερρότητι χαίρειν ἐποίησε. καὶ γὰρ γέγραπται περὶ ὑμῶν φιλανθρωπότατοι βασιλεῖς, καὶ περὶ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἐκκλησίας τῆς ἐν ὅλῳ διακειμένης τῷ κόσμῳ· ἔσονται, φησί, βασιλεῖς οἱ τροφεῖς σου· ὡσαύτως δὲ γέγραπται· τιμὴ βασιλέως κρίσιν ἀγαπᾷ. ἐπειδὴ τὰ θεῖα τῶν ἀνθρωπίνων προτιμῶντες πραγμάτων, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἀσυγκρίτως τῶν βιωτικῶν προκρίνοντες φροντίδων, τί ἕτερον, ἤπερ ὅλην τὴν ὀρθὴν τοῦ Θεοῦ κρίσιν σεβάζεσθε, καὶ καθαρωτάτην θυσίαν καὶ ὁλοκαύτωμα ἐκ τῆς θείας εὐωδίας ἐν τῷ βωμῷ τοῦ ὑμετέρου στήθους σφαγιάζετε τῇ αὐτοῦ ἀοράτῳ μεγαλειότητι· ταῦτα ἐνεργῶς λέγεσθαι περὶ τῆς προθέσεως τοῦ εὐσεβοῦς ὑμῶν λογισμοῦ χριστιανικωτάτων βασιλέων τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐνεργούσης θαρροῦμεν. δι' ἧς καὶ μόνης πᾶσα πλάνη νενίκηται, καὶ ἡ ὀρθότης τῆς εὐαγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως σὺν τῷ συνδέσμῳ τῆς εἰλικρινοῦς ἀγάπης παρὰ πᾶσι τοῖς προέδροις τῶν τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησιῶν ἐπικρατεῖ. ἐκεῖ γὰρ ἡ ἀλήθεια τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως διαλάμπει, ἔνθα ὁμολογουμένως ἡ διττὴ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πλησίον ὑπερζέει. διόπερ εἰ μὴ τὸ ἑκάτερον τοῦτο ὁ συμβασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, ὁ παντοδύναμος Θεὸς ἐφιλοτιμήσατο τοῖς ἑαυτοῦ ἱερεῦσιν, οὐδαμῶς ἡ βα-

* L. φιλοτιμεῖσθαι ὑμ. περιποιῆσαι.

* L. τοῦτο γὰρ μᾶλλον τοῦτο τὸ ὑπὸ χεῖρας ὠφελεῖ.

* L. ταύτης δὲ ἡ ἀγχίνοια.

* ἀδιασείστῳ.

*Piiſſimo, & tranquilliſſimo domino, victori & triumphatori, filio dilecto Dei, & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti Conſtantino imperatori Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

REgi * regum, in cujus poteſtate ſunt regna mundi, puſilli cum magnis gratiam agimus, qui ita in nobis terrenum contulit regnum, ut cœleſtia vos magis amare concederet. Plus eſt enim, quod in Deo defixa mente confiditis, quam quod de collato vobis divinitus honore regnatis. Illud enim vobis, hoc proficit omnino ſub-
B jectis. Nam triumphalem paterni diadematis gloriam, naſcendo ſuperna miſeratione obtinetis: pietas enim veſtra, fructus miſericordiæ eſt: poteſtas autem cuſtos eſt diſciplinæ. Per illa igitur regia mens Deo jungitur, per iſtam vero cenſura ſubditis adhibetur. Illius opes, inopes adjuvant: hujus autem ſagacitas, a vero tramite deviantes emendat. Non enim minor regnantium cura eſt, prava corrigere, quam de adverſariis triumphare: quia ei nimirum poteſtatem ſuam ſerviendo ſubjiciunt, cujus profecto munere & protectione imperare noſcuntur. Unde divinitus præordinata veſtra Chriſtianiſſima pietas, & habitaculum di-
C gniſſimum ſancti ſpiritus in ſui cordis arcano præparans, quanto caput eccleſiæ dominum Jeſum Chriſtum, veræ pietatis regulam amplectendo, conceſſi ſibi ab eo regni monſtrat auctorem, tanto ſanctum venerabile corpus ejus, quæ eſt ſancta mater eccleſia, ut ſincerus & principalis filius, largiendo atque fovendo inconcuſſa facit ſoliditate gaudere. Scriptum eſt igitur de vobis, clementiſſime principum, & de eadem ſancta eccleſia toto terrarum orbe diffuſa: *Erunt*, inquit, *reges nutritii tui*; pariterque ſcriptum eſt; *Honor regis judicium diligit*: quia dum divina rebus humanis præponitis, & orthodoxam fidem
D curis ſecularibus incomparabiliter antefertis, quid aliud quam judicium rectum Dei cultu veneramini, & ſacrificium puriſſimum atque holocauſtum divinæ ſuavitatis odore flagrans in ara veſtri pectoris ejus inviſibili majeſtati mactatis? Hæc de piiſſimi animi veſtri propoſito Chriſtianiſſimæ Auguſtorum efficaciter dici, Dei gratia operante, confidimus, qua ſola & error omnis evictus eſt, & rectitudo evangelicæ atque apoſtolicæ fidei cum ſincera caritatis copula apud cunctos eccleſiarum Chriſti præſules obtinetur. Ibi enim Chriſtianæ fidei veritas lucet, ubi gemina, Dei videlicet & proximi, caritas fervet. Pro-
E inde niſi hoc utrumque rex regum omnipotens Deus ſuis ſacerdotibus condonare diſponeret, numquam ſe regia generoſitas ad infimos famulos inclinaret, & paululum regali faſtigio ſepoſito, unum ſe de collegio ſacerdotum pro zelo Dei annumerari concupiſceret. O quam glorioſa, & præcelſa, veraque humilitas, quæ pro amore divino ſe inclinare dignata eſt. Quid igitur reſtat Auguſte, regie & ſublimiſſime princeps, niſi ut Deus, qui incrementum dat, hæc opera cordi regio dignanter inſpiret, augeat, & im-

* Al. de initio hujus epiſtolæ in ſub Leone II vita.

Iſa. 49. Pſal. 98.

EPIST. LEONIS II PP. ad IMP.

impleat in vobis lucem catholici dogmatis, qua fugentur hæreticæ nebulæ pravitatis. Denique legatos hujus apoſtolicæ ſedis matris veſtræ Romanæ eccleſiæ pietatis veſtræ famulos, id eſt, Theodorum & Georgium presbyteros, & Joannem diaconum filios noſtros, atque Conſtantinum ſubdiaconum regionarium ſanctæ noſtræ eccleſiæ, una cum perſonis, quæ cum eis profectæ fuerant, quæ a prædeceſſore meo apoſtolicæ memoriæ Agathone papa per octavam indictionem pro cauſa fidei, veſtra pietate jubente, illuc directæ fuerant, per nuper elapſam decimam indictionem menſe Julio, cum divalibus clementiæ veſtræ apicibus & ſynodalibus geſtis, cum magno jucunditatis gaudio in domino exultantes, ſuſcepimus: & quaſi de quodam mœroris fluctu optatæ tranquillitatis portum ingreſſi, receptis viribus, cum gratiarum actionibus exclamare cœpimus: domine, ſalvum fac Chriſtianiſſimum regem noſtrum, & exaudi eum in die, in qua invocaverit te; per cujus a Deo inſpiratum ſtudium per totum orbem terrarum apoſtolicæ & veræ traditionis pietas flagrat, dum tetra caligo hæreticæ pravitatis evanuit. Merito igitur cum propheta canendum eſt ac dicendum: *Domine in virtute tua * exaltabitur rex, & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer. Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei, & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum. Rex* enim *qui ſedet in ſolio*, ſicut ſapientiſſimus quidam ait, *intuitu ſuo diſſipat omne malum*. Etenim diſſipatum eſt, domino cooperante, veſtræ pietatis laboribus malum, quod diaboli nequitia ad deceptionem hominum induxerat: & bonum Chriſtianæ fidei, quod Chriſtus ad ſalutem hominum contulit, obtinet. Igitur geſtorum ſynodalium ſeriem recenſentes, curioſaque diligentia ſingula, quæque geſta ſunt flagitantes, eadem quæ apoſtolicæ ſedis legati narraverant, ſcriptis conſonantibus convenire reperimus. Cognovimus enim, quod ſancta & univerſalis & magna ſexta ſynodus, quæ per Dei gratiam imperiali decreto in regia urbe nuper congregata eſt, eadem, quæ & univerſum concilium aſſidens huic ſanctæ ſedi apoſtolicæ, cujus miniſterio fungimur, ſenſerit, atque decreverit ſub orthodoxæ fidei integritate, regulisque majorum, atque concorditer nobiſcum confeſſa eſt, unum eſſe de ſancta & inſeparabili Trinitate noſtrum Jeſum Chriſtum, ex duabus & in duabus naturis inconfuſe, inſeparabiliter, indiviſe conſiſtentem, ut vere Deum perfectum, & hominem perfectum eundem ipſum, ſalvaque proprietate uniuſcujuſque in eo convenientium naturarum, eundem ipſum divina operatum ut Deum, & humana inſeparabiliter operatum ut hominem, abſque ſolo peccato: & duas idcirco naturales voluntates, duaſque naturales operationes eum habere veraciter prædicavit, per quæ principaliter & naturarum ejus veritas demonſtratur, uſque ad cognoſcendam profecto differentiam, quarum ſunt natura-

Psalm. 19.

Psal. 20. * exaltabitur.

Prov. 20.

Vide Epiſt. ejuſdem Leonis ad Epiſcopos Hiſpaniæ.

---

ANNO CHRISTI 680

A ... στολικὴ ἀξίᾳ τοῖς ἐσχάτοις ἑαυτῆς δούλοις συγκατέβηκε, καὶ πρὸς ὀλίγον τοῦ βασιλικοῦ ὕψους ἐξαιρέτου * τυγχάνοντες ἑαυτὴν ἐπιποθεῖ συνευρεθῆναι τε τῶν ἱερέων καταλόγῳ διὰ τὸν πρὸς Θεὸν ζῆλον. ὦ ποία σύνταξις καὶ ὑψηλοτάτη καὶ ἀληθὴς πεποίθησις, ἥτις διὰ τὸν πρὸς Θεὸν πόθον συγκαταβαίνειν κατηξίωσε. τοίνυν τί περιλέλειπται, ἐξοχώτατε στεφανηφόρε, καὶ ἡσυχώτατε βασιλέων, εἰ μὴ τοί γε ἵνα ὁ Θεὸς ὁ παρέχων τὴν ἐπίδοσιν, ταῦτα τὰ νοήματα ἀξίως ἐμφυτεύσῃ ἐν τῇ βασιλικῇ ὑμῶν καρδίᾳ, καὶ αὐξήσῃ, καὶ πληρώσῃ ἐν ὑμῖν τὸ φῶς τοῦ καθολικοῦ δόγματος, ἵνα * φωτίζωνται τῆς αἱρετικῆς φαυλότητος αἱ συνειδήσεις;

B ἐπειτα καὶ τοὺς ληγατευτὰς τούτου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς μητρὸς ὑμῶν τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, τοὺς οἰκέτας τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, Θεόδωρον καὶ Γεώργιον τοὺς πρεσβυτέρους, καὶ Ἰωάννην τὸν διάκονον τὰ ἡμέτερα τέκνα, καὶ Κωνσταντῖνον τὸν ὑποδιάκονον ῥεγεωνάριον τῆς ἁγίας ἡμῶν ἐκκλησίας μετὰ τῶν σὺν αὐτοῖς ἀποδημησάντων προσώπων, τῶν παρὰ τοῦ προηγησαμένου ἡμᾶς τῆς ἀποστολικῆς μνήμης Ἀγάθωνος τοῦ πάπα κατὰ τὴν ὀγδόην ἐπινέμησιν ἕνεκα τοῦ τῆς πίστεως πράγματος κατὰ κέλευσιν τῆς ὑμῶν εὐσεβείας αὐτόθι σταλέντων, διὰ τῆς ἐνεστῶσης διελθούσης δεκάτης ἐπινεμήσεως τῷ * Ἰουνίῳ μηνὶ μετὰ θείων κεραιῶν τῆς ὑ-

C μῶν φιλανθρωπίας, ἅμα καὶ συνοδικοῖς ὑπομνήμασι μετὰ μεγάλης χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ἐπὶ τῷ κυρίῳ ἀγαλλιώμενοι ἐδεξάμεθα. καὶ ὥσπερ ἀπό τινων κυμάτων λύπης εἰς εὐκταῖον γαλήνης λιμένα εἰσελθόντες καὶ ἐνισχύσαντες μετὰ εὐχαριστίας ἠρξάμεθα βοᾷν· κύριε σῶσον τὸν χριστιανικώτατον ἡμῶν βασιλέα, καὶ ἐπάκουσον αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσηταί σε, οὗτινος διὰ τῆς θεοπνεύστου σπουδῆς κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἡ εὐσέβεια τῆς ἀποστολικῆς καὶ ἀληθοῦς παραδόσεως ἀναζωπυρεῖ, καὶ ἡ δυσειδὴς τῆς αἱρετικῆς φαυλότητος ἀχλὺς ἐματαιώθη· ἄξιον οὖν ἐστι τῷ προφήτῃ συμψάλλειν, καὶ λέγειν. κύριε ἐν τῇ δυνάμει σου εὐφρανθήσεται ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλ-

D λιάσεται σφόδρα. τὴν ἐπιθυμίαν τῆς καρδίας αὐτοῦ ἔδωκας αὐτῷ, καὶ τὴν θέλησιν τῶν χειλέων αὐτοῦ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν. ὁ γὰρ βασιλεὺς καθήμενος ἐπὶ θρόνου, καθώς τις σοφώτατος φησι, τῷ οἰκείῳ αὐτοῦ σκοπῷ διασκεδάσει πᾶν πονηρόν. ἤδη γὰρ τοῖς μόχθοις τῆς ὑμῶν εὐσεβείας τοῦ κυρίου συνεργοῦντος τὸ πονηρὸν διεσκορπίσθη, ὅπερ ἡ τοῦ διαβόλου πονηρία πρὸς τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀπάτην ἐπήγαγε· καὶ τὸ ἀγαθὸν τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως, ὅπερ ὁ Χριστὸς πρὸς σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων ἐχαρίσατο, τοῦτο ἐπικρατεῖ. τοιγαροῦν τῶν συνοδικῶν τὸ ὕφος ἀναδραμόντες, καὶ ἐπιμελῶς περιεργασάμενοι,

E καὶ ἕκαστα τῶν ὑπομνημάτων ἀπαιτήσαντες, τὰ αὐτὰ, ἅπερ καὶ οἱ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου λεγατάριοι ἐξηγήσαντο, τοῖς συμφωνοῦσιν ἐγγράφοις, ηὕρομεν συμβαίνειν. καὶ γὰρ ἐπέγνωμεν, ὅτι ἡ ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος, ἥτις κατὰ Θεοῦ χάριν τῷ βασιλικῷ προστάγματι ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι συνηθροίσθη πόλει, τὰ αὐτὰ, ἅπερ καὶ ἡ * οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ τῷ ἁγίῳ καὶ ἀποστολικῷ τούτῳ θρόνῳ συγκειμένη, ὧτινι καὶ τὴν διακονίαν ἐκπληροῦμεν, συνήνεσέ τε καὶ ἐψηφίσατο ἐπὶ τῇ ὁλοκληρίᾳ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, καὶ τοῖς τῶν πα-

L. ἀπόρων ... ἑαυτῶν

L. φυγαδεύωνται

L. Ἰουλίῳ

L. ... ἡ σύνοδος

ANNO CHRISTI 680.

πατέρων κανόσι, καὶ ὁμογνωμόνως ἅμα ἡμῖν συνωμολόγησε τὸν ἕνα τῆς ἁγίας καὶ ἀχωρίστου Τριάδος εἶναι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐν δύο φύσεσιν ἀσυγχύτως, ἀχωρίστως, ἀδιαιρέτως τυγχάνοντα, ὡς ἀληθῶς Θεὸν τέλειον καὶ ἄνθρωπον τέλειον τὸν αὐτὸν τοῦτον, σωζομένης τῆς ἰδιότητος ἑκάστης τῶν ἐν αὐτῷ συνελθουσῶν φύσεων. τὸν αὐτὸν τοῦτον τὰ θεῖα ἐνεργοῦντα ὡς Θεὸν, καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἀχωρίστως ἐνεργοῦντα ὡς ἄνθρωπον χωρὶς μόνης ἁμαρτίας. καὶ διὰ τοῦτο δύο φυσικὰ θελήματα, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἔχειν αὐτὸν ἀληθῶς ἐκήρυξε, δι' ὧν καὶ ἡ τῶν φύσεων αὐτοῦ πρωτοτύπως ἀλήθεια ἀποδείκνυται· πρὸς ἐπίγνωσιν δηλονότι τῆς διαφορᾶς ὧν εἰσι φύσεων, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς συνέστηκε δι' ἀπεραλήθως * ἔδειξε ταύτην τὴν ἁγίαν καὶ ἀξιεπαίνετον κεκηρυγμένην ἕκτην σύνοδον, ἥτις διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ εὐσπλαγχνίας τὴν ἀλήθειαν τῆς χριστιανικωτάτης πίστεως τοῖς πιστοῖς φανεροῖ, ἀπροσκόπτοις ποσὶ κατακολουθήσασα τῷ τε ἀποστολικῷ κηρύγματι, καὶ τοῖς ὅροις τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν πέντε συνόδων, συναινοῦσαν ἐν ἅπασι, καὶ τοὺς αὐτῶν περιπτυσσομένην κανόνας, καὶ μηδὲν προστεθεῖσαν ἢ ὑπεξαίρουσαν παρὰ τὰ ὁρισθέντα τῇ ὀρθοδόξῳ πίστει, ἀλλὰ τὴν βασιλικὴν καὶ εὐαγγελικὴν τρίβον διὰ εὐθείας βαδίζουσαν· καὶ ἐν αὐτοῖς, καὶ δι' αὐτῶν τὸ σχῆμα τῶν ἱερῶν δογμάτων, καὶ ἡ διδασκαλία τῶν τῆς καθολικῆς τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας ἐκείνων πατέρων ἐφυλάχθη, ἔτι δὲ καὶ ὁ κανονικὸς θεσμὸς * τῶν προοιμιασθησῶν πρὸς οἰκοδομὴν πάντων. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ὑπάρχει ἀληθῶς ἄξιον καὶ τῷ Θεῷ ἀρεστὸν, ὅτι ἡ ἀλήθεια τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἥτις τὴν αὐτοκρατορικὴν δυναστείαν κατακοσμεῖ, καὶ τὴν βασιλικὴν φιλανθρωπίαν φυλάττει, κατὰ τὸ διάταγμα τῆς σεβασμιωτάτης εὐσεβείας ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ ἐπηύξησε, καὶ καθάπερ ἀκτὶς ἡλίου τὰς πάντων περιεκάθαρε καρδίας· ὅπως πάλιν * ἐκεῖνοι τὴν διδασκαλίαν πνευματικῶς τῆς εὐσεβείας κομίσωνται, ὅθεν ἐπιγινώσκειν ὀφείλουσιν ἀμέμπτως αὐτοῖς παρασχεθεῖσαν τῆς δικαίας οἰκονομίας τὴν κυβέρνησιν. τοιγαροῦν συνοδικῇ ἀποφάσει, καὶ ψήφῳ βασιλικοῦ διατάγματος, καθάπερ τῇ τοῦ πνεύματος διστόμῳ ῥομφαίᾳ, ἅμα ταῖς παλαιαῖς αἱρέσεσι καὶ ἡ πλάνη τῆς καινῆς φαυλότητος ἐξεκεντήθη, καὶ οἱ ἀρχηγοὶ τοῦ ψεύδους σὺν τῇ ἑαυτῶν βλασφημίᾳ ἐξωλίσθησαν· οἵτινες ἐπεχείρησαν στόματι ἱεροσύλῳ ἐκτίθεσθαι ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῶν καθ' ὑπόστασιν ἡνωμένων δύο φύσεων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐξ ὧν καὶ ἐν αἷς ἀδιαιρέτως καὶ ἀσυγχύτως συνέστηκε. τοῦτον τοίνυν τῆς ὀρθῆς καὶ ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸν τύπον ὁ προηγησάμενός με Ἀγάθων ὁ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης πάπας ἅμα τῇ τιμίᾳ συνόδῳ ἐκήρυξε. καὶ τοῦτον τοῖς προλαβοῦσιν ἐγγράφοις ἐν τῷ τῆς τιμίας ἀναφορᾶς πιττακίῳ τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ διὰ τῶν οἰκείων ληγαταρίων ἀπέπεμψεν, ἀποδεικνὺς καὶ ἐπικυρῶν ταῖς τῶν ἁγίων καὶ ἐκκρίτων τῆς ἐκκλησίας διδασκάλων χρήσεσιν, * ὅντινα ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡ ἁγία καὶ μεγάλη τοῦ κυρίου σύνοδος ἡ διὰ τῆς ὑμετέρας γινομένη * συνόδου ἐδέξατο, καὶ ἐν ἅπασιν αὐτὸν σὺν ἡμῖν περιεπτύξατο, ὡς τὴν εἰλικρινῆ διδασκαλίαν τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀ-

* L. τεῖρα ἐγνωμεν
* L. προοιμιασθέντων
* L. ἐκεῖνοι
* L. ὅντινα ἐπὶ τ. π. ἡ ἁ. κ. μ. τοῦ κυρίου σύνοδος ἡ διὰ τῆς ὑμετέρας γαληνότητος συναχθεῖσα ἐδέξατο,
* συνόδου

EP. LEONIS II. PP. ad IMP.

A rum, ex quibus & in quibus unus idemque dominus noſter Jeſus Chriſtus conſiſtit; per quæ revera probavimus, hanc ſanctam & laudabilem atque prædicabilem ſextam ſynodum, per miſericordiam Dei, qui Chriſtianæ fidei veritatem ſuis fidelibus reſerat, apoſtolicam prædicationem inoffenſo pede fuiſſe ſecutam, ſanctorumque & univerſalium quinque conciliorum definitionibus in omnibus conſentientem, nihil ſuper ſtatuta orthodoxæ fidei augentem aut minuentem, ſed regiam & evangelicam ſemitam rectiſſime gradientem, & in his atque per eos ſacrorum dogmatum lima, & probabi- B lium catholicæ Eccleſiæ patrum doctrina ſervata eſt, & regularis lima ad omnium ædificationem prolata. Sed & hoc vere dignum, Deoque gratiſſimum exiſtit, quod apoſtolicæ prædicationis veritas, quæ imperialem exornat potentiam, & principalem clementiam ſervat, per auguſtiſſimæ pietatis edictum in toto orbe terrarum percrebuit, & ſicut ſolis radius omnium hominum corda luſtravit, ut inde rurſus doctrinam pietatis ſpiritaliter perceperint, unde juſtæ diſpenſationis gubernacula benigne ſibi præberi cognoſcunt. Synodali igitur ſententia & imperialis edicti cenſura, tan- C quam ancipiti ſpiritus gladio, cum priſcis hæreſibus etiam novæ pravitatis error expunctus eſt: & qui auctores falſitatis extiterunt, cum ſuæ blaſphemiæ labe proſtrati ſunt: qui ore ſacrilego tentaverunt aſſerere unam voluntatem & unam operationem in duabus ſubſiſtentialiter unitis naturis domini noſtri Jeſu Chriſti, ex quibus & in quibus indiviſibiliter & inconfuſe conſtitit. Hanc igitur rectæ atque apoſtolicæ traditionis normam prædeceſſor meus Agatho, apoſtolicæ memoriæ pa- D pa, cum ſua ſynodo prædicavit: hanc ſcriptis percurrentibus ſuæ ſuggeſtionis pagina veſtræ pietatis per ſuos legatos emiſit, approbans & confirmans teſtimoniis ſanctorum ac probabilium eccleſiæ doctorum, quam ſancta nunc & magna ſynodus, domini & veſtro favore celebrata, ſuſcepit, & in omnibus nobiſcum amplexa eſt, utpote beati Petri apoſtolorum principis ſinceram doctrinam in ea agnoſcens, & immutilatæ pietatis in hac ſigna contrectans. Sancta igitur univerſalis & magna ſexta ſynodus, quam nutu Dei veſtra clementia ſedule convocavit, & cui pro Dei miniſterio præfuit, apo- E ſtolicam in omnibus, & probabilium patrum doctrina ſecuta eſt: & quia definitionem rectæ fidei, ut dictum eſt, pleniſſime prædicavit, quam & apoſtolica ſedes beati Petri apoſtoli (cujus licet impares miniſterio fungimur) veneranter ſuſcepit, idcirco & nos, & per noſtrum officium hæc veneranda ſedes apoſtolica concorditer ac unanimiter his, quæ definita ſunt ab ea, conſentit, & beati Petri auctoritate confirmat, ſicut ſupra ſolidam petram, qui Chriſtus eſt, ab ipſo domino adeptis firmitatem. Propterea ſicut ſuſcepimus atque firmiter prædicamus ſancta quinque univerſalia concilia, Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum pri-

primum, Chalcedonenſe, & Conſtantinopolitanum, quæ & omnis Chriſti eccleſia approbat & ſequitur: & ita quod nuper in regia urbe pio veſtræ ſerenitatis annisu celebratum eſt ſanctum ſextum concilium, ut eorum pediſſequum & ea interpretans pari veneratione atque cenſura ſuſcipimus. & hoc cum eis digne connumerari, tanquam una & æquali Dei gratia congregatum decernimus: & qui in eo fideliter convenerunt Chriſti eccleſiæ ſacerdotes, inter ſanctos eccleſiæ patres atque doctores adſcribendos æque cenſemus. Nam & iſtis, ſicut & illis, idem Dei Spiritus ſalutem animarum operatus eſt, & hujus immarceſcibilis fructus imperiali pietati veſtræ a domino reputabitur, cujus & per ſecula prædicando labore (mirabiliter Dei gratia cooperante) perfectum eſt. Anathematizamus præterea, atque execramur omnes hæreſes, omneſque earum auctores atque fautores, qui adverſus apoſtolicam & orthodoxam fidem diabolicis decepti fallaciis, falſitatis errores in eccleſiam conati ſunt introducere, id eſt, Arium, Sabellium, Macedonium, Apollinarem, Eunomium, Neſtorium, Eutychem, Dioſcorum, Timotheum, Severum, Themiſtium, Origenem, qui & Adamantius, Didymum, & Evagrium, ſimiliter ſcripta Theodori ti adverſus duodecim ſancti Cyrilli capitula, cum epiſtola, quæ dicitur Ibæ, miſſa ad Marim Perſam, & una cum eis Jacobum, * Theodoſium, Gajanum, Anthimum, Zoaram, Donatum, Novatum, Priſcillianum, Paulum, Photinum, Pelagium, * Fauſtum, Maximum, quos ſancta catholica atque apoſtolica eccleſia de catalogo fidelium patrum, utpote zizania de area dominicæ eccleſiæ, gehennæ ſupplicio abdicanda, per ventilabrum divinæ diſcretionis abjecit. Pariterque anathematizamus novi erroris inventores, id eſt, Theodorum Pharanitanum epiſcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ * ſucceſſores magis quam præſules, nec non & Honorium qui hanc apoſtolicam eccleſiam non apoſtolicæ traditionis doctrina luſtravit, ſed perſana proditione * immaculatam fidem ſubvertere conatus eſt. Et omnes, qui in ſuo errore defuncti ſunt: ſimiliter anathematizamus, & abominamur imitatores eorum & complices, qui dudum fuerunt, vel nunc uſque ſunt, id eſt Macarium quondam fallaciſſimum Antiochiæ eccleſiæ deceptorem, cum ſui erroris diſcipulo, imo magiſtro Stephano: & cum eis Polychronium novum, ut vere dictum eſt, Simonem, qui hæreticæ pravitatis deluſus phantaſmate, mortuos ſuſcitare pollicitus, dum vanam ejus præſumptionem effectus non ſequitur, fallax & in hoc omnibus comprobatus eſt: & qui ſimilia eorum ſapuerunt, vel ſapiunt, & qui unam videlicet voluntatem & unam operationem dicere præſumpſerunt, vel præſumunt in duabus naturis domini noſtri Jeſu Chriſti, quos & ſancta univerſalis ſupra memorata ſexta ſynodus abdicavit: & Macarium quidem de præſulari dignita-

* G. Theodorum

* G. Celeſtium, Julianum

* ſubſeſſores, id eſt, inſidiatores magis quam præſides

* G. immaculatam maculari permiſit,

προσέλαβεν ἐν αὐτῷ ἐπιγινώσκουσα, καὶ σημεῖον ὁλοκλήρου εὐσεβείας ἐν αὐτῷ τούτῳ διεχαράττετο. ἡ γὰρ ἁγία οἰκουμενικὴ καὶ μεγάλη ἕκτη σύνοδος, ἣν ἐπινεύσει Θεοῦ σπουδαίως ἡ ὑμῶν φιλανθρωπία συνεκάλεσέ τε καὶ προηγήσατο αὐτῆς ἐκ Θεοῦ ὑπουργίας, ἐν πᾶσι τῷ ἀποστολικῷ κανόνι καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἐγκρίτων πατέρων ἐξηκολούθησεν. καὶ ἐπειδή, ὡς προείρηται, τῆς ὀρθῆς πίστεως τὸν ὅρον τελείως ἐκήρυξεν, ὅνπερ καὶ ὁ ἀποστολικὸς θρόνος τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, οὗτινος τὴν διακονίαν εἰ καὶ ἀνάξιοι ὄντες ἐκπληροῦμεν, σεβασμίως ἐδέξατο· διὸ δὴ καὶ ἡμεῖς, καὶ διὰ τῆς ἡμετέρας τάξεως οὗτος ὁ προσκυνητὸς ὁ ἀποστολικὸς θρόνος ὁμογνωμόνως τε καὶ ὁμοψύχως τοῖς παρ' αὐτῆς ὁρισθεῖσι συναινεῖ, καὶ τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ μακαρίου Πέτρου βεβαιοῖ, καθάπερ ἐπὶ στερεᾷ πέτρᾳ, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κυρίου τὴν στερρότητα κομιζομένους. διὰ τοῦτο οὖν καθὼς δεχόμεθα, καὶ βεβαίως κηρύττομεν τὰς πέντε ἁγίας καὶ οἰκουμενικὰς συνόδους, τήν τε ἐν Νικαίᾳ, καὶ Κωνσταντινουπόλει, καὶ τὴν ἐν Ἐφέσῳ πρώτην, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι, καὶ πάλιν τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει· ἅστινας καὶ πᾶσα ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία κυροῖ, καὶ τούτοις ἀκολουθεῖ· οὕτως καὶ τὴν νεωστὶ ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει εὐσεβεῖ * ἐπινεύσει τῆς ὑμετέρας γαληνότητος ἐπιτελεσθεῖσαν ἁγίαν ἕκτην σύνοδον, ὡς ταύτας ἑρμηνεύσασαν, καὶ τούταις ἐπακολουθοῦσαν, τῷ ὁμοίῳ σεβάσματι κρίνοντες δεχόμεθα. καὶ ἀξίως ἅμα ταύταις συναριθμηθῆναι αὐτὴν ψηφιζόμεθα, ὡς καὶ αὐτὴν ὡσαύτως τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι συναθροισθεῖσαν, εἶτα δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ πιστῶς συνελθόντας ἱερεῖς τοῦ Χριστοῦ μετὰ τῶν ἁγίων πατέρων καὶ διδασκάλων τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας ὁμοίως ἀναφέρεσθαι κρίνομεν. καὶ γὰρ καὶ ἐν τούτοις, καθὼς καὶ ἐν ἐκείνοις τὸ αὐτὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα τὴν τῶν ψυχῶν σωτηρίαν ἐνήργησε. καὶ ὁ ταύτης καρπὸς ὁ ἀμάραντος τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβεῖ βασιλείᾳ καταλογισθήσεται παρὰ τοῦ κυρίου, ἧστινος τῷ μόχθῳ συνεργούσης τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος θαυμαστῶς ἀπετελέσθη εἰς αἰῶνας κηρυττομένη. προσέτι τούτοις συναναθεματίζομεν πάσας τὰς αἱρέσεις, καὶ τοὺς τούτων ἅπαντας ἀρχηγοὺς καὶ στασιαστάς, οἵτινες κατὰ τῆς ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ταῖς τοῦ διαβόλου ἀπάταις κρατυνόμενοι πλάνας ψευδεῖς ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεχείρησαν παρεισαγαγεῖν· τουτέστιν Ἄρειον, Σαβέλλιον, Μακεδόνιον, Ἀπολλινάριον, Εὐνόμιον, Νεστόριον, Εὐτυχέα, Διόσκορον, Τιμόθεον, Σευῆρον, Θεμίστιον, Ὠριγένην τὸν καὶ Ἀδαμάντιον, Δίδυμον, καὶ Εὐάγριον· ὡσαύτως τὰ συγγράμματα Θεοδωρίτου τὰ κατὰ τῶν δεκαδύο κεφαλαίων τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου μετὰ τῆς ἐπιστολῆς τῆς λεγομένης Ἴβα πρὸς Μάριν τὸν Πέρσην σταλείσης· ἅμα δὲ αὐτοῖς καὶ Ἰάκωβον, καὶ * Θεόδωρον, καὶ Γαϊανόν, Ἄνθιμον, Ζωόραν, Δονάτον, Ναυάτον, Πρισκιλλιανόν, Παῦλον, Φωτεινόν, Πελάγιον, Κελέστιον, Γυλιανόν, Φαῦστον, καὶ Μαξιμῖνον· οὓς ἡ ἁγία καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία ἐκ τοῦ καταλόγου τῶν πιστῶν πατέρων, ὡς δὴ ζιζάνια τῆς δεσποτικῆς ἅλωνος, λέγω δὴ τῆς ἐκκλησίας ἀποκηρυχθέντας ταῖς κολάσεσι τῆς γεέννης τῷ πτύῳ τῆς θείας κρίσεως ἀπεβάλετο. καὶ ὡσαύτως ἀναθεματίζομεν τοὺς ἐφευρετὰς τῆς νέας πλάνης· τουτέστι Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν ἐπίσκοπον, Κῦρον τὸν Ἀλεξανδρείας, Σέργιον, Πύῤῥον, Παῦλον, Πέτρον, τοὺς τῆς ἐκκλη-

σίας

* ἐπινεύσει ὁμο...

* L. Θεοδόσιον

ANNO CHRISTI 680

σίας Κωνσταντινουπόλεως ὑποκαθεσθεὶς μᾶλλον, ἤπερ καθηγητής. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ὀνώριον, ὅστις ταύτην τὴν ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν οὐκ ἐπεχείρησε διδασκαλίᾳ ἀποστολικῆς παραδόσεως ἁγνίσαι, ἀλλὰ τῇ βεβήλῳ προδοσίᾳ μιανθῆναι τὴν ἄσπιλον παρεχώρησε· καὶ πάντας δὲ τοὺς ἐν τῇ ἑαυτῶν πλάνῃ τελευτήσαντας· ὡσαύτως δὲ βδελυττόμεθα καὶ ἀναθεματίζομεν τοὺς τούτων μιμητὰς καὶ συναιρέτας, τούς τε ἤδη ἔκπαλαι καὶ μέχρι τοῦ νῦν ὄντας, τουτέστι Μακάριον τὸν γενόμενον ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας ἅμα τῷ σὺν αὐτῷ τῆς πλάνης μαθητῇ, μᾶλλον δὲ διδασκάλῳ Στεφάνῳ· καὶ σὺν αὐτοῖς Πολυχρόνιον τὸν νέον ὡς ἀληθῶς Σίμωνα· ὅστις τῇ φαντασίᾳ παιζόμενος τῆς αἱρετικῆς φαυλότητος ἐγείρειν νεκροὺς ἐπηγγείλατο· τοῦ δὲ ἀποτελέσματος τῇ ματαίᾳ αὐτοῦ κατατολμήσει μὴ ἑπομένου, ἐν πᾶσιν ἀπατεὼν ἐδείχθη. ἔτι δὲ καὶ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῶν φρονήσαντας, ἢ φρονοῦντας, τοὺς δηλονότι ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν φύσεων κατατολμήσαντας, ἢ κατατολμῶντας, ἢ μέλλοντας κατατολμᾶν ἐπὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς ἀπεκήρυξεν ἡ προμνημονευομένη ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος. καὶ τὸν Μακάριον μὲν τοῦ τῆς προεδρίας ἀξιώματος ἀπεβάλετο, τὸν δὲ μαθητὴν αὐτοῦ Στέφανον, καὶ Πολυχρόνιον τὸν μεματαιωμένον γέροντα τῆς ἱερατικῆς ἐξέωσε τιμῆς, τούς τε τούτων μετόχους καὶ ἑταίρους, οἵτινες οὐκ ἠβουλήθησαν συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι, ἀνομίαν δὲ ἐλογίσαντο ἐπὶ ταῖς κοίταις αὐτῶν· οἵτινες τὰς ἰδίας πλάνας πανταχοῦ ἐπεχείρησαν κατασπεῖραι, κατ' ἐξαίρετον ὁ Μακάριος, καὶ ὑπὸ τὴν δορὰν τοῦ προβάτου λανθάνων ἀπεφάνθη λύκος, καὶ ἀντὶ ποιμένος ηὑρέθη κλέπτης, καὶ λῃστὴς ἀπερρίφθη ἀπὸ τοῦ ἀληθινοῦ τῶν προβάτων ποιμένος, τουτέστι τοῦ Χριστοῦ ὡς πολυορκητὴς καὶ λοιμοφθόρος. διὸ καὶ τῇ τοῦ ἀναθέματος δορᾷ ἀξίως ἐπλήγησαν, καὶ αἰωνίοις συνδεθέντες δεσμοῖς, μὴ βουλόμενοι μετανοῆσαι * ἀδιαλύτως ἀναφραγέντες κατέχονται· μήπως πάλιν διαναστάντες τῷ μιασμῷ τῆς οἰκείας λοιμοφθόρου διδασκαλίας τῇ ἀχαλινώτῳ αὐτῶν τόλμῃ τινὰς τῶν ἁπλουστέρων μολύνωσιν. οἵτινες καὶ μέχρι τοῦ παρόντος ἐπιμόνως τῇ οἰκείᾳ αὐτῶν ἐνστάσει προσμεῖναι ἠθέλησαν, * ἤπερ ἵνα πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὑποστρέψαντες σωθῶσι. τῇ γὰρ χρονίᾳ κακίᾳ ἐσκληρύνθη ἡ καρδία αὐτῶν· καὶ παρὰ πᾶσιν ἐφάνησαν συνειδήσει μᾶλλον, ἤπερ ἀγνοίᾳ ἐξολισθήσαντες, ὡς ἐκστατικῶς ἐπιμαχόμενοι τῇ ἀποστολικῇ ἀληθείᾳ· καὶ μᾶλλον τὴν ἑαυτῶν, ἤπερ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ἐπιζητοῦντες. ὁπόταν ὁ κύριος ὑπομιμνήσκει τοὺς πλημμελοῦντας προτρέπων πρὸς διόρθωσιν μετανοίας. οὐ γὰρ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλ' ἵνα ἐπιστραφῇ, καὶ ζήσηται. ὅτι γὰρ ὑπομιμνήσκειν κατηξίωσεν ἡ ὑμετέρα εὐσέβεια διὰ θείων αὐτῆς γραμμάτων τὴν ἡμετέραν οὐθενότητα, ἵνα μυηθῶσιν ἐν τοῖς δόγμασι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ τῆς σωτηριώδους διδασκαλίας, ὅπως φθάσωσι πρὸς τὴν τῆς ὑγιοῦς πίστεως γνῶσιν, ὡς ἀσθενοῦσι καὶ περὶ τὴν πίστιν ναυαγοῦσι τούτοις χεῖρα πνευματικῆς διδασκαλίας ἐπιδεδώκαμεν σπουδαίως, ἵνα πρὸς τὸν τῆς ἀληθείας λιμένα ἀφίκωνται· καὶ πρὸς τὸ ἐπιγνῶναι τῆς ὑγιαινούσης πίστεως τὴν ὀρθότητα ἀδιαλείπτως ἰατρικὰ βοηθήματα παρεχόμεθα κατὰ τὸ ἁρμόζον τῇ ἡμετέρᾳ διακονίᾳ. αἱ παρ-

* ἀντὶ

EP. LEONIS II PP. ad IMP.

te dejecit, diſcipulumque ejus Stephanum, & Polychronium ſenem vaniſſimum, ſacerdotii honore fruſtravit, eorumque participes atque ſocios, qui noluerunt intelligere ut bene agerent, & iniquitatem meditati ſunt in cubilibus ſuis, qui ſuos, & præſertim Macarius errores huc illucque diſſeminari conati ſunt. Et dum ſub ovili tegmine latens lupus appareret, & pro paſtore fur & latro compertus eſt, a vero paſtore ovium Chriſto, ut peſtifer ac devaſtator abjectus eſt: idcirco dignæ anathematis * ſtylo percuſſi ſunt, & æternis * vinculis colligati, pœnitere nolendo, inſolubiliter tenentur obſtricti: ne rurſus in effrænatæ præſumptionis audaciam, concitati, ſuæ peſtiferæ doctrinæ contagio quempiam de ſimplicibus fœdarent; qui etiam nunc uſque in ſua obſtinatione pervicaciter perſeverare maluerunt, quam ad veritatis cognitionem, ut ſalvarentur, pœnitudo converti: obduravit enim cor eorum diuturna malitia, & omnibus claruerunt conſcientiæ magis quam ignorantiæ * labe proſtrati, ut ſponte rebelles apoſtolicæ veritatis, & ſuam magis quam Dei gloriam inquirentes, cum Deus moneat ad pœnitentiæ correctionem deliquentes exhortans: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat*. Nam quod per divalia ſcripta veſtra pietas noſtram exiguitatem commonere dignata eſt, ut ſalutari doctrina & orthodoxæ fidei dogmatibus imbuerentur, quatenus ad ſanæ fidei ſcientiam pervenirent, ut ægrotis & naufragantibus circa fidem, ſedulo eis manum ſpiritalis doctrinæ porreximus, ut ad portum veritatis pertingerent, & medicinalia monita ad cognoſcendam ſanæ ſcientiæ rectitudinem indeſinenter contulimus & quod ad noſtrum miniſterium congruit, admonitionis remedia non omiſimus cupientibus exhibere. Licet autem ſcripturæ ſtylus, pro ſtatu apoſtolicæ & evangelicæ fidei admiranda certamina veſtræ clementiæ & vigilantiam ſingularem narrare non ſufficiat, non tamen ideo prætermittenda ſunt fortitudinis inſignia, dum ubique orbis univerſus ejus canit præconia. O ſancta mater eccleſia, exurge, depone pallium mœroris, & induere ſtolam jucunditatis tuæ. Ecce filius tuus conſtantiſſimus principum, defenſor tuus, adjutor tuus, ne commovearis, accinctus eſt gladium verbum Dei, quo dividit incredulos a fidelibus, induit ſe loricam fidei, & galeam ſalutis ſpem. En propugnator tuus, confide, ne metuas, novus David, non ille rex unius gentis Judaicæ, ſed hic tuus Chriſtianæ plebis piiſſimus princeps, Nazareni ſanguine purpuratus, dejecit Goliam magniloquum hoſtem tuum, & cunctum agmen ejus huc illucque diſperſit: percuſſit frontem ejus jactu lapidis, ubi non inerat ſignaculum pietatis, amputatum eſt caput ejus, & in membris ejus nullus vigor relictus eſt. En ubique triumphus portatur in pilo. Congregamini pariter & venite o religioſiſſimæ Chriſti eccleſiæ, cum ſacerdotibus plebes toto orbe diffuſæ, canite magna voce, & dicite: Vicit novus David * conſtantiſſimus Augu-

Pſal. 35

* al. ...

* clade

Ezech. 18

1. Reg. 17

* Alluſio ad nomen Juſtiniani Conſtantini. Harduinus

EP. LEONIS ILPP. ad IMP.

guſtorum, non in millibus ſolum, (nec A enim generalem evangelicæ prædicationis victoriam numerorum vinculis quiſquam poterit comprebendere) ſed & ipſum principem & hoſtem, & ducem, ac incentorem omnium malorum & errorum diabolum, cum ſuis legionibus atque fautoribus, per arma veræ atque orthodoxæ, & apoſtolicæ traditionis & confeſſionis extinxit. Exulta nunc ſecura ſancta mater eccleſia de libertate tua ſæpius impugnata, ſed non derelicta. Suſcitavit rex tuus inviciſſimus Chriſtus principem piiſſimum propugnatorem tuum, benefactorem tuum atque opulentiſſimum largitorem, cujus ſtudio orthodoxa fides B recollecto ſplendore toto orbe irradiat, fideles omnes gratiam referentes exultant, infideles mœror atque dejectio comprimit & confundit, eccleſiæ Chriſti de cunctis oppreſſionibus liberatæ reſpirant, donis imperialibus confoventur, principali præſidio muniuntur, quibus Dominicis verbis auguſta veſtra benignitas Chriſtum imitando pollicetur! *Ecce ego vobiſcum ſum* (Matth. 28) *uſque ad conſummationem ſæculi*, ut dominus Jeſus Chriſtus, cujus exemplis utitur, & æterno ejus regno & perenni gloria potiatur, & in orbem terrarum generaliter atque perenniter ejus imperium dilatetur. Præſentis denique ſuggeſtionis C exiguum portatorem Conſtantinum ſubdiaconum regionarium hujus ſanctæ apoſtolicæ ſedis, qui & nuper cum legatis apoſtolicæ memoriæ prædeceſſoris mei interfuit ſanctæ ſynodo inibi celebratæ, clementia conſueta dignum exceptione cenſeat veſtra regalis magnanimitas, ejuſque ſuggeſtionibus aurem pietatis accommodet, ut autem miniſtrum dignanter ſuſcipiat. Piiſſimum domini imperium gratia ſuperna cuſtodiat, & ei omnium gentium colla ſubſternat. Data Nonis Maii, indictione decima.

Anno 682 cum nec non-dum eſſet Papa. Nota.

ANNO CHRISTI 682.

λίπομεν ἐσομένοις ἱκανοὶ παριστᾶν τοῖς ἐθέλουσι. καὶ ἐν δὲ πρὸς τὴν κατάστασιν τῆς εὐαγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ὁ χαρακτὴρ τῆς γραφῆς ταῖς θαυμαζομένους ἀγῶνας τῆς ὑμετέρας πραότητος, καὶ τὴν μονογενῶς ἐνοῦσαν αὐτῇ ἀγρυπνίαν οὐκ αὐταρκεῖ διηγήσασθαι. ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο τῆς ἀνδρείας ὑμῶν τὰ ἐξαίρετα σιωπῇ παραπέμφθη· τοῦ παντὸς κόσμου πανταχοῦ ταῦτα βοῶντος. ὦ ἁγία μῆτερ ἐκκλησία ἀνάστηθι, ἀπόθου τὸ ἔνδυμα τῆς συγνότητος, καὶ ἔνδυσαι τὴν στολὴν τῆς εὐφροσύνης σου· ἰδοὺ ὁ υἱός σου ὁ εὐσεβέστατος βασιλέων, ὁ σὸς ἐκδικητὴς καὶ βοηθός σου. μὴ ταραχθῇς· περιεζώσατο γὰρ ῥομφαίαν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾧ διαιρεῖ τοὺς ἀπίστους ἀπὸ τῶν πιστῶν· ἐνεδύσατο πίστεως θώρακα, καὶ περικεφαλαίαν σωτηρίας ἐλπίδα. ἰδοὺ ὁ σὸς πρόμαχος ὁ νέος Δαβίδ. μὴ φοβηθῇς, θάρσει· οὐ γὰρ ἐκεῖνος ὁ ἐχθρὸς τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἔθνους βασιλεύς, ἀλλ' οὗτος ὁ σός, ὁ τοῦ φιλοχρίστου λαοῦ εὐσεβέστατος βασιλεὺς πορφυρωθεὶς ἐν τῷ τοῦ Ναζωραίου αἵματι, τὸν σὸν πολέμιον τὸν μεγαλορρήμονα Γολιὰθ κατέβαλε, καὶ πάσας αὐτοῦ τὴν φάλαγγα πανταχοῦ διεσκόρπισε, καὶ ἐπάταξεν αὐτοῦ πληγῇ λίθου τὸ μέτωπον, ἔνθα σφραγὶς εὐσεβείας οὐχ ὑπῆρχε· καὶ τῆς κεφαλῆς ἀφαιρεθείσης οὐδεμία ἰσχὺς περιελείφθη· καὶ ἰδοὺ πανταχοῦ ἐπὶ δόρατος θριαμβεύεται. συναθροίσθητε οὖν καὶ συνέλθετε οἱ θεοσεβέστατοι παντὸς τοῦ κόσμου οἱ λαοί, ἅμα τοῖς ἱερεῦσι τῶν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησιῶν, ὥστε μεγάλῃ τῇ φωνῇ λέγοντες· ἐνίκησεν ὁ νέος Δαβίδ, ὁ εὐσεβέστατος τῶν Αὐγούστων, οὐ μόνον ἐν χιλιάσιν· οὐδὲ γὰρ τὴν καθολικὴν νίκην τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος δυνήσεταί τις ἀριθμητικῶς συμπεριλαβεῖν· ἀλλ' ἔτι μὴν καὶ αὐτὸν τὸν ἀρχηγὸν καὶ πολέμιον καὶ ἡγεμόνα καὶ ἐρεθιστὴν πάντων τῶν κακῶν καὶ τῆς πλάνης τὸν διάβολον μετὰ τῶν αὐτοῦ ταγμάτων καὶ τῶν συνδρόμων τῷ ὅπλῳ τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς παραδόσεως καὶ ὁμολογίας κατέσβεσεν. εὐφράνθητι οὖν ἁγία μήτηρ ἐκκλησία ἀ-

μέμπτως ὑπάρχουσα περὶ τῆς σῆς ἐλευθερίας, ἡ πολλάκις καταπολεμηθεῖσα, ἀλλὰ μηδαμῶς ἐγκαταλειφθεῖσα· ἀνέστησε γάρ ὁ σὸς ἀήττητος βασιλεὺς ὁ Χριστὸς βασιλέα φιλόχριστον τὸν σὸν ὑπέρμαχον, τὸν σὸν εὐεργέτην καὶ * πάροχον· οὗ τινος τῷ σπουδάσματι τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τὴν ἑαυτῆς ἐπισυνάγουσα λαμπρότητα ὅλον καταυγάζει τὸν κόσμον· καὶ πάντες οἱ πιστοὶ ἀγαλλιῶνται εὐχαριστίας ἀναπέμποντες, τοὺς δὲ ἀπίστους ἡ λύπη καὶ ἡ κατάπληξις καταπαύει, καὶ συντελεῖ· αἱ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι ἀνέπνευσαν ῥυσθεῖσαι ἀπὸ πασῶν τῶν ἰδίων περιστάσεων, καὶ τοῖς βασιλικοῖς περιθάλπονται δώροις, καὶ τῇ αὐτοκρατορικῇ ὀχυροῦνται προστασίᾳ· αἷς τισι καὶ ἡ σεβασμιωτάτη ὑμῶν εὐσέβεια τοῖς δεσποτικοῖς ῥήμασι τὸν Χριστὸν μιμουμένη ἐπαγγέλλεται· ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, ὥσπερ ὁ κύριος Ἰησοῦς Χριστός, οὗτινος τοῖς διδάγμασι κέχρηται, καὶ τῆς αἰωνίου βασιλείας καὶ διηνεκοῦς δόξης ἐν ἀπολαύσει γένηται· καὶ καθολικῶς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὸ κράτος αὐτῆς αἰωνιζόντως πλατύνηται. τῶν δὲ παρουσῶν ἀναφορῶν ἐλάχιστον ἀποκομιστὴν Κωνσταντῖνον τὸν ὑποδιάκονον καὶ ῥεγεωνάριον τούτου τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, τὸν καὶ πρὸ μικροῦ μετὰ τῶν λεγαταρίων τοῦ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης τοῦ προηγησαμένου με παρευρεθέντα ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ αὐτόθι ἐπιτελεσθείσῃ, τῇ συνήθει φιλανθρωπίᾳ ἡ ὑμετέρα βασιλικὴ μεγαλοψυχία δέξασθαι καταξιώσῃ, καὶ ταῖς ἀναφοραῖς αὐτοῦ τὸ οὖς τῆς εὐμενείας ἐπικλίνῃ, καὶ ὡς διάκονον ἀξίως δέξηται. τὸ εὐσεβὲς τοῦ δεσπότου κράτος ἡ οὐράνιος διαφυλάξῃ χάρις, καὶ πάντων τῶν ἐθνῶν τοὺς αὐχένας ὑποτάξῃ.

# EXEMPLAR DIVINÆ JUSSIONIS.

## Juſtiniani Auguſti, directæ ad Joannem papam urbis Romæ, in confirmationem ſextæ ſynodi Conſtantinopolitanæ.

*In nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, fidelis in Jeſu Chriſto, pacificus, pius perpetuus Auguſtus; Joanni *vero ſanctiſſimo ac beatiſſimo archiepiſcopo antiquæ almæ urbis Romæ atque univerſali papæ.*

* viro

• MAgnum ſtudium, magnam ſolicitudinem nos habentes pro ſtabilitate immaculatæ Chriſtianorum fidei, dehinc namque clementiſſimum noſtrum Deum adjutorem, & ſuſceptorem noſtræ ſerenitatis eſſe confidimus, adverſus omnem inimicum Chriſto dilectæ noſtræ reipublicæ, dum cognitum eſt nobis, quia ſynodalia geſta, eorumque definitionem, quam & inſtituere noſcitur ſanctum ſextum concilium, B quod congregatum eſt in tempore ſanctæ memoriæ noſtri patris, in hanc a Deo conſervandam regiam urbem, apud quoſdam noſtros judices remiſerunt. Neque enim omnino prævidimus alterum aliquem apud ſe detinere ea, ſine noſtra piiſsima ſerenitate, eo quod nos * copioſos miſericordia noſter Deus cuſtodes conſtituit ejuſdem immaculatæ Chriſtianorum fidei: ſed mox adduximus noſtros patres ſanctiſſimos ac beatiſſimos patriarchas cum veſtræ beatitudinis apocriſiario, & ſanctiſſimum ſenatum, verum etiam Deo amabiles metropolitas & epiſcopos, qui hic in regia urbe commorantur, & deinceps militantes incolas ſancti palatii, nec non & ex collegiis popularibus & ab excubitoribus, inſuper etiam quoſdam de Chriſto dilectis exercitibus, tam ab a Deo conſervando imperiali obſequio, quamque ab orientali * Thraciano, ſimiliter & ab Armeniano, etiam ab exercitu Italiæ, deinde ex Cabariſianis & Septenſianis, ſeu

* copioſi

* [illegible]

A de Sardinia atque de Africano exercitu, qui ad noſtram pietatem ingreſſi ſunt, & juſſimus præfatas ſynodalium geſtorum chartas in medium adduci, & coram ſupradictis omnibus lectionem eorum fieri: omneſque diligenter audientes ſignare ipſas fecimus: quorum auditorum univerſitas in noſtris manibus eas præbuit chartas, ut debeamus nos tenendo inviolatas conſervare ipſas, ut non licentia fuerit in quolibet tempore his, qui timorem Dei nolunt habere, aliquid corrumpere aut ſubmutare ab his, quæ inſerta ſunt in prænominatis ſynodalibus geſtis, quas totas chartas bene definitas in temporibus ſanctæ memoriæ noſtri patris, ex probabilibus ſanctis patribus, qui propriæ linguæ & manuum ſidem B apud dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verumque Deum exiſtentem, confirmaſſe dignoſcitur, & confitentes eam docuiſſe, nos ſperamus clementiſſimum noſtrum Deum, quia uſque dum noſter ſpiritus ſtatutus eſt ex Deo eſſe in nobis, ipſas chartas illibatas & incommutabiles ſemper conſervabimus. Ad inſinuandum itaque veſtræ paternæ beatitudini hujuſmodi capituli motiones, prævidimus & earum ſcientiam notam feciſſe beatitudini veſtræ. *Et manu * diva*. Divinitas te ſervet per multos annos ſanctiſſime ac beatiſſime pater. Data decimotertio Kalendas Martias, Conſtantinopoli in imperiali domo, piiſſimoque & perpetuo Auguſto Juſtiniano imperatore, anno ſecundo, & poſt conſulaC tum ejus anno * ſecundo, indictione decimaquinta. *

* Sive divi [illegible]

* hoc eſt anno Chriſti [illegible]

* obiit [illegible]

*In codice Bellovacenſi hæc ſubjiciuntur verba*. Scriptus eſt codex temporibus domni Sergii * ſanctiſſimi ac beatiſſimi papæ & in patriarchio ſanctæ eccleſiæ Romæ recluditur. Deo gratias. Amen.

# CONCILII OECUMENICI VI.

## VERSIO ALTERA

longe accuratior,

*Ex vetuſto codice manuſcripto Bibliothecæ Collegii Pariſienſis Societatis* JESU

## ACTA SANCTI CONCILII

Quod fuit Conſtantinopoli adverſus eos qui impie docuerunt unam eſſe voluntatem & unam operationem in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, qui eſt unus ex ſanctæ & ejuſdem eſſentiæ Trinitate.

### ACTIO PRIMA.

Ex Harduini Conc. Collectione Tom. 3.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei & Servatoris noſtri; imperii divinitus coronatorum & ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum, Conſtantini quidem valde pii & a Deo electi magni Imperatoris ſemper auguſti anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum divinæ ejus clementiæ anno decimo tertio; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus

t Græca non extant: vetus hæc Latinitas eſt ex priore editione Regia. *Hard.*

ACTIO I.

ANNO CHRISTI

jus fratrum, anno viceſimo ſecundo, ſeptimo menſis Novembris, indictione nona: præſidente eodem pio & Chriſti amante magno Imperatore Conſtantino in ſecreto divini palatii quod dicitur Trullus, & juſſu divinæ ejus ſerenitatis præſentibus & audientibus Niceta glorioſiſſimo exconſule patricio & magiſtro imperialium Officiorum, Theodoro glorioſiſſimo exconſule Patricio Comite Imperialis obſequii & ſubprætore Thraciæ, Sergio glorioſiſſimo exconſule Patricio, Paulo glorioſiſſimo exconſule Patricio, Juliano glorioſiſſimo exconſule Patricio & militarium rationum præfecto, Conſtantino glorioſiſſimo exconſule Patricio & curatore imperialis domus Hormiſdæ, Anaſtaſio glorioſiſſimo exconſule Patricio & vicario Comitis excubiarum imperialium, Joanne glorioſiſſimo exconſule Patricio & Quæſtore, Polyeucto glorioſiſſimo exconſule, Thoma glorioſiſſimo exconſule; Paulo glorioſiſſimo exconſule & adminiſtratore provinciarum Orientalium, Petro glorioſiſſimo exconſule, Leontio glorioſiſſimo exconſule & domeſtico menſæ Imperatoriæ. Cum conveniſſet ſancta & Oecumenica ſynodus, quæ juſſu Imperatoris congregata fuerat in hac Imperatoria quæ a Deo cuſtoditur civitate; nempe Theodorus & Georgius reverentiſſimi presbyteri; & Joannes reverentiſſimus Diaconus vicem gerentes ſanctiſſimi veteris Romæ archiepiſcopi Agathonis; & Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus inclytæ Conſtantinopolis novæ Romæ; & Petrus religioſus presbyter monachus & legatus ſedis magnæ, Alexandrinæ civitatis. & Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus civitatis Antiochiæ: & Georgius reverentiſſimus presbyter monachus & Apocriſiarius; & Theodorus ſanctiſſimus legatus ſedis Hieroſolymitanæ: Joannes epiſcopus civitatis Portuenſis, Abundantius epiſcopus civitatis Paternæ, Joannes epiſc. civitatis Rheginæ, vicem gerentes ſanctæ centum & viginti quinque reverentiſſimorum epiſcoporum ſynodi, quæ habita fuit in Roma veteri: qui etiam propriis ſubſcriptionibus fuerunt declarati in relatione quæ ab ipſis facta eſt apud valde pium Imperatorem Conſtantinum. & Theodorus reverentiſſimus presbyter, & legatus religioſiſſimi Ravennæ archiepiſcopi Theodori: Baſilius epiſc. Gortynæ civitatis inſulæ Cretenſium, Theodorus Epheſi epiſc., Siſinius epiſc. Heracleæ Thraciæ, Georgius epiſc. Cyzici, Petrus epiſc. Nicomediæ, Photius epiſc. Nicææ, Joannes epiſcopus Chalcedonenſis, Theodorus epiſc. Melitenæ, Siſinius epiſc. Hierapolis Phrygiæ, Macrobius epiſc. Seleuciæ Iſauriæ, Georgius epiſc. Bizyæ Thraciæ, Gregorius epiſc. Mitylenes, Sergius epiſc. Selybriæ, Andreas epiſc. Methymnes, Theognius epiſc. Cii, Georgius epiſcopus Cabulianorum, Antonius epiſc. Hypæporum, Geneſius epiſc. Anaſtaſiopolis, Plato epiſcopus Cinnæ, Joannes epiſc. Daſcylei, Theodorus epiſc. Juſtinianopolis Gordi, Theodorus epiſc. Beriſſæ, Stephanus epiſc. Heracleæ Ponti, Longinus epiſc. Tii, Domitius epiſc. Pluſiadis, Solomon epiſc. Clanei, Georgius epiſc. Coi, Joannes epiſc. Myndi, Gregorius epiſc. Cantani, Joannes epiſc. Lappæ, Eulalius epiſc. Zenonopolis, Conſtantinus epiſc. Paliſandi, Theodorus epiſc. Olbæ, Theophanes presbyter & Præfectus religioſi in Sicilia monaſterii quod appellatur Bajarum, Georgius presbyter & monachus monaſterii Renna, quod ſitum eſt in Roma veteri, Conon & Stephanus presbyteri & monachi monaſterii ædis quæ dicitur Arſicia, quæ ſita eſt in Roma veteri: Anaſtaſius presbyter & monachus oratoriorum religioſi Patriarchei quod eſt Conſtantinopoli, & Stephanus presbyter & monachus, diſcipulus Macarii ſanctiſſimi archiepiſcopi divinæ civitatis Antiochiæ: Et ſediſſent glorioſiſſimi patricii & Conſules ex tranſverſo pii & Chriſti amantis Imperatoris noſtri Conſtantini: & a ſiniſtra quidem ejus parte ſediſſent ſanctiſſimi legati ſanctiſſimi archiepiſcopi Romæ veteris Agathonis, & religioſi epiſcopi qui vicem gerebant ſynodi quæ ab eo fuit habita: & Theodorus presbyter & legatus religioſiſſimi archiepiſcopi Ravennæ, & Baſilius epiſc. Gortynæ, & Georgius presbyter monachus & Apocriſiarius Theodorus ſanctiſſimus legatus ſedis Hieroſolymitanæ, & reliqui epiſcopi qui erant ſub ſede ſanctiſſimi Papæ Romæ veteris: A dextera autem parte ſediſſent ſimiliter, Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ; & Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus divinæ civitatis Antiochiæ, & Petrus religioſiſſimus presbyter Monachus & legatus ſedis magnæ Alexandriæ civitatis, & Theodorus epiſcopus Epheſi, & ceteri religioſiſsimi epiſcopi qui erant ſub ſede ſanctiſsimi archiepiſcopi Conſtantinopolitani, & ſanctiſsimi archiepiſcopi divinæ civitatis Antiochiæ: In medio propoſitis ſanctis & intemeratis Chriſti Dei noſtri evangeliis, Theodorus & Georgius valde pii presbyteri, & Joannes maximus pius diaconus, qui vicem gerebant ſanctiſsimi Papæ ſedis Apoſtolicæ veteris Romæ, Agathonis; & præterea qui vicem gerebant ab eo habitæ ſynodi, dixerunt: Optime Domine, ex ſacra quæ a divina veſtra potentia miſſa eſt ad ſanctiſsimum noſtrum Papam, ab eo miſsi ſumus ad pia veſtigia veſtræ a Deo fultæ ſerenitatis cum ejus relatione, & cum alia etiam ſynodica relatione quæ ſimiliter facta eſt ad veſtram a Deo munitam pietatem a ſanctiſsimis qui ei ſubſunt epiſcopis, quas etiam tradidimus veſtræ a Deo coronatæ potentiæ. Quoniam autem ante quadraginta plus minuſve annos quædam vocum novitate adverſus fidem orthodoxam introduxerunt qui illis temporibus fuerunt præſules veſtræ hujus regiæ & a Deo cuſtoditæ civitatis, Sergius, inquam, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, Cyrus quoque qui fuit antiſtes civitatis Alexandriæ, & præterea Theodorus qui fuit epiſcopus civitatis, quæ dicitur Pharam, & quidam alii eos ſecuti, qui decreverunt & docuerunt unam eſſe voluntatem & unam operationem, in incarnata diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti qui eſt unus ex ſancta Trinitate; & cum quæ vobis ſervit noſtra ſedes apoſtolica de eo ſæpe admonuiſſet, & deinde etiam rogaſſet, & non potuiſſet uſque in hodiernum diem ab hac reproba abducere ſententia; petimus a veſtra a Deo coronata potentia, ut qui ſunt ex partibus ſanctiſsimæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, dicant undenam inventa ſit ejuſmodi vocum novitas. Conſtantinus pius Imperator dixit: Qui audierunt, Georgius ſanctiſsimus archiepiſcopus hujus a Deo cuſtoditæ civitatis, & Macarius ſanctiſsimus archiepiſcopus Antiochiæ civitatis, & quæ ei ſubeſt ſynodus, ad ea quæ dicta ſunt ex parte Apoſtolicæ ſedis magnæ Romanorum civitatis; perſequantur ea quæ ſibi videntur. Macarius religioſiſſimus archiepiſcopus Antiochiæ civitatis, ſimul cum Stephano reverentiſſimo presbytero & monacho ejus diſcipulo; & cum eis Petrus quoque religioſiſſimus metropolitanus Nicomediæ & Solomon religioſiſſimus epiſc. Clanii verba fa-

ANNO CHRISTI 680

facientes pro ſede ſanctiſſimæ quæ hic eſt eccleſiæ, & ſede Antiochiæ, dixerunt: Nos quidem non expoſuimus vocum novitates; ſed ſi quid accepimus tam ex ſanctis Oecumenicis ſynodis, quam ex ſanctis & electis patribus, & iis præterea qui fuerunt præſules hujus regiæ civitatis; Sergius, inquam, Paulus, Pyrrhus & Petrus, & præterea Honorius qui fuit papa Romæ veteris, & Cyrus qui fuit Papa Alexandriæ, nempe de voluntate & operatione, ita & credidimus & credimus & prædicamus, & parati ſumus ea quæ de eo dicuntur adducere.

Dixit Conſtantinus pius Imperator. Si vultis quæ de eo dicuntur nobis adducere, non aliter vos admittimus adducentes probationes, niſi ſicut dixiſtis, ex ſanctis & Oecumenicis ſynodis & ſanctis electis patribus.

Macarius religioſiſſimus archiepiſcopus Antiochiæ, & qui cum eo erant, dixerunt: Pie domine, jube per bibliothecarium ſanctiſſimæ quæ hic eſt magnæ eccleſiæ, libros ſanctarum ſynodorum in medium produci ex ſancto Patriarchejo.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Jubemus acta ſanctarum & Oecumenicarum ſynodorum, ex ſancto Patriarchejo hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis illico in medium produci per competentem bibliothecarium, & legi. Et cum parumper exceſſiſſent Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius, & acceſſiſſet in bibliothecam ſancti Patriarcheii, protulit libros ſanctarum & Oecumenicarum ſynodorum.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Georgius reverentiſſimus diaconus & bibliothecarius, quos affert libros ſanctarum ſynodorum, tradat ad legendum.

Et cum accepiſſet Stephanus reverentiſſimus presbyter & monachus diſcipulus Macarii ſanctiſſimi archiepiſcopi Antiocheni, primum librum actorum ſanctæ tertiæ Epheſinæ ſynodi prioris legit. Et cum veniſſet ad orationem compellatoriam, quæ a ſancto Cyrillo qui fuit antiſtes magnæ civitatis Alexandrinæ, habita eſt ad Theodoſium piæ memoriæ Imperatorem, cujus eſt initium: Gloriæ quidem quæ eſt in hominibus: Et paulo poſt: Veſtri autem religioſi imperii ſuſtentaculum eſt ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Per ipſum enim Reges regnant, & potentes ſcribunt juſtitiam, ſicut ſcriptum eſt: eſt enim ejus omnipotens voluntas. Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus civitatis Antiochenæ, dixit; Ecce Domine, adduxi locum, qui dicit eſſe unam in Chriſto voluntatem. Surgentes autem qui vicem gerebant apoſtolicæ ſedis Romæ veteris, & quidam epiſcopi ſynodi Conſtantinopolitanæ, & glorioſiſſimi magiſtratus exclamaverunt dicentes: Superflue & præter id quod ſcriptum eſt, Macarius ſanctiſſimus epiſcopus civitatis Antiochenæ, ex dicto quod nunc lectum eſt, videtur affirmare unam eſſe voluntatem in duabus naturis unius Domini noſtri Jeſu Chriſti, hoc eſt, in ejus divinitate & humanitate. Hoc enim ſanctus Cyrillus in divina ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti & omnipotente natura accipiens ſcripſit, qui cum Patre & ſancto Spiritu communem & omnipotentem habet voluntatem. Et ideo eam omnipotentem vocat ſanctus Cyrillus; & alioqui ne numerative quidem poſuit unam ejuſmodi voluntatem. Et cum lectus eſſet hic liber, dixit pius Imperator Conſtantinus: Legatur quoque alius liber ſanctæ hujus tertiæ ſynodi Quem cum cepiſſet Solomon religioſiſſimus diaconus & notarius ſanctiſsimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, legit a principio uſque ad finem. Conſtantinus pius Imperator dixit: Sufficit quæ a nobis facta eſt hodierno die lectio, in qua finem acceperunt priora acta ſynodi Epheſinæ: altero autem die a nobis legentur acta ſynodi Chalcedonenſis.

ACTIO

## ACTIO SECUNDA.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; imperii divinitus coronatorum & ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum; Conſtantini quidem pii & a Deo electi magni Imperatoris ſemper Auguſti anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum divinæ ejus clementiæ anno decimo tertio, Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, decimo menſis Novembris, indictione nona.

Præſidente eodem pio & Chriſti amante magno Imperatore Conſtantino, in ſecreto divini palatii quod dicitur Trullus; & juſſu ejus divinæ ſerenitatis, præſentibus & audientibus Niceta glorioſiſſimo exconſule Patricio & magiſtro imperialium officiorum, Theodoro glorioſiſſimo exconſule Patricio Comite imperialis obſequii, & ſubprætore Thraciæ; Sergio glorioſiſſimo exconſule Patricio, Paulo glorioſiſſimo exconſule Patricio, Juliano glorioſiſſimo exconſule Patricio & militarium rationum præfecto, Conſtantino glorioſiſſimo exconſule Patricio & Curatore imperialis domus Hormiſdæ, Anaſtaſio glorioſiſſimo exconſule Patricio & vicario Comitis imperialium excubiarum, Joanne glorioſiſſimo exconſule Patricio & Quæſtore, Polyeucto glorioſiſſimo exconſule, Thoma glorioſiſſimo exconſule & adminiſtratore provinciarum Orientalium, Petro glorioſiſſimo exconſule, Leontio glorioſiſſimo exconſule & domeſtico menſæ regiæ.

Cum conveniſſet ſancta & Oecumenica ſynodus quæ congregata fuerat juſſu Imperatoris in hac a Deo cuſtodita & regia civitate; videlicet Theodorus & Georgius reverentiſſimi presbyteri, & Joannes reverentiſſimus diaconus, qui vicem gerebant ſanctiſſimi archiepiſcopi veteris Romæ Agathonis: & Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus inclytæ hujus Conſtantinopolis novæ Romæ: & Petrus religioſus presbyter monachus & vicarius ſedis magnæ Alexandriæ civitatis: & Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus divinæ civitatis Antiochiæ: & Georgius pius presbyter monachus & apocriſiarius: Theodorus ſanctiſſimus legatus ſedis Hieroſolymitanæ: Joannes epiſc. civitatis Portuenſis, Abundantius epiſc. civitatis Paterni, Joannes epiſc. civitatis Rhegii, qui vicem gerebant ſanctæ cxxv. reverentiſſimorum epiſcoporum ſynodi in veteri Roma habitæ, qui etiam per ſuas ſubſcriptiones declarabantur in relatione quæ ab eis facta eſt ad pium Imperatorem Conſtantinum: & Theodorus reverentiſſimus presbyter & legatus religioſiſſimi archiepiſcopi Ravennæ Theodori: Baſilius epiſcopus civitatis Gortynæ Cretenſium inſulæ, Theodorus epiſc. Epheſi, Siſinius epiſcopus Heracleæ Thraciæ, Georgius epiſc. Cyzici, Petrus epiſc. Nicomediæ, Photius epiſc. Nicææ, Joannes epiſc. Chalcedonis, Theodorus epiſc. Melitenes, Siſinius epiſc. Hierapolis Phrygiæ, Macrobius epiſc. Seleuciæ Iſauriæ, Georgius epiſc. Bizyes Thraciæ, Gregorius epiſc. Mitylenæ, Sergius epiſc. Selybriæ, Andreas epiſcopus

Methymnæ, Theognius epiſc. Cii, Georgius epiſc. Camulianorum, Antonius epiſc. Hypæporum, Geneſius epiſc. Anaſtaſiopolis, Plato epiſcopus Ciorum, Joannes epiſc. Daſcylii, Theodorus epiſc. Juſtinianopolis Gordi, Theodorus epiſcopus Beriſſæ, Stephanus epiſc. Heracleæ Ponti, Longinus epiſc. Tii, Domitius epiſcopus Pluſiadis, Solomon epiſc. Clanei, Georgius epiſc. Coi, Joannes epiſc. Myndi, Gregorius epiſc. Cantani, Joannes epiſc. Lappæ, Eulalius epiſc. Zenonopolis, Conſtantinus epiſc. Daliſandi, Theodorus epiſc. Olbæ, Theophanes presbyter, & præfectus ſancti in Sicilia monaſterii quod dicitur Bajarum, Georgius Renna, quod ſitum eſt in Roma vetere, Conon & Stephanus presbyter & monachus monaſterii quod dicitur ædes Arſicia ſita in Roma veteri, Anaſtaſius presbyter & monachus Oratoriorum ſancti Patriarchii quod eſt Conſtantinopoli, & Stephanus presbyter & monachus, diſcipulus Macarii ſanctiſsimi archiepiſcopi divinæ civitatis Antiochiæ.

. . . . . . . . .

*Deſunt plurima.*

. . . . . . . . .

In Græco hæc ... ex A... 

Ecce fiat lectio. Et cum libros accepiſſet Petrus religioſiſsimus diaconus & notarius ſanctiſsimi Patriarchæ Conſtantinopolis, legit. Et cum legeretur ſeptima actio, inventi ſunt in ea libelli duo, tanquam a ſanctæ memoriæ Vigilio qui fuit Papa Romæ: unus quidem ad Juſtinianum, piæ memoriæ Imperatorem; alter autem ad Theodoram piæ memoriæ Auguſtam. in quibus ſic continetur: "Anathematizamus autem Theodorum quoque, qui fuit epiſcopus Mopſueſtiæ, ut qui ſemper fuerit alienus ab eccleſiis, & contrarius ſanctis Patribus: qui non confitetur incarnatum fuiſſe Deum Verbum, hoc eſt, Chriſtum, & ejus eſſe unam hypoſtaſim, unam perſonam, & unam operationem. Et rurſus ſurgentes qui vicem gerebant apoſtolicæ ſedis Romæ veteris, cum religioſis viris qui cum eis erant, exclamaverunt, & dixerunt: Abſit, domine: Non dixit Vigilius unam operationem. Non ſunt libelli Vigilii; falſatus fuit hic quoque liber, ſicut prooemia primi libri ſanctæ quintæ ſynodi. Nam ſi, domine, Vigilii dogma fuit hoc de una operatione, & admiſſum fuit a ſynodo, etiam in decreto hujus ſanctæ ſynodi ſuſcipienda fuit hæc vox de una operatione. Si legatur autem, o pie domine, hoc decretum, invenerit dominus omnem veritatem & ſeriem & ordinem, dicto libro lecto uſque ad decretum. Lecto autem ipſo quoque decreto uſque ad finem, nequaquam inventum & aliquid inſertum de una operatione in eo decreto.

Theodorus & Georgius reverentiſſimi presbyteri, & Joannes reverentiſſimus diaconus, qui gerebant vicem ſanctiſſimi Papæ apoſtolicæ ſedis veteris Romæ dixerunt: Petimus a divina veſtra ſerenitate, ut dictus liber tempeſtive revocetur, ut quæ in eo facta fuit falſitas aperiatur.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Quod eſt petitum, fiat altero die: præſens autem liber legatur uſque ad finem. Et lectus fuit.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Cum ſynodalium qui lecti ſunt librorum cognitionem acceperit ſancta ſynodus & glorioſiſſimi magiſtratus, dicant an inventum ſit definitum ab ipſis ſanctis ſynodis, quod pollicitus eſt ſe oſtenſurum Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & qui cum eo ſunt viri reverentiſſimi, unam eſſe voluntatem & operationem in incarnata diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti.

Sancta ſynodus & glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Ex lectis ſanctis ſynodus, ut ſcitis, reverentiſſimi, omnino non invenimus unam voluntatem & unam operationem in incarnata diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti qui eſt unus ex Trinitate. Conſtantinus pius Imperator dixit: Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus, & qui cum eo ſunt, dicant an ſicut ſunt polliciti, ſunt parati producere ſententias ſanctorum ſelectorum patrum, quæ debent oſtendere, ſicut ſunt polliciti, unam voluntatem & unam operationem in incarnata diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti: & eas proferant.

Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & qui cum eo erant, dixerunt: Convenienter iis quæ juſſit veſtra potentia, dato nobis certo termino, quas adducere promiſimus, ſanctorum patrum proferimus ſententias.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus, & qui cum eo ſunt, altero die hoc agant.

Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, & quæ ſub eo erat ſynodus, dixerunt: Petimus a veſtra divina ſerenitate, ut quæ ad divinitus coronatam veſtram potentiam, ab Agathone ſanctiſſimo Papa apoſtolicæ ſedis veteris Romæ, & quæ ſub eo fuit ſynodo, miſſæ ſunt relationes, nobis audientibus legantur, ut nos accipiamus cognitionem eorum quæ in eis continentur.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Quod a vobis eſt petitum, fiet altero die.

## ACTIO TERTIA.

IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; imperii divinitus coronatorum & sereniſſimorum dominorum noſtrorum & maximorum benefactorum Flaviorum; Conſtantini quidem pii & a Deo electi magni Imperatoris ſuper Auguſti, anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum ejus divinæ clementiæ anno tertio decimo; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſeptimo, quinto decimo menſis Novembris, indictione nona, præſidente eodem pio & Chriſti amante Imperatore: Paulus magnificentiſſimus Imperatoris ſecretarius dixit: Meminit divina veſtra pietas, quod in præcedenti conventu, cum lecta eſſent acta ſanctæ quintæ ſynodi, Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, ſimul cum ſynodo quæ eſt ſub eo, petiit a pia veſtra potentia, ut legerentur relationes quæ factæ ſunt ab Agathone ſanctiſſimo Papa Romæ veteris; & ſynodo quæ eſt ſub eo: & diſtulimus uſque ad diem præſentem.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Legatur. Et prolata fuit ſcripta Græcis literis dictarum relationum interpretatio, facta a magnificentiſſimo Diogene Imperatoris ſecretario: & lecta fuit ſic ad verbum.

Valde

ANNO CHRISTI 6[illegible]

ACTIO III

**Valde piis dominis & ſereniſſimis victoribus & triumphatoribus, filiis dilectiſſimis Domini noſtri Jeſu Chriſti, Conſtantino magno Imperatori, Heraclio & Tiberio Auguſtis, Agatho epiſcopus ſervus ſervorum Dei.**

CONſideranti mihi humanæ vitæ diverſas moleſtias, & ad Deum ſolum verum cum vehementi mœrore ſeſpiranti, ut anima tempeſtatibus agitatam deſiderio divinæ miſericordiæ, impertiret conſolatione, & ex profundo afflictionum ſuæ dexteræ virtute ſublevaret; magnam & admirabilem, cum indeſinente gratiarum actione, B fateor, ſereniſſimi domini & filii, conſolationis opportunitatem dignatus eſt exhibere, pium propoſitum veſtræ ſerenæ manſuetudinis; quod ad conſtituendam ac confirmandam ei divinitus creditam Chriſtianiſſimam rempublicam, ejus numen conceſſit; ut vis Imperatoria & benevolentia, de Deo per quem reges regnant, qui eſt Rex regum & Dominus dominantium, curam gerat & quærat, & a reprehenſione alienæ ejus fidei veritatem, ut tradita eſt ab Apoſtolis & Apoſtolicis patribus, vigilanter inquirat; & ut vera continet traditio ex inſtitutione, cupiat obſervari in omnibus eccleſiis: & ne aliquem ex iis qui audiunt tam pius lateat ſcopus, aut humana terreat ſuſpicio, conſiderando vos eſſe C in ſumma poteſtate, voluit ut nos congregemur, & pleniſſima tranquillitate ad reſpondendum de prædicatione evangelicæ & Apoſtolicæ noſtræ fidei admoneamur. Divini enim apices ad Apoſtolicæ memoriæ dominum Pontificem, qui noſtram præceſſit mediocritatem, omnibus populis & gentibus per noſtrum miniſterium declararunt, & nos certiores reddiderunt. Quos quidem apices gratia ſancti Spiritus, calamo linguæ imperialis ex puro cordis theſauro dictavit: admonentes & non comprimentes; reſpondentes & non terrentes; non moleſtiam aſferentes, ſed ad ea quæ ſunt Dei ſecundum Deum adhortantes. Nam ipſe quoque omnium creator & redemptor, cum poſſet mortales ter D rere majeſtate ſuæ divinitatis, & manſuetudine potius quæ exprimi non poteſt benignitatis humiliter ad nos deſcendens, quos creavit dignatus eſt etiam redimere. Qui etiam ſpontaneam veræ in eum fidei a nobis ſuſcipit confeſſionem. Cujus beatus quoque Petrus Apoſtolorum ſummus nos admonet. *Paſcite qui eſt inter vos gregem Chriſti, non coacte, ſed ſpontanee, ſecundum Deum* adhortans.

1 Pet. 5

His ergo divinis ſyllabis, manſuetiſſimi rerum domini, recreatus, & ad ſpem conſolationis ex profundiſſimis doloribus ſublevatus, cœpi majori paulatim fiducia quæ per ſacros manſuetudinis veſtræ apices juſſa erant exequi, prompteque & alacriter omnem adhibens operam, quænam E perſonæ in hujus temporis imbecillitate, & in vobis ſervientis regionis qualitate poſſent inveniri, implendæ obedientiæ cauſa quæſivi, cum conſilio conſervorum meorum epiſcoporum, & ex ſynodo quæ ad hanc Apoſtolicam ſedem accedit, & ex ſervo veſtro clero qui diligit veſtram Chriſtianiſſimam potentiam, & conſequenter ex religioſiſſimis Dei ſervis; ut proficiſcerentur ad veſtigia piæ veſtræ ſerenitatis, ut ſincere exponerent ſententiam Apoſtolicorum præſulum qui præceſſerunt.

Quapropter ſuppliciter mente genu flectentes, A rogamus veſtram benignitatem quæ ſemper reſpicit ad manſuetudinem, ut convenienter benignæ & venerandæ Imperatoriæ ſacræ promiſſioni, eos velit ſuſcipere veſtra quæ Chriſtum imitatur ſerenitas, & benignitas aures dignetur præbere mediocribus noſtris relationibus. Sic omnipotentis Dei aures apertas ad audiendas veſtras ſupplicationes, inveniet veſtra pietas manſuetiſſima & illæſa circa rectitudinem Apoſtolicæ fidei, quæ corporum integritatem jubebit ſuis reſtituere. Sic ſuprema majeſtas, per fortiſſimos & invictos labores veſtræ a Deo ſtabilitæ benignitatis, ſub benignum diadema veſtri imperii, univerſam Chriſtianorum rempublicam, & fortiſſimis veſtris ſceptris ſubjiciet gentes quæ B reſiſtunt. Ut ex hoc omnis anima & omnes gentes fiant certiores, quod id quod per venerandos apices, de non offendendo, & quod nulla in re gravarentur qui veniebant, Deo ei inſpirante promittere dignata eſt, in omnibus adimplevit. Neque enim eorum cognitio dedit fiduciam, ut audeamus eos mittere ad pia veſtra veſtigia. Sed Imperatoria veſtra benignitas hoc benigne jubens eſt adhortata; & noſtra parvitas id quod eſt imperatum implevit cum obedientia.

Ut autem veſtræ Deo commendatæ pietati, quid continet Apoſtolica noſtra fides, paucis aperiamus, quam etiam accepimus per Apoſtolicam traditionem, Apoſtolicorum pontificum C & quinque ſanctarum Oecumenicarum ſynodorum, per quas fundamenta catholicæ Chriſti eccleſiæ fundata ſunt & ſtabilita: Hic eſt ergo ſtatus evangelicæ & Apoſtolicæ noſtræ fidei; ut confitentes ſanctam & inſeparabilem Trinitatem, Patrem ſcilicet, Filium, & Spiritum ſanctum, unius eſſe divinitatis, unius naturæ & eſſentiæ, eam prædicamus unius & naturalis voluntatis, potentiæ, operationis, dominationis, majeſtatis, poteſtatis & gloriæ: & ſi quid de eadem ſancta Trinitate dicitur eſſentialiter, ſingulari numero tanquam ex una natura, tres ejuſdem eſſentiæ perſonas Trinitatis comprehendimus, hoc edocti ratione canonica. Quando autem de uno ex his tribus perſonis ipD ſius ſanctæ Trinitatis, Filio Dei Verbo; & de myſterio ejus adorandæ ſecundum carnem œconomiæ, confitemur; omnia duplicia unius & ejuſdem Domini Servatoris noſtri Jeſu, ex traditione evangelica affirmamus: hoc eſt, duas ejus naturas prædicamus, divinam ſcilicet & humanam, ex quibus & in quibus conſiſtit etiam poſt admirabilem & inſeparabilem unionem; & unamquamque ejus naturam naturalem proprietatem habere confitemur: & divinam habere omnia quæ ſunt divina, & humanam omnia quæ ſunt humana abſque ullo peccato; & utramque unius & ejuſdem Dei Verbi incarnati, hoc eſt, qui homo factus eſt, inconfuſe, inſeparabiliter, imE mutabiliter eſſe agnoſcimus: ſola intelligentia quæ ſunt unita diſcernentes, propter errorem ſcilicet confuſionis: ex æquo enim eſt cavenda confuſio ac diviſio.

Et niſi quod longus ambitus regionum in quibus fuit ſynodus noſtræ humilitatis, ſpatium temporis produxiſſet; jam olim, quod vix tandem nunc fieri potuit, diligentiæ impleſſet noſtra obedientia. Sed quoniam ex diverſis provinciis congregabatur veſtris addicta ſervitiis quæ eſt nobiſcum ſynodus: quoniam aliquas quidem perſonas ex clementiſſimæ veſtra potentiæ ſervitiis addicta urbe Roma, aut ex locis propin-

quis

ACTIO III.

ANNO CHRIST. 680.

quis mittere ſtudebamus; aliquas autem ex longe remotis provinciis, in quibus verbum Chriſtianiſſimæ fidei ab Apoſtolicis qui meam parvitatem præceſſerunt miſſi prædicabant, exſpectabamus dum redirent, non parum effluxit temporis; ut corporales meas ſervi veſtri imbecillitates ſilentio prætaream; in quibus neque licet vivere, neque placet, laboranti crebris infirmitatibus. Et ideo, Chriſtianiſſimi domini & filii, ex pio juſſu veſtræ a Deo defenſæ manſuetudinis, obedientiæ cauſa quam debemus, non propter fiduciam ſcientiæ quæ in eis abundat, mittimus præſentes conſervos noſtros, Abundantium & Joannem reverentiſſimos fratres noſtros & epiſcopos; Theodorum & Georgium, dilectos noſtros filios, presbyteros, cum dilecto noſtro filio Joanne diacono, & Conſtantino hypodiacono, quin etiam Theodoro presbytero legato ſanctæ eccleſiæ Ravennæ; & religioſiſſimos Dei ſervos monachos, cum devotione cordis ſupplicis mittere curavimus.

Nam apud homines qui ſunt in medio gentium, & labore corporis cum magna dubitatione victum quærunt, quomodo plene inveniri poterit ſcientia ſcripturarum? Niſi quod canonice ex ſanctis qui præceſſerunt, & ſancti quinque ſynodis, quæ ſunt definita, ſimplicitate cordis & citra dubitationem, conſervamus ex fide tradita a patribus; unum idque præcipuum perpetuo habere optantes & ſtudentes, ut præter ea quæ ſunt canonice definita, nihil diminuatur, nihil mutetur, aut adjiciatur; ſed ea & verbis & ſententiis illæſa conſerventur. Quibus quidem lateribus, quaſdam ſanctorum quoque patrum ſententias quos admiſit hæc apoſtolica Chriſti eccleſia, cum ipſis libris tradidimus: Ut referendi facultatem ex benigna veſtra & chriſtiana potentia aſſecuti, ex his ſolis ſtudeant reſpondere, cum veſtra Imperatoria manſuetudo aliquid juſſerit.

Hæc veſtræ quæ a Deo regitur potentiæ mater ſpiritalis, Chriſti apoſtolica eccleſia credit & prædicat: non per mundanam facundiam, quæ nec privatis quidem hominibus fert opem; ſed per ſinceritatem fidei apoſtolicæ, in qua etiam a faſciis perpetuo educati, ei qui Chriſtianiſſimam veſtram regit potentiam Domino ſupplicamus, ut ei omnes ſerviamus & conſervemur. Quamobrem eis dedimus auctoritatem, ad veſtram ſerenam potentiam, cum veſtra juſſerit humanitas, abſolute reſpondendi: dummodo hoc eis imponatur ut nihil temere audeant addere, vel diminuere, vel mutare; ſed traditionem hujus apoſtolicæ ſedis, ut ſicut . . . .

. . . . . . . . . .

*Deſunt plurima.*

. . . . . . . . . .

per veram confeſſionem Deo reconciliat; quæ Domino Chriſto commendat; quæ veſtræ pietatis Chriſtianiſſimam conſervat potentiam; quæ a Domino cœli permultas victorias veſtræ pietatis virtute conciliat; quæ in bellis ſimul proficiſcitur, & oppugnat adverſarios; quæ veſtram quæ a Deo regitur potentiam ſemper protegit, tanquam murus inexpugnabilis; quæ in bellis ſimul procedens in hoſtes irruit, & ira divina ulciſcitur: quæ in bellis, de everſis & ſubjugatis hoſtibus victoriæ bravia cœlitus præbeat, & in pace ac tranquillitate curæ & ſollicitudinis expertem vere veſtram conſervet fidelitatem. Hæc eſt veræ fidei regula, quam in rebus ſecundis & adverſis acriter tenuit & defendit. Hæc eſt mater ſpiritalis veſtræ ſerenæ potentiæ, apoſtolica Chriſti eccleſia; quæ per gratiam Dei omnipotentis, a via apoſtolicæ traditionis nunquam oſtenditur aberraſſe, neque in hæreticorum novitates contorta incidit. Sed ſicut accepit a principio fidei Chriſtianorum, a ſuis auctoribus ſummis chriſti apoſtolis, manet perpetuo illæſa, convenienter promiſſioni ipſius Domini Servatoris, quam ſuorum diſcipulorum principis fecit in evangeliis, dicens: *Petre, Petre, ecce quæſivit ſatanas ut vos cribraret ſicut qui cribrat triticum: ego autem pro te rogavi, ne deficeret fides tua. Et tu aliquando converſus confirma fratres tuos.* Luc. 22

Intelligat ergo veſtra ſerena benignitas. Quoniam autem Dominus & Servator omnium, cujus eſt fides, qui fidem Petri non eſſe defecturam eſt pollicitus, eum admonuit ut ſuos confirmaret fratres: quod quidem apoſtolicos pontifices qui meam præceſſerunt parvitatem, libere ſemper feciſſe omnibus eſt notum. Quos quidem mea parvitas, etſi inæqualis & minima, tamen propter aſſumptum a divina gratia miniſterium, ſequi deſiderat. Væ enim mihi, ſi Domini mei veritatem, quam ipſi ſincere prædicarunt, neglexero prædicare. Væ mihi erit, ſi ſilentio texero veritatem, quæ mihi fuit commiſſa ut deponam apud argentarios: hoc eſt, ut Chriſtianiſſimos populos initiem & doceam. Quid dicam in futuro Chriſti ipſius judicio: ſi hic, quod abſit, ejus verborum veritatem prædicare erubuero? Quid pro me, quid pro mihi creditis animabus reſpondebo, ſi de accepto a me miniſterio inevitabilem exiget rationem?

Quis ergo, o benigniſſimi ac religioſiſſimi domini ac filii, quod horreo & ſpiritu concidens dico, illa in mentem non revocabit, quæ admirabiliter fidelibus eſt pollicitus dicens: „ *Qui* „ *me confeſſus fuerit coram hominibus, ego quo-* „ *que eum confitebor coram Patre meo qui eſt in* „ *cælis*? Et quem infidelium non terrebunt atroces illæ minæ, quæ eum ſuccenſere teſtantur & affirmant, dicentes: *Qui me negaverit coram* „ *hominibus, ego quoque eum negabo coram Pa-* „ *tre meo qui eſt in cœlis*? Unde etiam beatus Paulus gentium apoſtolus admonet, & dicit: „ *Etiamſi angelus e cœlo evangelizet vobis præter* „ *id quod vobis evangelizavi, ſit anathema.* Cum ergo ejuſmodi pœna immineat ii qui detorquent vel ſilent veritatem, quomodo non eſt fugienda ſubtractio a veritate fidei dominicæ?

Unde etiam apoſtolicæ memoriæ antiſtites qui meam præceſſerunt mediocritatem, dominica doctrina inſtructi, ex qua novitatem hæreticam, in nulli reprehenſioni obnoxiam Chriſti eccleſiam, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſules aggreſſi ſunt inducere: nunquam eos neglexerunt adhortari, & rogantes admonere, ut a malo dogmate hæretici erroris vel tacentes abducerentur; ne principium diviſionis ex hoc facerent in unione eccleſiæ, aſſerentes unam eſſe voluntatem & unam operationem duarum naturarum in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto, quod quidem & Arriani & Apollinariſtæ, & Eutychianiſtæ, & Timotheani, & Acephali, Theodoſiani & Gajanitæ, & univerſa denique hæretica inſania, tam eorum qui confundunt, quam eorum qui dividunt myſterium humanitatis a Chriſto ſuſceptæ, docuit. Sanctæ quidem Incarnationis confundentes myſterium, quatenus divinitatis & humanitatis Chriſti, eum unam tanquam unius voluntatem & operatio

nem

ANNO CHRISTI 680.

nem perſonalem habere contendentes: Dividen- A tes autem inſeparabilem unionem, duas naturas, quas agnoſcunt habere Servatorem, non per unionem quæ in hypoſtaſi cognoſcitur facta uniunt: ſed habitudinem voluntatis blaſphemantes, tanquam duas hypoſtaſes, hoc eſt, duos aliquos per concordiam conjungunt. Apoſtolica itaque Chriſti eccleſia, ſpiritalis mater veſtræ a Deo fundatæ potentiæ, & unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum confitetur, qui eſt ex duabus & in duabus naturis; & duas ejus naturas, divinam ſcilicet & humanam, etiam poſt inſeparabilem unionem inconfuſe in eo eſſe docet: & ex naturalibus proprietatibus, unamquamque ipſarum Chriſti naturarum perfectam eſſe agnoſcit, & ſi quid pertinet ad proprietates B naturarum, omnia duplicia confitetur: nempe quod ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus eſt & Deus perfectus, & homo perfectus, ex duabus & in duabus naturis conſiſtens etiam poſt admirabilem ejus humanitatis ſuſceptionem. Neque ejus divinitas ſine humanitate, neque ejus humanitas ſine divinitate poteſt mente concipi.

Conſequenter ego regulæ ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ Chriſti eccleſiæ, & duas naturales in eo voluntates, & duas naturales eſſe operationes confitentur & prædicant. Si quis enim perſonalem intellexerit voluntatem, quatenus tres perſonæ dicuntur eſſe in ſancta Trinitate, neceſſe eſt ut tres quoque perſonales voluntates, & tres perſonales operationes, quod eſt maxi- C me alienum & valde profanum, dicantur. Nam quod continet veritas Chriſtianiſſimæ fidei, cum una ſit voluntas ubi una natura dicitur; ſanctæ & inſeparabilis Trinitatis conſequenter una quoque voluntas naturalis & una naturalis operatio intelligitur. Quando autem in una perſona Domini noſtri Jeſu Chriſti interceſſoris Dei & hominum, duas naturas, hoc eſt, divinam & humanam confitemur, in quibus eſt etiam poſt admirabilem unionem: & quemadmodum unius & ejuſdem duas naturas, ita etiam duas naturales voluntates, & duas naturales ejus operationes ca- D nonice confitemur.

Ut autem vere hujus confeſſionis intelligentia & divinitus inſpirata doctrina, ex veteri & novo teſtamento veſtiæ pietatis mentibus illuceſcat: magis enim idque incomparabiliter poterit veſtra benignitas aſſequi intelligentiam ſanctarum ſcripturarum, ſi noſtra parvitas apertis verbis eas declaraverit: Ipſe Dominus noſter Jeſus Chriſtus eſt verus Deus & homo, ut in ſacris ſuis teſtatur evangeliis: in quibuſdam humana, in quibuſdam divina, & ſimul utraque in aliis de ipſo manifeſta faciens, ut ipſum verum Deum & verum hominem credere & prædicare fideles ſuos inſtrueret. Patrem ergo precatur tanquam homo, ut auferat calicem paſſionis, quoniam in ipſo noſtræ humanitatis natura præter ſolum peccatum eſt perfecta. *Pater*, dicens, *ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Ceterum non ſicut* E *ego volo, ſed ſicut tu vis*. Et alibi: *Non mea voluntas, ſed tua fiat*.

Cujus quidem teſtimonii ſententiam, a ſanctis & ſelectis patribus declaratam, ſi cupiamus agnoſcere, & quid *mea voluntas*, quid *tua* ſignificet, vere intelligere, beatus Ambroſius in ſecundo libro ad piæ memoriæ Gratianum Imperatorem, his verbis de hoc loco admonet intelligere, dicens: Suſcipit ergo voluntatem meam, ſuſcipit triſtitiam. Confidenter triſtitiam nomino, quia crucem prædico. „ Mea erat hæc voluntas, quam ſuam dixit, quia ut homo ſuſcepit triſtitiam meam, ut homo locutus eſt. „ Ideo ait, Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. Mea eſt enim triſtitia quam meo ſuſcepit affectu. Ecce patet, pii Imperatores, quod hic ſanctus Pater, hoc verbum quod Dominus orans protulit, nempe; *Non ſicut ego volo*, ad humanitatem ejus pertinere ſtatuit: per quam convenienter doctrinæ beati Pauli gentium apoſtoli dicitur obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Unde ſignificatur eſſe ſubjectus parentibus. Neque obedientiam ejus voluntariam, ſecundum divinitatem, quæ omnium dominatur, pium eſt intelligere; ſed ſecundum humanitatem, per quam voluntarie fuit ſubjectus parentibus. Cujus quidem ſanctus quoque Lucas evangeliſta ſimiliter meminit, eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſecundum humanitatem ad Patrem orantem introducens & affirmans: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Ceterum non mea voluntas, ſed tua fiat*.

ACTIO III

Quem quidem locum Chriſti confeſſor Athanaſius pontifex Alexandrinæ eccleſiæ, in libro quem ſcripſit adverſus Apollinarem hæreticum de Trinitate & humanitatis ſuſceptione, & dualem numerum apprehendens, ſic declarat: Et quando dicit, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat iſte* „ *calix. ceterum non mea voluntas, ſed tua fiat*: „ *ſpiritus promptus eſt, caro vero infirma*: duas „ voluntates hic oſtendit; humanam quidem quæ „ eſt carnis; alteram vero divinam. Humana „ enim propter carnis imbecillitatem recuſat „ paſſionem; divina autem ejus voluntas eſt „ prompta. Qua quidem declaratione quid poteſt cognoſci verius? Quomodo enim non in eodem duæ voluntates, nempe divina & humana, fideliter agnoſcentur; in quo duæ naturæ etiam poſt inſeparabilem unionem, prædicatione ſynodica prædicantur.

Etenim Joannes quoque, qui ſupra pectus Domini recubuit dilectus diſcipulus, eandem ſententiam declarat his verbis: *Deſcendi de cælo non ut faciam voluntatem meam; ſed voluntatem qui miſit me, Patris*. Et rurſus: *hæc eſt voluntas ejus qui me miſit, ut totum quod dedit mihi non perdam ex eo quidquam; ſed ſuſcitem ipſum in noviſſimo die*. Similiter eundem Dominum inducit cum Judæis differentem & dicentem cum reliquis. *Non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem qui miſit me, Patris*. Cujus divinæ orationis ſcopum intuens beatus Auguſtinus excellentiſſimus magiſter, adverſus Maximum Arrianum ſic dicit:

Lib. 1 adverſus Maximinum Arrianum.

Ubi autem dixit Filius Patri: „ *Verum non* „ *quod ego volo; ſed quod tu vis*: quid te adjuvat quod tua verba ſubjungis & dicis: Oſten„ dit vere voluntatem ſuam ſubjectam ſuo ge„ nitori? Quaſi nos negemus hominis volunta„ tem voluntati Dei debere eſſe ſubjectam. „ Nam ex natura hominis hoc dixiſſe Deum, „ cito videt, qui locum ipſum ſancti evangelii „ paulo attentius intuetur. Ibi enim dixit: *Tri*„ *ſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Numquid „ ex natura Unigeniti poſſet hoc dici? Sed ho„ mo, qui putas gemere naturam Spiritus ſan„ cti; cur non etiam naturam Verbi Dei uni„ geniti triſtem dicas eſſe potuiſſe? Ille tamen „ ne quid tale diceretur, non ait, Triſtis ſum „ quamvis etiamſi hoc dixiſſet, non niſi ex na„ tura hominis oportuiſſet intelligi; ſed ait *Tri*„ *ſtis eſt anima mea*; quam ſicut homo, utique „ habebat humanam. Quamquam & in hoc „ quod ait; *Non quod ego volo*, aliud ſe oſten-

„ dit

,, dit voluiſſe quam Pater, quod niſi humano A ,, corde non poteſt cum infirmitatem noſtram ,, in ſuum, non divinum, ſed humanum transfiguraret affectum. Homine quippe non aſſumpto, nullo modo Patri diceret unicum verbum; *Non quod ego volo*, Nunquam enim poſſet immutabilis illa natura quidpiam aliud velle quam Pater. Hæc ſi diſtingueretis, Arriani hæretici non eſſetis. Nam & illud quod ,, dictum eſt: *Deſcendi de cœlo, non ut faciam* ,, *voluntatem meam; ſed voluntatem ejus qui me* ,, *miſit*; poteſt quidem accipi etiam ſecundum ,, id quod eſt unigenitum Verbum: ut ideo voluntatem ſuam non dixerit eſſe, ſed Patris, ,, quoniam de Patre eſt quidquid eſt Filius; ,, non eſt autem de Filio quidquid eſt Pater &c. B Per quam diſputationem venerandus Pater hic oſtendit, quod quando dicit Dominus propriam, ſuæ humanitatis ſignificat voluntatem; & quando dicit non facere ſuam voluntatem, nos admonet ut non primarie noſtram quæramus voluntatem; ſed per obedientiam, noſtram voluntatem voluntati divinæ ſubjiciamus. Unde etiam aperte oſtendit, quod & humanam habuit voluntatem, quatenus obediit: & nulli peccato affinem eandem voluntatem, ut qui eſſet verus Deus & homo, in ſe habuit & oſtendit.

Quod etiam ſanctus Ambroſius declarans Lucam evangeliſtam ſic dicit. *Suam* ad hominem ,, retulit; *Patris*, ad divinitatem. Voluntas enim hominis temporalis, voluntas divinitatis æterna. Hæc admonens pater ſpiritualis, docet quoniam voluntatem ab æterno cum Patre & C Spiritu ſancto naturaliter communem habet Filius, laborans temporaliter per aſſumptam humanitatem, quam ipſo ſuſcepit in perſona propria.

Quod etiam apoſtolicæ memoriæ ſanctus Leo in epiſtola ad Leonem Imperatorem declarat: & unicuique formæ, hoc eſt, naturæ quæ ſunt in Chriſto diſtincta, quæ quidem in ſcripturis de eo referuntur, aperiens; & eam quam propriam voluntatem dixit Dominus, ad humanitatem pertinere oſtendens, ſic dicit: Secun- ,, dum formam ſervi non venit facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem ejus qui miſit eam. Ecce enim hic pater apoſtolicus, de ſervi forma eandem Domini orationem nos convenienter docuit intelligere.

Præterea ut pie poſſint intelligi diverſa in eodem ſanctarum ſcripturarum teſtimonia, quæ aliquando quidem ex natura humanitatis, aliquando autem ex divina unius & ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei & hominis confirmantur, in hoc quoque meminit ſcriptu- ,, ra: *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in* ,, *cœlo & in terra*. Similiter; *Sicut Pater ſuſci-* ,, *tat mortuos & vivificat, ita etiam Filius* ,, *quos vult, vivificat*. Et leproſo dixit: *Volo,* ,, *mundus eſto*. Et: *Nemo poteſt cognoſcere Pa-* ,, *trem niſi Filius, & cui vult Filius revelare*. Similiter de humana ejus natura quædam evangelii myſteria meminerunt, quando dicunt eum super mare ambulantem velle tanquam verum hominem ſuos tranſmittere diſcipulos: & cum ipſe tranſiret per Galilæam cum diſcipulis, nolebat ut quiſquam cognoſceret, & tanquam homo dicit: *Meus eſt cibus ut faciam voluntatem ejus qui me miſit*: & *Noluit ambulare per Judæam, quoniam Judæi quærebant eum interficere*. Et rurſus cum ſurrexiſſet, venit in fines Tyri, & ingreſſus domum volebat aliquem cognoſcere, ſed non potuit latere. Num ergo ipſe creator om- A nium & redemptor, de quo dictum eſt; *Omnia quæcumque voluit Dominus, fecit in cœlo & in terra*: cujus quidem velle eſt idem quod poſſe; cujus nutui cœleſtes virtutes cum metu ſerviunt, volens in terra latere, non potuit: qui ſecundum divinam majeſtatem ab æterno cum Patre in cœlis ineffabiliter dominans, & in manu ejus ſunt univerſi fines terræ? Niſi hoc ad humanam ejus voluntatem referatur, quam temporaliter dignatus eſt aſſumere; quanto eſt errore involutus, qui hæc non diſcernit? ut ſub una & eadem voluntate, & omnia in cœlo & in terra quæcumque velit, poſſit Dominus, & eadem rurſus voluntate in vili domo volens latere, non poſſit, ut teſtimonia dicunt evangelica?

B Sed ſi ad diſpenſationem ejus humanitatis, per quam humilitatem noſtram aſſumpſit referantur omnia, quæ ſunt ejus divina majeſtate inferiora; pertinent ad cognoſcendam ejus humanitatem; quam perfecte accepit abſque ullo peccato, ut eam ſervet perfecte. Quod enim eſt ab eo non aſſumptum, neque ſervatur; ut nos docuit veritatis egregius præco Gregorius Nazianzi antiſtes. Si ergo ab eo humana voluntas ſicut natura aſſumpta eſt & ſervata: etiam quod ab eo quod aſſumpſit eſt ſervatum, non poterat eſſe ſibi contrarium (nihil enim ſibi contrarium creavit creator univerſorum) niſi per myſterium ſuſceptæ humanitatis.

Adſumpſit etiam pſalmodus David perſonam Domini noſtri Jeſu Chriſti in pſalmis dicens: *Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui*. C Similiter: *Voluntarie ſacrificabo tibi*. Numquid ſecundum divinitatem alia eſt voluntas Patris a Filio, aut aliud vult Filius quam Pater? Si ergo unum volunt, & nulla eſt differentia voluntatis in ſancta Trinitate, quomodo eſt intelligendum quod propheta teſtatur de ejus perſona: *Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui*; niſi fideliter intelligatur dictum eſſe de inculpata voluntate ejus humanitatis? Unde etiam ſequitur: *Et legem tuam in medio ventris mei*: Nemo enim dubitat quod hic pſalmus a propheta in perſonam Chriſti fuit prædicatus.

Quod quidem Paulus quoque apoſtolus in epiſtola ad Philippenſes annunciat, ſi quis velit plena fide attendere, de ipſo Domino noſtro Jeſu D Chriſto ſic dicens: *Qui cum in forma Dei eſſet: non rapinam arbitratus eſt ſe eſſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit ſervi formam accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo; Humiliavit ſeipſum factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis*. Ecce hic præco veriſſimus, & formarum, hoc eſt, Chriſti naturarum docet differentiam, & obedientiam uſque ad mortem, humanæ formæ ſapienter adſcribit. Quis enim a lumine veritatis ſe adeo ſeperavit, ut audeat dicere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum voluntate ſuæ divinitatis Patri obediiſſe, cui eſt æqualis in omnibus, & vult ipſe quoque in omnibus idem quod Pater? Quis revera non intellexerit obedientiam magis E convenire humanæ voluntati, in qua nullum habuit omnino peccatum? Neque dicetur obediens uſque ad mortem, niſi humanam voluntatem in ſeipſo ſuſcepit; quemadmodum incarnatus animam rationalem & carnem cum omnibus earum proprietatibus accepit.

Præterea ut evidenter oſtendatur piæ veſtræ benevolentiæ, quod humana voluntas eſt naturalis, & qui humanam voluntatem præter ſolum peccatum negat in Chriſto, nec ipſum quidem habere humanam animam confitetur; ſapientiſ-

ſimus

ANNO CHRISTI 680.

ACTIO III.

ſimus præco veritatis beatus Auguſtinus in quinto tomo diſputationis adverſus Julianum Pelagianum, quid ſit voluntas definit his verbis: „Motus animæ quid eſt, niſi motus naturæ? Anima enim abſque dubio eſt natura. Quamobrem voluntas eſt motus naturæ: quoniam eſt motus animæ. Ecce ex ſapientiſſimi hujus Patris definitione oſtenditur quid ſit humana voluntas, quoniam motus animæ eſt in ea ſimiliter. Dicit autem veritas: Quatenus eſt voluntas non poteſt ſeparari a natura. Et rurſus in eodem libro. Et unde eſt voluntas, & eſſe non reputatur? & an ſit antiquum ejus genus, non eſt quærendum; quoniam voluntas non unde non ſit, ſed unde ſit explanatum eſt. Ex illo enim eſt voluntas, cujus eſt voluntas. Ab Angelo ſcilicet voluntas Angeli: ab homine, hominis. Et ſi operatur Deus voluntatem bonam, in homine eam operatur, ut oriatur ex eo bona voluntas cujus eſt voluntas. Et rurſus dicit. Cur ergo negas clauſis oculis res manifeſtas, ex natura hominis enaſci homini voluntatem? Similiter idem animæ motus nullo cogente eſt voluntas. Et ſic rurſus. Non vero ego, Juliane, ex homine voluntas hominis non enaſcitur, cum homo ſit bonum Dei opus. Deinde ſi potuit non aſcendere in cor tuum naſci, quidem ex homine voluntatem, ſed non ex ejus libero arbitrio; dic ergo unde, ſi non a natura, hoc eſt, ſi non ab ipſo homine?"

Quibus quidem teſtimoniis apparet unamquamque earum naturarum, quas ſpiritalis Pater hic enumeravit, habere propriam naturalem & unicuique attribui debere voluntatem. Neque enim poterit Angelorum naturam divinam habere voluntatem aut humanam; neque humana natura Dei voluntatem aut Angeli; ſicut nec alterius præter id quod eſt, ullam habere poterit, aut motionem, niſi eam quæ eſt naturaliter aut eſt creata. Cum hæc ergo ita ſe habeant, patet apertiſſime, quod in Domino noſtro Jeſu Chriſto, duas, hoc eſt, Dei & hominis, naturas ſeu eſſentias confitentes, in unam ejus conveniſſe hypoſtaſim ſeu perſonam; neceſſe eſt ut nos quoque duas in eo naturales confiteamur voluntates, divinam ſcilicet & humanam; quoniam neque ejus divinitatem, quod ad naturæ attinet rationem, humanam habuiſſe voluntatem dici poteſt; neque humanitatem divinam naturaliter habuiſſe voluntatem licet credere. Sed nec rurſus ullam ex iiſdem duabus Chriſti eſſentiis eſſe extra naturalem voluntatem confitetur; cum & humana per omnipotentem ejus divinitatem ſint ſublimia, & divina per humanitatem manifeſta ſint hominibus. Neceſſe eſt ergo quæ ſunt divina eidem tanquam Deo tribuere; quæ ſunt humana, eidem tanquam homini: & utraque per unionem in hypoſtaſi unius & ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti vere agnoſcere. Cujus quidem vera ſynodi Chalcedonenſis definitio nos admonet confirmans.

„Sanctos Patres ſequentes, unum & eundem confiteri Filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum concorditer omnes docemus, perfectum eundem in divinitate, & perfectum eundem in humanitate: Deum vere, & hominem vere eundem ex anima rationali & corpore; ejuſdem cujus Pater eſſentiæ ſecundum divinitatem, & eundem ejuſdem cujus nos eſſentiæ ſecundum humanitatem; in omnibus nobis ſimilem præter peccatum; ante ſæcula quidem ex Patre genitum ſecundum divinitatem, in noviſſimis autem diebus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem ex Maria virgine Dei parente ſecundum humanitatem; Unum & eundem Chriſtum Jeſum Filium unigenitum in duabus naturis, inconfuſe, immutabiliter, citra diviſionem & ſeparationem agnitum: nequaquam naturarum differentia ſublata propter unionem, ſervata autem potius proprietate utriuſque naturæ, & concurrente in unam perſonam & unam hypoſtaſim: non in duas perſonas diſpertitum aut diviſum, ſed unum & eundem Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jeſum Chriſtum."

Idem etiam ſancta ſynodus quæ a colendæ memoriæ Juſtiniano Imperatore Conſtantinopoli fuit congregata, in ſeptimo capite decretorum prædicat, dicens: „Si quis in duabus naturis, non tanquam in divinitate & humanitate unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum cognoſci confitetur, ut per hoc ſignificet differentiam naturarum ex quibus inconfuſe facta eſt unio ineffabilis; neque tranſmutato Verbo in carnis naturam, neque carne traducta ad Verbi naturam; manet enim utrumque id quod eſt natura, etiam unione facta per hypoſtaſim; ſed in diviſione quæ ſit per partes eam accipit vocem in myſterio quod eſt in Chriſto: aut numerum naturarum confitens in eodem uno Domino noſtro Jeſu Chriſto Deo Verbo incarnato, non ſola contemplatione eorum accipit differentiam, ex quibus eſt compoſitus, non peremptam propter unionem; eſt enim unus ex ambobus, & per utrumque unum; ſed ideo uſus eſt numero, ut ſint ſeparatæ & per ſe conſiſtentes naturæ: qui talis eſt, ſit anathema."

Propter hæc, quorum nos fideliter admonent hæ venerandæ ſynodi, neceſſe eſt cavere ut naturarum differentiam nequaquam auferamus propter unionem; ſed ſervata proprietate utriuſque naturæ, unum Chriſtum Deum verum & perfectum, & eundem verum hominem & perfectum confiteamur. Quamobrem ſi nulla in re ſublata eſt differentia naturarum Domini noſtri Jeſu Chriſti, neceſſe eſt ut in omnibus proprietatibus eandem ſervemus differentiam. Qui enim in nullo tollendam docuit differentiam, admonuit debere eam ſervari in omnibus.

Cum autem unam voluntatem & operationem in eo eſſe dicitur ab hæreticis & qui eos ſequuntur, quænam in ea cognoſcitur differentia? Num ſervatur differentia convenienter huic ſanctæ ſynodo? Cum autem unam eſſe in eo differentiam, quod eſt alienum, affirmatur? neceſſe eſt ut qui id afferunt, eam dicant aut divinam aut humanam, aut ex ambabus compoſitam, commixam & confuſam; aut ut hæretici omnes affirmant, Chriſtus unam voluntatem habet & operationem, tanquam ex una, ut ipſi dicunt, compoſita natura procedentem, & in eo citra ullam controverſiam perit naturalis differentia; quam ſanctæ ſynodi etiam poſt admirabilem unionem, in omnibus a nobis eſſe ſervandam decreverunt: Nam & unum Chriſtum & unam ejus perſonam ſeu hypoſtaſim, propter unionem ſcilicet naturarum quæ facta eſt in hypoſtaſi, docuerunt: & tamen differentiam ipſarum naturarum quæ ſunt in eo unitæ, poſt admirabilem & inſeparabilem unionem, ad contemplationem uſque & intelligentiam nos cognoſcere, & prædicare debere tradiderunt. Si ergo proprietates naturarum in uno & eodem Domino

mino noſtro Jeſu Chriſto propter differentiam A conſervantur, ſimiliter etiam differentiam naturalium ejus voluntatum & naturalium ejus operationum nos convenit plena fide confiteri ut eorum doctrinam in omnibus ſequentes oſtendamur, & hæreticæ novitatis nihil admittamus in Chriſti eccleſiam. Nam & ſi ſunt alia innumerabilia ſanctorum patrum opera, paucas tamen ſententias ex libris Græcis in hac mea modica relatione adjecimus.

Sancti Gregorii theologi, ex ſecunda oratione de Filio Septimum dicatur, e cœlo deſcendiſſe Filium, non ut faciat ſuam voluntatem, ſed ejus qui miſit ipſum: Si hæc ergo non dicta eſſent ab eo ipſo qui deſcendit, diceremus tanquam ab homine formari orationem, non eo B qui intelligitur ſicut Servator: Illius enim velle ne Deo quidem eſt contrarium, cum ſit totum deificatum.

Sancti Gregorii Nyſſeni ex ſecundo libro adverſus Eunomium: Quomodo Dominus mundum ſibi reconcilians, anima & corpore diviſit beneficium, quod ab eo fit hominibus: volens quidem per animam, tangens autem per corpus.

Ejuſdem ex libro quem ſcripſit adverſus Apollinarem: Hujus autem in verbo perplexæ dubitationis unum fuerit ſolatium, vera myſterii confeſſio: quod timore quidem affici ad paſſionem, eſt humanæ infirmitatis: ſicut dicit etiam Dominus, dicens ſpiritum prom- C ptum, carne vero infirmam. Suſcipere autem paſſionem quæ eſt ex diſpenſatione eſt divini conſilii & potentiæ. Quoniam ergo alia eſt humana voluntas, & alia divina: loquitur quidem tanquam ex homine, id quod naturæ infirmitati convenit, qui affectiones noſtras ſuas effecit. Subjungit autem vocem ſecundam, volens excelſam & Deo convenientem voluntatem, præter humanam, firmam eſſe ac validam pro ſalute hominum Nam qui dixit. *Non mea*, humanam verbo ſignificavit. Adjiciens autem *Sed tua*, oſtendit conjunctionem ſuæ divinitatis cum Patre: cujus nulla eſt differentia voluntatis propter naturæ communionem. D

Sancti Joannis epiſcopi Conſtantinopolitani. ex ſermone ad eos qui non convenerunt in ſynaxi, & de conſubſtantiali. Si ergo Patris & Filii eſt una voluntas, quomodo dicit hic *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*? Nam ſi in divinitate quidem hoc dictum fuerit, fit quædam contraria oratio: & multa abſurda ex eo oriuntur. Sed ſi in carne, habent rationem quæ dicta ſunt, & nihil poterit reprehendi Nam quod caro quidem nolit mori, non eſt condemnandum; eſt enim hoc naturæ: ipſe autem oſtendit omnia quæ ſunt naturæ præter peccatum, idque tam abunde ut obſtruxerit ora hæreticorum. Quando ergo dicit *Si poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte* E Et: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*; nihil aliud oſtendit, quam quod carnem vere induit, quæ mortem extimeſcit: mortem enim timere & recuſare & anxium eſſe, eſt illius.

Sancti Cyrilli epiſcopi Alexandrini, ex theſauris. Quando ergo conſpicitur timens mortem, & dicens: *Si poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*: rurſus cogita quod caro mortem timens, quæ geſtabatur a Deo Verbo, docebatur ne ſic amplius afficeretur. Dicebat enim Patri, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Non timebat enim ipſe mortem quatenus eſt Ver- A bum & Deus, ſed ſtudebat diſpenſationem ad finem deducere; hæc enim erat voluntas Patris. Habet etiam nolle mori, propterea quod caro recuſat mortem naturaliter.

Ex iis veris teſtimoniis oſtenſum eſt, duas in uno & eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto naturales voluntates, divinam ſcilicet & humanam, prædicaſſe hos venerandos patres: cum dicat etiam Gregorius Nazianzenus: Velle enim illius hominis qui intelligitur in Servatore, oſtendit humanam Servatoris voluntatem, per ipſam cum Verbo unionem eſſe deificatam, & ideo non eſſe Deo contrariam. Similiter oſtendit quod etiam humanam, etiamſi deificatam, habuit voluntatem: & hic ipſe, ſicut oſtendit B in conſequentibus, habuit etiam divinam unam & eandem cum Patre. Si ergo & divinam habuit & deificatam, duas omnino habuit voluntates. Nam quod natura eſt divinum, non admiſit deificationem. Quod autem deificatur, non eſt natura ſcilicet divinum Et quando dicit ſanctus Gregorius magnus Nyſſenus epiſcopus veram eſſe myſterii confeſſionem; alia intelligi debet humana voluntas; aliam divinam in Chriſto admonet intelligi, aliam dico voluntatem & aliam, ſi non duas aperte voluntates. Similiter quando ſanctus Joannes eximius præceptor docet, unam quidem ſecundum divinitatem, Patris & Filii intelligi voluntatem. Et eundem rurſus Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei C dicit velle ut hominem & ſecundum carnem; vere & ſine offenſione dictum debet intelligi, quod nolebat mori; quoniam quod ſit humanæ naturæ, id eſt, volenti nulli affine reprehenſioni: manifeſtum eſt quod ipſe quoque in Chriſto duas naturales prædicat voluntates, divinam quæ eſt Patris & Filii; humanam, quæ vivendi naturaliter facit affectionem. Et quando orthodoxæ fidei præco beatus Cyrillus, dicit quod quatenus erat Verbum, non timebat mortem, ſed volebat ad finem uſque deducere diſpenſationem, quoniam hæc erat voluntas Patris, quæ erat etiam Filii ſecundum divinitatem: & habuiſſe hunc ipſum Dominum Jeſum Chriſtum, ſecundum humanitatem voluntatem non morien- D di, hoc eſt, vitæ humanæ naturalem affectionem: oſtendit ipſum duas, divinam ſcilicet & humanam, citra controverſiam in ſe habere voluntates: unam quidem, qua volebat implere diſpenſationem: alteram autem, quæ dicebat carnem nolle mori naturaliter. Nihilo minus autem etiam de duabus naturalibus Chriſti operationibus datur intelligi, quando iidem venerandi Patres ſingulis Chriſti naturis ſuam propriam tribuerunt operationem.

Unde ſanctus Hilarius veritatis defenſor præſtantiſſimus, in nono libro de fide adverſus Arrianos ſic nos erudiit: Natus igitur unigenitus Deus ex Virgine homo, & ſecundum plenitudinem temporum in ſemetipſo proveE cturus in Deum hominem, hunc per omnia evangelici ſermonis modum tenuit, ut ſe Filium Dei credi doceret, & hominis filium prædicari admoneret: locutus & gerens homo univerſa quæ Dei ſunt: loquens deinde & gerens Deus, univerſa quæ hominis ſunt: ita tamen ut in ipſo utriuſque generis ſermone, nunquam niſi cum ſignificatione & hominis locutus & Dei ſit.

Similiter ex eodem. paulo poſt: Videſne ita Deum & hominem prædicari, ut mors homini, Deo vero carnis excitatio deputetur? Non tamen, ut alius ſit qui mortuus eſt, &

ANNO CHRISTI 680.

ACTIO III.

„ alius ſit, per quem mortuus reſurgit. Spolia- A „ ta enim caro Chriſtus eſt mortuus. Et rurſus: Chriſtum a mortuis excitans, idem Chriſtus eſt carne ſe ſpolians. Naturam Dei in virtute reſurrectionis intellige: diſpenſationem hominis in morte cognoſce. Et cum ſint utraque ſuis geſta naturis, unum tamen Chriſtum Jeſum eum memento eſſe qui utrumque eſt. Numquid potuerit dubium exiſtimari, quod hic pater manifeſtum reddit lumine veritatis; dum dicit, eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum & loqui & agere omnia quæ ſunt Dei cum ſit homo; & hunc ipſum rurſus facere quæ ſunt hominis cum ſit Deus, & oſtendere utrumque ſignificare Deum & hominem: ut agnoſcere volentibus viam veritatis aperiat: quando qui- B dem hic ipſe dicens, Chriſtus Deus & homo, & divinæ operationis potentiam, & humanæ naturæ operationem eum habere oſtendit: & utraque inter ſe integra ac ſincera ſignificat, cum ea quæ Deum diſcernit diſcretione: & quod utraque, tam quæ ſunt divinæ virtutis, quam quæ humanæ diſpenſationis, unum & eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui eſt utrumque, ſuis naturis feciſſe indicat: qui & divinam unam ab æterno habet cum Patre operationem, & temporalem humanam operationem pro nobis homo factus in ſe ſuſcepit citra defectum: ut vere fieret utrumque, & ex naturis & operationibus ſuis cognoſceretur id quod erat.

Sanctus autem Athanaſius ſimiliter Chriſti confeſſor in quarto libro adverſus Arrianos nos eadem docet. Nam ſicut Dominus corpore indutus factus eſt homo, ita nos quoque homines ab ipſo Verbo ſumus deificati, aſſumpti per ejus carnem & de cetero ſumus hæredes vitæ æternæ. Hæc neceſſario prius examinavimus, ut ſi viderimus eum per ſui corporis inſtrumentum divine agere aut loqui, cognoſcamus, quod Deus eſt qui hæc operatur. Et rurſus ſi viderimus eum humane loquentem aut patientem, non ignoremus quod carnem geſtans homo factus eſt, & ſic omnia facit & loquitur. Uniuſcujuſque enim id quod eſt proprium cognoſcentes, & utraque ab uno D fieri videntes & intelligentes, recte credemus & nunquam aberrabimus. Quam ſapienter hic dictus Pater, ex qualitatibus naturarum quæ ſunt in Chriſto intelligi docet differentiam; & tanquam res ipſas ante oculos ſeparans, manum doctrinæ ſpiritalis oſtendit legentibus: quando dicit utraque ab uno fieri, hoc eſt, utraſque operationes, divinas ſcilicet & humanas, ab uno & eodem procedere: & admonet non poſſe errare, qui ſecundum hanc rectam credit intelligentiam? Similiter quando dicit illud, Dicebat & ſimul faciebat; humana docet, quatenus humanæ in ſe operationis ſicut & locutionis habebat proprietatem. Nam ſi humane non eſt operatus, nec eſt locutus, licet quando etiam hu- E mane eſt locutus & operatus, ſimul etiam operabatur ut Deus.

Similiter ſanctus Dionyſius Areopagita epiſcopus Athenarum, in libro de divinis nominibus, capite ſecundo, docet ſimiliter: A bono autem conveniente divina in nos operatione diſcretum eſt quod ſicut nos ex nobis integre & vere eſſentiam acceperit Verbum quod eſt ſuper eſſentiam, & fecerit & paſſus ſit quæ ſunt ſecreta & ſeparata ab humana ejus Dei operatione: cum his enim Pater & Filius nullam habuerunt communionem. Niſi dixerit quiſpiam ſecundum bonam decentem & benignam voluntatem, & ſecundum omnem exſuperantem & ineffabilem Dei operationem, quam fecit etiam ſicut nos genitus qui ab alteratione eſt alienus Deus & Dei Verbum.

Sanctus Ambroſius ex ſecundo libro ad Gratianum Imperatorem: Æqualis ergo in Dei forma, minor in ſuſceptione carnis & hominis paſſione. Nam quomodo eadem poſſet minor eſſe æqualiſque natura? Quomodo autem ſi minor eſt, eadem ſimiliter facit quæ Pater facit? Nam quemadmodum eadem operatio diverſæ eſſet poteſtatis? Nunquid ſic poteſt minor quemadmodum major operari: aut una operatio poteſt eſſe, ubi diverſa ſubſtantia eſt? Itaque accipe Chriſtum ſecundum divinitatem, minorem non poſſe dici.

Ex reſcripto Leonis Romanorum pontificis ad ſanctum Flavianum epiſcopum & confeſſorem: Agit enim utraque forma cum alterius communione quod proprium eſt: Verbo quidem operante quod Verbi eſt, & corpore exſequente quod eſt corporis. Unum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit injuriis. Et ſicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non receſſit; ita corpus naturam noſtri generis non reliquit.

Ejuſdem ex epiſtola miſſa ad Leonem Imperatorem: Licet ergo in uno Domino Jeſu Chriſto, vero Dei atque hominis Filio, Ver- C bi & carnis una perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indiviſe communes habet actiones; intelligendæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates, & ſinceræ fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo divinitatis: quid ſit quod caro ſine Verbo non agit, & quid ſit quod Verbum ſine carne non efficiat. Sine Verbi enim potentia, nec conciperet Virgo nec pareret: & ſine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret.

Sanctus Gregorius epiſcopus Nyſſenus in quarto libro interpretationis beatitudinum: Cum enim manſiſſet jejunus quadraginta dies, eſuriit poſtea. Dedit enim, quia voluit, naturæ tempus ſua operandi.

Sancti Cyrilli Alexandrini, ex libro Theſaurorum, cap. XXIV. Quæ ergo divine dicta & facta ſunt, oſtendunt Servatorem & Deum: & rurſus quæ humane dicta & facta ſunt, oſtendunt vere hominem. Hæc eſt enim vis myſterii. Homo factus eſt Dei Verbum, non ut rurſus tanquam Deus ante humanitatis ſuſceptionem omnia faceret & loqueretur: ſed ut ſæpe etiam propter uſum diſpenſationis, quæ eſt cum carne, aliqua diceret ut homo. Cum hanc vim habeat myſterium, quomodo non eſt abſurdum offendi eos, qui audiunt eum nonnunquam loquentem humanius? Loquitur enim ut homo, loquitur autem etiam ut Deus, habens in utriſque poteſtatem.

Patet horum quoque ſanctorum patrum ſcopus ſpiritali diſcretione videntibus, quod convenienter regulæ fidei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, duas in Chriſto operationes cognoſcunt, divinam ſcilicet & humanam. Cum ſanctus quidem Dionyſius dicat diſcretam eſſe Chriſti operationem, quæ ſicut nos eſt ex nobis, & ex eo integre & vere agnoſci Deum Verbum, qui homo factus eſt. Similiter quando dicit agere & pati quæ conveniunt humanæ ejus Dei operationi, etiam divine eveniunt; per quam Deus Pater & Spiritus ſanctus nullo modo ha-

ACTIO III.

ANNO CHRISTI 680.

bent cum eo communionem. Illic enim cognoſcitur eſſe diſtinctio, ubi aperte oſtenditur differentia. Si ergo ſecundum aliam operationem una eſt Patris & Filii & Spiritus ſancti opera tio; ſecundum aliam nulla ratione Pater & Spiritus ſanctus cum eo naturali ratione habent communionem; duæ ſine controverſia operationes in uno & eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto Deo vero & perfecto, & homine vero & perfecto dicentur. Et cum oſtendat magnus doctor Ambroſius, non poſſe eſſe diverſæ facultatis unam operationem: neque poſſe minorem agere quæ ſunt majoris: neque ubi eſt diverſa eſſentia, poſſe unam intelligi operationem: aperte oſtendit non poſſe unam habere operationem divinitatem Chriſti & humanitatem, etiamſi cognoſcuntur eſſe unius perſonæ, & cum communione quæ eſt inter ſe vicem cernuntur operari. Cum ergo major dicatur & minor operatio; non de una ſignificatur, ſed de duabus naturalibus unius Chriſti operationibus. Et cum veritatis defenſor ſanctus Leo dixerit ad Chriſti confeſſorem Flavianum in tomo dogmatico: Operatur enim utraque forma cum alterius communione quod habuit proprium: cogitationis ratione diſcernit, Verbum id quod eſt Verbi operantem, & corpus id quod eſt corporis efficiens; & quæ unicuique naturæ conveniunt opera conſiderantur: Licet eas ab ea quæ eſt inter ſe communione non ſeparet, reipſa oſtendit eximius pontifex, immo vero univerſa cum eo ſanctæ ſynodi quæ Chalcedone convenerat communitas, quod & Chriſti divinitas naturalem operationem inconfuſe conſervavit in unitate; & ejus humanitas ea efficit quæ conveniunt ad operationem humanæ eſſentiæ; & utraque ab uno proceſſerunt inconfuſe & inſeparabiliter, nempe Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui conſtat ex utriſque naturis, & in utriſque permanſit unus & idem. Et cum ad piæ memoriæ Leonem Imperatorem declarat ſymbolum veræ confeſſionis, & Verbi & carnis unam eſſe perſonam vere prædicat; aperit tamen viam cogitationis, ut ex qualitatibus ipſorum operum Chriſti, hoc eſt, ex naturali operatione, unaquæque earum quæ eſt hypoſtaſi in Chriſto unitæ ſunt naturarum, agnoſcatur cujuſnam ſit eſſentiæ. Neque enim præco ille veritatis hic admiſit, ut humanam operationem quam temporaliter Dominus accepit cum humanitate, ejus æternæ attribueret eſſentiæ, aut divinæ ejus eſſentiæ humanæ operationis menſura adſcriberetur, ſed manente nihilo ſecius unione perſonæ, naturas quæ in Chriſto ex hypoſtaſi ſunt unitæ, agnovit ex propriis operationibus. Si ergo duæ ſunt naturæ quarum unio facta eſt in uno Chriſto: duæ ſcilicet ſunt etiam harum naturarum operationes; quæ quidem cum ſuis naturis inconfuſe & inſeparabiliter convenerunt in uno Domino Jeſu Chriſto. Similiter autem ſanctus quoque Gregorius Nyſſenus, dicens Servatorem Dominum dediſſe humanæ naturæ quam in ſe habuit, tempus operandi propria; apertius oſtendit quod etiam humana natura quæ eſt in Chriſto, habuit naturalem effectum ſuæ operationis. Ex quo eſt manifeſtum eum nihilo minus agnoviſſe duas naturales in Chriſto operationes. Etenim veritatis defenſor Cyrillus Alexandrinæ civitatis epiſcopus, colligens ex iis quæ divine dicta aut facta ſunt a Domino & Servatore, eum Deum probari; & ex iis quæ ab ipſo ſecundum hominem dicta aut facta ſunt, oſtendi ipſum vere eſſe hominem: eſt evidens quod ex naturalibus Chriſti operationibus, Chriſtum verum & perfectum Deum, & eundem hominem verum & perfectum eſſe agnovit. Neque enim eſt alia aperta probatio, quæ poſſit oſtendere eundem eſſe & Deum & hominem, præter natureles operationes. Quarum quidem ex qualitatibus naturæ quoque ex quibus eſſentialiter proceſſerunt, perfecte in eo creduntur. Si ergo in duabus naturis etiam poſt inſeparabilem unionem eſſe cognoſcitur; ubi naturarum qualitas permanſit inconfuſe, nec confundi potuerunt ipſarum operationes; ſed ab eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto proceſſerunt convenienter ſuis naturis.

Non deerunt autem aliorum quoque colendorum patrum probata teſtimonia, quia aperte dicunt duas eſſe naturales in Chriſto operationes. Ut ſilentio prætereamus ſanctum Cyrillum Hieroſolymitanum epiſcopum, ſanctum Joannem Conſtantinopolitanum, aut quicumque poſtea pro rectitudine venerandæ ſynodi Chalcedonenſis, & libro ſancti Leonis reſpondentes, laborioſa ſuſceperunt certamina adverſus hæreſes quæ confundunt, a quorum errore deſcendit etiam ſeries novi dogmatis: nempe beatæ memoriæ Joannes Scythopolis epiſcopus, Eulogius præſul Alexandriæ, Euphræmius & Anaſtaſius Theopolitanæ eccleſiæ magni & digni antiſtites: qui ſuper omnes veritatis & apoſtolicæ fidei fuit æmulator, piæ memoriæ Juſtinianus Imperator: cujus quidem fidei rectitudo quantum pro ſincera confeſſione Deo placuit, tantum in altum Chriſtianiſſimam extulit rempublicam, & huc uſque ab omnibus gentibus pia ejus memoria cenſetur digna adoratione. Cujus fidei rectitudo per veneranda ejus edicta in toto mundo diffuſa laudatur: Ex quibus unum quod ad Zoilum præſulem Alexandrinum miſſum fuit adverſus hæreſim Acephalorum, pro rectitudine fidei apoſtolicæ, quod ſufficit ad plene probandum, cum hac mediocri noſtra relatione, per præſentes latores offerimus.

Sed ne multorum verborum eſſe moleſta ac importuna cenſeretur allegatio, & maxime quibus totius mundi cura adminiſtratio, tanquam valido fundamento eſt impoſita, pauca ex enumeratis in hac mediocri relatione ſanctis patribus inſerere ſtuduimus. Nam hoc eſt plane maximum & incomparabile, ut totius Chriſtianiſſimæ reipublicæ cura parum intermiſſa, pro deſiderio & vera fide fervens, apoſtolicæ prædicationis doctrinam florentem agnoſcere cupiat veneranda & pia veſtra benignitas. Revera enim ex diverſis ſelectis patribus orthodoxæ fidei veritas apparuit, etiamſi paucis teſtimoniis: quoniam rem apertam & omnibus manifeſtam dicere, laudandi patres indicarunt eſſe ſupervacaneum. Quis enim, etiamſi ſit tardus ad intelligendum, non viderit quod patet omnibus: quod fieri non poteſt & eſt præter ordinem naturæ, ut poſſit eſſe natura, & non habeat operationem naturæ? Quod quidem nec ab hæreticis unquam dici probatum eſt, qui omnes humanas calliditates & perverſas quæſtiones adverſus rectitudinem fidei, & congregationes eorum fidei convenientes adinvenerunt. Quomodo ergo quod nec a ſanctis orthodoxis patribus unquam dictum eſt, nec profani hæretici id auſi ſunt invenire, poterit in præſentia temere affirmari; ut duarum Chriſti naturarum, divinæ ſcilicet & humanæ, quarum quidem proprietates cognoſcuntur eſſe integræ, in Chriſto unam eſſe operationem, quis unquam recte ſentiens poterit oſtendere: Nam ſi una eſt, dicant, dicetur ne tem-

temporalis an æterna, divina an humana, increata an creata; an eadem quæ & Patris, an alia a Patris operatione? Si ergo una eſt & eadem, una eſt etiam communis divinitatis & humanitatis Chriſti: quod eſt alienum dicere. Ergo cum Filius Dei idem ſit Deus & homo, humana in terra eſt operatus. Similiter cum eo Pater quæque operatus eſt naturaliter: quoniam quæ facit Pater, ea Filius quoque facit ſimiliter. Nam quod continet veritas, quatenus humana quædam Chriſtus eſt operatus, ad ſolam ejus perſonam tanquam Filium referuntur, quæ non ſunt eadem quæ Patris: ſecundum aliud ſcilicet & aliud Chriſtus eſt operatus: ut ſecundum divinitatem, quæ facit Pater, ea Filius quoque faciat: ſimiliter ſecundum humanitatem, quæ ſunt propria hominis, ipſe ſic facit ut homo: eſt enim verus Deus & homo. Unde etiam vere creditur, quod hic ipſe cum ſit unus, duas naturales habet operationes; divinam ſcilicet & humanam, increatam & creatam, tanquam verus & perfectus Deus, verus & perfectus homo, unus idem interceſſor Dei & hominum Dominus Jeſus Chriſtus. Quamobrem ſimiliter etiam ex qualitatibus operum, naturarum, quæ convenerunt in Chriſto per unionem ex hypoſtaſi, inoffenſa cognoſcitur differentia.

Ut autem Deo quoque inviſorum hæreticorum, quorum ſicut appellationes, ſimiliter verba quoque abominamur, ad ea ſolum oſtendendum quæ novi dogmatis inventores, unam in Chriſto eſſe dicentes voluntatem & operationem ſunt ſecuti, aliqua adducemus; pauca quædam ex ſceleratis eorum verbis adjunximus.

Apollinaris hæretici adverſus Diodorum, de eo quod eſt in edicto orthodoxæ fidei piæ memoriæ Juſtiniani Imperatori. Inſtrumento & ei „ quod movet natura inſitum eſt ut unam efficiat operationem. Quorum autem una eſt „ operatio, eorum una eſt eſſentia. Una eſt „ ergo eſſentia Verbi & carnis.

Ejuſdem ex libro qui inſcribitur, de apparitione humanæ naturæ ſuſceptionis Dei Verbi: „ Unus enim Chriſtus divina ſola voluntate „ movetur: quandoquidem una quoque ſola „ eſt ejus operatio in diverſis miraculis & affectionibus, procedens ex una ejus compoſita natura. Deus enim eſt incarnatus & creditur.

Severus hæreticus ex oratione quæ fuit habita in Daphne in martyrio ſanctæ Euphemiæ ſic dicit: „ Anathematizamus autem etiam ſynodum Chalcedonenſem, & librum Leonis „ qui præfuit Romanæ eccleſiæ: & eos qui dicunt vel dixerunt, in duabus naturis unum „ Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum poſt ineffabilem & quæ mente comprehendi non poteſt unionem, & earum conſequenter operationes vel proprietates „. Similiter ejuſdem Severi ad Sergium grammaticum, ubi dicit: „ Nam cum unus ſit operans, una quoque eſt „ ejus operatio & motus operativus.

Similiter ex ſecundo libro Neſtorii anthropolatræ, quem ſcripſit de myſterio Epiphaniæ: „ Inconfuſas conſervamus naturas, non ſecundum eſſentiam, ſed voluntate conjunctas. „ Quare definimus etiam unam eorum voluntatem, operationem, dominationem, dignitatis „ æqualitatem oſtendentes. Deus enim Verbum cum ſuſcepiſſet hominem quem prædeſtinaverat, ab eo non fuit diſtinctus propter præcognitam ab eo affectionem.

Theodori hæretici Alexandrini, ex libro qui ab eo ſcriptus fuit ad Theodoram Auguſtam: „ Ut de cetero & una ſit divina utriuſque ſimul operatio. Nam & unius & ejuſdem eſſe „ dicimus divina miracula, & omnes ejus naturales & quæ reprehendi non poſſunt affectiones. Et paulo poſt. Et unam eſſe & eandem unius Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei „ noſtri & divinam ſapientiam, & univerſorum cognitionem & ſcientiam in utroque ſimul, hoc eſt, ſecundum ejus divinitatem & „ ſecundum ejus humanitatem. Nam & unam „ divinam confitemur operationem, ut jam „ prius dictum eſt. Et rurſus cum ſit divina „ una ejus operatio, neceſſe eſt eam etiam eſſe individuam. Et rurſus Quæ ſunt quidem „ ejus, hoc eſt, quæ carnis, tanquam propria „ accommodans. & ei indens ſuæ naturæ operationem. Indens autem, quod per unionem „ cum Deo Verbo ei abunde divinam ſuppeditarit operationem, inconfuſe & immutabiliter „ unitam animatam ei carnem exhibet.

Ecce, pii domini & filii, ſanctorum patrum teſtimoniis tanquam ſpiritalibus radiis catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ declarata fuit & illuſtrata doctrina, & hæreticæ cæcitatis tenebræ, quas errorem ſuggerere iis qui imitantur planum factum eſt. Nunc neceſſe eſt ut novi dogmatis ſcopus quæratur quoſnam ſit ſecutus, & quorum doctorum nitatur auctoritate.

Cyrus Alexandrinus, in ſeptimo capite decretorum, in loco: „ Etiam unum & eundem „ Chriſtum, & unum Filium divina & humana operantem, una θεανδρικῇ, id eſt, Dei & „ hominis operatione. ſecundum ſanctum Dionyſium.

Similiter Theodori qui fuit epiſcopus Pharan, ex reſcripto ad Sergium epiſcopum Arſenoitem. „ Et ideo una eſt totius operatio, ſicut unius & ejuſdem Servatoris omnia ſunt „ eadem.

Similiter Sergii Conſtantinopolitani, ex reſcripto ad Cyrum Alexandrinum. „ Dixiſtis ergo, (bonum enim eſt iiſdem veſtris uti ſacris vocibus,) quod unum & eundem Chriſtum divina & humana operari, una operatione, & hæc pie & valde accurate expoſuiſtis. Et in doctrina expoſitionis & in aliis, unam voluntatem, & omnem divinam & humanam operationem habere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ſignificans, neque unam omnino, neque duas debere dici omnino permittit. Quod etiam in aliis cum mandato depoſitionis & excommunicationis affirmative aſſerit.

Pyrrhus in tomo dogmatico, & in confirmatione expoſitionis, unam confitetur voluntatem in Chriſto: & poſt hæc in libello fidei quem adduxit ad confeſſionem beati Petri principis Apoſtolorum, duas voluntates & duas naturales operationes confitetur in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto: in quo etiam ſanctorum patrum teſtimoniis, ita ſe habere aſſerit veritatem orthodoxæ fidei.

Paulus ſimiliter ejus ſucceſſor, in epiſtola ad apoſtolicæ memoriæ Theodorum Papam, qui preceſſit noſtram mediocritatem, unam voluntatem Chriſtum habere confitetur. Et hic ipſe in confirmatione * formatæ, cum denunciatione & excommunicationis, dicit neque unam, neque duas dici debere voluntates in Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Pe-

Petrus hujus ſucceſſor, ſcribens ad Vitalianum Papam ſanctæ memoriæ, & unam & duas voluntates, & unam & duas operationes in diſpenſatione ſuſceptæ humanitatis magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ſe ſentire confitetur.

Quis, quæſo, non compunctus fuerit, o mitiſſimi & benigniſſimi Imperatores, & humanæ vitæ ancipites laqueos extimeſcens non animadverterit, & cum ſuſpirio ex imo Deum qui eſt Pater miſericordiarum non ſupplex rogaverit, ut liberetur ab inſidiis diaboli, quæ ad humanæ mentis deceptionem ſunt undique circumpoſitæ: videns eos qui ſe ex ſumma cognitione reputabant aptos ad prædicandum, & laqueos exſcindendum hæretici erroris, nec in ipſo quidem errore eſſe ſtabiles, ſed ſemper inſtabiles? Cum ergo Sergius quidem in aliis & aliis ſcriptis, unam voluntatem & unam operationem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum habere prædicet: & in expoſitione omnem divinam & omnem humanam operationem unius Chriſti pronunciet, & conſequenter ex contrario affirmet unam operationem dictam eſſe a nonnullis patribus in Chriſto, duas autem a nullo operationes: attamen neque unam operationem, neque duas ſtatuit debere dici in uno Domino Jeſu Chriſto.

Similiter Pyrrhus in confirmatione formatæ, & in aliis defendens Cyrum Alexandrinum, oſtendit eum intelligere unam voluntatem & unam operationem. Scribens autem ad ſanctum Joannem Papam, unam voluntatem & unam operationem Dominum Jeſum Chriſtum habere affirmat. Et hic ipſe in libello fidei, cum teſtimoniis ſanctorum Patrum duas naturales habere voluntates ſtatuit Servatorem Dominum.

Similiter Paulus ejus ſucceſſor, in epiſtola ad Theodorum apoſtolicæ memoriæ Papam, indicat Dominum unam habere voluntatem. Et hic ipſe in compoſitione formatæ, definit neque unam neque duas voluntates dici debere aut operationes.

Petrus ſimiliter, & unam, & duas voluntates & operationes in diſpenſatione ſuſceptæ humanitatis Servatoris noſtri Jeſu Chriſti ſe ſentire proteſtatur: & unuſquiſque eorum aliter ſentientes condemnat, excommunicat, & ejicit ex catalogo eccleſiæ.

Attendat ergo a Deo commendatum culmen veſtræ benignitatis intimo oculo ſuæ diſcretionis, quem ad Chriſtianiſſimorum populorum adminiſtrationem, divina illuminante gratia dignatus eſt aſſumere: quemnam horum doctorum ſequendum judicet populus Chriſtianus; cujuſnam horum doctrinam debet amplecti ut poſſit eſſe ſalvus: qui & omnes & ſe invicem condemnant ſinguli, ſicut affirmant varia & inſtabilia eorum ſcriptis mandata decreta: aliquando quidem unam voluntatem & unam operationem; aliquando autem nec unam nec duas operationes; aliquando autem unam voluntatem & unam operationem: & rurſus duas voluntates & duas operationes. Similiter unam voluntatem & unam operationem, & deinde neque unam neque duas; & alius unam & duas.

Quis demens, rogo, pii domini, tantæ cæcitatis errores non abominatus fuerit & caverit: ſi videlicet cupiat eſſe ſalvus, & inculpatam ſuæ fidei rectitudinem venienti Domino offerre deſideret? Quamobrem redimetur, & totis viribus cum Dei auxilio liberabitur ſancta Dei eccleſia mater veſtræ Chriſtianiſſimæ potentiæ, ab errore hujuſmodi doctorum; ut evangelicam & apoſtolicam orthodoxæ fidei rectitudinem, quæ fundata eſt ſupra ſolidam petram hujus beatiſſimi apoſtolorum principis Petri eccleſiæ, quæ ejus gratia & ope ab omni errore permanet integra, omnis numerus præſulum & ſacerdotum hujus cleri & populi, uno animo, ad hoc ut Deo placeant, & ſerventur eorum animæ, formam apoſtolicæ traditionis nobiſcum confiteantur & prædicent.

Hæc autem inſerere curavimus mediocri noſtræ relationi, dolentes & aſſidue ſuſpirantes de tanto errore ſacerdotum eccleſiæ, ſeorſum potius quærentium præter fidei veritatem definire, & admonitionis fraternæ ſinceritatem ad ſui contemptum pertinere judicantium: non animo invidentes, ut Deus eſt teſtis; neque ſuperbiæ elatione, neque contradicendi contentione, neque eorum doctrinam temere reprehendere cupientes; neque quamcumque ſuſpicatus fuerit quiſpiam delectationis humanæ arrogantiam: ſed pro certitudine ipſius veritatis, in qua nos ſalvos fore confidimus, & pro regulis ipſius ſinceræ & evangelicæ confeſſionis, pro ſalute ſcilicet animarum, & conſtitutione Chriſtianæ reipublicæ, pro corroboratione eorum qui Romani imperii adminiſtrant gubernationem, meæ mediocritatis prædeceſſores apoſtolicos, admonuiſſe, rogaſſe, increpaſſe, ſuaſiſſe, arguiſſe, & omnem adhortationis rationem adhibuiſſe, ut curationem poſſet novum vulnus accipere. Qui neque poſt fœtidi erroris vetuſtatem a motu ſiluerunt. Sed ſunt perpetuo adhortati & proteſtati: idque ex caritate fraterna, non ex improbitate, aut odii perſuaſione. Abſit a corde Chriſtianorum ut alterius lapſu lætetur, cum doceat omnium Dominus: *Nolo mortem peccatoris: ſed ut convertatur & vivat*: [Ezech. 33.] qui magis lætatur propter unum pœnitentem, quam propter nonaginta novem juſtos: qui ad liberandam ovem quæ perierat, ſuæ majeſtatis inclinata potentia, de cœlo in terram deſcendit: & extenſis manibus ſpiritalibus orantes & ſupplicantes, ut eos ad orthodoxæ fidei confeſſionem revertentes amplectantur; & exſpectantes eorum converſionem ad ſanam rectitudinem orthodoxæ fidei: ut ex noſtro munere ſeu beati Petri apoſtoli, cujus etſi indigni fungimur miniſterio, prædicemus formam traditionis; ut ſe non reddant alienos, ſed concorditer nobiſcum immaculatam hoſtiam pro fortiſſimæ & ſereniſſimæ veſtræ potentiæ ſtatu offerentes, aſſidue precentur Chriſtum Dominum.

Credimus, pii rerum domini, dubitationis nullam remanſiſſe caliginem, quæ reſiſtere poſſit ad ſeparandum, iis qui ſequuntur inventores novi dogmatis. Etenim ſpiritalis bonus odor cognitionis unde ſpirant verba patrum, eſt poſitus ante oculos; & hæreticorum teter fœtor a fidelibus omnibus eſt nihili factus. Et quoniam novi dogmatis inventores oſtenſi ſunt ſectatores hæreticorum, & non ſanctos Patres ſequentes, nec hoc remaneat incognitum. Quomodocumque velit quiſpiam ſuum errorem colorare, arguitur a luce veritatis, quomodo etiam docet apoſtolus gentium: *Omne quod manifeſtum eſt lux*, [Ephes. 5.] quoniam veritas ſemper firma permanet & eadem. Falſum autem ſemper variatur: & dum variatur, manifeſtatur & arguitur eſſe ſibi contrarium. Ex eo enim quod ſibi ipſis doceant contraria, oſtenſum eſt novi dog-

ANNO CHRISTI 680

ACTIO III

dogmatis inventores, noluiſſe eſſe ſectatores e- A
vangelicæ & apoſtolicæ fidei.
Quamobrem quoniam veritas apparuit cir-
cumſpectioni veſtræ divinitus inſpiratæ pietatis,
& notatæ ſunt tenebræ, & quam merebantur
appellationem ſunt aſſecutæ; reſtat ut benevo-
lentiæ divinitus inſpiratæ veſtræ benignitatis vi
ctoriæ corona redimita veritas illuceſcat; & er-
rore novitatis cum ſuis inventoribus & doctri-
næ eorum ſectatoribus, ſuæ audaciæ luat pœ-
nas; & ex medio orthodoxorum antiſtitum,
pro novitate ſuæ hæreticæ improbitatis, expel-
lantur; quam in medio ſanctæ catholicæ & a-
poſtolicæ Chriſti eccleſiæ aggreſſi ſunt introdu-
cere, & individuum & intemeratum corpus
Chriſti eccleſiæ labe hæreticæ pravitatis inqui- B
nare. Neque enim eſt conſentaneum, ut noxii
lædant innoxios, aut innocentes comprehendant
aliorum peccata. Nam etiamſi in hoc mundo
condemnatis fuerit condonatum, quemadmo-
dum ii quibus condonatur nullum ſentiunt be-
neficium in Dei judicio. ita iis qui parcunt,
non minimum pro non convenienti commiſera-
tione congeſtum eſt periculum.

Hæc propterea Deum omnipotentem noviſſi-
mis temporibus veſtræ manſuetudini ad corri-
gendum reſervaſſe credimus, ut vicem & ze-
lum ipſius Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui di-
gnatus eſt veſtram coronare potentiam, in ter-
ra gerentes, pro evangelica & apoſtolica ejus
veritate juſtum proferatis judicium. Qui cum C
humani generis redemptor & Servator, in ho-
diernum uſque diem contumelia affectus paſſus
eſt, & veſtræ virtutis inſpiravit potentiæ, ut
ejus fidei negotium. ut jus poſtulat, & ſancto-
rum patrum & ſacrarum Oecumenicarum quin-
que ſynodorum decrevit doctrina, ſequi velitis;
& Redemptoris ac conregis in fide ejus contu-
meliam, ejus ope ac præſidio ab iis qui con-
tempſerunt defendatis; propheticum illud elo-
quium cum Imperatoria benignitate magno &
excelſo animo adimplentes, quod Rex & pro
Pſal. 68. 10 pheta David ad Deum loquitur, dicens: *Zelus*
*domus tuæ comedit me*. Unde pro hoc qui Deo
placuit zelo, beatam illam vocem dignatus eſt
audire ab opifice univerſorum: *Inveni David* D
1. Reg. 13. 14 *virum ſecundum cor meum, qui faciet omnes vo-*
Act. 13. 22 *luntates meas*. Cui etiam promittit in pſalmis:
Pſal. 88. 21 *Inveni David ſervum meum, oleo ſancto meo un-*
*xi eum: manus enim mea defendet eum, & bra-*
*chium meum corroboravit eum*: ut cujus nego-
tium ferventi ſtudio Chriſtianiſſimi veſtri im-
perii pietas contendit efficere, is omnes actio-
nes fortiſſimæ veſtræ potentiæ fauſtas reddat &
felices, ut in ſuis ſanctis evangeliis promiſit di-
Matth. 6. 33 cens: *Quærite primum regnum Dei, & hæc om-*
*nia adjicientur vobis*. Omnes enim, ad quos di-
vinorum veſtrorum apicum pervenit cognitio,
& oſtenſus eſt hic bonus ſcopus venerandæ ani-
mi magnitudinis veſtræ manſuetudinis; innume-
rabiles gratiarum actiones & aſſiduas laudes,
tantam miſericordiæ admirantes magnitudinem,
fortiſſimæ veſtræ potentiæ directori reddide-
runt.

Nam re vera, o maxime pii & juſtiſſimi Im-
peratores, quæ Dei ſunt cum Dei timore di-
gnati eſtis efficere; promittentes nihil damni ac
læſionis accepturas omnes vobis ſubjectas perſo-
nas: & confidimus, quod quæ promiſit veſtra
pia benevolentia, poſſit etiam effecta reddere
ut quod eſt Deo conſecratum pia benignitate
a Chriſti amante veſtra potentia, nihilominus
adjuvante ejus omnipotentia, & promiſſio im-
A pleatur. Unde & laus ab omnibus gentibus
Chriſtianis, & æterna memoria, & continuæ
preces abundabunt pro fortitudine danda trium-
phatoribus, & perfecta victoria a Domino Chri-
ſto. cujus eſt etiam negotium: ut ſummæ ma-
jeſtatis metu perculſa genera gentium, ſceptris
robuſtæ veſtræ potentiæ humiliter ſua colla ſub-
mittant: ut veſtri pii imperii corroboretur po-
tentia, donec temporalem poteſtatem excipiat
æterni regni æterna beatitudo. Neque enim
poterit aliud ſimile inveniri, quod benignita-
tem veſtræ invictæ fortitudinis divinæ com-
mendet majeſtati, niſi ut expulſis iis qui er-
rant a veritate regulæ evangelicæ & apoſtolicæ
noſtræ fidei ubique manifeſtetur & prædicetur
B ſinceritas.

Propterea, pii & a Deo docti domini & fi
lii, ſi hanc ſanctarum ſcripturarum nulli repre-
henſioni affinem, venerabilium ſynodorum, ſpi-
ritalium patrum, apoſtolici dogmatis regulam,
ſecundum evangelicam eorum ſententiam, per
quam veritatis formam Spiritu ſancto revelan-
te oſtenderunt, eccleſia Conſtantinopolitanæ an-
tiſtes nobiſcum tenere & prædicare elegerit;
fiet pax magna iis qui diligunt nomen Dei:
& non remanebit aliquod ſcandalum diſſenſio-
nis; & fiet id quod in Actibus Apoſtolorum,
poſtquam per gratiam ſancti Spiritus acceſſerit
ad cognitionem Chriſtianiſſimæ veritatis, nobis
omnibus cor unum & anima una. Nam ſi,
C quod abſit, quæ paulo ante ab aliis fuit intro-
ducta, novitatem volet attrahere, & alienis do-
ctrinis a regula veritatis orthodoxæ & apoſtoli-
cæ noſtræ fidei ſeipſum implicare: (quam qui-
dem tanquam animarum condemnationem de-
clinare, ab iis qui noſtram præceſſerunt medio-
critatem, aſſidue vitare admoniti, hucuſque di-
ſtulerunt;) ipſe ſciet quid de ejuſmodi contem-
ptu in divino Chriſti judicio reſpondebit apud
omnium Judicem qui eſt in cœlis; cui & nos
& ipſe pro ſuſcepto miniſterio veræ prædica-
tionis; aut contraria præſumptione, Chriſtianiſ-
ſimæ fidei, quando ad judicandum acceſſerit,
reddemus rationem. Et nobis quidem, quod o-
ro & obſecro, adſit apoſtolicam & evangeli-
D cam veræ fidei regulam, ſicut ab initio accepi-
mus, inconcuſſe & libere cum ſimplici purita-
te, integram & illæſam conſervare. Quamobrem
venerandæ veſtræ ſerenitati, pro amore & ho-
nore catholicæ & apoſtolicæ rectæ fidei, ab ip-
ſo conrege Chriſtianiſſimæ veſtræ potentiæ Do-
mino noſtro Jeſu Chriſto, cujus veram fidem
intemeratam cupitis conſervare, perfecta mer-
ces veſtris piis tribuetur laboribus, quod nihil
ſit neglectum aut prætermiſſum a veſtra Deo
coronata benevolentia, quod poſſit pertinere ad
ſinceritatem veræ fidei & ad eccleſiarum con-
cordiam. Nam Judex omnium Deus requirit
mentis propoſitum, & admittit ſtudium pietatis;
qui rerum eventus, ſicut expedit, judicat &
E diſpenſat.

Rogo ergo, o pii & benigni Imperatores &
Auguſti, & ſimul cum mea parvitate omnis a-
nima Chriſtianorum genibus flexis rogat ut
omnibus Deo gratis bonis & admirabilibus re-
giiſque beneficiis, quæ per veſtrum Deo gra
tum ſtudium Altiſſimi gratia humano generi di-
gnata eſt largiri, hoc quoque addatis: nempe
ut pietatis in integrum reſtitutionem, conre-
gnanti Domino Chriſto acceptum ſacrificium
offerre jubeatis, impunitatem concedentes & li-
beram loquendi facultatem unicuique volenti,
& reddendi rationem de fide quam credit & te-
net.

ACTIO III.

ANNO CHRISTI 680.

net. Ut ex omnibus aperte cognoſcatur, quod nullo metu, nulla potentia, nullis minis, volens quiſpiam, loqui pro veritate catholicæ & apoſtolicæ fidei, eſt prohibitus aut revocatus, ut omnes unanimes pro tanto & quod conjici non poterat bono, toto tempore vitæ ſuæ divinam majeſtatem glorificent: & pro incolumitate & proſperitate fortiſſimæ veſtræ potentiæ aſſiduas Domino Chriſto preces unanimes effundant. *Subſcriptio*. Valde piam dominorum potentiam, Altiſſimi conſervet gratia, & ei ſubmittat colla omnium gentium.

*Inſcriptio ſynodalis relationis*

Piis dominis, & sereniſſimis victoribus & triumphatoribus, dilectis filiis Dei & Domini Jeſu Chriſti Dei noſtri, Conſtantino magno Imperatori, Heraclio & Tiberio Auguſtis, Agatho epiſcopus ſervus ſervorum Dei, cum omnibus ſynodis quæ pertinent ad ſynodum ſedis apoſtolicæ.

OMnium bonorum ſpes eſſe cognoſcitur, quando celſitudo Imperatoria, eum qui ipſam coronavit, & hominibus ad ſalutarem præfecit adminiſtrationem, agnoſcens veram de eo confeſſionem, qua ſola ſupra omnia bona delectatur, fideliter inquirit, & ardenti animo amplecti cupit. Hoc eſt Dei donum excellentiſſimum, a quo omne bonum donum procedit, ad quem refertur quod aſſumptum eſt ab ejus majeſtate: cujus quidem in mentis arcanis ſpiritu ædificante, & radii pii ſcopi ſpiritali ardore, in orbem omnia purgantur, & ſuavis odor a ſacrificio cordis aſcendit ad Dominum, qui id donum habet acceptum: unde & in rebus terreſtribus dabit felicitatem, & omnes gentes ſubjiciet: qua provocantur ad confeſſionem veræ ejus agnitionis quæ ſunt ſubjecta Chriſtianæ potentiæ; ut felices faciat humiles redditos, quos miſere extolli ſinit ad ſui dejectionem.

Quoniam autem, o pii, o fortiſſimi Imperatores, colendæ veſtræ pietatis cum laude admiramur Deo gratum propoſitum, quod erga apoſtolicam noſtram fidem habere dignati eſtis, Deo vobis myſtice perſuadente, non fluxis verbis, neque ſermone deceptionis: ſed divina ſua gratia admonente, & omni ſublata dubitatione cupitis agnoſcere ea quæ continet veritas orthodoxæ & apoſtolicæ fidei: nos omnes minimi eccleſiarum Chriſti antiſtites, ſervi veſtræ Chriſtianiſſimæ potentiæ, in Occidentalibus partibus & Septentrionalibus, etiamſi pauci & ſimpliciores cognitione fidei, per Dei tamen gratiam firmi & ſtabiles, propter ea quæ fuerunt propoſita per divinum apicem; agnoſcentes eum qui vobiſcum regnat & adminiſtrat omnium creatorem & gubernatorem Deum; de hoc pio propoſito exhilarati, cum fletibus ex imo corde protenſis, cœpimus gratias agere, quod tam admirabile & ſalutare, adeo unice Deo ſuper omnia terrena ſacrificia acceptum opus, deſiderare creditur veſtra benignitas: quod a multis quidem pietate & juſtitia præſtantibus Imperatoribus deſiderabatur, a paucis tamen & raris ad Deo gratum effectum cum ſinceritate fidei apoſtolicæ conſervari potuiſſe eſt oſtenſum.

Credimus autem quod id in quod pauci & rari conſenſerunt, veſtræ a Deo coronatæ potentiæ donabitur divinitus: ut per ipſius catholicam & apoſtolicam noſtram fidem, tanquam A lux clariſſima luceat in cordibus omnium: quæ ex fonte veræ lucis, tanquam per radios viviſici ſplendoris, beatis miniſtris Petro & Paulo apoſtolorum ſummis, & eorum diſcipulis & ſucceſſoribus apoſtolicis gradatim uſque ad noſtram parvitatem Dei ope eſt conſervata, nulla hæretici erroris fœtidiſſimarum tenebrarum caligine, nec falſi nebulis aut nimbis erroris inquinata, neque admixtis hæreticorum pravitatibus tanquam nimbis obſcuris adumbrata: pura & ſincera & ſuis reſplendens radiis.

In hoc enim ſedes apoſtolica, & qui noſtram præceſſit mediocritatem, hucuſque non ſine periculo laboravit: In præſentia autem cum dogmatice cum apoſtolicis Pontificibus conſul-B taſſent, nunc ſynodalis definitionis qui continentur veritatis canones mittunt, omnibus ſignificantes, & æternos terminos quos nefas eſt tranſgredi, uſque ad ipſius animæ exitum conſtituendo defendentes: non decepti blanditiis, neque formidantes pericula: ut factis oſtendant illud Domini decretum in evangeliis, quod enunciative docens profert: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, ego quoque eum confitebor coram Patre meo qui eſt in cœlis*: & conſequenter terret ſupplicio, quo acerbe minatur *Qui me negaverit coram hominibus, ego quoque eum negabo coram Patre meo qui eſt in cœlis*. Averſatur enim ad temporum diverſitates variari vera pietatis confeſſio: ſicut nec ipſe admi-C ſit varietatem, de quo eſt hæc vera confeſſio, dum dicit. *Ego ſum, & non mutor*.

Quoniam ergo ſerenæ veſtræ fortitudinis benevolentia juſſit mitti perſonas e numero epiſcoporum, præſtantes vita & ſcientia omnium ſcripturarum; de vitæ quidem puritate, etſi maxime quis pure vivat, tamen non audet confidere: perfecta autem ſcientia, ſi referatur ad veræ pietatis ſcientiam, ſola eſt veritatis agnitio: ſed ſi ad ſæcularem eloquentiam, non exiſtimamus poſſe aliquem noſtris inveniri temporibus, qui de ſumma ſcientia glorietur: cum in noſtris regionibus ebulliat furor diverſarum gentium, quæ aliquando quidem affligunt, aliquando autem incurſiones faciunt & diripiunt. D Unde tota noſtra vita eſt plena ſolicitudinibus, quos circumdat manus gentium: & labore corporis nobis paratur alimentum: quandoquidem antiqua poſſeſſio eccleſiarum paulatim concidit diverſis deficiens calamitatibus: Et ſola ſubſtantia noſtra eſt fides noſtra: cum qua vivere eſt ſumma gloria: propter quam mori eſt lucrum æternum.

Hæc eſt perfecta noſtra ſcientia, ut catholicæ & apoſtolicæ fidei terminos, quos hucuſque ſedes Apoſtolica nobiſcum ſimul & tenuit & tradit, tota mente ſervemus: Credentes in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, & viſibilium omnium & inviſibilium, & in ejus Filium unigenitum, ante o-E mnia ſæcula ex eo genitum: verum Deum ex Deo vero, lumen de lumine: genitum, non factum; conſubſtantialem Patri; per quem omnia facta ſunt tam quæ ſunt in cœlo quam quæ in terra. & in Spiritum ſanctum, Dominum & viviſicantem: qui ex Patre procedit, cum Patre & Filio ſimul adoratur & glorificatur. Trinitatem in unitate & unitatem in Trinitate unitatem quidem naturæ, Trinitatem autem perſonarum ſeu hypoſtaſeon: Deum Patrem confitentes, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum: non tres Deos, ſed unum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum: non trium

ANNO CHRISTI 680.

nominum hypoſtaſim, ſed trium hypoſtaſeon unam eſſentiam: quarum una eſſentia ſeu natura, hoc eſt, una divinitas, una æternitas, una potentia, una dominatio, una gloria, una adoratio, una eſſentialis ejuſdem ſanctæ & inſeparabilis Trinitatis voluntas & operatio, quæ quidem omnia creavit & continet.

Confitemur autem unum ejuſdem ſanctæ conſubſtantialis Trinitatis Deum Verbum, qui ante ſæcula eſt genitus ex Patre, noviſſimis autem ſæculis propter nos & propter ſalutem noſtram deſcendit de cœlis: & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex ſancta, impolluta, & ſemper virgine glorioſa Maria domina noſtra, vere & proprie Deipara: ſecundum carnem ſcilicet ex ea natus, vere homo factus: eundem Deum verum, & eundem hominem verum: Deum quidem ex Deo Patre; hominem autem ex Virgine matre; incarnatum ex ipſa carne, anima præditum rationali & intelligente: conſubſtantialem eundem Deo & Patri ſecundum divinitatem, & eundem conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem: in omnibus nobis ſimilem præter peccatum: crucifixum pro nobis ſub Pontio Pilato: qui paſſus eſt & ſepultus & reſurrexit, aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Patris, & iterum venturus eſt judicatum vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Unum ſcilicet & eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, ex duabus & in duabus eſſentiis, inconfuſe, immutabiliter, individue, inſeparabiliter conſiſtere cognoſcimus; naturarum differentia nequaquam ſublata propter unionem, ſed potius ſervata unione utriuſque naturæ, & concurrente in unam perſonam & unam hypoſtaſim: non in dualitatem perſonarum partitum aut diviſum, neque confuſum in unam compoſitam naturam: ſed unum & eundem Filium unigenitum, Deum Verbum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: neque alium in alio, neque alium & alium, ſed hunc eundem in duabus naturis, hoc eſt, divinitate & humanitate, poſt hypoſtaticam unionem agnoſcimus. Nam nec Verbum mutatum fuit in naturam carnis; neque caro transformata fuit in naturam Verbi. Permanſit enim utrumque id quod erat naturaliter. Differentiam ſcilicet unitarum in eo naturarum diſcernimus ſola contemplatione: ex quibus inſeparabiliter, inconfuſe, immutabiliter etiam fuit compoſitus. Unus enim ex utriſque, & per unum utraque: quoniam ſimul ſunt, & magnitudo divinitatis & humilitas carnis: utraque natura etiam poſt unionem ſine defectu conſervante ſuam proprietatem: & utraque forma operante cum alterius ſocietate, id quod habuit proprium; Verbo quidem operante id quod eſt Verbi, exſequente autem corpore id quod eſt corporis: & illud quidem ſuis ſplendet miraculis: hoc autem eſt obnoxium contumeliis,

Unde conſequenter quatenus duas naturas ſeu eſſentias, nempe divinitatis & humanitatis, inconfuſe, individue, immutabiliter eum vere habere confitemur: ita ſimiliter etiam duas naturales voluntates habere; & duas naturales operationes, ut qui ſit perfectus Deus & perfectus homo, unum & eundem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, docet regula pietatis: quoniam apoſtolica & evangelica traditio, & ſanctorum Patrum doctrina, quos ſancta catholica & apoſtolica eccleſia & venerabiles ſynodi ſuſcipiunt, oſtenduntur definire. Ex quorum doctrinis hæc excerpta paucis collegimus. Hoc e-



ACTIO III.

A nim credimus, quod ſecundum apoſtolicam accepimus traditionem, cujus auctoritatem ſequimur in omnibus: idem enim ſenſiſſe ſcimus eos qui ab ea ſunt conſtituti, qui noſtram præceſſerunt mediocritatem; quam perpetuo nobis conſervari, ſeu in vita, ſeu in morte, optamus.

Hanc ergo puræ, catholicæ, & apoſtolicæ confeſſionis regulam, quæ in hac Chriſtianiſſimæ veſtræ potentiæ ſervitiis addicta urbe Romæ, ſub apoſtolicæ memoriæ Martino Papa ſynodice convenit ſynodus, prædicaſſe & conſtituendo defendiſſe, omnes nos, quicumque & undecumque eramus, minimi eccleſiarum Chriſti antiſtites, agnovimus; in qua etiam qui noſtram

B præceſſerunt parvitatem, convenientes, apoſtolicam confeſſionem, quam ab initio acceperunt, etiam ſynodica prædicatione prædicarunt, & ſine quocumque errore novitatis, ſine dubio definierunt. Zelo ergo pietatis & deſiderio apoſtolicæ confeſſionis, ad eam magis illuſtrandam mota benevolentia veſtræ ſerenitatis, ut Imperatorio fomento magis refulgeat, ſtudet laborare: cujus deſiderium, quoniam ex Deo eſt, a Deo effectum reddatur; ut veritas appareat iis qui ſunt adhuc in dubitatione; & iis qui eam ſincere amplectuntur addatur animus: & zizaniorum ſemina ſpiritali falce, tanquam offenſionis & deceptionis occaſio, exſcindantur e medio Chriſti eccleſiarum. Quorum ſunt au-

C ctores, Theodorus Pharanites, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus, Conſtantinopolitani; qui novi erroris auctores, & perfectæ œconomiæ, in qua ſumus ſervati inimici, non ſolum adverſi veræ confeſſioni, ſed aberrantes a via veritatis, docuerunt contraria, aliter & aliter ſua defendentes, & ſua invicem dogmata diſſolventes. Cum enim nulla ſit fundata veritas, neceſſe eſt ut varietur erroris conſequentia. Non poteſt enim mutari vera fides, aut aliquando quidem aliter, aliquando autem aliter poſtea prædicari: quoniam erit veſtrum, ut docet Apoſtolus, *ita ita, & non non: nam quod amplius eſt, a malo eſt.* Jac. 5. 12. Matth. 5. 37.

Ad hæc nobis minimis ſervis veſtris, bene-

D volentiæ ſereniſſimorum noſtrorum dominorum eſt reſpondendum, de tarditate miſſarum a noſtra ſynodo perſonarum; quas per venerandum ſuum apicem mitti juſſit veſtra ſublimitas. Primum quidem quod immenſum patet ſpatium a noſtris regionibus uſque ad oceanum, quod ſynodum in longum tempus extendit. Deinde ſperabamus ex Britannia venturum Theodorum conſervum noſtrum & coepiſcopum, magnæ Britanniæ inſulæ archiepiſcopum & philoſophum, cum aliis qui illic in loco degunt; & illinc eſſe uniendos noſtræ mediocritatis, & diverſos hujus ſynodi epiſcopos qui erant in diverſis regionibus: ut ex tota communitate ſervitiis veſtris addictæ ſynodi noſtræ noſtra fieret

E relatio: ne ſi ex una parte ſolum cognoſceretur, partem lateret: & maxime quoniam in medio gentium, Longobardorum & Sclavorum, quin etiam Francorum, Gothorum & Britannorum plurimi ex conſervis noſtris eſſe cognoſcuntur, qui non ceſſant de eo curioſe inquirere, ut ſciant quid agatur in negotio fidei apoſtolicæ: qui quantum poterunt juvare, ſi in conſenſione noſtræ fidei ſtent nobiſcum, & nobiſcum conſentiant, tantum, quod abſit; ſi offenſionis aliquid in ſumma fidei ſuſtinuerint, inveniuntur inimici & adverſi.

Nos autem etſi minimi, totis tamen viribus con-

confidentes, ut Chriſtianiſſimæ veſtræ potentiæ A civitas, (in qua beati Petri apoſtolorum principis ſedes eſt fundata, cujus auctoritatem revera omnes Chriſtianorum gentes ſimul nobiſcum adorant & venerantur, in honorem beati Petri apoſtoli,) omnibus gentibus oſtendatur ſuperior; has perſonas a noſtra mediocritate eligendas eſſe rite cenſuimus: quæ ad pedes veſtræ a Deo cuſtoditæ fortitudinis deberent afferre primum noſtram relationem, hoc eſt, omnium epiſcoporum qui ſunt in Septentrionalibus & Occidentalibus regionibus, in qua etiam apoſtolicæ noſtræ fidei confeſſionem præpoſuimus. Sic tamen ut non tanquam de incertis contendant, ſed tanquam firma, ſtabilia ac illæſa brevi definitione offerant. Suppliciter B rogamus, ut veſtra a Deo coronata annuente potentia, hæc ipſa omnibus prædicari, & apud omnes obſervari jubeatis: ut Deus qui veritatem diligit & juſtitiam, omnia fauſta & felicia concedat temporibus veſtræ ſereniſſimæ benevolentiæ, in quibus reſplendet veritas apoſtolicæ prædicationis & pietatis; bono & felici eventu concedens, ut potentia veſtræ ſerenitatis lætetur de ſubjectione hoſtium.

Dignemini ergo, o pii Imperatores, epiſcopos qui miſſi ſunt a noſtra mediocritate cum ceteris viris ordinis eccleſiaſtici, & reverentiſſimis Dei ſervis, excipere cum conſueta ſerenitatis veſtræ benevolentia; ut illorum teſtimonio, cum gratiarum actione ad ſuos revertentes, a- C pud omnes gentes celebretur laus veſtræ benignitatis: ſicut magni illius Conſtantini, cujus quidem poſt mortem nihilominus fama viget laudabilis; cujus non ſolum poteſtas, ſed etiam pietas eſt inſignis: cum quo ſacratiſſima illa ſynodus trecentorum decem & octo antiſtitum Nicææ convenerunt, ad defenſionem Trinitatis conſubſtantialis. Et ſicut Theodoſii magni, cujus inter alias virtutes unica prædicatur pietas: a quo per gratiam divini Spiritus prædicata fuit ſententia centum quinquaginta patrum, quam ei inſpiravit Spiritus ſanctus, qui eſt ejuſdem eſſentiæ cum Patre & Filio. Et ſicut qui inſigniter amavit veritatem Marciani Imperatoris, qui & primam Epheſinam ſynodum, D ut qui catholicam & apoſtolicam prædicaret fidem, a ſancta Chalcedonenſi ſynodo fecerit ſuſcipi, & eos qui auxerunt novitates ex Dei eccleſia expulit; accipiens ſacratiſſimum illum tomum apoſtolici viri Papæ Leonis, quem beatus apoſtolus Petrus dictavit ſuis verbis. Et ſicut ultimi quidem, ſed omnium excellentiſſimi magni illius Juſtiniani; cujus ſicut virtus, ita etiam pietas in meliorem ordinem omnia redegit: Ad cujus ſimilitudinem imperium fortiſſimæ veſtræ benevolentiæ, virtutibus & conatibus munit Chriſtianam rempublicam, & in melius renovat ſtudiis pietatis, & cum catholica concurrit eccleſia: ut in unione veræ apoſtolicæ confeſſionis conjungatur perfectius, quam E huc uſque nobiſcum ſervat ſancta Romanorum eccleſia: ut veræ pietatis myſterium tuba clarius prædicetur in toto mundo: & ubi hujus veræ confeſſionis ſinceritas piis ſtudiis veſtri imperii conſervabitur, ſimul laus & beneficium prædicabitur ſerenæ veſtræ potentiæ: ut cum pietatis laudibus, imperii quoque veſtri, Deo annuente, augeantur quæ ſunt præcipua: & quos adhortatur veræ pietatis confeſſio, virtus vincat imperatoria. Etenim nos etſi indigni, Dei clementiam ſuppliciter rogamus, ut ſine lapſu uſque ad ipſum vitæ terminum, nos immaculatam fidei confeſſionem ſervare & prædicare, & per ipſam coram ipſo glorificari concedat: quandoquidem mundanam ſapientiam & inanem deceptionem, ſicut dicit beatus Paulus apoſtolus, omnino ignoramus; regulam tamen vere prædicationis ſimpliciſſima veritate docemus & defendimus: nam verborum pompas non habere cupimus, ut occupemur a contentionibus. Neque enim id uſuvenit, cum degamus in anguſtiis: ſed eos qui volunt converti ad veritatem rectæ noſtræ fidei, rite & ex ordine cum ſimplici corde & verborum lenitate adducimus: nam per veritatem apoſtolicæ confeſſionis cupimus conſervare animas nobis creditas a Dei gratia, potius quam per nugas auditores in errorem immittere.

Quamobrem quicumque ex ſacerdotibus, hæc quæ continentur in confeſſione noſtræ mediocritatis ſimul nobiſcum ſincere prædicare deſideraverint, tanquam apoſtolicæ noſtræ fidei conſentientes, tanquam conſacerdotes, tanquam comminiſtros, tanquam ejuſdem fidei, & ut ſemel dicamus, tanquam ſpiritales fratres noſtros & coepiſcopos ſuſcipimus. Eos autem qui nolunt eadem nobiſcum confiteri, tanquam catholicæ & apoſtolicæ confeſſionis inimicos, obnoxios, eſſe judicamus æternæ damnationi: eos autem qui ſunt ejuſmodi, in cœtum noſtræ mediocritatis, nunquam niſi correctos admitti ſuſtinebimus. Nec exiſtimet ex iis quiſpiam, nos ea tranſilire quæ accepimus ab iis qui nos præceſſerunt. Propterea magnum erit gaudium in cœlo & in terra, ſi veſtro intercedente benevolo imperio, interceſſor qui vobiſcum conregnat Deus omnipotens, hæc ad finem deduxerit: ut cœlum lætetur, & exſultet terra; multa pace facta iis qui diligunt veritatem, & non eſt eis ſcandalum: & auferetur a domo Dei abominatio ſcandali, quæ eſt in ruinam multorum inſtabilium & ſimpliciorum: & fiet una fides, unum os, & labium unum, & una apud omnes confeſſio apoſtolicæ prædicationis, dum omnes unanimes loquuntur Dei magnalia: quam temporibus veſtræ ſerenæ felicitatis miſericors Deus dignabitur concedere: donec quæ ſunt divulſa, ad eccleſiæ Dei ædificationem conſtruantur: quæ ſunt ſeparata, coeant ad compagem veritatis: quæ ſunt disjuncta, conjungantur ad dilectionem fidei apoſtolicæ: quæ ſunt diſſipata, conveniant ad unionem apoſtolicæ quæ vires obtinet eccleſiæ: ut omnes una nobiſcum concorditer, Dei qui hoc bonum fecit valeant fideliter rogare majeſtatem, ut diuturna & perfecta felicitas divinitus concedatur potentiæ veſtræ fortitudinis: ut laboribus veſtræ invictæ manſuetudinis congregentur ex gentibus ad credendum nomini ſancto ejus, & glorificent in hymnis veram ejus confeſſionem, qui fecit admirabilia magna ſolus; qui fecit prodigia ſuper terram, qui bella aufert uſque ad fines terræ; qui diſperſa congregavit, etiam quæ ſunt congregata conſervet; qui pios reges ſuper populum ſuum regnare jubet, quem quidem per vigilem pietatem & invictos labores Deo adjuvante conſervant.

## SUBSCRIPTIONES.

Agatho epiſcopus ſanctæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ urbis Romæ, in hac relatione ſimul cum communi totius ſynodi apoſtolicæ ſedis, quæ fuit propter rectitudinem apoſto-

ſtolicæ confeſſionis ut ſuperius continetur, conſentiens ſubſcripſi. A

ANNO CHRISTI 680.

ii. Andreas Dei gratia epiſc. eccleſiæ Oſtienſis, in hac relatione quam pro apoſtolica noſtra fide unanimiter compoſuimus, ſimiliter ſubſcripſi.

iii. Agnellus Dei gratia Terracinenſis eccleſiæ provinciæ Campaniæ epiſc. in hac relatione quam pro apoſtolica noſtra fide unanimiter compoſuimus, ſimil. ſubſc.

iv. Adeodatus Dei gratia epiſc. ſanctæ Sarnienſis eccleſiæ, provinciæ Campaniæ &c.

v. Petrus Dei gratia epiſc. ſanctæ Cumanæ eccleſiæ provinciæ Campaniæ &c.

vi. Agnellus Dei gratia epiſc. * Meſſanenſis eccleſiæ provinc. Campaniæ &c. B

* Pro, Miſenatis

vii. Tauzius Dei gratia ſanctæ Puteolanenſis eccleſ. provinciæ Campaniæ epiſc. &c.

viii. Stephanus indignus epiſc. ſanctæ eccleſ. Lucritiæ, provinciæ Calabriæ &c.

ix. Agnellus Dei miſericordia epiſcopus ſanctæ Neapolitanæ eccleſiæ, provinciæ Campaniæ, &c.

x. Aurelianus minimus epiſc. ſanctæ eccleſ. Nolanæ, provinc. Campaniæ &c.

xi. Barbatus Dei gratia epiſc. ſanctæ eccleſiæ Beneventanæ, provinc. Campaniæ &c.

xii. Decoroſus gratia Dei epiſc. ſanctæ eccleſ. Capuæ, provinciæ Campaniæ &c.

xiii. Julianus indignus epiſc. ſanctæ eccleſiæ Conſentinæ &c. C

xiv. Joannes Dei gratia epiſc. ſanctæ eccleſiæ Hydruntinæ, prov. Calabriæ &c.

xv. Germanus minimus epiſc. S. eccleſiæ Tarentinæ, provinciæ Calabriæ &c.

xvi. Theophanes minimus epiſc. S. eccleſiæ Thuritanæ, provinc. Calabriæ &c.

xvii. Petrus minimus epiſc. S. Crotonenſis eccleſiæ, Brutiorum provinc. &c.

xviii. Paulus minimus epiſc. S. eccleſiæ Scyllacinæ, Brutiorum provinc. &c.

xix. Georgius minimus epiſc. S. eccleſiæ Taurianæ, provinc. Calabriæ &c.

xx. Theodorus minimus epiſc. S. eccleſiæ Tarpejanæ, provinc. Calabriæ &c.

xxi. Abundantius minimus epiſc. S. eccleſiæ Tempſanæ, Brutiorum provinc. &c. D

xxii. Jacinthus minimus epiſc. S. eccleſiæ Syrtenſis, provinc. Campaniæ &c.

xxiii. Placentius minimus epiſc. S. eccleſiæ Bellicernenſis &c.

xxiv. Juvenalis minimus epiſcopus S. eccleſiæ Albanæ &c.

xxv. Vitus minimus epiſc. S. eccleſiæ Albæ Silvæ, &c.

xxvi. Paulus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Nomentanæ, &c.

xxvii. Joannes indignus epiſc. S. eccleſiæ Portuenſis, &c.

xxviii. Stephanus minimus epiſc. S. eccleſiæ Præneſtinæ &c. E

xxix. Felix minimus epiſcopus S. eccleſiæ Spoletanæ, &c.

xxx. Honoratus minimus epiſc. S. eccleſiæ * huic relationi communiter a nobis omnibus factæ pro catholica noſtra fide, conſenſi & ſubſcripſi.

* Deeſt, Firaris

xxxi. Felix minimus epiſcopus S. eccleſiæ Camerinæ, &c.

xxxii. Florus minimus epiſc. ſanctæ * Fulignatenſis eccleſiæ &c.

* Pro, Fulginatenſis

xxxiii. Decentinus minimus epiſc. S. eccleſiæ Foſſaminii &c.

ACTIO III.

Joannes minimus epiſc. S. eccleſiæ * Noranæ, &c. xxxiv.

* Pro, Nurſiæ.

Felix minimus epiſc. S. eccleſiæ * Claniorum, &c xxxv.

* Pro, Aſculanenſis.

Adrianus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Reatinæ, &c. xxxvi.

Florus minimus epiſc. S. eccleſiæ Furconenſis, &c. xxxvii.

Clarentius minimus epiſc. S. eccleſiæ * Balbiſſæ, &c. xxxviii.

* Balneaſis

Creſcens minimus epiſc. S. eccleſiæ Bibonenſis, provinciæ Calabriæ, &c. xxxix.

Theodoſius minimus epiſc. S. eccleſiæ Syracuſanæ, quæ eſt in Sicilia, &c. xl.

Benedictus minimus epiſc. S. eccleſiæ Meſſanenſis, quæ eſt in Sicilia, &c. xli

Joannes minimus epiſc. S. eccleſiæ Thermitanæ, &c. xlii.

Petrus minimus epiſc. S. eccleſiæ Tauromenitanæ, &c. xliii.

Julianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Catanenſis, quæ eſt in Sicilia, &c. xliv

Georgius minimus epiſc. S. eccleſiæ Trocalitanæ, quæ eſt in Sicilia, &c. xlv.

Georgius minimus epiſc. S. eccleſiæ Agrigentinæ, quæ eſt in Sicilia, &c. xlvi.

Adeodatus in nomine Dei epiſcopus S. Lucanæ eccleſiæ, legatus venerabilis ſynodi quæ eſt in Gallia provincia, huic relationi quæ a nobis facta eſt ſynodaliter, conſentiens ſubſcripſi. xlvii

Ulbuthridus minimus epiſc. S. eccleſiæ * Eunoſicæ Britanniæ inſulæ, legatus venerabilis ſynodi, quæ fuit in Britannia, &c. xlviii.

* Eboracæ.

Mauricius minimus epiſc. S. eccleſiæ Tiburtinæ, provinciæ Piceni, &c. xlix.

Felix minimus presbyter S. eccleſiæ Arelatenſis, legatus venerabilis ſynodi, quæ fuit in Gallia, &c. l.

Charinus indignus diaconus S. eccleſiæ Aquenſis, legatus venerabilis ſynodi quæ fuit in regione Gallorum, &c. li.

Manſuetus Dei gratia epiſc. S. eccleſiæ Mediolanenſis, &c. lii.

Joannes Bergomenſis eccleſiæ epiſc. &c. liii.

Donatus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Laudenſis, &c. liv

Anaſtaſius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Ticinenſis, &c. lv.

Valentinus epiſc. S. eccleſiæ, &c. lvi

Deſiderius epiſcopus S. eccleſiæ Cremonenſis, &c. lvii

Gratianus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Novarenſis, &c. lviii.

Deſiderius epiſcopus S. eccleſiæ Hipporicenſis, &c. lix

Joannes epiſcopus ſanctæ catholicæ eccleſiæ, &c. lx.

Deuſdedit epiſcopus S. eccleſiæ Brixianæ, &c. lxi.

Audax epiſcopus S. eccleſiæ Dertonenſis, &c. lxii.

Benenatus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Aſtenſis, &c. lxiii.

Benedictus minimus epiſc. S. eccleſiæ * Candenſis, &c. lxiv.

* Valvenſis

Bonus minimus epiſc. S. eccleſiæ Albinganenſis &c. lxv.

Theodorus minimus epiſc. S. eccleſiæ Vercellenſis, &c. lxvi

Ruſticus minimus epiſc. S. eccleſiæ Tauritanenſis, &c. lxvii

Joannes minimus epiſc. S. eccleſiæ Vintimillenſis, &c. lxviii.

ACTIO III.

Severus minimus epiſcopus S. eccleſiæ Lunenſis, &c.

lxix. lxx. Eleutherius minimus epiſc. S. eccleſiæ Lucenſis, &c.

lxxi. Marianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Senenſis, &c.

lxxii. Serenus minimus epiſc. S. eccleſiæ Populonienſis, &c.

lxxiii. Reparatus minimus epiſc. S. eccleſiæ Florentinæ, &c.

lxxiv. Valerianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Ruſſelenſis, &c.

lxxv. Cyprianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Aretinæ, &c.

lxxvi. Vitalianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Senenſis, &c. B

lxxvii. Marcianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Volaterranæ, &c.

lxxviii. Mauricius minimus epiſc. S. eccleſiæ Gennenſis, &c.

lxxix. Agnellus minimus epiſc. S. eccleſiæ Vulſinenſis &c.

lxxx. Cuſtoditus minimus epiſc. S. eccleſiæ Caſtri Valentinæ, &c.

lxxxi. Theodorus minimus epiſc. S. eccleſiæ Cluſianæ, &c.

lxxxii. Vitalianus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tuſciæ, &c.

lxxxiii. Mauricius minimus epiſc S. eccleſiæ Anagninæ, &c.

lxxxiv. Saturninus minimus epiſc. S: eccleſiæ Aletrinæ, C &c.

lxxxv. Valerianus minimus epiſc. S. eccleſiæ, &c.

lxxxvi. Gauziſcus minimus epiſc. S. eccleſiæ in Roſanis, &c.

lxxxvii. Agatho minimus epiſc. S. eccleſiæ Aquilejenſis, provinciæ Iſtriæ, &c.

lxxxviii. Quiriacus peccator indignus epiſc. S. eccleſiæ Polenſis, provinciæ Iſtriæ, &c.

lxxxix. Aurelianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Parentinæ, provinciæ Iſtriæ, &c.

xc. Urſinus minimus epiſc. S. eccleſiæ Cenſi, provinciæ Iſtriæ, &c.

xci. Andreas minimus epiſc. S. eccleſiæ Vajanæ, provinciæ Iſtriæ, &c.

xcii. Gaudentius minimus epiſc. Tirgionæ, provinciæ D Iſtriæ, &c.

xciii. Benenatus minimus epiſc. S. eccleſiæ Opiterginæ, &c.

xciv. Urſinus epiſc. minimus S. eccleſiæ Patavinæ, provinciæ Iſtriæ. &c.

xcv. Paulus minimus epiſc. S. eccleſiæ Altinenſis, provinciæ Iſtriæ, &c.

xcvi. Paulus minimus epiſc. S. eccleſiæ Ariminenſis, provinciæ Pentapolis, &c.

xcvii. Benenatus minimus epiſc. S. eccleſiæ Piſaurenſis, provinciæ Pentapolis, &c.

xcviii. Dominicus minimus epiſc. S. eccleſiæ * provinciæ Pentapolis, &c.

* Dreſſ, Fanenſis.

xcix. Adrianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Nomentanæ, provinciæ Pentapolis, &c.

c. Joannes minimus epiſc. S. eccleſiæ Auximitanæ, provinciæ Pentapolis, &c.

ci. Joannes minimus epiſc. S. eccleſiæ Anconitanæ, provinciæ Pentapolis, &c.

cii. Benenatus minimus epiſc. S. eccleſiæ Peruſinæ, provinciæ Tuſciæ, &c.

ciii. Bonifacius minimus epiſc. S. eccleſiæ * Deritinæ provinciæ Tuſciæ, &c.

* Tudertinæ

civ. Exhilaratus minimus epiſc. S. eccleſiæ Manturiæ provinciæ Tuſciæ, &c.

cv. Amator minimus epiſc. S eccleſiæ Volaterranæ, provinciæ Tuſciæ, &c.

A Gratioſus minimus epiſc. S. eccleſiæ Sutrinæ provinciæ Tuſciæ, &c.

ANNO CHRISTI 680.

Deodatus minimus epiſc. S. eccleſiæ Nepiſinæ, provinciæ Tuſciæ, &c. cvi.

Joannes epiſc. S. eccleſiæ Phaleritanæ, provinciæ Tuſciæ, &c. cvii. cviii.

Theodorus indignus epiſc. S. eccleſiæ civitatis Amerinæ, provinciæ Tuſciæ, &c. cix.

Barbitianus minimus epiſc. S. eccleſiæ Polymartiæ, provinciæ Tuſciæ, &c. cx.

Deuſdedit minimus epiſc. S. eccleſiæ Narnienſis, provinciæ Tuſciæ, &c. cxi.

Theodorus minimus epiſc. S. eccleſiæ Ravennatis, &c. cxii.

Stephanus minimus epiſc. S. eccleſiæ Ceſenatis, &c. cxiii.

Barbatus minimus epiſc. S. eccleſiæ Corneliæ, &c. cxiv.

Victor epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Bononienſis, &c. cxv.

Florus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Ceſitanæ, &c. cxvi.

Vitalis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Faventinæ, &c. cxvii.

Juſtinus epiſcopus S. eccleſiæ Vico-Aventinæ, &c. cxviii.

Vincentius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Livienſis, &c. cxix.

Placentius epiſcopus S. eccleſiæ Placentiæ, &c. cxx.

C Mauricius epiſcopus S. eccleſiæ Rheginæ, &c. cxxi.

Petrus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Mutinenſis, &c. cxxii.

Gratioſus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Parmenſis, &c. cxxiii.

Magnus epiſc. S. eccleſiæ, &c. cxxiv.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Sufficiunt quæ hodierno die lecta ſunt. Beatus autem ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & qui cum eo erant, altero die proferant ab eis promiſſas ſanctorum patrum ſententias.

## ACTIO QUARTA.

Eſt ſupra Actio quinta.

### TOMUS I.

ANNO CHRISTI 681.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, Dei & Servatoris noſtri; imperii divinitus coronatorum & ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum. Conſtantini quidem pii & a Deo electi magni Imperatoris ſemper auguſti anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum divinæ ejus manſuetudinis anno decimo tertio; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, ſeptimo menſis Decembris, indictione nona, præſidente eodem pio & Chriſti amante magno Imperatore, &c. Paulus magnificentiſſimus Imperatoris E ſecretarius dixit: Sic divina & ſapiens veſtra pietas, quod in præcedenti conventu, ſecundum petitionem factam a Georgio ſanctiſſimo archiepiſcopo hujus regiæ civitatis, & quæ eſt ſub eo ſynodi, facta eſt lectio duarum relationum miſſarum ad a Deo munitam veſtram ſerenitatem; ab Agathone ſanctiſſimo Papa apoſtolicæ ſedis veteris Romæ & ejus ſynodi; & quomodo dictum eſt Macario ſanctiſſimo archiepiſcopo Antiochenæ civitatis, & iis qui ſunt cum eo, ut proferant jam promiſſas ab eis ſententias ſanctorum & electorum Patrum, quæ oſtendunt unam voluntatem & unam operationem in incar-

ANNO CHRISTI 681. ACTIO IV.

carnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti A veri Dei noſtri: & diſtulimus in hoc tempus. Dixit pius Imperator Conſtantinus: Dicant Macarius religioſiſſimus archiepiſcopus, & qui ſunt cum eo religioſi, an ſicut ſunt polliciti, venerunt parati. Macarius religioſiſſimus archiepiſcopus, & qui cum eo erant dixerunt: Ita, domine, ecce afferimus duos codices, in quibus inſeruimus diverſas ſententias ſanctorum & electorum Patrum; & jubete eas legi. Pius Imperator Conſtantinus dixit: Dicti codices ſuſcipiantur, & ordine fiat eorum lectio. Cumque Antiochus reverentiſſimus lector & notarius ſanctiſſimi Patriarchæ Conſtantinopolitani Georgii, duos codices accepiſſet, legit primum codicem qui ſic habebat in inſcriptione: Senten B tiæ ſanctorum patrum qui docent unam voluntatem Domini noſtri Jeſu Chriſti Filii Dei, quæ eſt Patris & Spiritus ſancti. Et legit deinceps omnes ſententias, quæ ſitæ erant in eo codice. Similiter etiam omnes quæ erant in ſecundo. Pius Imperator Conſtantinus dixit: Intelleximus ſententias quæ nunc ſunt prolatæ a religioſiſſimo archiepiſcopo Antiocheno, & iis qui ſunt cum eo: Sed ſi volunt alias proferre ſententias ad probandum quod eſt ab eis promiſſum, de una voluntate & una operatione in diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, altero die eas producant.

## ACTIO QUINTA.

Eſt ſupra Actio ſexta

IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; imperii divinitus coronatorum & ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum Conſtantini quidem pii & a Deo electi Imperatoris ſemper Auguſti, anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum ejuſdem divinæ manſuetudinis anno decimo tertio; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, duodecimo menſis Februarii, indictione nona. Præſidente eodem pio & Chriſti amante magno Imperatore Conſtantino, in ſecreto divini palatii quod dicitur Trullus; & juſſu ejus divinæ ſerenitatis, præſentibus & audientibus Niceta, &c. Et cum ſediſſent glorioſiſſimi Patricii & conſules, & omnes ſanctiſſimi & religioſiſſimi epiſcopi per ordinem in eodem Trulli ſecreto, in medio propoſitis ſanctis & intemeratis evangeliis, Paulus magnificentiſſimus Imperatoris ſecretarius dixit: Scit divina veſtra pietas, quod decimo menſis Decembris. dictum eſt ſanctiſſimo antiſtiti Antiochenæ civitatis, & iis qui cum eo ſunt, ut ſi habeant alias ſententias quæ ad quæſtionem propoſitam conferant, nempe de una voluntate & una operatione, eas offerant: & diſtulimus huc uſque.

Pius Imperator Conſtantinus dixit: Dicat Macarius religioſiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & qui ſunt cum eo, an convenienter iis E quæ ipſis dicta ſunt, eo quod ſufficit parato, acceſſerunt.

Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus & qui cum eo erant, dixerunt: ecce, domine, afferimus in manibus alterum codicem qui continet ſententias diverſorum ſanctorum patrum; quem jubentibus vobis præbemus legendum.

Cumque eum accepiſſet Antiochus reverentiſſimus lector, & notarius ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopolitani, legit habentem in inſcriptione quæ ſequuntur: ſententiæ de voluntate; & legit a principio ad finem. Dixit pius Imperator Conſtantinus: Hæc quoque intelleximus: Si vult ergo pars Macarii religioſiſſimi archiepiſcopi Antiocheni aliquid aliud afferre ad confirmanda ea quæ ſunt ab eis promiſſa, dicat Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & Stephanus presbyter & monachus ejus diſcipulus, & qui cum eo erant, dixerunt: Sufficiunt, domine, quæ jam ſunt a nobis prolatæ ſententiæ ſanctorum & eximiorum patrum, nec volumus aliquid aliud proferre.

ACTIO V.

Dixit pius Imperator Conſtantinus. Libri tres qui fuerunt prolati a parte Macarii ſanctiſſimi archiepiſcopi, a glorioſiſſimis magiſtratibus, & ab iis qui ſunt ex parte apoſtolicæ B ſedis veteris Romæ, & a ſede ſanctiſſimæ quæ hic eſt eccleſiæ, obſignentur. Et fuerunt obſignati.

Theodorus & Georgius religioſiſſimi presbyteri, & Joannes religioſiſſimus diaconus, qui vicem gerebant ſanctiſſimi Papæ apoſtolicæ ſedis Romæ, & qui cum eis erant religioſiſſimi epiſcopi, & reverentiſſimi clerici & monachi dixerunt. Pie domine, adverte quod iis quæ dixerunt, de una voluntate & una operatione nihil probaverunt, Macarius religioſiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & Stephanus ejus diſcipulus, & Petrus reverentiſſimus epiſcopus Clanii, in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti, per allatas ab eis ſententias: ſed C eas etiam quas produxerunt coram veſtra pietate & ſancta ſynodo amputarunt ſententias. Et ea quidem quæ pertinent ad Trinitatis de una voluntate rationem, adduxerunt in incarnata diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti: quæ autem proprie conveniunt in hac incarnata Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei diſpenſatione, ſententias & verba circumciderunt. Unde petimus a pia veſtra potentia libros authenticos paternarum, quas adduxerunt, ſententiarum, proferri ex venerando patriarchejo hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, & conferri cum traditis ab eis codicibus: & oſtendamus quæ ab ipſis in eis facta eſt adumbrationem. Ut in manibus autem habentes codicem qui continet plu- D rimas ſententias ſanctorum & ſelectorum Patrum, quæ aperte oſtendunt duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, inconfuſe & individue in incarnata diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri: quin etiam profanorum hæreticorum ſententias, quæ ſignificant unam voluntatem & unam operationem, conſentientes dogmati de una voluntate & una operatione, Macarii religioſiſſimi Antiocheni & eorum qui cum eo contradicunt; rogamus ut eæ legantur coram veſtra pietate. Conſtantinus pius Imperator dixit: Altero die fiat prolatio, & lectio.

## ACTIO SEXTA.

### Tomus II.

Eſt ſupra Actio ſeptima

IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; regni a Deo coronatorum & ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum, Conſtantini quidem pii & a Deo electi Imperatoris ſemper Auguſti anno decimo ſeptimo, & poſt conſulatum divinæ ejus manſuetudinis anno decimo tertio; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, tertio decimo menſis Februarii, indictione nona, præſidente eodem pio

&

ACTIO VI.

& Chriſti amante Imperatore Conſtantino in A ſecreto, &c. Et cum ſediſſent glorioſiſſimi Patricii & conſules, & omnes ſanctiſſimi & religioſiſſimi epiſcopi per ordinem in eodem Trulli ſecreto, propoſitis in medio ſanctis & intemeratis evangeliis, Paulus magnificentiſſimus Imperatoris ſecretarius dixit: Meminit divinum veſtrum imperium, quod heſterno die promiſerunt Theodorus & Georgius religioſiſſimi presbyteri, qui vicem gerunt ſanctiſſimi Papæ ſedis apoſtolicæ veteris Romæ Agathonis, & Joannes religioſiſſimus diaconus, vicem gerentes ſanctiſſimi Papæ ſedis apoſtolicæ Romæ veteris, Agathonis; & qui ſunt cum eis religioſi epiſcopi & monachi, afferre ſententias ſanctorum & ſelectorum Patrum, quæ aperte dicunt duas vo- B luntates naturales & duas naturales operationes in diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri: & præterea profanorum hæreticorum ſententias, quæ ſignificant unam voluntatem & unam operationem: & in hoc tempus eſt dilatum.

Dixit pius Imperator Conſtantinus: Proferant qui vicem gerunt Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani ſententias, de quibus meminerunt.

„ Et protulerunt unum codicem, qui ita ha-
„ bebat in inſcriptione: Sententiæ ſanctorum &
„ ſelectorum Patrum, quæ duas oſtendunt vo-
„ luntates & duas operationes in Domino &
„ Deo & Servatore noſtro Jeſu Chriſto. Quem

C cum accepiſſet Stephanus presbyter & monachus monaſterii quod dicitur domus Arſicia, qui erat unus ex parte apoſtolicæ ſedis Romæ veteris, legit ab initio ad finem; ſanctorum & electorum Patrum ſententias, & profanorum hæreticorum.

Pius Imperator Conſtantinus dixit: Cùm prolatas & lectas a parte Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani ſententias intellexerimus; dicant, ſi velint alias proferre ſententias. Theodorus & Georgius religioſiſſimi presbyteri, & Joannes religioſiſſimus diaconus dixerunt: Etiamſi plurimas alias poſſimus affatim adducere ſententias; D tamen ne exhibeamus moleſtiam divinis veſtris auribus, hæ nobis ſatis ſunt ad probandam veritatem. Petimus autem a veſtra a Deo ſtabilita potentia, ut rogetur Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ veſtræ civitatis, & quæ ſub eo eſt ſynodus, præterea & Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & qui ſunt ſub eo epiſcopi, an ſequantur ea quæ continentur duabus lectis relationibus, nempe ſanctiſſimi Papæ Agathonis apoſtolicæ ſedis veteris Romæ, & quæ ſub eo eſt ſynodi.

Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, & ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & qui erant cum eo dixerunt: Pie domine, petimus nobis dari exemplum dictarum relationum; legentes enim & conferentes quæ E in eis ſitæ ſunt ſanctorum & ſelectorum Patrum ſententias cum libris venerandi hujus patriarchii, altero die dabimus quod decet reſponſum. Pius Imperator Conſtantinus dixit; Sine dilatione fiat quod eſt petitum. Codex autem prolatus ab iis qui vicem gerunt ſanctiſſimi Papæ Romani, ſit ſub ſigillo glorioſiſſimorum magiſtratuum & ambarum partium, ad exemplum codicum qui fuerunt traditi a Macario religioſiſſimo epiſcopo Antiocheno.

## ACTIO SEPTIMA.

### TOMUS III.

ANNO CHRISTI 681. Eſt ſupra Actio octava

IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; imperii a Deo coronatorum & sereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum, Conſtantini quidem pii & a Deo electi Imperatoris Auguſti, anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum divinæ ejus manſuetudinis, anno decimo tertio: Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, ſeptimo menſis Martii, indictione nona: præſidente, &c. Et cum ſediſ- B ſent glorioſiſſimi Patricii & conſules, & omnes ſanctiſſimi & religioſiſſimi epiſcopi ſecundum ordinem in eodem Trulli ſecreto, in medio propoſitis ſanctis & intemeratis evangeliis, Paulus magnificentiſſimus Imperatoris ſecretarius dixit: Meminit veſtra Deo coronata potentia, quod ſicut petierunt in præcedenti conventu, acceptis exemplis duarum relationum miſſarum ad a Deo ſtabilitam veſtram ſerenitatem, ab Agathone beatiſſimo & ſanctiſſimo Papa Romæ veteris & ejus ſynodi, Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, & Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochiæ, & qui cum eo ſunt religioſi epiſcopi, promiſerunt cum eos legiſſent, altero die convenientem C præbere reſponſionem: & rejecimus in hodiernum diem.

Dixit pius Imperator Conſtantinus. Dicat Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus noſtræ a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, & Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & quæ ſub eis eſt ſynodus, an ſequantur ea quæ continentur relationibus miſſis a ſanctiſſimo Papa Romæ veteris Agathone, & quæ eſt ſub eo ſynodo. Dixit Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus a Deo cuſtoditæ regiæ noſtræ civitatis: Cum legiſſem, domine relationes miſſas ad D veſtram piam potentiam, ab Agathone ſanctiſſimo papa Romæ veteris, & ejus ſynodo: & ſcrutatus eſſem libros ſanctorum & electorum Patrum ſitos in meo venerabili patriarchejo, inveni omnes quæ ſitæ ſunt in his relationibus ſanctorum & electorum Patrum ſententias convenientes, & nulla in re diſcrepantes a ſanctis & electis patribus: & eas ſequor, & ſic confiteor & credo.

Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Epheſi dixit: Sic, domine, confiteor & ſic credo, ut habent relationes ſanctiſſimi Papæ Romæ veteris Agathonis; hoc eſt, duas naturas & duas voluntates naturales, & duas naturales operationes in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro.

Siſinius religioſiſſimus epiſcopus Heracleæ Thraciæ dixit: Auditis relationibus ſanctiſſimi E Papæ Romæ Agathonis miſſis ad bonum noſtrum dominum, inveni eas nihil repugnare ſanctis patribus: & confiteor duas voluntates & duas operationes in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro.

Georgius religioſiſſimus epiſcopus Cyzici dixit: Lectis relationibus ſanctiſſimi papæ Romani Agathonis, & quæ in eis ſitæ ſunt intellectis ſententiis de duabus voluntatibus & operationibus, ſequens omnia quæ in eis continentur, ſic ſentio, & ſic credo in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto, vero Deo noſtro: ego enim his etiam lectis relationibus ſic credidi & credo.

Joan-

ANNO CHRISTI 681.

Joannes religioſiſſimus Chalcedonenſis epiſcopus dixit: Egu ſic credo, & ſic confiteor, prout continent relationes miſſæ ab Agathone ſanctiſſimo Papa veteris Romæ ad pium & a Deo ſtabilitum noſtrum dominum & magnum victorem Imperatorem, quæ continent duas naturas & duas voluntates naturales, & duas operationes ſimiliter naturales in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro, inconfuſe & immutabiliter: & anathematizo eos qui dicunt unam voluntatem & unam operationem in diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri.

Siſinnius epiſcopus Hierapolis Phrygiæ dixit: Suſcipimus quæ ſunt relata ad dominum noſtrum bonum & magnum victorem Imperatorem ab Agathone ſanctiſſimo Papa Romæ veteris: & confiteor duas naturas in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto, & duas voluntates naturales, & duas naturales operationes, individue, immutabiliter, inconfuſe: & anathematizo eos qui dicunt unam voluntatem & unam operationem in diſpenſatione unius ſanctæ Trinitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri.

Georgius religioſiſſimus epiſcopus Byziæ Thraciæ dixit: Confiteor duas naturales voluntates & duas operationes in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro. Suſcipio autem relationes quoque miſſas ab Agathone ſanctiſſimo Papa Romano ad pium & a Deo ſtabilitum dominum noſtrum & magnum Imperatorem, quæ hoc ipſum dicunt, & eas ſequor in omnibus.

Gregorius religioſiſſimus epiſcopus Mytilenæ dixit: Confiteor & ſic credo duas naturas & duas voluntates naturales, & duas operationes ſimiliter naturales in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro. Præterea autem ſequor etiam relationes ſanctiſſimi Papæ veteris Romæ miſſas ad pium noſtrum dominum & magnum Imperatorem, & quidquid in eis continetur.

Dixit Andreas epiſcopus Methymnæ: Sequor relationes ſanctiſſimi Papæ Romani Agathonis, & ſententias ſanctorum patrum quæ in eis ſitæ ſunt: & ſic credo & ſic confiteor duas naturas, duas voluntates, & duas operationes in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro.

Sergius epiſcopus Selybriæ dixit: Sequor relationes patris noſtri Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani, & ita eas ſuſcipio & amplector ſicut epiſtolam ſancti Leonis qui præceſſit ejus beatitudinem: & confiteor in Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro, duas voluntates naturales; ſimiliter & duas earum operationes.

Domitius Pluſiadis epiſcopus dixit: Relationes miſſas a patre noſtro & archiepiſcopo apoſtolicæ & ſummæ ſedis veteris Romæ Agathonis, ad a Deo coronatum & mitiſſimum dominum noſtrum & magnum victorem Imperatorem, tanquam per Spiritum ſanctum dictatas per os ſancti & ſummi apoſtolorum Petri, & ſcriptas per digitum prædicti beatiſſimi Papæ Agathonis, ſuſcipio & amplector: & ſic ſentio duas naturas in uno ſanctæ Trinitatis, Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro, & duas voluntates naturales, ſimiliter & duas naturales operationes in una perſona & una hypoſtati, inſeparabiliter & individue: & anathematizo eos, qui dicunt unam voluntatem aut unam operationem poſt humanitatem ſuſceptam a Domino noſtro Jeſu Chriſto, præterquam in ſancta Trinitate & ſolum.

ACTIO VII.

Geneſius epiſcopus Anaſtaſiopolis dixit: Convenienter in iis quæ continent lectæ relationes ſanctiſſimi Papæ Romani, ſic credo & confiteor in incarnata diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri duas naturas & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes.

Theodorus epiſcopus Melitenæ ingreſſus in medium ſanctæ & œcumenicæ ſynodi dixit: Ego, domine, ſum homo ruſticus, & peto ut hæc charta legatur, quæ tradita lecta fuit per Joannem magnificentiſſimum Imperatoris ſecretarium, quæ ſic habebat: Sancti & eximii Patres quorum ſententias utraque pars produxit ad defenſionem ſui dogmatis, floruerunt ante ſanctam & Oecumenicam quintam ſynodum, & ſuas dogmaticas orationes conſcripſerunt: ex quibus, ut dictum eſt, utraque pars produxit ſententias. Sed tamen nulla ex quatuor ſanctis Oecumenicis ſynodis, nec ſimiliter quæ eas ſecuta fuit ſancta & Oecumenica quinta ſynodus, tradidit catholicæ ſanctæ quæ eſt in toto mundo Dei eccleſiæ, de propoſitis dogmaticis quæſtionibus numerum proferre aut tradere aut prædicare in Domini Jeſu Chriſti veri Dei noſtri humanæ naturæ ſuſceptione, præter eas quæ ſunt in eo, immutabiliter, inconfuſe & individue duas naturas in una hypoſtaſi ſeu una perſona. Cujus quidem unius Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri miracula & paſſiones confiteri ad verbum tradidit ſancta & Oecumenica quinta ſynodus. & rogamus pium veſtrum imperium, quod ſanctarum quæ ubique ſunt eccleſiarum curam gerit plurimam, ut quæ a ſanctis quinque dictis ſynodis Oecumenicis recta & nulli reprehenſioni obnoxia dogmata, per divina veſtra ſcriptis mandata juſſa ſeu legem confirmetis. nullo habente poteſtatem tranſgrediendi aut transferendi æternos terminos, quos patres noſtri fixerunt ad ſalutem omnium: in nullum eorum qui ante dormierunt nulla cadente reprehenſione aut accuſatione, ſive unam eſſe operationem & unam voluntatem, ſive duas operationes aut duas voluntates eſſe decreverint: niſi ſint ex hæreticis qui ejecti ſunt a dictis quinque ſanctis & Oecumenicis & reliquis orthodoxis ſelectis ſynodis, cum impiis eorum dogmatibus & ſcriptis; & a ſancta catholica, ut ſemel dicam, eccleſia non admittendis & rejiciendis. Confitentes eundem unum ſanctæ conſubſtantialis & vivificæ Trinitatis perfectum in divinitate, & eundem perfectum in humanitate; ex duabus naturis, nempe divinitate & humanitate; & in duabus naturis etiam poſt ineffabilem & indiſſolubilem unionem, convenienter ac congruentes * naturis, eundem unum Chriſtum in una hypoſtaſi ſeu in una perſona conſiſtentem, individue & inſeparabiliter divina & humana operantem: in nullum, ſicut prius diximus, ex iis qui ſunt ex utriuſque partibus, juſſu veſtræ pietatis cadente accuſatione aut reprehenſione ea de cauſa.

* Forte, unitatis.

Dixit pius Imperator Conſtantinus: Dicat Theccdorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes, quinam ſunt qui ſimul cum eo fecerunt nobis ab eo traditam & nunc lectam chartam.

Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes dixit: Petrus epiſcopus Nicomediæ, Solomon epiſcopus Clanei, Antonius epiſcopus Hypæporum, & quidam a ſecretis ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantincpolitani: videlicet Georgius diaconus

ACTIO VII.

ANNO CHRISTI 681.

nus & chartophylax ſeu bibliothecarius, Anaſtaſius diaconus & notarius * Protecdicus, Stephanus diaconus & Cancellarius, Dioyſius diaconus & Cancellarius, Anaſtaſius presbyter & monachus, & Georgius qui eſt patriarchæ Antiocheni.

* Id eſt primus delecto.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Quis tibi tradidit hanc chartam, quam protuliſti?

Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes dixit: Hic Abbas Stephanus, qui eſt patriarchæ Antiocheni. Et oſtendit eum ſtantem poſt ſedem, in qua ſedebat ipſe ſanctiſſimus Antiochiæ archiepiſcopus Macarius.

Georgius epiſcopus Camulianorum dixit: Suſcipio & ſequor, domine, relationes miſſas ab Agathone Papa Romano: & ſic ſentio, & ſic B confiteor, in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro, duas eſſe naturales voluntates & duas operationes.

Plato Cinnæ epiſcopus dixit: Auditis relationibus Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani, ſic credo, & quæ eis continentur ſequor & credo: & ſic confiteor duas naturas citra diviſionem in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro.

Theodorus Epiſcopus Beriſſæ Armeniæ dixit: Auditis relationibus miſſis ad bonum dominum noſtrum a patre noſtro Papa Romano Agathone, & intellectis ſententiis quæ in eis inſertæ ſunt, credo ut credit ipſe pater noſter Papa veteris Romæ, in Domino noſtro Jeſu Chri- C ſto vero Deo noſtro, qui eſt unus ſanctæ Trinitatis, duas naturas in una perſona, & duas voluntates naturales, & ſimiliter duas naturales operationes.

Et ſurgentes reliqui omnes religioſi epiſcopi, qui ſunt ſub ſede Conſtantinopolis, clamaverunt, dicentes: Nos quoque, pie domine, intellecta relatione miſſa ad veſtram mitiſſimam potentiam ab Agathone ſanctiſſimo & beatiſſimo Papa Romæ veteris, & altera relatione quæ facta eſt a ſancta quæ ſub eo eſt ſynodo, ſequentes id quod in eis continetur, ſic ſentimus & confitemur & credimus in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro duas naturas, inconfuſe, immutabiliter, individue: & D duas voluntates naturales, & duas operationes ſimiliter naturales; & omnes qui docuerunt & dicunt unam voluntatem & unam operationem in duabus naturis unius Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, anathematizamus.

Dixit ſancta ſynodus: Si veſtræ pietati videatur, Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes ſimul cum perſonis ab eo memoratis, nempe Petro religioſiſſimo Nicomediæ metropolitano, Solomone Clanii epiſcopo, & Antonio epiſcopo Hypæporum, Georgio diacono & bibliothecario ſanctiſſimæ quæ hic eſt eccleſiæ, Anaſtaſio diacono Plœcedico, Stephano diacono & Cancellario, & Dionyſio diacono & Cancellario, Anaſtaſio presbytero & monacho, Geor- E gio monacho qui eſt cum Macario ſanctiſſimo archiepiſcopo Antiocheno, & Stephano presbytero & monacho diſcipulo ejuſdem Macarii, ſurgens ſtet in medio: & ſine ulla dubitatione quod ſibi videtur cum eis reſpondeat.

Dixit pius imperator Conſtantinus: Quod ſanctæ ſynodo viſum eſt, fiat. Et ſurgentes prædicti epiſcopi & clerici, & ſtantes in medio, præter Stephanum monachum, diſcipulum Macarii ſanctiſſimi archiepiſcopi divinæ civitatis Antiochiæ, dixerunt: Contra nos eſt mentitus hic Theodorus epiſcopus Melitenes: neque enim A nobis ſcientibus facta eſt charta, quæ bono noſtro domino ab eo eſt tradita: ſed & parati ſumus orthodoxam noſtram fidem confiteri.

Dixit pius Imperator Conſtantinus & ſancta ſynodus: Quoniam dat eſt nobis adverſus vos ſuſpicio prætextu chartæ traditæ a Theodoro pio epiſcopo Melitenes, non alias nobis ſatisfiet, niſi altero die ſcriptos libellos fidei veſtræ attuleritis, debentes eos tradere ſuper ſancta & intemerata Dei eloquia.

Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus Conſtantinopolitanus accedens ad pium Imperatorem Conſtantinum, dixit: A Deo coronate domine, jube in ſanctarum eccleſiarum diptycha immitti nomen ſanctæ memoriæ Papæ Romani B Vitaliani: propterea quod ex tarditate apocriſiariorum, qui miſſi fuerunt a ſanctiſſimo Papa veteris Romæ, eo qui tunc fuit, * uti oporteat apud mitiſſimam veſtram potentiam, tam partem ſanctiſſimæ meæ eccleſiæ, quam Macarium ſanctiſſimum Antiochenum, & eos qui illo tempore agebant in hac a Deo cuſtodita noſtra civitate ſanctiſſimos epiſcopos; eo quod prædictus ſanctæ memoriæ Vitalianus ejectus ſit e ſanctis diptychis: hujuſmodi autem preces nobis fuerint traditæ. Recta enim invenit divina veſtra ſerenitas eos qui communicant eccleſiæ catholicæ, aut etiam ſe ab ea abſcindunt propter perſonam. Dixit pius Imperator Conſtantinus: Fiat quod petitum eſt a Georgio ſan- C ctiſſimo patriarcha hujus noſtræ a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis.

* Obſcura hæc loco & vitioſa interpretatio.

Exclamavit ſancta ſynodus: Conſtantino magno Imperatori multos annos. Orthodoxo Imperatori multos annos. Orthodoxæ fidei cuſtodi multos annos. Imperatori pacifico multos annos. Novo magno Conſtantino Imperatori multos annos. Novo magno Conſtantino Imperatori multos annos. Novo Theodoſio Imperatori multos annos. Novo Juſtiniano Imperatori multos annos. Nos ſervi Imperatoris. Agathoni orthodoxo Papæ Romano multi anni. Georgio orthodoxo patriarchæ multi anni. Sanctæ ſynodo multi anni. Orthodoxo ſenatui multos annos.

D Dixit ſancta ſynodus: Si videtur pio domino, dicat Macarius ſanctiſſimus Archiepiſcopus Antiochenus, quomodo credat de uno ſanctæ Trinitatis, Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro: & an fateatur in ipſo eſſe duas naturales voluntates, & duas naturales operationes, inconfuſe & individue: & an ſequatur relationes miſſas ad divinam potentiam a Patre noſtræ pietatis Agathone ſanctiſſimo Papa Romæ veteris, & ſequatur paternas ſententias quæ in eis inſeruntur.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Cum audierit Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, ea quæ ab hac ſancta & œcumenica ſynodo dicta ſunt reſpondeat quod ſibi videtur.

E Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus dixit: Non dico duas voluntates aut duas operationes in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti: ſed unam voluntatem, & theandricam, id eſt, divinam & humanam operationem.

Dixit ſancta ſynodus: Quando non aſſentitur orthodoxis relationibus, quæ miſſæ ſunt ab Agathone ſanctiſſimo Papa Romano, Macarius ſanctiſſimus, quæ etiam jam lectæ ſunt coram veſtra pietate, quibus omnes lubenter aſſenſi ſumus: ſtatuamus eum oportere ſurgere e ſede ſua, debentem reſpondere.

Cur-

ANNO CHRISTI 68[illegible].

Surrexit autem Macrobins religioſiſſimus epi- A ſcopus Seleuciæ Iſauriæ, ſimu cum Eulalio epiſcopo Zenonopolis, Conſtantino epiſcopo Daliſandi, & Theodoro epiſcopo Olbæ, qui erant ambo ex ſynodo ſedis Antiochenæ, qui dixit: Sic ſentio, & ſic credo, prout continent relationes miſſæ ad bonum dominum noſtrum & Imperatorem ab Agathone ſanctiſſimo Papa Romæ: & confiteor ſicut duas naturas, ita etiam duas naturales voluntates & duas naturales operationes, individue, immutabiliter, inconfuſe, in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri.

Conſtantinus epiſcopus Daliſandi dixit: Confiteor duas naturas in Domino noſtro Ieſu Chriſto, inconfuſe & individue in una perſona B & una hypoſtaſi; & duas voluntates naturales, & duas ſimiliter naturales operationes.

Theodorus epiſcopus Olbæ dixit: Sequor ſanctam & œcumenicam ſynodum Chalcedonenſem, & tomum beati Leonis qui fuit Papa Romæ veteris, & confiteor Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unum ſanctæ Trinitatis, qui in duabus naturis & duabus naturalibus voluntatibus & operationibus, inconfuſe & individue cognoſcitur: & ſequor ſedem Conſtantinopolitanam & ſedem Romæ veteris, & relationes quæ ad bonum dominum noſtrum & magnum Imperatorem miſſæ ſunt ab Agathone ſanctiſſimo Papa Romano.

Eulalius epiſcopus Zenonopolis dixit: Sic credo duas naturas inconfuſe & individue, & duas voluntates & duas operationes in incarnata œconomia unius ex ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Si videatur ſanctæ veſtræ ſynodo, qui jam dati ſunt codices ſententiarum a Macario ſanctiſſimo archiepiſcopo Antiocheno, qui etiam obſignati ſunt a vobis, producantur ut legantur: & conferantur cum libris authenticis, qui ſunt repoſiti in ſancto quod eſt hic patriarchio.

Dixit ſancta ſynodus: Fiat quod nunc juſſit veſtra ſerenitas. Et prolati ſunt per Photinum magnificentiſſimum Imperatoris ſecretarium tres codices obſignati; quos quidem cum in manus ſumpſiſſet, & eos aſpexiſſet idem ſanctiſſimus Macarius, dixit: Sunt hi revera, & eos agnoſco.

Dixit Conſtantinus pius Imperator: Dicat Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochenus, & Stephanus reverentiſſimus presbyter & monachus ejus diſcipulus, qui congerentes ſibi has ſepoſuerunt ſententias.

Dixit Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus: De una voluntate, quæ eſt Patris & Domini noſtri Jeſu Chriſti & ſancti Spiritus.

Conſtantinus pius Imperator dixit: De œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui eſt unus ex ſancta Trinitate, Deus Verbum, quomodo ſentitis?

Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus dixit: Confiteor Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unum ſanctæ Trinitatis, eſſe etiam poſt incarnationem, in duabus perfectis naturis, inconfuſe & individue, in una perſona & unam hypoſtaſi, naturarum differentia nequaquam ſublata per unionem, ſed ſervata potius proprietate utriuſque naturæ & concurrente in unam perſonam & unam hypoſtaſim. Quoniam ergo aliam perſonam etiam poſt ſuſceptam humanitatem, qui ex ſancta Trinitate, unus eſt non accepit, ideo nec eum accepiſſe aliquid ex iis quæ di-

A cunt ex peccato. Nam abſque carnalibus voluntatibus, & humanis ratiocinationibus, in imagine novitatis, confitemur unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum. Nam qui unam habet voluntatem ad ſuſcipiendas has omnes affectiones, unam & eandem habet poteſtatem ad eas omnes ſuſtinendas, ut eſt ſententia ſancti & eximii Auguſtini. De hoc enim fidei confeſſionem jam prius expoſuimus, & idem ſentimus quod ſanctæ quinque ſynodi, divinuſque Honorius, Sergius, Paulus, & Petrus, & reliqui, quorum ſententiarum fecimus mentionem in iis quas domino tradidimus; confitentes unam voluntatem hypoſtaticam in Domino noſtro Jeſu Chriſto, & ejus theandricam, id eſt, divinam & B humanam operationem. Neque enim divina ſecundum Deum, neque humana ſecundum hominem; ſed cum homo factus eſſet Deus Verbum, quamdam novam, nempe divinam & humanam, exercuiſſe operationem confitemur, ſecundum ſanctum Dionyſium.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Quæ memorata fuit nobis eſſe tradita a Macario ſanctiſſimo archiepiſcopo Antiocheno, ſuæ fidei confeſſio, ad legendum producatur. Producta fuit per Photinum Imperatoris ſecretarium & lecta per Diogenem a ſecretis Imperatoris & lecta eſt ſic ad verbum.

Confeſſio Ma[illegible]

Pacis Dei quæ ſuperat omnem intelligentiam caput eſt pietas: per quam uno ore & uno corde de Deo vivo & vero, Trinitati, ſervientes, tenemus confeſſionem: ut qui pace Dei conti- C neamur. Hæc cum non ab hominibus, neque per hominem, ſed ex divina gratia, o fideliſſime Imperator, didiceris, aliis omnibus poſthabitis, ut divinam & ſacram decebat ſublimitatem, divinum zelum qui tibi aderat acuiſti: & eccleſiæ oculis excitatis, pontificibus, inquam, adhortaris unumquemque, ut quæ ſibi ineſt lucem proferat orthodoxæ fidei, ut in mundo magis luceat. Concedat autem Deus temporibus pii tui imperii, perpetuam lucem Chriſtianiſſimæ prædicationis, & hæreticorum extinguantur adumbratæ novitates. Prompte itaque cedo veſtro quod Deo placet conſilio. Quis ergo, domine a Deo electe, qui ſum vilis & abjectus, obſcurus & humi repens: dico etiam indignus, qui ſiſteret ut ſervirem venerando tri- D bunali? A vobis tamen rogatus facio confeſſionem fidei, quam Patres nobis Nicææ & deinceps pronunciarunt: cum qua natus ſum educatus: in ea etiam excedam.

Credo ergo in unum Deum, Patrem omnipotentem, creatorem omnium viſibilium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium ejus Unigenitum, ex ipſo genitum ante omnia ſæcula; Deum verum de Deo vero, perfectum Filium perfecti Genitoris, Verbum efficax, ſapientiam conſiſtentem, & poteſtatem efficientem totius creaturæ. Et in Spiritum ſanctum, qui ex Patre procedit & per Filium apparuit, hominibus ſcilicet, vitam vi- E ventium cauſam, immortalem, ſanctitatem ſuppeditatricem omnis ſanctificationis; Trinitatem gloria perfectam & æternitate & regno & mente; quæ neque dividitur, neque alienatur, & eſt una divinitas & dominatio. Nihil enim ſervum & adventitium ſubit Trinitatem, ut quod prius quidem non eſſet, poſtea autem ſit ingreſſum. Neque enim defecit Filius Patri, neque Filio Spiritus: ſed ſemper immutabilis & conſubſtantialis eſt ſancta Trinitas Deus noſter. Deum autem cum dico; una lux & tres

me circumfulgent: tres quidem ſecundum proprietates, ſcilicet divinitatis. Dividitur enim, ut ita dicam, individue, & diviſim conjungitur. Eſt enim unum in tribus divinitas, & tria unum in quibus eſt divinitas: vel ut accuratius dicam, quæ divinitas; & neque unio efficiens confuſionem, neque diviſio alienationem.

Ex æquo enim a nobis abſit & Sabelli confuſio, & Arii diviſio: quæ ſunt mala ex diametro contraria & impietate æqualia. Quid enim opus eſt Deum vel male confundere, vel dividere in inæqualia? Nobis autem eſt unus Deus Pater, ex quo omnia; & unus Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia; & unus Spiritus Sanctus, in quo omnia. Unus tria Deus, & tria unum, ſicut diximus. Confitemur autem unum ſanctæ Trinitatis Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei Unigenitum, propter nos noviſſimis diebus deſcendiſſe de cœlis, & incarnatum ex Spiritu ſancto & ſancta immaculata Domina noſtra Dei parente & ſemper virgine Maria, & factum eſſe hominem, hoc eſt, veram carnem ex ea ſumpſiſſe, animatam anima rationali & intelligenti: & eam nequaquam prius conſiſtentem admirabiliter in ſe conſtituiſſe, & unione œconomica eam ſuam feciſſe: non ex humano ſemine aut viri operatione conſiſtentem, neque ex voluntate viri, ſed operatione & voluntate virtutis Dei altiſſimi. Dixit enim Angelus omnibus laudibus celebrandæ & veræ Dei parenti: *Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: & ideo quod ex te naſcetur ſanctum, vocabitur Filius Dei.*

Hæ ratione & ſolum Dei parentem proprie & vere Dei Verbi virginem matrem ſentimus, quoniam qui prius erat, Deum admirabiliter ex ipſa incarnatum peperit: & ita fuit ſicut nos homo factus Deus Verbum, non eo quod erat amiſſo, ſed etſi fuit genitus aſſumpta carne & ſanguine, ſic quoque manens Deus, natura ſcilicet & veritate. Sed nec dicimus carnem eſſe mutatam in naturam divinitatis, nec ineffabilem Dei Verbi naturam deductam eſſe ad naturam carnis, ſicut Apollinaris, Eutyches, & Severus impii delirarunt: nequaquam enim propter unionem evaneſcit naturarum differentia, immo vero ſervatur proprietas utriuſque naturæ in una perſona & una hypoſtaſi. Carne enim unitum per hypoſtaſim confitentes Verbum, unum eundem adoramus Filium unigenitum Deum, verum Dominum Jeſum Chriſtum, qui in duabus naturis inconfuſe & citra diviſionem cognoſcitur: non per partes partientes, ac definientes hominem & Deum; nec hunc quidem feciſſe miracula, illum autem paſſum eſſe humana, ſicut dicunt ii qui dividunt, Theodorus & Neſtorius, ſed unum & eundem confitemur Deum & hominem perfectum; ejuſdem cujus Pater eſſentiæ: quod ſpectat ad divinitatem: & eundem ejuſdem cujus nos eſſentiæ, quod ſpectat ad humanitatem: duas generationes ejuſdem prædicantes; eam quæ eſt ante ſæcula ex Patre ſecundum divinitatem, & eam quæ fuit noviſſimis diebus ex Maria Virgine Dei parente ſecundum humanitatem. Ejuſdem miracula & paſſiones; & omnem, ut ſemel dicam, divinam & humanam operationem ex uno & eodem Chriſto Deo noſtro novo & decenti modo procedere credimus. Non enim ſecundum Deum divina, neque rurſus ſecundum hominem humana: ſed homo factus Deus Verbum, novam quandam divinam ſimul

**A** & humanam operationem, eamque totam vivificam oſtendit: etiamſi hoc novum exiſtiment & perturbentur aures aliquorum, putantium nos eam proferre ad perimendas duas naturas, quæ in Chriſto Deo noſtro ſunt unitæ per hypoſtaſim; quod quidem non eſt ita, & abſit ut unquam ita fiat.

Unum ergo & eundem dicimus eſſe operatum, hoc eſt, admirabiliter noſtram feciſſe ſalutem, & eundem ſua carne paſſum eſſe, & vere ſuſtinuiſſe omnes ſalutares perpeſſiones. Idem autem eſt dicere etiam miracula, ut eſſe dicimus carnis quidem paſſionem, non ſeparatæ ſcilicet a divinitate, etiamſi non erat pati divinitatis; Dei autem operationem, etiamſi per ſuam **B** humanitatem, hoc eſt, totam noſtram maſſam, eam implevit una & ſola voluntate; utpote quod non eſſet in eo alia voluntas, aut reſiſteret, & adverſaretur illi ejus divinæ & potenti voluntati. Neque enim fieri poteſt ut in uno & eodem Chriſto Deo noſtro duæ ſimul contrariæ aut etiam ſimiles conſiſtant voluntates. Salutaris autem divinorum Patrum doctrina evidenter docet, nunquam intelligenter animatam Domini carnem, ſeparatim & ex ſua appetitione, adverſus nutum ſibi per hypoſtaſim uniti Dei Verbi ſuam naturalem feciſſe motionem, ſed quando & qualem & quantam ipſe Deus Verbum voluit & aperte dixit. Quomodo corpus noſtrum ducitur, regitur, & ordinatur ab **C** intelligenti & rationali noſtra anima: ita etiam in Domino Chriſto univerſa ejus humana maſſa, ab ejus Verbi divinitate ſemper & in omnibus ducta a Deo movebatur, ut eſt ſententia Gregorii Nyſſeni, qui ſic dicit adverſus Eunomium. Quemadmodum Deus Filius eſt omnino impatibilis & ab interitu alienus: ſi qua autem paſſio de eo dicatur in evangelio, per humanitatem omnino quæ paſſionem ſuſcipit, id eſt operatus. Revera enim operatur divinitas, univerſi ſalutem per corpus quod eſt circa eam. ita ut ſint carnis quidem paſſiones; Dei autem operatio, per quam & ſervati ſumus: Et ad ſalutem non induximus diviſionem. Nam cum ſemel eſſet mortuus & multorum peccata ſu**D**ſtuliſſet, & ex ſe redemptionem & ſalutem nobis qui ſumus in peccatis inveniſſet, ſurrexit, & ſimul nos ſuſcitavit & vivificavit, æternam pacem largitus: & aſcendens in cœlos, ſedit ad dexteram Patris ſui. Et rurſus venturus eſt cum gloria judicatum vivos & mortuos: cujus regni non erit finis. Expectamus enim omnes nos reſurrecturos, & ſiſtendos eſſe ante divinum tribunal: ut unuſquiſque ab eo recipiat juſtam quæ nullum finem habebit retributionem.

Neceſſario autem illud quoque adjiciemus. Annunciantes enim mortem ſecundum carnem, Unigeniti Filii Dei, hoc eſt, Jeſu Chriſti, & reſurrectionem ex mortuis & aſcenſionem in cœlos confitentes, incruentum in eccleſiis pera**E**gimus miniſterium. Sic autem accedimus ad myſticas benedictiones & ſanctificamur, effecti participes ſanctæ carnis & pretioſi ſanguinis omnium noſtrum Servatoris Jeſu, & non tanquam carnem communem ſuſcipientes, abſit: neque tanquam viri ſanctificati & Verbo conjuncti ſecundum unitatem dignitatis, ſeu ut qui habuerit divinam habitationem; ſed tanquam vere vivificam & propriam ipſius Verbi. Nam cum eſſet vita ſecundum naturam ut Deus; quoniam factus fuit unum cum ſua carne, eam reddidit vivificam. Quare etiamſi dicat nobis, *Amen, amen dico vobis: Niſi comederitis carnem filii hominis*

*mus & biberitis ejus ſanguinem*, non tanquam hominis qui eſt ſicut nos, eam eſſe reputabimus: Quomodo enim caro hominis erit vivifica ſecundum ſuam naturam? ſed tanquam vere propriam Filii Dei, qui propter nos filius hominis factus fuit & appellatus. Quæ autem in evangeliis ſunt Servatoris voces, neque duabus hypoſtaſibus, neque perſonis dividimus: ſed humanas & præterea divinas voces ab uno dictas eſſe ſtatuimus, recte ſentientes. Uni ergo perſonæ ſunt omnes voces tribuendæ quæ ſunt in evangeliis, nempe uni Verbi hypoſtaſi incarnatæ: eſt enim Dominus unus Jeſus Chriſtus ſecundum ſcripturas.

Hæc ſentire didicimus a ſanctis Apoſtolis & evangeliſtis, & ab omni divinitus inſpirata ſcriptura, & a beatorum Patrum vera confeſſione, qui erant & Nicææ & Conſtantinopoli, & qui Epheſi prius, & qui Chalcedone & Conſtantinopoli ſecundo, hoc eſt, a ſanctis & Oecumenicis quinque ſynodis. In quibus & epiſtolas ſanctorum Cyrilli & Leonis, & quæ prædicaverunt & ſuſceperunt ſuſcipimus & prædicamus: & quæ rejecerunt in hodiernum diem; præcipue Arrium, Eunomium, Macedonium, & Apollinarem, Sabellium, Novatum & Sabbatium, Diodorum & Neſtorium, Eutychem & Dioſcorum, & Severum & Julianum, & Agnoetem Themiſtium, & nefariam omnem eorum catervam; Origenem & Didymum, & Evagrium, & fabuloſas ejus nugas. Præterea eos quoque anathematizamus, quos ſancta quinta ejecit ſynodus; Mopſueſtiæ, inquam, exſecrandum Theodorum, Maximi hæreſis & diviſionis magiſtrum: & impia ſcripta Theodoreti adverſus rectam fidem & duodecim capita ſancti Cyrilli: & epiſtolam quæ dicitur ſcripta eſſe ab Iba ad Marem Perſam: & poſt hos omnes hæreticos, eum qui nuper eſt exortus infauſtum Maximum cum impiis ejus diſcipulis, qui ſequi Manichæos & corpus Chriſti Dei noſtri abjicere, & impiam ejus diviſionem ut gentilis docuit: quod ante nos beatiſſimi noſtri patres repulerunt, Honorius, inquam, Sergius, Cyrus, ſi qui deinceps ſunt ſecuti duces eccleſiarum & antiſtites: Præterea autem piæ quoque memoriæ Heraclius veſter proavos orthodoxus: cujus prolem Deus amator fidei orthodoxæ in hoc pio imperio obſignavit. Ipſe enim alacriter cum ſanctis noſtris patribus hanc exortam Maximianorum hæreſim condemnavit. Quos ſecuta ſancta quæ hic fuit congregatio divino juſſu piæ memoriæ patris veſtri domini noſtri, Petruſque ſanctiſſimus patriarcha Oecumenicus, & qui meam humilitatem præceſſit beatiſſimus Macedonius, & Alexandrinæ ſedis legatus Theodorus: cum ſimul cum eis adeſſent ſanctiſſimi qui hic agebant epiſcopi, & ſacer Senatus, eis quæ ab eo ſcriptis mandata fuerant quæſitis, eum anathematizarunt & exterminarunt cum impiis ejus diſcipulis. Sed univerſos hæreticos cum anathematibus ſuis valere jubens, rurſus ad Deum revertor, & peto ut ab eo conſervetur veſtra pietas, quæ tenet ac confirmat orthodoxæ fidei rationem. Vos enim vel a majoribus eſtis lumina fidei. Lumina fidei, Domine, cuſtodi: Deus in altum extollet cornu veſtrum. Deus pacatum reddet veſtrum imperium, omne belluas vincens, & pacem profundam eccleſiis & mundo univerſo concilians.

*Subſcriptio*. Macarius Dei gratia epiſcopus divinæ civitatis Antiochenæ. Cum recitaſſem univerſum propoſitum orthodoxæ fidei contextum, ſecundum expoſitiones ſanctarum & Oecumenicarum quinque ſynodorum, & ſanctorum eximiorum Patrum qui a me nominatim ſunt politi, qui expoſuerunt ſicut ordine continentur, unam voluntatem in Domino noſtro Jeſu Chriſto Deo noſtro, eumque theandricam, id eſt, divinam ſimul & humanam exercuiſſe nobis operationem; & quod impium eſt dicere in eodem Chriſto Deo noſtro duas voluntates, eos ſequens & confitens, & ſic ſentiens & docens; & exſpectans ſiſti ante terribile Dei tribunal, cum hac mea fide orthodoxa, ſubſignavi.

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus dixerunt: Quid contineat tradita a Macario religioſiſſimo Antiochiæ archiepiſcopo ſuæ fidei confeſſio, intelleximus. Dicat autem idem religioſiſſimus Macarius, an ſequatur ab eo traditas ſententias. Dixit Macarius beatiſſimus archiepiſcopus: Ita, domine.

Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Dicat idem religioſiſſimus Macarius, an confiteatur duas naturales voluntates, & duas naturales operationes in incarnata œconomia Chriſti Dei noſtri.

Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus Antiochiæ dixit: Non dico duas naturales voluntates, aut duas naturales operationes in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti, nec ſi membratim quidem ſecer, & in mare projiciar.

Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Ex nunc prolatis codicibus & agnitis a Macario religioſiſſimo archiepiſcopo Antiocheno, primus ex eis liber legatur, ut conferatur cum libris authenticis ſanctorum & eximiorum patrum qui ſunt repoſiti in venerando patriarchejo; ut petitum eſt ab iis qui ſunt ex parte ſedis Apoſtolicæ ſanctiſſimi Papæ Romani, Agathonis. Georgius ergo religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius ſanctiſſimæ Dei magnæ, quæ hic eſt eccleſiæ, proferat hos ſanctorum & eximiorum patrum libros ex venerando patriarchejo.

Et prolati ſunt: & cum juſſu pii noſtri Imperatoris Conſtantini Petrus Conſul clariſſimus accepiſſet librum ſancti Athanaſii, cum eo contulit primum codicem, afferente eum codicem Diogene magnificentiſſimo Imperatoris ſecretario; quem legit ſic ad verbum.

Sancti Athanaſii ex ſecunda oratione adverſus Apollinarem: „ Clarum eſt enim quod Deus „ Verbum, qui erat ante adventum in carne, „ non erat homo, ſed erat Deus apud Deum „ inviſibilis & impatibilis. Neque ergo hoc no„ men *Chriſtus* producitur ſine carne; quoniam „ nomen ſequitur paſſio & mors, ſcribente qui„ dem Luca, *Si Chriſtus eſt patibilis, ſi primus an* „ *ex reſurrectione mortuorum*. Paulo autem di„ cente, *Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt* „ *Chriſtus*. Et homo Chriſtus Jeſus qui tradi„ dit ſeipſum pro nobis, non quod non Deus, „ ſed quod etiam homo Chriſtus. Quamob„ brem meminit Jeſum Chriſtum eſſe ex mor„ tuis ſuſcitatum ex ſemine David. Propterea „ ſcriptura profert utraque nomina ad oſtenden„ dendam ſubſtantiam inviſibiliter quidem Dei „ qui intelligitur, & eſt vere: viſibiliter autem „ hominis qui contrectatur, & eſt vere: non in „ diviſione perſonarum aut nominum, ſed natura„ li generatione & indiſſolubili unione: ut cum „ in eo vere eſſe paſſionem ſit extra controver„ ſiam, idem etiam intelligatur vere impatibilis

ACTIO VII

ANNO CHRISTI 681.

Sunt autem ea etiam quæ ſunt amputata a Macario & Stephano, quæ ſunt ante poſt aliquantulum ſententiæ. „ Sed dicitis quod ſi omnia accepit omnino utique etiam accepit humanas cogitationes. Fieri autem non poteſt, ut in cogitationibus humanis non ſit peccatum & quomodo erit Chriſtus ſine peccato? Dicite ergo, ſi Deus eſt creator cogitationum, in quas cadit peccatum, Deo eſt adducendum ſuum opificium. Venit enim ut ſuum opus adduceret: ſed erit rurſus iniquum judicium condemnans eum qui peccavit. Si Deus enim creavit cogitationes in quas cadit peccatum; quomodo damnat eum qui peccavit? aut quomodo exiſtimant hoc apud Deum fieri judicium? Si autem Adam quoque fuit obnoxius hujuſmodi cogitationibus priuſquam Dei mandatum eſſet tranſgreſſus: quomodo non cognoſcebit bonum & malum, cum eſſet quidem natura ratione præditus, liber autem ab hujuſmodi cogitationibus: cum non cognoviſſet mali experientiam, ſolum autem bonum noſſet, & eſſet veluti unum tantum habens modum? Cum autem mandatum Dei eſſet tranſgreſſus, cecidit in hujuſmodi cogitationes. non quod Deus creaſſet hujuſmodi cogitationes, quæ in captivitatem redigunt: ſed quod diabolus fraude inſeruiſſet rationali hominis naturæ, quæ fuit in tranſgreſſione, & a Deo fuit repulſa; adeo ut diabolus & legem peccati conſtituerit in natura hominis, & mortem regnantem per opus peccati. Propterea ergo venit Filius Dei, ut ſolveret opera diaboli. Sed dicitis, ſolvit cum non peccaſſet. Sed non eſt hæc ſolutio peccati. Non enim in illo operatus eſt diabolus peccatum, ut cum ipſe veniſſet in mundum & non peccaſſet, ſolveretur peccatum. Sed in rationali & intelligenti natura hominis fecit diabolus peccatum ab initio. Propterea fieri non potuit ut natura quæ erat rationalis & ſua ſponte peccaverat, aut etiam fuerat ſub condemnatione mortis, ſeipſam revocaret ad libertatem, ut dicit Apoſtolus: *Impoſſibile enim legis, in quo infirmabatur per carnem*. Ideo venit Filius Dei ut eam in ſuam naturam reſtitueret a novo principio & admirabili generatione. non eam quæ erat ab initio imperitus conſtitutionem, ſed abolita ea quæ in ea ſeminata fuerat tranſgreſſione, ſicut teſtatur propheta dicens: *Priuſquam cognoſceret puer bonum aut malum; ut non obediret improbitati, ut eligeret bonum*. Si autem in natura qua peccavit non viſa fuit non peccandi poteſtas, quomodo fuit peccatum in in carne condemnatum; cum neque caro habeat agendi poteſtatem, neque peccatum cognoſcat divinitas? Quomodo autem dicit etiam Apoſtolus: *Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia*; non locum deſcribens, ſed naturam ſubjiciens? *Ut quemadmodum*, inquit, *per unum hominem peccatum ingreſſum fuit in mundum, & per peccatum mors: ita etiam per unum hominem Jeſum Chriſtum gratia regnet per juſtitiam in vitam æternam*. Ut per quam naturam fuit peccati proceſſus, per eam etiam eſſet oſtenſio juſtitiæ, & ſic ſolverentur opera diaboli, liberata hominis natura a peccato, & Deus glorificaretur.

1 Joan. 3. 8.

Rom. 8.

Iſai. 7.

Rom. 5.

Collato autem hoc libro & iis quæ erant prætermiſſa & ante & in medio ſententiæ, Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixit: Dicat religioſiſſimus Macarius, quanam de cauſa hæc quæ erant opportuna amputavit ex ſententia ſancti & eximii Patris.

Dixit religioſiſſimus Macarius: Ego quas adduxi ſententias, ut meo ſcopo conveniebant, adduxi.

Cum adhuc legeretur ſententia, quæ poſt amputationem adducta fuerat a Macario & Stephano, quæ poſt nonnulla ſic dicebat ad verbum: „ Propterea in Verbi divinitate conſpecta ſervi forma, non ſubjecta neceſſitati, natura & potentia oſtendit non peccandi poteſtatem, abrogato decreto neceſſitatis & lege peccati, & tyranno captivitatis redacto in captivitatem. Servi enim formam inimico Verbum opponens, victoriam peperit per eum qui aliquando fuit victus. Propterea omnem quoque tentationem confecit Jeſus, quoniam accepit omnia quæ tentationis habuerunt experientiam, per quam pro nobis victoriam eſt conſecutus, dicens: *Confidite, ego vici mundum*: non enim adverſus divinitatem quam ignoravit, bellum ſuſcepit diabolus: neque enim auſus eſſet. Propterea dicebat: *Si tu es Filius Dei*: ſed adverſus hominem quem olim potuerat decipere, & ab illo tempore in omnes homines extendit operationem ſuæ malitiæ. Cum autem Adami anima detineretur in condemnatione mortis, & aſſidue clamaret ad ſuum Dominum: & qui Deo placuerant & juſtificati erant in lege naturali, una cum Adamo detenti ſimul lugerent & clamarent; Deus miſertus hominis quem fecit, ſtatuit per myſterium novitatis manifeſtationis, efficere ſalutem generi hominum: & inimicum quidem perdere qui invidiam deceperat: quæ ratione concipi non poteſt efficiens hominis in altum elationem, unione cum Altiſſimo & communione, natura & veritate. Propterea venit Verbum cum eſſet Deus & primi hominis creator, ut fieret homo: ad hominis quidem vivificationem, iniqui autem inimici perditionem. Et natus eſt ex muliere, cum ex prima fictione hominis formam ſibi excitaſſet in oſtenſione carnis abſque carnalibus voluntatibus & humanis rationibus in imagine novitatis. Voluntas enim ſolius divinitatis: quoniam univerſa quoque natura in oſtenſione formæ humanæ, cum videatur caro ſecundi Adami; non ex diviſione perſonarum, ſed in ſubſtantia divinitatis & humanitatis. Propterea enim acceſſit diabolus ad Jeſum tanquam ad hominem: cum in eo autem non inveniret veteris ſuæ ſementis indicium; neque ſui in præſentia conatus ſucceſſum, victus eſt erubeſcens. Victus autem & viribus defectus dicebat: *Quis eſt hic qui venit ex Edom*, hoc eſt, ex hominibus e terra, *tranſiens cum virtute*. Quamobrem dicebat Chriſtus: *Venit princeps mundi hujus, & in me nihil invenit*.

Joan. 16.

Matth. 4.

Iſai. 63.

Joan. 14.

Dixit ſancta ſynodus: Ecce, ſanctiſſime domine, rurſus etiam amputavit ſententiam. Quæ enim poſt ſententiam lecta ſunt juſſu veſtræ potentiæ, oſtendunt adumbratam ſuam expoſitionem, quæ quidem ſunt in his. Ea quæ fuerunt amputata a Macario & Stephano ex præſenti ſententia. „ Atqui & corpus & animam & totum primum ſecundum Adam inveni factum. Si enim de ſubſtantia hominis fuiſſet illud *nihil*, quomodo inventum eſt corpus quod videbatur ejus qui dixit illud *nihil*. Sed non invenit in eo aliquid eorum quæ ipſe fecerat in primo Adamo. Et ſic diſſolutum fuit

„ in

„ in Chriſto peccatum. Propterea teſtatur quoque ſcriptum: *Qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus*, quomodo ergo dicitis fieri non poſſe, ut non ſit homo captivus, qui ſemel redactus fuit in captivitatem; ut quod fieri quidem non poteſt, Deo tribuatur; quod autem poteſt fieri, diabolo. indiſſolubile dicentes ejus peccatum in natura hominum ſicut alii hæretici. & ideo veniſſe divinitatem quæ non redigitur in captivitatem in ſimilitudine carnis & animæ, ut ea maneat nequaquam redacta in captivitatem, & ſic videatur pura juſtitia. Quando autem non fuit pura juſtitia divinitatis? & quod in his eſt hominum beneficium, niſi & eadem ſubſtantia & novitate naturæ viſus ſit Dominus, quam nobis innovavit viam recentem & viventem, dicens: *Ego ſum via & veritas & vita*?

[illegible]

Joan. 14.

Dixit ſancta ſynodus: Ecce hanc quoque ſententiam S. Patris ademiſti. Non convenit orthodoxis ſic circumciſas exponere voces ſanctorum patrum, immo vero hoc eſt proprium hæreticorum. Dixit Macarius ſanctiſſimus archiepiſcopus. Jam dixi quod cum vellem ſcopum meum confirmare, eam expolui.

Exclamavit ſancta ſynodus: Seipſum aperte oſtendit hæreticum. Novo Dioſcoro anathema. Qui eſt hujuſmodi, deponatur. Novum Dioſcorum ejice. Novo Apollinari malos annos. Ab epiſcopatu jure ſit alienus. Exuatur eo quo eſt amictus pallio. Qui cum eſſet exutus & ſtetiſſet in medio cum Stephano ſuo diſcipulo, Theophanes religioſiſſimus presbyter & præfectus monaſterii Bajarum, rogavit eoſdem Macarium & Stephanum. Humanamne habebat voluntatem & peccato non obnoxiam Dominus noſter Jeſus Chriſtus?

Macarius & Stephanus dixerunt: Nos humanam voluntatem in Chriſto non dicimus; ſed divinam maxime. Nam ſine carnalibus voluntatibus & humanis cogitationibus, ſicut continet a nobis prius allata S. Athanaſii ſententia: Voluntas enim eſt ſolius divinitatis.

Dixit Theophanes religioſiſſimus presbyter & præfectus: Quomodo accipitis carnales voluntates & humanas cogitationes?

Macarius & Stephanus dixerunt: Carnales voluntates & humanæ cogitationes ſunt hominum qui ſunt ſicut nos: Chriſtus autem nihil eorum habuit.

Dixit Theophanes religioſiſſimus presbyter & præfectus: Si ſententiam quam circumcidiſtis poſuiſſetis integram, inveniſſetis quod carnales voluntates & humanas cogitationes, quæ ſunt ad peccandum propenſæ & ex voluptate, accepit ſanctus pater Athanaſius: quæ etiam humanam ſubierunt naturam ex ſatione diaboli, ſicut idem ſanctus pater dixit ſuperius. Ego autem dico non habere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum noſtrum ex diaboli ſatione carnalem voluntatem, aut cogitationes propenſas ad peccatum, abſit: ſed voluntatem naturalem, quam quidem qui Adamum eſt fabricatus, ipſe Deus ei indidit. Hoc quoque ex vobis quæro, habuitne Adam animam rationalem?

Macarius & Stephanus dixerunt: Maxime.

Theophanes religioſiſſimus presbyter & præfectus dixit: Naturalem habuit voluntatem? Dixit Stephanus reverentiſſimus monachus: Liberam & eligendi arbitrio præditam. Etenim ante tranſgreſſionem, divinam habuit voluntatem, & erat Deo in voluntate ſocius.

Domitius religioſiſſimus epiſcopus Pluſiadis dixit: Ubi eſt tua abſurda blaſphemia? Nam ſi Adam erat Deo in voluntate ſocius, erat ergo ſimul cum eo creator.

Theodorus & Georgius religioſiſſimi presbyteri, & Joannes religioſiſſimus diaconus, qui vicem gerebant Agathonis ſanctiſſimi papæ Apoſtolicæ ſedis veteris Romæ, & legati ſynodi quæ apud eum fuerat habita, religioſi epiſcopi dixerunt: Si Adam ante tranſgreſſionem divinam habebat voluntatem, erat ergo ejuſdem cujus Deus eſſentiæ; & erat immutabilis & vivifica Adami voluntas. Et quomodo mutatus, B tranſgreſſus eſt mandatum, & morti fuit ſubjectus? tum qui eſt ejuſdem voluntatis, omnino eſt etiam ejuſdem eſſentiæ. Neſcis S. Cyrillum clamare: Sicut eſt ejuſdem eſſentiæ, ita eſt etiam ejuſdem voluntatis cujus pater: unius enim eſſentiæ eſt utique una voluntas?

Theophanes religioſiſſimus presbyter & præfectus dixit: Quod ego jam vos rogavi, dicite: Naturalem voluntatem habuit Adam an non?

Macarius & Stephanus dixerunt: Jam diximus, liberam & eligendi arbitrio præditam.

Theophanes religioſiſſimus presbyter & præfectus dixit: An aſſentimini quod naturalem habuit voluntatem, an inficiamini? Hoc quoque C oſtendo ex ſanctis eximiis patribus. Cum diu ergo reſtitiſſent idem Macarius & Stephanus, & neque aſſentiri vellent nec inficiari, Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Producat Theophanes religioſiſſimus presbyter & præfectus quas dixit ſententias ſanctorum & eximiorum patrum.

Qui produxit duas ſententias: unam quidem S. Athanaſii archiepiſcopi Alexandrini ex oratione de Verbi humanitatis ſuſceptione & adverſus Apollinarem, quæ ſic habet ad verbum. „ Quando Adamum finxit Deus ab initio, numquid congenitum ei dedit peccatum? Quid ergo peccato amplius erat opus? Quomodo autem eum damnavit, cum peccaſſet? Quomodo autem etiam ante tranſgreſſionem, non D cognoſcebat bonum & malum Adam quem Deus finxit? Ad incorruptionem & imaginem ſuæ æternitatis fecit eum natura peccato non obnoxium, & voluntate liberum.

Alteram autem S. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi ex libro quinto adverſus Julianum, quæ ſic continebat: „ Motus animæ quid eſt niſi motus naturæ; Anima enim ſine dubio eſt natura; quamobrem voluntas eſt motus naturæ, quoniam eſt motus animæ.

Dixit ſancta ſynodus: Perſpicue & vere oſtendit Theophanes religioſiſſimus presbyter & diaconus per a ſe allatas ſanctorum & electorum patrum ſententias, eſſe naturalem volun- E tatem. Si ergo primus Adam naturalem habuit voluntatem; qui in omnibus factus eſt ei ſimilis præter peccatum, ſecundus Adam Dominus noſter Jeſus Chriſtus verus Deus noſter, quomodo non habuit in humana ſua natura naturalem voluntatem? Cum ergo & humanam peccato non obnoxiam voluntatem accepit Dominus noſter & Deus Jeſus Chriſtus humanæ ſuæ naturæ, & divinam ante ſæcula cum Patre & Filio & Spiritu ſancto habuit voluntatem, duas ſcilicet naturales voluntates in ipſo orthodoxos oportere confiteri inconfuſe & citra diviſionem, ſicut etiam ex plurimis patrum ſententiis duas na-

naturales voluntates, in una perſonâ ſeu hypo- A
ſtaſi incarnatæ œconomiæ unius ex ſancta Tri-
nitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei no-
ſtri oſtenditur.
Rurſus lecta eſt ex eodem codice alia ſen-
tentia S. Ambroſii Mediolanenſis epiſcopi ex li-
bro ad Gratianum Imperatorem : quæ ſic ha-
bet ad verbum : „ Eo uſque hominem quem in
„ veritate corporis demonſtrabat æquabat affe-
„ ctu, ut diceret. *Sed tamen non ſicut ego volo,*
Matth. 26 „ *ſed ſicut tu vis*; cum utique ſimiliter ſit Chri-
„ ſti velle quod Pater vult.
Et poſt nonnulla propoſitæ ſententiæ, ſic in-
ſeruerunt iidem Macarius & Stephanus : „ Vi-
„ des quia non ſolum Filius voluntatem Patris,
„ ſed etiam Pater Filii faciat voluntatem. Quid B
„ eſt autem vivificare niſi per Filii paſſionem ?
„ Paſſio autem Chriſti voluntas eſt Patris.
„ Quos ergo Filius vivificat ; per Patris vivifi-
„ cat voluntatem. Una igitur eſt voluntas.
„ Quæ autem voluntas Patris, niſi ut veniret
„ Jeſus in hunc mundum, & nos mundaret a
„ vitiis? Audi leproſum dicentem. *Si vis, po-*
„ *tes me mundare. Reſpondit Chriſtus, volo.* &
„ ſtatim ſecutus eſt effectus ſanitatis. Vides quia
„ Filius arbiter ſuæ voluntatis eſt, & Chriſti
„ voluntas eadem quæ paterna eſt?
Quæ autem a Macario & Stephano ex ea-
dem ſententia ſunt amputata, ſic habent.
Joan. 16 „ Quamquam cum dixerit, *Omnia quæ Pater*
„ *habet, mea ſunt*, ſine dubio nihil excipitur. C
„ Quam enim Pater habet, eandem habet &
„ Filius voluntatem. Una ergo voluntas, ubi
„ una operatio : in Deo enim una voluntatis
„ ſeries, operationis effectus eſt. Sed alia vo-
„ luntas hominis, alia Dei. Denique ut ſcias
„ vitam in voluntate eſſe hominis, quia mor-
„ tem timemus, paſſionem autem Chriſti in
„ voluntate divina ut pateretur pro nobis: cum
„ Petrus Dominum vellet a paſſione revocare,
„ Dominus dixit : *Non ſapis ea quæ Dei ſunt,*
„ *ſed quæ ſunt hominum*. Suſcipit ergo volunta-
„ tem meam, ſuſcipit triſtitiam. Confidenter
„ triſtitiam nomino, quia crucem prædico. Mea
„ eſt ergo hæc voluntas, quam ſuam dixit,
„ quia ut homo ſuſcepit triſtitiam meam, ut D
„ homo locutus eſt. Ideo ait, *Non ſicut ego vo-*
„ *lo, ſed ſicut tu vis*. Mea eſt enim triſtitia,
„ quam meo ſuſcepit affectu. Nemo enim mo-
„ riturus exſultat. Mihi compatitur, mihi tri-
„ ſtis eſt, mihi dolet: Ergo pro me, & in me
„ doluit, qui pro ſe nihil habuit quod doleret.
„ Doles igitur, Domine Jeſu, non tua, ſed
„ mea vulnera ; non tuam mortem, ſed no-
„ ſtram infirmitatem: ſed ſicut dixit propheta,
„ quia *pro nobis dolet, & nos, Domine, æſtima-*
Iſai. 53 „ *vimus te eſſe in laboribus*.
Præterea lecta eſt ex eodem codice alia ſen-
tentia S. Dionyſii epiſcopi Athenarum & mar-
tyris, ex libro de divinis nominibus : & colla-
tus fuit ſimiliter textus ſententiæ qui ſic habe- E
bat : „ Diſtinctum eſt ab illa quæ bonum de-
„ cet divina in nos operatione, quod ſicut nos,
„ ex nobis integre & vere eſſentiam acceperit
„ Verbum quod eſt ſuper eſſentiam, & fecerit
„ & paſſus ſit quæ ſunt ejus humanæ Dei ope-
„ rationis egregia & eximia. Cum iis enim Pa-
„ ter & Spiritus ſanctus nulla ratione habue-
„ runt communionem, niſi quis dixerit, ex il-
„ la quæ bonum decet benigna voluntate. Hæc
fuerunt amputata ab iiſdem ex eadem ſenten-
tia : & ex omni exſuperante & ineffabili Dei o-
peratione, quam fecit etiam ſicut nos factus

A qui eſt immutabilis quatenus eſt Deus & Deus
Verbum.
Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten-
tia S. Joannis Chryſoſtomi ex oratione habita
in illud, *Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me ca-*
*lix iſte*: cujus eſt principium ; Profundam inci-
ſionem. Et collata fuit ſimiliter cum libro qui
erat in corpore bibliothecæ venerandi patriar-
chei hujus regiæ civitatis, quis ſic habebat.
„ Tot bona ex cruce profecta ſunt & profici-
„ ſcuntur, & non vult crucifigi ? Et quis hoc
„ dixerit? ſi autem nolebat, quis eum coegit,
„ quis vim attulit ? Quid vero præmiſit, qui
„ nunciarent fore ut in crucem ageretur, cum
„ non eſſet in crucem agendus, nec vellet hoc
B „ ſuſtinere ? Quanam autem de cauſa calicem
„ vocat crucem, ſi nolebat agi in crucem ?
„ Hoc enim eſt oſtendentis, quod ejus rei ha-
„ bet deſiderium. Nam quemadmodum calix
„ eſt jucundus ſitientibus, ita etiam ei agi in
„ crucem : & ideo dicebat ; *Deſiderio deſideravi*
„ *hoc Paſcha comedere vobiſcum*. Non temere
„ hoc dicens, ſed propter hanc cauſam quod
„ poſt veſperam crux eum excipiebat. Cum er-
„ go & eam rem vocaret gloriam, & diſcipu-
„ lum argueret quod eum prohibuerit, & bo-
„ num paſtorem his ex eo oſtenderet quod oc-
„ cideretur pro ovibus, & eam rem deſiderio
„ deſiderare ſe diceret, & lubens ad eam acce-
„ deret, quomodo rogat ne hoc fiat? Si autem
C „ nolebat, quid erat difficile eos prohibere, qui
„ ad hoc veniebant ? Nunc autem eum etiam
„ vides ad eam rem currentem. Quando certe
„ ad eum acceſſerunt, dicit: *Quem quæritis? Il-*
„ *li autem dicunt: Jeſum Nazarenum. Ille vero*
„ *dixit: Ego ſum: & abierunt retrorſum, & hu-*
„ *mi ceciderunt*. Qui eos ergo ita mancos red-
„ didit, & prius oſtendit ſe potuiſſe effugere,
„ tunc ſe tradidit. Ut ſcias quod non neceſſita-
„ te, non vi, neque tyrannide eorum qui inva-
„ ſerunt, hoc paſſus ſit: ſed ſua ſponte volenſ-
„ que & eligens, & diu ante hæc certo conſi-
„ lio diſpenſans. Propterea & præmiſſi ſunt pro-
„ phetæ, & prædixerunt patriarchæ, verbiſque
„ & factis crux præfigurabatur. Etenim Iſaac
D „ mactatio crucem nobis ſignificabat. Et ideo
„ dicebat: *Abraham pater veſter exultavit ut vi-*
„ *deret diem meum : & vidit : & gaviſus eſt*. Joan. 8
„ Deinde patriarcha quidem lætatus eſt videns
„ crucis imaginem : ipſe vero rem repudiabat?
„ Porro autem Moſes quoque ſic ſuperavit A-
„ malec, quoniam oſtendebat figuram crucis.
Et innumerabilia licet videre facta in veteri te-
ſtamento quæ crucem prius deſcribebant. Qua-
nam ergo de cauſa ita fiebat, ſi is qui erat in
crucem agendus nolebat hoc fieri? „ Quod au-
„ tem ſequitur eſt adhuc magis dubium. Nam
„ cum dixiſſet, *Tranſeat a me calix iſte*, ſub-
„ junxit: *Verum non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*.
„ Hinc enim, quod attinet ad dictionem, o-
E „ ſtenduntur duæ voluntates inter ſe contrariæ.
„ Siquidem Pater quidem volebat eum agi in
„ crucem, ipſe autem nolebat. Atqui videmus
„ eum ſemper eadem velle quæ Pater. Etenim
„ quando dicit: *Da eis ut ſicut ego & tu unum*
„ *ſumus, & ipſi in nobis unum ſint*: nihil aliud
„ dicit, niſi Patris & Filii unam eſſe ſenten-
„ tiam. Et quando dicit: *Verba quæ ego loquor,*
„ *non loquor ego: Pater autem in me manens fa-*
„ *cit opera*. Hoc ipſum oſtenditur etiam, cum
„ dicit: *A meipſo non loquor*: Et, *A meipſo non*
„ *veni*. Et, *Non poſſum a me quidquam facere*,
„ dicit: non hoc ſignificans, quod privatus ſit

„ po-

ANNO CHRISTI 681.

,, poteſtate vel loquendi vel faciendi, abſit: ſed A
,, accurate volens oſtendere convenire ſuam men-
,, tem ac ſententiam tam in verbis quam in fa-
,, ctis & conſiliis cum Patre, & unam ejus eſſe
,, eſſentiam, ſicut jam ſæpe oſtendimus. Illud
,, enim, *A me ipſo non loquor*, non eſt ablatio
,, poteſtatis, ſed oſtenſio conſecutionis.

Sunt autem ea quæ ſequuntur hujus orationis, quæ abſciſſa fuerant ex hac ſententia ab iiſdem Macario & Stephano: Quomodo ergo hic dicit: *Verum non ſicut ego volo, ſed ſicut tu?*
,, Forte vobis magnum angorem injecimus, ſed
,, erigamini: nam etſi multa ſunt quæ dicta
,, ſunt, bene tamen ſcio eſſe juvenilem veſtram
,, animi alacritatem. Ad ipſam enim deinceps
,, ſolutionem feſtinat oratio. Quanam ergo de B
,, cauſa ſic dictum ſit, attende diligenter. Ad
,, admittendum longe difficillima erat ratio in-
,, carnationis: inſignis enim ejus benignitas, &
,, hæc magnitudo ſuæ demiſſionis erat ſtupen-
,, da, & magna confirmatione opus habebat ad
,, hoc ut admitteretur. Cogita enim cujuſmodi
,, erat audire & diſcere, quod Deus qui eſt
,, ineffabilis, inenarrabilis, incogitabilis, inviſi-
,, bilis, incomprehenſibilis, cujus in manu ſunt
,, fines terræ, qui aſpicit ſuper terram & facit
,, eam tremere, qui tangit montes & fumigant,
,, cujus in terram demiſſionis pondus ne Che-
,, rubim quidem ferre potuerunt, ſed expanſis
,, alis abſcondebant oculos: Hic qui omnem
,, mentem ſuperat, & omnem movet cogitatio- C
,, nem, prætéritis Angelis, Archangelis, omni-
,, bus ſupernis poteſtatibus intelligentibus, vo-
,, luit homo fieri, & carnem e terra & luto
,, effictam ſuſcipere, & in Virginis uterum de-
,, ſcendere, & tempore novem menſium in u-
,, tero geſtari, & lacte nutriri, & humana om-
,, nia pati. Cum ergo eſſet adeo admirabile id
,, quod erat futurum, ut etiam factum a multis
,, non crederetur, primum quidem præmittit
,, prophetas qui hoc annunciarent. Et patriar-
,, cha quidem hoc prædixit, dicens: *Aſcendiſti*
,, *ex germine, Fili mi: cadens dormiſti ut leo.*
,, Eſaias autem dicens: *Ecce virgo concipiet &*
,, *pariet Filium, & vocabunt nomen ejus Ema-*
,, *nuel.* Et rurſus alibi: *Vidimus eum tanquam*
,, *puellum, tanquam radicem in terra ſitienti.*
,, Terram ſitientem dicens uterum virginalem;
,, propterea quod hominis ſemen non ſuſcepe-
,, rit, neque coitu uſa ſit, ſed eum ſine concu-
,, bitu pepererit. Et rurſus: *Puellus natus eſt*
,, *nobis, Filius datus eſt nobis.* Et, *egredietur*
,, *virga de radice Jeſſe, & flos ex radice aſcendet.*
,, Et Hieremias, *Hic eſt Deus noſter, non repu-* Baruch. 3.
,, *tabitur alius præter ipſum. Invenit omnem viam*
,, *ſcientiæ, dedit eam Jacob Filio ſuo, & Iſrael*
,, *dilecto ſuo. Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum*
,, *hominibus eſt converſatus.* David quoque in-
,, carnatam ejus præſentiam ſignificans dicebat.
,, *Deſcendet ſicut pluvia in vellus, tanquam gut-*
,, *ta diſtillans ſuper terram*: quoniam ſine ſtre-
,, pitu & tumultu venit in uterum Virginis
,, Sed non ſuffecerunt hæc ſolum: ſed etiam
,, cum acceſſiſſet, ne putaretur eſſe phantaſia
,, quod fiebat, non ſolo aſpectu ejus rei fidem
,, facit, ſed etiam longo tempore & quod hu-
,, mana omnia pervaſerit. Neque enim ſolum
,, venit ad hominem perfectum & abſolutum,
,, ſed ad uterum virginis: ita ut & in utero
,, geſtari & in lucem edi & lacte nutriri & au-
,, geri ſuſtinuerit, & prolixitate temporis & æ-
,, tatum omnium differentia id quod fiebat con-
,, firmaverit. Et nec hic ſolum ſtetit probatio
,, ſed etiam carnem circumferens, dimittit eam
,, pati defectus naturæ, & eſurire, & ſitire, & ACTIO VIII.
,, dormire, & laborare. Tandem etiam ad cru-
,, cem veniens, dimittit eam pati quæ ſunt car-
,, nis. Propterea ſudorum quoque rivi ex
,, ea deſſluebant: & inventus eſt angelus eam
,, corroborans; mœroreque & triſtitia afficitur.
,, Etenim priuſquam hæc diceret, dicit: *Anima*
,, *mea eſt turbata*: &, *Triſtis eſt anima mea uſ-*
,, *que ad mortem.* Si enim etiam cum hæc om-
,, nia facta ſint, improbum os diaboli, per Mar-
,, cionem Ponticum, & Valentinum, & Mani-
,, chæum Perſam, & complures alios hæreſiar-
,, chas, conatus eſt quantum in eis fuit, ever-
,, tere rationem œconomiæ: & ſatanicam quan-
,, dam vocem emiſit, dicens: Non fuit incarna-
,, tus, neque carne tectus, ſed hoc erat viſio
,, & phantaſia & ſcena & hypocriſis, licet cla-
,, mantibus perpeſſionibus, morte, ſepultura,
,, fame: ſi nihil horum factum eſſet, quomo
,, do non multo magis diabolus ſeminaſſet hæc
,, mala dogmata impietatis? Propterea ſicut e-
,, ſuriit, ſicut laboravit, ſicut dormiit, ſicut co-
,, medit, ſicut bibit; ita etiam mortem recuſat
,, oſtendens humanitatem, & naturæ infirmita-
,, tem, quæ non ſuſtinet impaſſibiliter ex hac
,, vita erumpere. Si enim nihil horum dixiſſet,
,, potuiſſent dicere; Si fuiſſet homo, oportu-
,, iſſet eum pati quæ ſunt hominis. Quænam au-
,, tem ea ſunt? Cum eſſet in crucem agendus,
,, timere & angore affici, & non impaſſibiliter
,, ex hac vita erumpere. Natura enim ineſt a-
,, mor in ea quæ ſunt præſentia. Propterea
,, cum vellet oſtendere verum carnis indumen-
,, tum, & probare œconomiam, cum magna
,, demonſtratione proponit nudas affectiones.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Sufficiunt quæ hodie acta ſunt. Reliqua autem hujus qui legitur codicis, legantur altero.

## ACTIO OCTAVA.

### TOMUS IV.

D IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri, imperii a Deo coronatorum & ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum, Conſtantini quidem pii & a Deo electi Imperatoris ſemper Auguſti anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum ejuſdem divinæ manſuetudinis anno decimo tertio; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, octavo menſis Martii, indictione nona, præſidente, &c. ſicut in prioribus actionibus, niſi quod inter nomina epiſcoporum non invenitur Macarius Antiochenus epiſcopus.

Conſtantinus pius archidiaconus ſanctiſſimæ Dei catholicæ & apoſtolicæ quæ hic eſt eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum notariorum, E Georgii ſanctiſſimi archiepiſcopi Conſtantinopolitani, dixit: Meminit divinum veſtrum imperium, ſanctaque & œcumenica ſynodus, quod heſterno die collatæ ſunt cum libris venerandi patriarchei diverſæ ſententiæ ex codice traditæ a Macario & Stephano: & pronunciatum fuit altero die legenda eſſe reliqua ejuſdem codicis.

Stant autem pro foribus Petrus epiſcopus Nicomediæ, Solomon epiſcopus Clanei, Antonius epiſcopus Hypæporum, Theodorus epiſcopus Melitenæ, Georgius diaconus & bibliothecarius, Anaſtaſius diaconus & notarius, [illegible], Stephanus diaconus & Cancellarius, Dionyſius diaco-

ACTIO VIII

conus & Cancellarius, Georgius monachus in Macra, Anaſtaſius presbyter & monachus, & Stephanus monachus diſcipulus Macarii: Videturne divinæ veſtræ potentiæ & ſanctæ ſynodo, ut ii ingrediantur; an differemus in præſentia?

Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Memorati viri ingrediantur. Et ingreſſi ſunt.

Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt. Legantur quæ jam acta ſunt. Et lecta ſunt.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Proferatur codex ſententiarum traditus a Macario & Stephano, ad hoc ut reliqua legantur, & conferantur cum libris venerandi patriarchii.

Et fuit allatus: quem accipiens Diogenes magnificentiſſimus Imperatoris ſecretarius legit: ſic autem habebat. S. Athanaſii ex libro de Trinitate & Verbi incarnatione. „ Et quando dicit, *Deus Deus meus, ut quid me dereliquiſti?* dicit ex perſona noſtra. Et paulo poſt: Et quando dicit, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat hic calix. Verum non mea fiat voluntas, ſed tua. Spiritus promptus eſt, caro autem infirma:* duas hic oſtendit voluntates: alteram quidem humanam, quæ eſt carnis; alteram vero divinam. Humana enim propter carnis imbecillitatem recuſat paſſionem. Divina autem ejus eſt prompta: ſicut etiam Petrus cum de paſſione audiviſſet, timuit & dixit: *Propitius eſto Domine.* Dominus autem eum increpans dicit: *Vade retro ſatana, es mihi ſcandalum, quoniam non ſapis quæ ſunt Dei, ſed quæ hominum.* Ita etiam hic intelligitur. Quæ autem ab hac ſententia ſunt amputata ex eadem ſententia ab iiſdem Macario & Stephano, ita habent: Cum enim factus eſſet in ſimilitudine hominum, paſſionem recuſat ut homo. Cum autem eſſet Deus, & quod ad divinam eſſentiam attinet, impatibilis, paſſionem & mortem ſuſcepit prompto & alacri animo.

„ Superhac ſunt hæ voces ex eadem ſententia.

Baſilius religioſus epiſcopus Gortynæ dixit: Ecce, pie domine, ii apud quos eſt una voluntas, quod eſt ab eis promiſſum non oſtenderunt, ſed etiam duas voluntates aperte probarunt ex hac lecta S. Athanaſii ſententia.

Stephanus monachus Macarii diſcipulus dixit: S. Gregorius theologus in ſecunda oratione de Filio, aperte probat unam voluntatem in Domino noſtro Jeſu Chriſto, dicens: „ Illius enim velle nec Deo eſt contrarium, cum ſit totum deificatum.

Baſilius epiſcopus Gortynæ dixit: „ Quamnam voluntatem dicis deificatam? an humanam? Nam ſi divinam dixeris, quæ eſt divina, non eget deificatione: ſi autem humana, videlicet duas voluntates per hanc ſententiam vel invitus ſignificas.

Domitius religioſus epiſcopus Pluſiadis dixit: Rogo a Deo coronatam Domini potentiam & ſanctam ſynodum, ut veniat in medium Georgius religioſiſſimus monachus Stephani condiſcipulus, ut interrogetur an rectum ſit dogma Stephani.

Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Dicat Georgius reverentiſſimus, an rectum ſit dogma monachi ſui condiſcipuli.

Dixit Georgius religioſiſſimus monachus: Loquitur omnino, domine, præter ſcopum ſanctorum patrum, pugnat cum patribus.

Præterea lecta fuit ex eodem codice alia ſancti Cyrilli ſententia, ex interpretatione evangelii ſecundum Matthæum oratione XII. & collata fuit cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandæ patriarchii, qui ſic habebat in contextu ſententiæ. Illud ergo, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu;* pulchre ſignificat transformationem & tranſmutationem humanæ naturæ ex ignava timiditate ad ſpiritalem audaciam.

ANNO CHRISTI 681.

Sunt autem etiam quæ ante ſententiam idem Macarius & Stephanus maligne non adduxerunt hoc modo. Recuſat ergo calicem, eorum qui ipſum in crucem egerunt impietatem per hoc jam quodammodo accuſans: & ſubjicitur „ quidem timor patiendi in ipſo propter humanitatem; repente autem ſepitur virtute & fortitudine Verbi quod inhabitat. Vide enim quomodo in ipſo quidem oſtendit humanitatem recuſatio: protinus autem reſplenduit quæ flecti non poteſt Divinitas; Dixit enim Patri qui eſt in cœlis: *Verum non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Hoc autem humanæ dicit: Nam in hoc quidem quod eſt Deus, non eſt extra voluntatem Patris, ſed eſt potius ipſe voluntas Dei & Patris: ſiquidem in ſapientia eſt etiam velle Patris: Sapientia autem eſt Filius. Quod autem Patris voluntas nominatur Unigenitus, aperte declarat divinus pſalmographus, dicens: *Domine voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem:* In Chriſto enim omnis datio cœleſtium bonorum eſt a Deo Patre. Et alioqui cum ſit una & ejuſdem eſſentiæ ſancta Trinitas, & una divinitas in ea intelligatur, quomodo non fuerit eadem voluntas Patris & Filii & Spiritus ſancti? Convenientiſſime ergo figuræ humilitatis, & tanquam homo ſenſim ſubveretur mortem quæ ingreſſa eſt præter naturam & ex execratione. Rurſus autem tanquam Deus eam deſpiciens, dicit illud: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Vide autem quemadmodum in Chriſto ad ſummam deinceps audaciam transformabatur humana natura. Jam enim docebatur ne ipſam quidem deformem mortem extimeſcere, maxime ſi utiliter accedat propter Deum. In hoc enim eſt magna merces, quod id quod eſt ſic inviſum & naturæ inimiciſſimum propter Chriſtum admittimus: noſtra natura diſcente in primo Chriſto viriliter ſe gerere, & quæ ſunt adeo gravia & ad reſiſtendum terribilia ſuperare.

Pſal. 19.

Dixit ſancta ſynodus: Non modo unam quam affirmabatis voluntatem tu Stephanus, & tuus magiſter Macarius, non probaviſtis in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, per codicem a vobis traditum; ſed etiam duas voluntates in ſitis in eodem codice ſententiis aperte clamantem invenimus inclytum Athanaſium: licet per amputationem & vobis conſuetam adumbrationem, has ſententias interpretantes protuleritis. Decernimus ergo, quoniam aperte oſtenſum eſt vos in divinis dogmatibus evertendis ſtudium poſuiſſe, ſanctorumque & eximiorum Patrum doctrinam corrupiſſe, immo vero hæreticorum ſententiam ſuſcepiſſe, & eorum dogmata eſſe ſecutos in perniciem populi orthodoxi, vos eſſe alienos ab omni dignitate & ordine ſacerdotali; eos autem qui jam ducti ſunt pœnitentia, & reſipuerunt, epiſcopos & clericos, qui in præſentia ſtant in medio, & orthodoxe nobiſcum confitentur, in ſuis quidem locis ſedere permittimus: ab eis autem promiſſos fidei ſuæ juratos libellos altero die nobis præbere.

Sen-

ANNO CHRISTI 680

Sancta ſynodus exclamavit: Multos annos Imperatori. Orthodoxo Imperatori multos annos. Hæreticum ejice. Novo Eutychi malos annos. Hæreticum ejice. Et extruſus Stephanus Macarii diſcipulus fuit ejectus. Petrus religioſiſſimus epiſcopus Nicomediæ, Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes, Solomon epiſcopus Clanei, Antonius epiſcopus Hypæporum, Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius, Anaſtaſius diaconus & notarius, Stephanus diaconus & Cancellarius, Dionyſius diaconus & Cancellarius, Anaſtaſius presbyter & monachus, & Georgius monachus in Macra, dixerunt: Parati ſumus altero die jurati tradere libellos noſtræ orthodoxæ fidei.

Dixit ſancta ſynodus: Fiat quod eſt ab eis petitum; & quoniam ſufficiunt quæ hodierno die ſunt agitata, altero die codex qui jam fuit traditus ab iis qui ſunt ex parte ſedis apoſtolicæ Romæ veteris, proferatur legendus & conferendus cum libris venerandi quod eſt hic patriarchii. Alios enim duos codices qui tunc fuerunt traditi a Macario & Stephano, & lecti, nolumus conferri: propterea quod ſententiæ quæ eis inſeruntur, nequaquam pertineant ad præſens argumentum de dogmatibus.

Eſt actio quæ vulgo decima dicitur

## ACTIO NONA.

### TOMUS IX.

IN nomine Domini &c. Octavo menſis Martii, indictione nona, præſidente eodem, &c. Conſtantinus religioſiſſimus archidiaconus ſanctiſſimæ Dei catholicæ & apoſtolicæ quæ hic eſt eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum notariorum ſanctiſſimi archiepiſcopi Conſtantinopolitani, dixit: Meminit veſtra pietas, & ſancta Oecumenica ſynodus, quod in præcedenti conventu facta eſt lectio ſententiarum, quæ ſupererant in codice prolato a Macario & Stephano: & facta eſt eorum collatio cum libris ſanctorum Patrum repoſitis in venerando patriarchio hujus regiæ civitatis. Et ſcitis quid contineant & quod edictum fuerit a veſtra ſancta ſynodo altero die eſſe faciendam lectionem ſententiarum jam traditarum ab iis qui ſunt ex parte Apoſtolicæ ſedis Romæ veteris, & eorum collationem cum libris reverendi quod eſt hic patriarchii. Promiſerunt autem Petrus religioſiſſimus epiſcopus Nicomediæ, & Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes, Solomon religioſiſſimus epiſcopus Clanei, & Antonius religioſiſſimus epiſcopus Hypæporum: quin etiam Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius, Dionyſius religioſiſſimus diaconus & Cancellarius, & Anaſtaſius pius diaconus & notarius Protecdicus, & Anaſtaſius presbyter & monachus, ſuæ ſanctæ & orthodoxæ fidei jurati libellos tradere ſanctæ veſtræ & œcumenicæ ſynodo: & rejecimus in hunc diem.

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus dixerunt: Quæ jam acta ſunt legantur. Et lecta ſunt.

Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Auditis ſententiis quæ traditæ fuerunt a Macario & Stephano, cognovimus quæ ab eis facta fuit amputationem in hujuſmodi ſententiis, quæ adumbrat & confundit univerſam Domini Jeſu Chriſti veri Dei noſtri humanæ naturæ ſuſceptæ œconomiam. Meminimus autem quod & Petrus religioſiſſimus epiſcopus Nicomediæ, & Solomon religioſiſſimus epiſcopus Clanei, & Antonius religioſiſſimus epiſcopus Hypæporum, & Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes, & Georgius quoque religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius, & Stephanus religioſiſſimus diaconus & Cancellarius, & Dionyſius diaconus & Cancellarius, & Anaſtaſius religioſiſſimus diaconus & Notarius [illegible], & Anaſtaſius & Georgius religioſiſſimi monachi, promiſerunt de noſtra orthodoxa fide libellos tradere ſequenti die huic ſanctæ & œcumenicæ ſynodo. Sed fuit prius conſequens codicem ſententiarum Patrum, traditum ab iis qui ſunt ex parte Apoſtolicæ ſedis veteris Romæ, qui etiam fuit obſignatus, in medium produci ut legatur, & conferatur cum libris venerandi patriarchii hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis. Et productus fuit idem codex obſignatus. ACTIO IX

Qui poſtquam fuit apertus, cum Petrus religioſiſſimus diaconus & notarius ſanctiſſimi archiepiſcopi Conſtantinopoli ſumpſiſſet librum authenticum qui erat ex armario magnæ quæ hic eſt eccleſiæ, argento coopertus. Et Solomon religioſiſſimus diaconus & notarius ejuſdem ſanctiſſimi archiepiſcopi Conſtantinopolitani, dictum codicem ſententiarum legit. In inſcriptione autem ſic habebat ad verbum: „Sententiæ ſanctorum & eximiorum Patrum, quæ „oſtendunt duas voluntates & duas operationes „in Domino & Deo & Servatore noſtro Jeſu „Chriſto.

S. Leonis papæ Romani, ex ſecunda epiſtola ad Leonem Imperatorem, cujus eſt principium: *Promiſiſſe me memini*. Quidquid ergo in „tempore accipit Chriſtus, ſecundum hominem accipit; cui quæ non habuit, conferentur. Nam ſecundum potentiam deitatis indifferenter omnia quæ habet Pater, etiam „Filius habet: & quæ in forma ſervi a Patre „accepit, eadem in forma Dei etiam ipſe donavit. Secundum formam enim Dei, *ipſe & „Pater unum ſunt*: ſecundum formam autem „ſervi, *non venit facere voluntatem ſuam, ſed „voluntatem ejus qui miſit eum*. Secundum formam Dei, *ſicut Pater habet vitam in ſemetipſo, ſic dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo*: ſecundum formam ſervi, *triſtis eſt anima „ejus uſque ad mortem*. Quæ quidem ſententia „ſimiliter fuit collata cum ſuperius dicto armarii libro: & convenit.

Similiter lecta fuit ex eodem codice ſententia S. Ambroſii epiſcopi Mediolanenſis, ex libro ſecundo ad Gratianum Imperatorem, cujus eſt principium: *Satis, ut arbitror libro ſuperiore*. „Suſcipit voluntatem meam, ſuſcipit triſtitiam meam: confidenter triſtitiam nomino, „quia crucem prædico. Mea erat hæc voluntas, quam ſuam dixit: quia ut homo ſuſcepit triſtitiam meam, ut homo locutus eſt. „Ideo ait, *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis*. „Mea eſt triſtitia, quam meo ſuſcepit affectu: „nemo enim moriturus exſultat. Mihi compatitur, mihi triſtis eſt, mihi dolet. Ergo pro „me, & in me doluit, qui pro ſe nihil habuit „quod doleret. Doles igitur, Domine Jeſu, „non mea, ſed tua vulnera: non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatem: ſicut in Propheta: *Quia pro nobis dolet, & nos, Domine, „æſtimavimus te eſſe in doloribus*: cum tu non „pro te, ſed pro me doleres. Et quid mirum, „ſi pro omnibus doluit, qui pro uno flevit? „quid mirum, ſi moriturus pro omnibus tædeat, qui Lazarum reſuſcitaturus illacrymat?

 

„ mat? Verum & ibi piæ toto is lacrymis com- A
„ movetur, quia mentem humanam tangebat.
„ & hic alto operatur effectu: ut ſicut mors e-
„ jus mortem abſtulit, livor ejus ulcera noſtra
„ curavit: ita etiam mœrorem noſtrum mœror
„ ejus aboleret. Ut homo ergo dubitat, ut ho-
„ mo turbatur: non turbatur enim virtus: non
„ turbatur ejus divinitas, ſed turbatur anima,
„ turbatur ſecundum humanæ fragilitatis aſſum-
„ ptionem. Et ideo quia ſuſcepit animam paſ-
„ ſibilem, ſuſcepit & animæ paſſiones. Non e-
„ nim eo quod Deus erat, aut turbari aut mo-
„ ri poſſet. Denique: *Deus Deus*, inquit, *meus*
„ *quare me dereliquiſti*? Ut homo ergo loquitur,
„ meos circumferens metus; quod in periculis
„ poſiti a Domino deſeri nos putamus. Ut ho- B
„ mo turbatur, ut homo flet, ut homo cruci-
„ figitur. Sic enim dixit apoſtolus, *quia Chriſti*
„ *carnem crucifixerunt*. Et alibi apoſtolus Pe-
„ trus ait: *Chriſto paſſo ſecundum carnem*. Caro
„ igitur eſt paſſa: divinitas autem mortis libe-
„ ra, paſſioni corpus naturæ humanæ lege con-
„ ceſſit. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit
collata cum libro chartaceo vetuſtiſſimo bi-
bliothecæ venerandi patriarchii hujus a Deo
cuſtoditæ & regiæ civitatis: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten-
tia ejuſdem S. Ambroſii ex interpretatione e-
vangelii ſecundum Lucam, quæ ſic habet. Quod
autem ait, *Non mea voluntas, ſed tua fiat*:
ſuam, ad hominem retulit: Patris, ad divini- C
tatem. Voluntas enim hominis, temporalis:
voluntas divinitatis, æterna. Quæ quidem ſen-
tentia fuit collata cum libro chartaceo Romanis
litteris ſcripto, producto a parte eorum qui e-
rant ſedis Apoſtolicæ Romæ veteris, interpre-
tante Conſtantino religioſiſſimo presbytero &
defenſore hujus ſanctiſſimæ magnæ eccleſiæ &
Grammatico Romano: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten-
tia Joannis epiſcopi Conſtantinopolitani, ex o-
ratione habita ad eos qui abfuerunt a ſynaxi,
cujus eſt principium. *Rurſus equorum curricula* D
„ Recordemini horum verborum: eſt enim rur-
„ ſus utilis eorum recordatio iis qui orationem
„ examinant. Dixit proditorem: Prædixit fu-
„ gam omnium, & ejus mortem. *Percutiam*
„ *enim*, inquit, *paſtorem*. Prædixit eum qui erat
„ ipſum negaturus, & quando, & quoties. Ac-
„ curate omnia. Et poſt hæc omnia, cum ſatis
„ futurorum præſcientiæ ſufficientem dediſſet o-
„ ſtenſionem, veniens in prædium, orat? Et
„ illi quidem dicunt quod in divinitate; nos
„ autem dicimus quod in œconomia. Judicate
„ igitur, & ab ipſa Unigeniti gloria minime ſe-
„ paratam feratis ſententiam. Nam etſi nunc
„ ſure ego inter amicos, oro tamen & rogo,
„ ut ſit incorruptum judicium, neque ad meam
„ gratiam, neque ad aliorum odium. Nam hinc
„ quidem vel maxime patet non eſſe preces di- E
„ vinitatis. Dei enim eſt adorari. Dei preces
„ ſuſcipere, non autem preces offerre. Sed ta-
„ men quoniam pudorem exuerunt, ex ipſis
„ verbis orationis vobis aperte oſtendam uni-
„ verſum eſſe œconomiæ, & ejus quæ eſt in
„ carne infirmitatis. Quando enim aliquid hu-
„ mile Chriſtus loquitur, adeo humile & vile
„ id loquitur, ut ſumma eorum quæ dicuntur
„ humilitas, vel valde contentioſis poſſit per-
„ ſuadere, quod verba longe abſunt ab illa ineſ-
„ tabili & quæ explicari non poteſt eſſentia.
„ Veniamus ergo ad ipſa verba orationis: *Pa-*
„ *ter, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*. A
„ *Verum non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Et pau-
„ lo poſt: Roga hæreticum: Deus timetne, &
„ refugit, & dubitat, & moleſtia afficitur? Et
„ ſi dixerit, Certe. Deinceps & eum abortium
„ amanda cum diabolo, immo vero illo infe-
„ rius: neque enim ille hoc audebit dicere. Sed
„ ſi dixerit nihil horum eſſe Deo dignum,
„ dic: Ergo nec orat Deus: Nam abſque eo
„ aliud quoque erit abſurdum, ſi Dei verba
„ fuerint. Nam non ſolum eum eſſe anxium
„ verba oſtendunt: ſed etiam duas voluntates,
„ unam quidem Filii, alteram vero Patris, in-
„ ter ſe contrarias. Dicere enim: *Non ſicut ego*
„ *volo, ſed ſicut tu*, hoc eſt oſtendentis: hoc
„ autem, nec illi quidem unquam conceſſerunt.
„ Sed cum nos dicamus: *Ego & Pater unum* B
„ *ſumus*, in poteſtate; illi dicunt hoc dictum
„ eſſe in voluntate, dicentes Patris & Filii u-
„ nam eſſe voluntatem. Si ergo Patris & Filii
„ eſt una voluntas, quomodo hic dicit: *Verum*
„ *non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*? Nam ſi hoc
„ dictum ſit in divinitate, eſt quædam contra-
„ dictio: & multa abſurda ex eo oriuntur. Sed
„ ſi de carne dicantur quæ dicta ſunt; nihil po-
„ terit reprehendi. Non enim carnem nolle mo-
„ ri eſt damnandum: eſt enim hoc naturæ.
„ Ipſe autem omnia quæ ſunt naturæ præter
„ peccatum copioſiſſime oſtendit, ut ora hære-
„ ticorum obſtruat. Quando ergo dicit: *Si poſ-*
„ *ſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*, &: *Non ſi-*
„ *cut ego volo, ſed ſicut tu*: nihil aliud oſtendit C
„ niſi quod carne vere fuit tectus, quæ time-
„ bat mortem: timere enim mortem, refugere,
„ & angi, eſt illius. Aliquando ergo eam qui-
„ dem dimittit deſtitutam & nudam a propria
„ operatione: ut cum oſtenderit ejus infirmita-
„ tem, ejus quoque naturæ fidem faciat: ali-
„ quando autem eam celat, ut ſciat eum non
„ eſſe ſolum hominem. Quemadmodum enim
„ ſi perpetuo effeciſſet quæ ſunt divinitatis, non
„ fuiſſet credita ratio œconomiæ, propterea va-
„ riat etiam, & miſcet, & verba, & facta: ut
„ neque Pauli Samoſateni, neque Marcionis & D
„ Manichæi morbo & inſaniæ præberet occaſio-
„ nem. Propterea etiam Deus prædicit futurum,
„ ut Deus. & rurſus refugit & reformidat, ut
„ homo. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit
„ collata cum libro qui erat in bibliotheca ve-
„ nerandi patriarchii hujus a Deo cuſtoditæ &
regiæ civitatis: & convenerunt.

Præterea lecta eſt ex eodem codice ſententia
ejuſdem S. Joannis archiepiſcopi Conſtantinopo-
litani, ex interpretatione evangelii ſecundum
Matthæum, in eum locum ubi dicit: *Et venit*
*ad diſcipulos & invenit eos dormientes*: quæ ſic
habet. „ Quemadmodum ii quorum corpori ad-
„ hibetur medicina, dolorem ſuſtinent in cura-
„ tionibus, non tanquam jucundum, ſed tan-
„ quam neceſſarium, propter ſanitatem quæ ex
„ ea paratur: eodem modo Servator quoque per- E
„ te quidem fugiendam jam recuſabat mortem:
„ tolerantes autem eam ſuſtinuit, ut nos ho-
„ mines multis modis juvaret per hanc œcono-
„ miam. Non ſolum enim oblato pretio redem-
„ ptionis, effecit ut eſſemus liberi ab omni pec-
„ cato: ſed etiam cum corpus oſtendiſſet velu-
„ ti quaſdam primitias reſurrectionis a mortuis,
„ omnino communem confirmavit reſurrectio-
„ nem. Fortaſſe autem ſi non recuſaſſet, exi-
„ ſtimatus eſſet inconſiderata quadam temerita-
„ te & audacia ſua ſponte ad mortem venire:
„ nunc autem cum oratione eam ſit deprecatus,
„ oſtendit inſigne ſcelus eorum qui ipſum inte-
„ re-

ANNO CHRISTI 6..

„ remerunt. Cum ergo dixiſſet *Tranſeat calix* A
„ *iſte*, ſubjunxit: *Verum non ſicut ego volo, ſed*
„ *ſicut tu*. Et ſe propriam quidem habere vo-
„ luntatem evidenter oſtendit, ſemper autem
„ præponit ſuæ paternam voluntatem, & in o-
„ mnibus adjicit Patris voluntatem cum ſua
„ concurrere, ſe quoque oſtēdens conſentire
„ cum illius conſilio. Quæ quidem ſententia ſi-
militer fuit collata cum libro chartaceo biblio-
thecæ, quæ erat ſimiliter venerandi quod eſt
hic patriarcheii: & convenit.

Præterea lecta eſt ex eodem codice ſententia
S. Athanaſii archiepiſcopi Alexandrini ex ora-
tione de Trinitate & Verbi incarnatione: cujus
eſt initium, *Qui malitioſe divinas ſcripturas*:
quæ ſic habet. „ Et quando dicit: *Pater, ſi poſ-* B
„ *ſibile eſt, tranſeat calix iſte*: *Veruntamen non*
„ *mea fiat voluntas, ſed tua*. *Spiritus promptus*
„ *eſt, caro autem infirma*: duas hic oſtendit vo-
„ luntates: unam quidem humanam, quæ eſt
„ carnis, alteram vero divinam: humana enim
„ propter carnis imbecillitatem recuſat paſſio-
„ nem; divina autem eſt prompta & alacris.
„ Quemadmodum Petrus quoque cum audiſſet
„ de paſſione, extimuit, & dixit: *Propitius eſto*
„ *Domine*: cum autem increpans Dominus di-
xit: *Vade retro ſatana, et mihi ſcandalum: quo-*
„ *niam non ſentis quæ Dei ſunt, ſed quæ homi-*
„ *num*. Ita etiam hic intelligitur. Cum enim
„ factus eſſet in ſimilitudine hominum, recuſat
„ paſſionem, ut homo: cum autem eſſet Deus, C
„ quod ad divinam attinet eſſentiam exſiſtens,
„ impatibilis prompto & alacri animo ſuſcepit
„ paſſionem & mortem: propterea quod fieri
„ non poterat, ut ipſe detineretur a morte.
Quæ quidem ſententia fuit ſimiliter collata cum
libro in corporibus croceis bibliothecæ veneran-
di quod eſt hic patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten-
tia S. Gregorii epiſcopi Nyſſeni, ex oratione
contradictoria adverſus Apollinarem hæreticum.
cujus eſt initium, *Bonum fuerit proœmium*: quæ
ſic habet: „ Sed conturbantur, inquit, infide-
„ lium in nos conturbatione. In nos utitur ma-
„ ledicto, conturbatos & infideles eos vocans.
„ qui vocem evangelicam attendunt non citra D
„ examinationem, quæ dicit: *Pater, ſi poſſibile*
„ *eſt, tranſeat a me calix iſte*: *Verum non mea*
„ *fiat voluntas, ſed tua*. His autem ſuam pro-
„ priam adjicit dictionem, quæ ſic habet. Et
„ non meminerunt quod voluntas hæc propria
„ dicta eſt, non hominis qui eſt e terra, ſicut
„ ipſi exiſtimant; ſed Dei, qui deſcendit e cœ-
„ lo. Quid invenerit quiſpiam ejuſmodi quod
„ dicat? Non dico quemquam ex iis qui ſunt
„ damnati hæreſis: ſed nec ipſum puto patrem
„ impietatis & mendacii inventurum aliquid iis
„ quæ dicta ſunt gravius ad blaſphemiam. Scit-
„ ne quæ loquatur ſcriptor orationis? Deus qui
„ de cœlo deſcendit, divinitatis propriam cir-
„ cumſcribit voluntatem, & ad opus quod vult E
„ non vult venire? Patris ergo & Filii diviſæ
„ ſunt voluntates? Et quonammodo fuerit com-
„ munis voluntas in utriſque? Quomodo autem
„ voluntatum diverſitate apparuerit eandem eſſe
„ naturam? Omnino enim neceſſe eſt ut con-
„ currat natura cum voluntate, quemadmodum
„ alicubi dicit Dominus: *Non poteſt arbor bona*
„ *malos fructus facere*: *neque arbor mala bonos*
„ *fructus facere*. Fructus autem naturæ fuerit
„ propoſitum & electio, ita ut bonæ quidem
„ ſit bona, malæ autem mala. Si ergo in Pa-
„ tre & Filio diverſus eſt fructus voluntatis,
„ neceſſe eſt etiam fateri diverſam utriuſque na-
„ turam. Cur ergo oppugnatur Arrius? Cur ad
„ Eunomium non transfugiunt? qui dividens
„ Patris & Filii naturam, ſimul cum natura ſe-
„ cat etiam voluntatem: & ideo maxime con-
„ ſtituit alienam eſſentiam, eo quod ſubjicitur
„ et quod præſtat, divinitatis rationem ſimul
„ diſſecans. Rurſus autem ſumamus id quod
„ ab eo dictum eſt. Et non meminerunt, quod
„ voluntas hæc propria dicta eſt; non hominis
„ qui eſt e terra ſicut ipſi exiſtimant, ſed Dei,
„ qui deſcendit e cœlo. Quamnam voluntatem
„ dicit ſcriptor orationis, quam vult non fieri
„ Dominus, dicens Patri, *Non mea voluntas*,
„ *ſed tua fiat*. An non intelligit in cujuſmodi
„ repugnantiam et delapſa eſt oratio? Appro-
„ pinquat paſſio, & mox aderit proditor cum
„ multitudine, & tunc fit hæc oratio. Qui o-
„ rat, homone, an Deus? Si Deum eſſe pu-
„ tat qui orat; in eo hominum imbecillitati
„ parem videt infirmitatem. Quomodo ergo eſt
„ Deus, qui ex ſe nihil habet boni, ſed ſu-
„ perno indiget auxilio? deinde quomodo ſuam
„ voluntatem condemnat divinitas? Eratne bo-
„ num aut malum quod volebat? Nam ſi bo-
„ num quidem, cur non deducitur ad effectum?
„ ſin autem malum, quænam eſt divinitati cum
„ malo conjunctio? Sed ſicut dixi, non animad
„ vertit ſe in contrarium convertere orationem
„ Si enim Unigeniti Dei vox eſt, quæ dicit:
„ *Non mea fiat voluntas, ſed tua*: ipſa oratio
„ ſemper circa ſeipſam vertitur per aliquam re-
„ pugnantiam, & nequaquam habet ſtabilita-
„ tem. Qui enim non vult propriam fieri vo-
„ luntatem, hoc ipſum vult omnino, non fie-
„ ri id quod vult. Quomodo ergo ad effectum
„ deducetur? Oratio ejus qui dicit, hoc volo
„ ut quod volo non fiat, in contrarium con-
„ vertetur omnino ejus quod petitur, & in u-
„ trolibet erit perplexus qui talem exaudit ora-
„ tionem. Quidquid enim fecerit, ad id quod
„ non vult is qui orat, convertit eventum. Fa-
„ ciet ejus qui orat voluntatem? Sed ejus ora-
„ tio eſt ne fiat id quod vult. Non faciet quod
„ vult? Sed qui orat, vult ſibi fieri id quod
„ non vult. Quamobrem modis omnibus quo-
„ modocunque ſumatur, non conſtabit ſenſus,
„ ipſe ſibi repugnans & qui a ſeipſo perimitur.
„ Hujus autem in ſermone perplexitatis, unum
„ fuerit remedium vera myſterii confeſſio: quo-
„ niam timere quidem eſt affectio humanæ im-
„ becillitatis: quemadmodum dicit etiam Do-
„ minus, ſpiritum quidem eſſe promptum, car-
„ nem vero infirmam: ſuſcipere autem affectio-
„ nem quæ eſt ex œconomia, eſt divinæ poten-
„ tiæ & conſilii. Quoniam ergo eſt alia huma-
„ na voluntas, & alia divina: loquitur quidem
„ tanquam ex homine, quod convenit naturæ
„ imbecillitati qui ſibi noſtras accommodavit af-
„ fectiones: Subjungit autem ſecundam vocem
„ excelſam & divinam voluntatem, magis quam
„ humanam, volens ratam & firmam haberi ac
„ comprobari pro hominum ſalute. Qui enim
„ dixit; *Non mea*, verbo humanam ſignificavit:
„ adjiciens autem *Tua*, oſtendit conjunctionem
„ ſuæ divinitatis cum Patre, cujus nulla eſt
„ voluntatis differentia propter naturæ commu-
„ nionem. Nam qui Patris dixit voluntatem,
„ oſtendit etiam Filii. Ea autem eſt omnes ho-
„ mines velle ſalvos fieri, & venire ad agnitio-
„ nem veritatis: quod quidem non poterat ali-
„ ter fieri niſi morte condemnata, quæ vitæ af-
„ ferebat impedimentum. Humilitatem autem

ACTIO IX

„ humanæ timiditatis verbum pro & affectionem A accommodat ſibi Dominus, oſtendens veram eſſe noſtram in eo naturam, cujus fidem ſaciebat ex ſocietate affectionum. Quæ quidem ſententia fuit ſimiliter collata cum libro chartaceo bibliothecæ qui erat venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta eſt ex eodem codice ſententia ejuſdem S. Gregorii ex contemplatione de homine, capite quarto, quæ ſic habet: „ Nam animæ quidem ex eo regiam oſtendit ſublimitatem, procul ſemota a privata humilitate, ex eo quod ipſa ſit ſine Domino & ſui juris, quæ ſua voluntate & auctoritate regitur.

Lecta eſt præterea ex eodem codice ſententia ejuſdem S. Gregorii, ex eorum quæ ſcripſit B contra Eunominum, capite XXXV. cujus eſt principium: *Non erat ut videtur*: quæ ſic habet: „ Omnino neceſſe eſt naturæ quoque conveniens eſſe animi propoſitum: & ſi ſecundum naturam diſſimiliter ſe habeant, diſſimiles quoque eſſe voluntates: cum autem in utriſque ſit ſufficiens poteſtas, neutrum erit imbecillum ad ſuam implendam voluntatem. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ, qui eſt venerandi quod eſt hic patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia S. Joannis archiepiſcopi Conſtantinopolitani, ex oratione in illud: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*, cujus principium eſt C *Profundam incyſionem*, quæ ſic habet: „ Sed non ſuffecerunt hæc ſolum, ſed etiam cum acceſſiſſet, ne phantaſia putaretur quod fiebat, cujus ſolo aſpectu res probatur, ſed etiam quod longo tempore humana omnia pervaſiſſet. Non ſolum enim venit ad hominem perfectum, ſed ad uterum virginalem: adeo ut & in utero geſtari, & naſci & lacte nutriri, & augeri ſuſtinuerit, & temporis diuturnitate, & ætatum omnium diſcrimine, ejus quod fiebat fidem fecerit. Neque hic ſolum conſtitit probatio: ſed etiam carnem circumferens, ipſam ſinit naturæ defectus ſuſtinere, & eſurire, & ſitire, & dormire, & laborare. Tandem etiam in crucem veniens, ſinit eam pa- D ti quæ ſunt carnis. Propterea enim & ſudorum fontes ex ea deſcendebant, & inveniebatur angelus eam confirmans, triſtitiaque afficitur & angitur. Nam priuſquam hæc diceret, dicit. *Turbata eſt anima mea*. Et *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem*. Si enim etiam his omnibus factis, malignum os diaboli, per Marcionem Ponticum, & Valentinum, & Manichæum Perſam, & alios complures hæreſiarchas, potuit quantum in eis fuit, evertere rationem œconomiæ & ſatanicam quandam vocem emiſit, dicens neque incarnatum fuiſſe, neque carne tectum eſſe, ſed hoc fuiſſe viſionem & phantaſiam, & ſcenam & hypocriſim, licet clamarent perpeſſiones, E mors, ſepultura, pœna. Si nihil horum factum eſſet, quomodo non multo magis ſeminaſſet dogmata impietatis? Propterea ſicut eſuriit, ſicut laboravit, ſicut dormiit, ſicut comedit, ſicut bibit, ita etiam recuſat mortem, oſtendens humanitatem, & naturæ imbecillitatem, quæ non ſuſtinebat ut impatibiliter ex hac vita erumpere. Si enim nihil horum dixiſſet, potuiſſet dicere quod ſi homo fuiſſet oportuiſſet eum pati quæ ſunt hominis. Quænam autem ea ſunt? Cum eſſet in crucem agendus timere, angique, & non impatibiliter ex hac vita erumpere. Naturæ enim ineſt amor in ea quæ ſunt præſentia: & ideo cum vellet oſtendere verum carnis indumentum, & copioſiſſime probare œconomiam, adjecit nudas perpeſſiones. Quæ quidem ſententia fuit ſimiliter collata cum libro bibliothecæ venerandi hujus patriarchii: & convenit.

ANNO CHRISTI 681.

Lecta eſt præterea ex eodem codice ſententia ejuſdem S. Joannis Chryſoſtomi ex interpretatione evangelii ſecundum Matthæum, oratione LXXXI. cujus eſt principium: *Tunc venit cum eis Jeſus*: quæ ſic habet: „ Et cum parum acceſſiſſet, oravit dicens: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte: Verum non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et venit ad eos, & invenit* B *eos dormientes. Et dicit Petro: Non potuit una hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma*. Non temere autem ad Petrum maxime ſe convertit etiamſi alii dormiiſſent: ſed ex hoc eum inſectans propter eam quam prius dixi cauſam. Deinde quoniam etiam alii hoc dixerunt. Cum dixiſſet enim Petrus: *Etiamſi me oportuerit tecum mori, non te negabo. Similiter autem omnes quoque diſcipuli dixerunt*. Deinceps omnes alloquitur, arguens eorum imbecillitatem. Qui enim cum eo mori ſtatuebant, ne cum eo quidem triſtitia affecto tunc triſti- C tia ſimul affici potuerunt vigilantes; ſed eos invaſit ſomnus. Orat autem, ne ea res videretur eſſe ſimulatio: & manant ſudores propter eandem rurſus cauſam, ne dicerent hæretici eum ſimulare ſe angi. Propterea & ſudores tanquam guttæ ſanguinis: & apparuit angelus eum confirmans, & innumerabilia indicia timoris, ne quis verba ficta eſſe diceret. Propterea etiam oratio. Eo ergo quod dixit, *ſi poſſibile eſt*, oſtendit humanitatem: eo autem quod dixit: *Verum non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*, oſtendit in eo fuiſſe virtutem & philoſophiam, quæ docebat etiam reſiſtente natura Deum ſequi. Quoniam ergo non ſufficiebat inſipientibus perſonam ſolum oſtendere, verba etiam adjicit. Rurſus quoniam D non ſufficiebant ſolum verba; ſed factis quoque erat opus: ea quoque verbis conjungit ut credant etiam valde contentioſi quod & homo factus ſit, & ſit mortuus. Si enim etiam cum hæc ſint, ſunt nonnulli qui non credunt: hoc multo magis fieret, ſi hæc non eſſent. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta eſt ex eodem codice ejuſdem ſententia ex interpretatione orationis LXVI. ſecundi libri in evangelium ſecundum Joannem, cujus eſt principium: *Jucunda præſens vita*: quæ ſic habet: „ *Nunc turbata eſt anima mea. Et quid dicam? Pater, ſerva me ex hac hora*. E Atqui hoc non eſt ejus qui adhortatur ad mortem venire. Ne enim dicerent: Ipſe quidem cum ſit extra dolores humanos, facile de morte philoſophatur, & nobis ſuadet extra periculum: oſtendit quod etſi angeretur, tamen propter utilitatem non recuſat. Hæc autem ſunt œconomiæ, non divinitatis. Propterea dicit. *Nunc anima mea turbata eſt*. Nam ſi non ita eſt, quænam eſt ejus quod dictum eſt conſequentia: *Pater, ſerva me ex hoc hora?* & quod ſic fuit turbatus, ut etiam peteret liberationem, ſi quidem licebat etiam effugere omnes humanæ naturæ infirmitates?

„ *Sed*

„ *Sed neſcio quid dicam*, inquit, petens libera- A tionem. *Propterea enim*, inquit, *veni ad hanc horam*: quaſi diceret: Etiam turbemur, etiamſi moleſtia afficiamur, mortem non fugiamus; oportet enim ferre quod nos invadit. Non dico, *libera me ab hac hora*, ſed quid? *Pater, glorifica nomen tuum*, licet perturbatio cogat dicere huic contrarium. Dico: *Glorifica nomen tuum*, hoc eſt, de cetero tolle me in crucem. Rurſus valde oſtendit humanitatem, & naturam nolentem mori, ſed hanc vitam amplectentem: oſtendens ſe non eſſe extra humanas perpeſſiones. Quomodo enim non eſt reprehendendum eſurire, neque dormire; ita nec vitam præſentem deſiderare: Chriſtus autem habuit corpus mundum a pec- B catis, non liberum a naturalibus neceſſitatibus quoniam nec erat corpus. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro qui eſt in bibliotheca hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia S. Cyrilli archiepiſcopi Alexandrini, ex Theſauris, capite XXIV. cujus eſt principium: *Si ab aliquo*; quæ ſic habet: „ Sua morte mortem ceſſare fecit Servator. Quemadmodum ergo mors non ceſſaſſet, ſi ipſe non eſſet mortuus; ita in unaquaque affectione carnis. Si enim non timuiſſet, non fuiſſet natura libera a timore: ſi triſtitia non fuiſſet affectus, a triſtitia nunquam fuiſſet libera: ſi non fuiſſet con- C turbata & perculſa, a terrore nunquam fuiſſet remota. Et in unoquoque eorum quæ humanitus fiunt, eandem accommodans rationem, invenies in Chriſto commotas carnis affectiones: non ut dominentur ſicut in nobis; ſed ut motæ aboleantur virtute Verbi quod inhabitavit, in id quod eſt melius tranſmutata natura. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ venerandi quod eſt hic patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ejuſdem ex eadem oratione, quæ ſic habet: „ Homo factum eſt Dei Verbum, non ut rurſus ſicut Deus ante ſuſceptam humanitatem faceret & loqueretur, ſed ut ſæpe etiam propter uſum œconomiæ quæ eſt cum carne, etiam ut homo quædam loqueretur. Myſterio hanc habente virtutem, quomodo non eſt abſurdum offendi eos qui audiunt eum nonnunquam loqui humanius? Loquitur enim ut homo, loquitur autem etiam ut Deus, habens in utriſque poteſtatem. Nam humane quidem dicebat: *Nunc anima mea eſt turbata*: divine autem rurſus, *Poteſtatem habeo ponendi eam, & poteſtatem habeo rurſus accipiendi eam*. Atque conturbari quidem eſt propria carnis affectio: poteſtatem autem habere ponendi animam & eam rurſus recipiendi, eſt opus Verbi potentiæ. Quemadmodum ergo quando dicit aliquid divine, etſi homo appareat, non offendimur: ſed cogitamus Verbum quod in carne habitat: ita etiam quando loquitur ut homo, ne offendamur, cogitantes quod propter nos homo factus eſt, & ea loquitur quæ humanitati conveniunt. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum eodem libro: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ejuſdem S. Cyrilli ſententia, ex dogmatibus adverſus Julianum, libro tertio, ex oratione V. cujus eſt principium: *Tentat quidem adverſarius*: quæ ſic habet: „ Quoniam autem niſi id quod nolebat feciſſet voluntarium, nec omnino quidem eſſet paſſus, oſtendit quidem neceſſario, id quod nolebat, in patiendo fuiſſe ignominiam, ſicut dixi: id fuiſſe tamen ſuſceptum, propterea quod eſſet omnibus utile. Et quod nollet quidem, habet calicis recuſatio. Quod autem ſua ſponte lubenſque paſſus ſit, id quod dictum eſt Patri: *Verum non mea voluntas fiat, ſed tua*. Deo enim & Patre comprobante, & veluti annuente ſapientiſſima Filii œconomiæ, dicitur mortem ſuſtinuiſſe quæ eſt ſecundum carnem: ut cum ſurrexiſſet a mortuis, ceſſare faceret mortem, & everteret corruptionem, & juſtificaret eam quæ eſt ſub cœlo. Et paulo poſt: Vide ergo quomodo propterea quod ſuſcitavit id quod ei datum eſt, nempe nos, id quod nolebat propter eas quæ in patiendo erant ignominias, ſua ſponte duxit ſuſcipiendum. Suſtinuit enim crucem, dedecore contempto, ut ſcribit divinus Paulus. Quod autem nolebat quidem paſſionem, quod attinet ad humanarum cogitationum imbecillitatem, & eandem tamen licet multam haberet ignominiam, ſua ſponte ſuſceperit propter id quod Deo videtur; videtur autem velle ut quidvis ſuſtineant qui ſunt ei germani ut multos ſervent; pulchre perſpexerit quiſpiam in narrationibus evangelicis. Quæ quidem ſententia fuit ſimiliter collata cum libro bibliothecæ venerandi quod eſt hic patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ejuſdem ſententia, ex interpretationis evangelii ſecundum Matthæum, tomo undecimo, quæ ſic habet. „ Etſi enim id quod evenit non erat omni ratione ejuſmodi ut id vellet, ſed tamen propter omnium ſalutem & vitam, effecit ut voluntaria eſſet in cruce paſſio. Sciebat enim aperte, ſciebat quæ hic futuræ erant bonas & ex virtute actiones; & quod naturam hominis erat renovaturus, & ſuo ſanguine Deo & patri redditurus. Si enim non feciſſet ut pati eſſet voluntarium, & ſi ejuſmodi eſſet ut id D nollet, quænam deinceps intelligeretur ut ipſe oraret occaſio, & diceret: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*? Ejuſdem ex tomo duodecimo: Et ſubjicitur in ipſo metus patiendi propter humanitatem: protinus autem ſopitur Verbi inhabitantis robore & virtute. Vide enim quemadmodum in ipſo oſtendit quidem humanitatem recuſatio, divinitatis autem inflexibilitas ſtatim refulſit. Dixit enim Patri qui eſt in cœlis: *Verum non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Humanitati autem convenienter hoc quoque dicit. Nam quatenus quidem eſt Deus, non eſt extra voluntatem Patris: immo vero eſt voluntas Dei & Patris. Si quidem in ſapientia eſt etiam E velle Patris, ſapientia autem Filius. Quod autem voluntas quoque nominetur Patris Unigenitus, declarabit divinus David dicens: *Domine, in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem*. In Chriſto enim omnis virtus cœleſtium bonorum eſt a Deo Patre: & alioqui, cum ſit una & ejuſdem eſſentiæ ſancta Trinitas, & una divinitas in ea intelligatur, quomodo non fuerit eadem voluntas Patris, & Spiritus ſancti? Convenientiſſime ergo figuræ humilitatis, & tanquam homo paulatim extimeſcens mortem quæ ingreſſa fuerat præter naturam & ex exſecratione: rurſus autem reſpuens tanquam Deus, dicit illud: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Quæ quidem duæ ſententiæ

tiæ ſimiliter fuerunt collatæ cum libro chartaceo bibliothecæ venerandi quod eſt hic patriarchii: & convenerunt.

Præterea lecta eſt ex eodem codice ſententia ejuſdem ſancti Cyrilli, ex interpretatione libri quarti evangelii ſecundum Joannem, cujus eſt principium: *Quod deſcendi de cælo*: quæ ſic habet: „Nam maxime quidem non abſolute, nec in omni, ut ſemel dicam argumento, ſed nec in omni re, nec omnino, nec quovis modo, affirmavit Filius ſequi ſuam voluntatem. Servare quidem ſe dicit voluntatem Patris in re definita, propter tuas, quantum mihi licet intelligere, dicendi inventiones, providens noſtræ ſecuritati, ut Deus. Suſtinet autem quod nolebat, & id facit voluntarium propter nos: dico autem paſſionem in cruce ſcilicet, quæ etiam ſic placuit genitori, ſicut jam a nobis dictum eſt. Licet itaque videre ſtatim additam demonſtrationem & evidenter adjectum argumentum; in quo ſicut ipſe dicit, a propriis deſtitit voluntatibus, adimplet autem voluntatem Patris: *Hæc eſt enim*, inquit, *voluntas Patris, ut omne quod dedit mihi Pater, non perdam ex eo quidquam; ſed ſuſcitabo in noviſſimo die*. Et quod revera involuntaria quidem ſimul & voluntaria Unigenito cernatur paſſio, quæ fuit in cruce, jam quidem aperte dictum eſt. Tractabimus autem etiam deinceps, accuratiori perſcrutatione, iis qui legent, veritatem explicantes.

Ejuſdem ex eadem oratione „Nequaquam ergo offendaris, o homo, cum audieris dicentem: *Deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam; ſed voluntatem ejus qui me miſit*: Quod enim ab initio diximus, hoc rurſus dicemus: de re definita & evidenti in hoc verba fecit Chriſtus. Docens enim, quod propterea quod pro omnibus mori vellet, propterea voluit divina natura, nollet autem propter eas quæ erant in cruce paſſiones: & quantum attinuit ad carnem quæ mortem recuſabat, hæc dicat, prolixa quidem jam a nobis prius conſumpta eſt oratio. Quod autem Servatori Chriſto, quatenus erat homo, involuntaria quodammodo mors cernatur quæ erat in cruce, vel ex ipſa rerum natura conſequens eſt videre. Dicimus ergo Judaicæ opus fuiſſe amentiæ, quod fuerit Chriſtus omnino in crucem agendus, & quod ab eis id faciendum fuerit citra moram, ut qui non pœnitendam haberent audaciam, propter ea quæ jam fecerant in ſanctos prophetas & eos qui fuerunt ſancti illo tempore. Quoniam autem id quod in mortem ceciderat non aliter licebat ſuſcitare ad vitam, niſi homo factum eſſet Dei Verbum: oportebat autem omnino cum eſſet factum pati, fecit voluntarium quod erat involuntarium. Quæ quidem duæ ſententiæ fuerunt ſimiliter collatæ cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenerunt.

Lecta fuit præterea ex eodem codice ſententia ejuſdem ſancti Cyrilli, ex eadem interpretatione libri VIII. cujus eſt principium: *Maria ergo cum accepiſſet libram unguenti*: quæ ſic habet: „Vide autem rurſus in his humanæ quidem naturæ facilitatem ad perturbandum, & proclivitatem ad timorem: divinæ autem & ineffabilis ejus naturæ infractam & minime conquaſſandam in omnibus potentiam, quæ ad ſolam intuebatur fortitudinem ſibi convenientem. Nam mortis quidem quæ ſubierat memoria Jeſum conatur perturbare: potentia autem divinitatis affectionem motam ſtatim ſubigit, & ad incomparabilem audaciam ſtatim transformat id quod victum fuerat a timore. Exiſtimabimus enim in Servatore Chriſto humana fuiſſe commota propter duos modos neceſſarios. Oportebat enim, oportebat vel per hæc ipſa, non viſione & opinione, ſed naturaliter potius & vere hominem eſſe factum apparere, omnia humana ferentem præter ſolum peccatum. Metus autem & timiditas ſunt quidem in nobis naturales affectiones, ſed quæ non cadunt ſub peccatum. Præterea autem in Chriſto utiliter movebantur humana, non ut mota invaleſcant & ulterius progrediantur ſicut in nobis: ſed ut mota Verbi virtute reſcindantur, in meliorem quemdam & diviniorem ſtatum natura transformata in primo Chriſto. Sic enim licebat, & non aliter, ad nos ipſos tranſire modum curationis. Ejuſdem ex eadem interpretatione libri X. cujus eſt principium: *Qui habet mandata mea & ea ſervat*. Quomodo eſt ejuſdem eſſentiæ, ita etiam ejuſdem voluntatis cujus ejus genitor. Unius enim eſſentiæ eſt utique una voluntas & unus ſcopus in omnibus, & nulla eſt diſcrepantia. Ejuſdem ex eadem interpretatione libri XII. cujus eſt principium: *Quod Filius eſt Deus ſecundum naturam*. Impleta in Chriſto omni impietate a Judæorum nefaria inhumanitate, cum de cetero nihil deficeret, quo minus videretur habere quæ dicendi facultatem ſuperat crudelitatem. Poſtremo rurſus caro aliquid ſibi proprium patitur ac naturale: ſitim enim ſuſcipit multiplicibus ac variis tormentis excitata: erant enim graves labores ad cogendum ſitire; qui quadam innata, & quæ explicari non poteſt caliditate, qui erat in profundo humorem conſumebant, & ardentibus quibuſdam inſultibus patientis viſcera inflammabant. Nam erat quidem non difficile ei qui poteſt omnia Deo Verbo, a ſua carne hoc quoque removere: ſed ſicut ſua ſponte permiſit ut alia pateretur, hoc quoque patitur ſpontanea voluntate; quærebat ergo bibere. Quæ quidem tres ſententiæ ſimiliter fuerunt collatæ cum chartaceis libris bibliothecæ venerandi hujus patriarchii, & convenerunt.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Epiphanii archiepiſcopi Cypri, ex Panariis; ex oratione LXIX. adverſus Arrianos, cujus eſt principium: *Hos Meletianos*: quæ ſic habet. „Protinus ergo proſilientes dictionum aucupatores, tanquam adverſus inimicum inventa occaſione, inferunt dicentes: Vides eum opus habuiſſe angelorum fortitudine. Ipſum enim corroboravit angelus: Ipſe enim erat in agonia. Et neſciunt, quod ſi non habeat hæc omnia, & illud: *Non mea voluntas, ſed tua*: & niſi in agonia fuerit; niſi ſudor ei emanet e corpore, viſio erat Chriſti in carne adventus: & a Manichæis & Marcioniſtis, de adventus in carne phantaſia, & viſione argumentum facile decantatur, licet non veriſſimum. Hæc autem omnia, noſtram vitam muniens & ſecuram reddens, tota ſuſcepit œconomice quaſdam habens quæ hominum affectionibus conveniunt, narrationes: & non ironice, ſed vere dixit illud: *Non mea voluntas, ſed tua*: ut oſtenderet veram carnis ſubſtantiam: & ut eos refelleret, qui dicunt eum men-

„ mentem non habuiſſe humanam; & refelleret eos, qui dicunt eum non habuiſſe carnem. Nam omnis divina oratio in medio filiorum tenebrarum, arguit quidem tenebras, illuminat autem filios veritatis. Vide enim quam multa ſunt utilia in hac oratione. Ex incorporeis non manat ſudor: eo autem quod hoc factum ſit, oſtendit veram carnem & non viſionem: ex carne conjuncta in divinitate, abſque anima & mente non ſit agonia. Cum ipſe autem fuerit in agonia, oſtendit animam & corpus & mentem ſimul geſtaſſe, unde ſit agonia. Et rurſus dum dixit. *Non mea voluntas, ſed tua:* oſtendit mentem vere humanam, ſed peccato non obnoxiam. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Gregorii epiſcopi Nazianzeni, ex ſecunda oratione de Filio, cujus eſt principium: *Quoniam tibi*: quæ ſic habet: „ Septimum dicatur, quod Filius e cœlo deſcenderit, non ut faceret ſuam voluntatem; ſed ejus qui miſit. Et ſi ea quidem non dicerentur ab eo qui deſcenderat, diceremus tanquam ab homine formatam eſſe orationem, qui non ita intelligebat ut Servator. Illius enim velle, nec Deo eſt contrarium, cum ſit totum deificatum: ſed noſtræ, utpote humanæ, voluntatis, divinam non omnino ſequentis, ſed ut plurimum reſiſtentis & reluctantis. Etenim illud ſic intelleximus: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte; Verum non ſicut ego volo, tua autem valeat, voluntas.* Neque enim ſitne poſſibile an non, illum ignorare eſt conſentaneum, neque voluntati opponere voluntatem; ſed quoniam eſt oratio tanquam ab eo qui aſſumpſit, id enim quod deſcendit eſt ejus quod eſt aſſumptum, ſic occurremus. Non tanquam ſit propria voluntas Filii præter voluntatem Patris, ſed tanquam non ſit, id dicitur: ut ſit ejuſmodi quod colligitur; non ut faciam voluntatem meam: non eſt enim mea a te ſeparata; ſed communis mea & tua; quorum ſicut una divinitas, ita etiam voluntas. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro bibliothecæ venerandi hujus patriarchii, & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Cyrilli archiepiſcopi Alexandrini, ex Theſaurorum oratione XXIV. cujus principium eſt. *Si ab aliquo*, quæ ſic habet: „ Quando ergo viſus fuerit mortem timens, & dicens: *Si poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*; cogita rurſus quod caro mortem timens, docebatur, cum a Deo Verbo geſtaretur, non hoc amplius [illegible]i. Dicebat enim Patri: *Non ſicut ego volo, [illegible] ſicut tu*. Nam quatenus quidem eſt Verbum & Deus, non timebat ipſe mortem, ſed properabat exſequi œconomiam: hæc enim erat voluntas Patris. Habebat autem etiam quod nollet mori, propterea quod caro recuſaret mortem naturaliter. Docens ergo humanitatem non amplius ea ſentire quæ ipſi aderant; ſed Dei quærere voluntatem, dicit tanquam homo: *Non ſicut ego volo; ſed ſicut tu*. Propterea enim videtur hoc etiam adjeciſſe. *Spiritus promptus eſt, caro autem infirma*. Quæ quidem ſententia fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ejuſdem ſancti Cyrilli ex interpretatione evangelii ſecundum Joannem, libro IV. cujus eſt principium: *Quod deſcendit de cœlo*: quæ ſic habet „ Quod autem & involuntaria quidem eſt quodammodo Servatori Chriſto, quæ eſt in cruce paſſio; voluntaria autem propter nos & propter placitum Patris, hinc intelliges. Ad eum enim aſcenſurus, Patrem alloquebatur, tanquam in figura ſcilicet orationis, dicens: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Verum non ſicut ego volo; ſed ſicut tu*. Nam quod Verbum quidem erat Deus immortalis & ab interitu alienus & ipſa ſecundum naturam vita, poterat conculcare mortem, exiſtimo eſſe omnibus manifeſtiſſimum. Permittit tamen carni, ut qui in carne eſſet natus, propria ſuſtinere, & cum jam eſſet in foribus, vereri mortem, ut homo vere appareat. Propterea dicit: *Si poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. Si fieri poteſt*, inquit, *o Pater*, ut mortem non patiens, iis qui in ipſum credunt vitam parem. Si mors moritur, me non moriente ſecundum carnem ſcilicet, tranſeat, inquit, calix; ſed quoniam, inquit, non poteſt aliter fieri: *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*. Vides quomodo imbecilla quidem hominis natura, etiam in ipſo Chriſto, quod ad ſe attinet, invenitur. Per Verbum autem ei unitum, reducitur ad audaciam & confidentiam Deo convenientem, & eruditur ad juveniles ſuſcipiendos ſpiritus: ut non quod ſibi videatur, permittat ſuis voluntatibus; ſed potius divinum ſequatur inſtitutum & ſcopum, & ad aliud contendat, ad quod nos vocat lex ejus qui creavit. Quod ea autem vere dicimus, diſces ex eo quod eſt conjunctum *Spiritus enim*, inquit, *promptus eſt, caro vero infirma*. Chriſtus enim non ignoravit a Dei dignitate longe abeſſe timiditatem, quod videretur a morte ſuperari, propterea vehementiſſimam iis quæ dicta ſunt attulit defenſionem. Nam cum infirmam quidem dixerit eſſe carnem, propter id quod eam decet, & ejus ineſt naturæ; ſpiritum autem nihilo minus eſſe promptum & alacrem ad patiendum, non eſt ſibi conſcius quod aliquid injuſte faciat. Vides quemadmodum ſit Chriſto mors involuntaria propter carnem & paſſionis ignominiam; & tamen voluntaria, donec ad univerſo mundo fauſtum finem deductum fuerit placitum Patris, hoc eſt, ſalus & vita omnium. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo, bibliothecæ venerandi hujus patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Athanaſii archiepiſcopi Alexandrini, ex oratione de humanæ naturæ a Verbo ſuſceptione adverſus Apollinariſtas, cujus eſt principium: *Pii quidem modus*: quæ ſic habet: „ Quando Deus Adam formavit ab initio, numquid dedit ei peccatum quod eum comitaretur? Quidnam ergo erat adhuc opus mandato? Quomodo autem eum condemnavit, cum peccaſſet? Quomodo autem ante inobedientiam neſciebat bonum & malum Adam, quem finxit Deus ad incorruptionem & imaginem ſuæ æternitatis? Finxit eum natura peccato non obnoxium & libera voluntate præditum. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Auguſtini Hipponenſis epiſcopi, ex libro

libro quinto adverſus Julianum Pelagianiſtam, A
quæ ſic habet: „ Motus animæ quid eſt niſi
„ motus naturæ? Anima enim ſine dubio eſt
„ natura. Quamobrem voluntas eſt motus na-
„ turæ, quoniam eſt motus animæ. Quæ qui-
dem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro
ſcripto litteris Romanis, interpretante Conſtan-
tino pio presbytero, & defenſore ſanctiſſimæ
hujus magnæ eccleſiæ, & grammatico Roma-
no: & convenit.

Lecta eſt præterea ex eodem codice ſententia
de operationibus, ſancti Leonis Papæ Romani,
ex epiſtola ad Flavianum archiepiſcopum Con-
ſtantinopolitanum, cujus eſt principium: *Lectis
„ dilectionis tuæ litteris*: quæ ſic habet: Sicut
„ enim Deus non mutatur miſeratione, ita ho- B
„ mo non conſumitur dignitate. Agit enim
„ utraque forma cum alterius communione quod
„ proprium eſt: Verbo ſcilicet operante quod
„ Verbi eſt, & corpore exſequente quod eſt
„ corporis. Unum horum coruſcat miraculis,
„ aliud ſuccumbit injuriis: & ſicut Verbum ab
„ æqualitate paternæ gloriæ non receſſit, ita
„ caro naturam noſtri generis non reliquit:
„ unus enim idemque eſt vere Dei Filius, &
„ vere hominis filius. Quæ quidem ſententia
„ ſimiliter fuit collata cum libro in argento li-
„ gato armarii hujus ſanctiſſimæ magnæ eccle-
„ ſiæ: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten-
tia ejuſdem ſancti Leonis ex ſecunda epiſtola C
ad Leonem Imperatorem, cujus eſt principium:
*Promiſiſſe me memini*: quæ ſic habet: „ Licet
„ ergo in uno Domino Jeſu Chriſto vero Dei
„ atque hominis Filio Verbi & carnis una per-
„ ſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indiviſe
„ communes habeat actiones; intelligendæ ta-
„ men ſunt ipſorum operum qualitates: & ſin-
„ ceræ fidei contemplationem cernendum eſt,
„ ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad
„ quæ inclinetur altitudo divinitatis. Et paulo
„ poſt: Poſtremo ſine verbi potentia, non ſe
„ Dominus Patri profiteretur æqualem, & ſine
„ veritate carnis non idem diceret Patrem eſſe
„ majorem: cum catholica fides utrumque ſu-
„ ſcipiat, utrumque defendat; quæ ſecundum D
„ confeſſionem beati apoſtoli Petri, unum Chri-
„ ſtum Dei vivi Filium & hominem credit &
„ Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quo
„ in utero Virginis Verbum caro factum eſt,
„ nihil unquam inter utramque formam divi-
„ ſionis exſtiterit; & per omnia incrementa
„ corporea, unius perſonæ fuerint totius tem-
„ poris actiones; ea ipſa tamen, quæ inſepara-
„ biliter facta ſunt, nulla commixtione confun-
„ dimus: ſed quid cujus formæ ſit ex operum
„ qualitate ſentimus. Quæ quidem ſententia ſi-
militer fuit collata cum eodem libro in ar-
genteo ligato armarii ſanctiſſimæ magnæ quæ
eſt hic eccleſiæ: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten- E
tia ſancti Juſtini philoſophi martyris, ex fidei
expoſitione quam fecit de recta confeſſione, cu-
jus eſt principium: *Satis eorum quæ adverſus
Judæos & Græcos*: quæ ſic habet: „ Quemad-
„ modum luminis, quatenus eſt lumen unum,
„ operationem non ſeparaverit quiſpiam a cor-
„ pore ipſo quod eſt aptum ad id ſuſcipien-
„ dum: ſed ſi ratione diviſerit, cognoverit na-
„ turam, cujus eſt propria operatio: ita etiam
„ in uno Dei Filio, omnem quidem operatio-
„ nem non ſeparaverit quiſpiam a Filii pro-
„ prietate; naturæ autem, cujus eſt id quod
„ ſit proprium, ratione cognoverit. Quæ qui-
dem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro
chartaceo bibliothecæ venerandi hujus patriar-
chii: & convenit.

Præterea lecta eſt ex eodem codice ſententia
ſancti Joannis archiepiſcopi Conſtantinopolita-
ni, ex oratione in Thomam apoſtolum adver-
ſus Arrianos, cujus eſt principium: *Eccleſia qui-
dem legis parens*: quæ ſic habet: „ Hæc cum au-
„ diiſſem, expurgavi mentem ab incredulitate:
„ exui mentem dubiam: ſuſcepi firmam certam-
„ que intelligentiam: corpus tetigi legans, &
„ tremens cum digitis extendi quoque oculos
„ animæ: & deinceps duas ſenſi operationes.
Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum
libro prolato a parte ſedis Apoſtolicæ Romæ
veteris: & convenit.

Lecta fuit præterea ex eodem codice ſenten-
tia ſancti Gregorii epiſcopi Nyſſeni, ex eorum
quæ ſcripſit adverſus Eunomium tomo v. cujus
eſt principium: *De voce autem Petri apoſtoli*:
quæ ſic habet: „ Permanet inconfuſa carnis &
„ divinitatis proprietatum contemplatio, quam-
„ diu unaquæque earum in ſeipſa conſideratur:
„ ut verbi cauſa, Verbum erat ante ſæcula,
„ caro autem facta eſt in noviſſimis tempori-
„ bus: & non contra dixerit quiſpiam, eam
„ aut eſſe ante ſæcula, aut factam eſſe Verbum
„ in temporibus noviſſimis. Caro eſt naturæ pa-
„ tibilis: Verbum autem activæ: & nec ipſa eſt
„ eorum quæ ſunt creatrix: nec divinitas ha-
„ bet poteſtatem patibilem. In principio apud
„ Deum Verbum, in experientia mortis ho-
„ mo: & neque ex æterno humanum, neque
„ divinum mortale: & cetera omnia eodem
„ modo conſiderantur. Neque Lazarum vivifi-
„ cat humana natura, neque jacentem deflet
„ natura impatibilis: ſed hominis quidem pro-
„ pria eſt lacryma, vita autem ejus qui eſt ve-
„ re vita. Non nutrit hominum millia huma-
„ na imbecillitas, neque ad ficum currit pote-
„ ſtas omnipotens. Quis eſt is qui eſt defeſſus
„ ex itinere? & quis eſt qui citra laborem to-
„ tum mundum verbo conſtituit? quis eſt ſplen-
„ dor gloriæ? quid eſt id quod configitur cla-
„ vis? quænam forma colaphis cæditur in paſ-
„ ſione? & quænam ab æterno glorificatur?
„ Hæc enim ſunt manifeſta, etiamſi quis ora-
„ tione non ſit interpretatus: nempe quod pla-
„ gæ quidem ſunt ſervi in quo eſt Dominus,
„ honores autem Domini circa quæ eſt ſervus:
„ adeo ut duplex conjunctio & coaleſcentia
„ utriuſque utraque fuerint: cum & Dominus
„ ſerviles vibices in ſe ſuſceperit, & glorifica-
„ retur ſervus honore Domini.

Præterea lecta eſt ex eodem codice alia ejuſ-
dem ſententia, ex eodem tomo XII. cujus eſt
principium: *Sed videamus & id quod ex affecta-
tore*: quæ ſic habet: „ Interim autem operæ
„ pretium eſt ſcire, ab iis, qui nobis voces
„ ejuſmodi proferunt, id quod aſcendit, & id
„ quod videtur, & id quod tactu cognoſcitur,
„ & præterea id quod hominibus per fraterni-
„ tatem redditur familiare, divinæne an huma-
„ næ naturæ eſſe propriam exiſtimatur: Nam
„ ſi palpabile quidem & aſpectabile, & quod
„ cibo & potu regitur, & eſt hominibus idem
„ genere fraternum; & quæcumque cernuntur
„ in natura corporis, an etiam cernunt in di-
„ vinitate; dicant de Dei Unigenito, & hæc
„ & quæcumque volunt teſtimonio ſuo ei tri-
„ buant, & ambulandi operationem & e loco
„ tranſitum; quod quidem eſt proprium eorum
quæ

„ quæ ſunt circumſcripta corpore. Si autem ille quidem per Mariam loquitur cum fratribus; Unigenitus autem non habet fratres, quomodo enim in fratribus conſervari poſſet unigenitum? Et qui dixit: *Deus eſt Spiritus*, dicit ipſe ſuis diſcipulis; *Palpate me*: ut oſtendat quod humana quidem natura eſt palpabilis, divina autem tangi non poteſt. Et qui dixit, *Vado*, ſignificat tranſitum per locum: qui autem omnia comprehendit, *in quo*, ſicut dicit apoſtolus, *creata ſunt omnia*, *& in quo quæ ſunt conſiſtunt*, nihil in iis quæ ſunt extra ſe habet, in quod aliquo motu fiat tranſitus. Neque enim aliter fieri poteſt motus, niſi id quod tranſit, locum quidem in quo erat reliquerit, alterum autem loco ejus occuparit. Quod autem omnia pervadit, & eſt in omnibus, & omnia continet, & a nullo eorum quæ ſunt coercetur, non habet quo tranſeat, quod nihil ſit vacuum divina plenitudine. Quæ quidem duæ ſententiæ collatæ ſunt cum libro bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenerunt.

Lecta eſt præterea ex eodem codice, ejuſdem ſententia ex epiſtola ad Euſtathium de ſancta Trinitate, cujus eſt principium: *Præterea quidem nobis quoque omnibus*: quæ ſic habet: „ Oſtendant ergo per quænam cognoverunt naturæ diverſitatem. Nam ſi fieri quidem poſſet ut ipſa divina natura in ſe cerneretur, & quod eſt ejus proprium & ab ea alienum, per ea quæ apparent inveniretur; non aliis omnino opus habuiſſemus verbis aut indiciis ad ejus quod quæritur comprehenſionem. Quoniam autem ea quidem eſt iis quæ quæruntur altior: ex quibuſdam autem ſignis de iis quæ noſtram effugiunt cognitionem per conjecturam ratiocinamur; neceſſe eſt omnino, ut nos per divinas operationes ad divinam naturam ſcrutandam deducamur. Si ergo viderimus a ſe invicem differentes operationes quæ fiunt a Patre & ſancto Spiritu, differentes quoque eſſe quæ operantur naturas ex operationum diverſitate conjicimus. Neque enim fieri poteſt ut quæ in naturæ ratione diſſident, in ſpecie operationum inter ſe conveniant: nec frigefacit ignis, nec calefacit glacies: ſed ſimul cum naturarum diverſitate, a ſe etiam invicem ſeparantur quæ ab eis fiunt operationes.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ejuſdem ex eadem oratione: „ Divina natura in omnibus quæ excogitatur nominibus, quatenus eſt, manet ejuſmodi ut non poſſit ſignificari, ſicut noſtra ratio. Etenim cum & benefactorem & judicem, bonumque & juſtum, & quæcumque alia hujuſcemodi didicerimus, operationum differentias didicimus: ejus autem qui operatur naturam nihilo magis poſſumus agnoſcere per operationum cogitationem. Quando enim reddiderit quiſpiam rationem uniuſcujuſque horum nominum, & ipſius naturæ circa quam nomina; non eandem reddit amborum rationem. Quorum autem diverſa eſt ratio, eorum etiam ſunt diverſæ naturæ. Quæ quidem duæ ſententiæ collatæ ſunt cum libro bibliothecæ hujus venerandi patriarchii & convenerunt.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Cyrilli archiepiſcopi Alexandrini, ex compellatoria ad pium Imperatorem Theodoſium de recta fide, cujus eſt principium: *Gloria quidem quæ eſt inter homines*: quæ ſic habet: „ Totum toti quæ eſt ſecundum nos humanitati dicimus unitum eſſe quod eſt ex Deo Verbum: non enim quod eſt in nobis præſtantius, nempe anima, in ulla habuiſſet exiſtimatione, ſi ſola carni daret labores adventus. Per utrumque autem pulchre perſcribet myſterium œconomiæ: nam ſua quidem carne, tanquam inſtrumento uſus eſt, ad opera carnis & naturales infirmitates, & quæ ſunt procul a reprehenſione: rurſus autem anima ad humanas & quæ reprehenſioni affines non ſunt affectiones. Dicitur enim eſuriiſſe, & labores ſuſtinuiſſe ſuſceptos ex longo itinere, metuſque & pavores, moleſtiamque & angorem, & quam in cruce ſubiit mortem. Quæ quidem ſententia fuit collata cum libro ſanctæ tertiæ prioris ſynodi Epheſinæ, qui eſt bibliothecæ venerandi hujus patriarchii, in quo habetur quæ dicta eſt compellatoria oratio: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ejuſdem ſententia ex Theſaurorum libro XXXII. quæ ſic habet: „ Non enim unam dabimus naturalem eſſe operationem Dei & creaturæ: ut neque quod creatum eſt ad divinam attollamus eſſentiam, neque divinæ naturæ præſtantiam deducamus in locum qui convenit rebus genitis. Quibus enim operatio & poteſtas eſt una citra ullam differentiam, iis neceſſe eſt etiam conſervari formæ unitatem. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo, bibliothecæ hujus venerandi patriarchii. & convenit.

Lecta eſt præterea ex eodem codice ſententia Juſtiniani pii Imperatoris, ex oratione adverſus Neſtorianos & Acephalos, cujus eſt principium: *Perfectum judicium via recta & non perverſa*: quæ ſic habet: „ Sed jam operæ pretium eſt dicere & quæ deinceps dicta ſunt a ſancto Cyrillo, & quæ ab eis dicta ſunt per calumniam. Nam cum ipſe dixiſſet quod utraque forma operatur cum alterius ſocietate, id quod habuit proprium: Verbo quidem agente id quod eſt Verbi, corpore autem efficiente, id quod eſt corporis: & ex eis illud quidem reſplendet miraculis, hoc autem fuit obnoxium probris & contumeliis, ſtatim exſiliunt hæretici, dicentes non oportere dicere diverſas operationes divinitatis & humanitatis Chriſti, ſed unam eſſe operationem: hoc quoque rurſus blaſpheme affirmantes ex furore Apollinaris. Omnes enim ſancti patres, ſicut unius & ejuſdem perpeſſionem & impatibilitatem nos credere docuerunt: ita etiam diverſas unius & ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti operationes confiteri nos erudierunt. Sanctus certe Cyrillus eos alloquens qui dicunt unam eſſe operationem divinitatis & humanitatis, hæc ſcribit in triceſima ſecunda oratione Theſauri: Neque unam dabimus naturalem eſſe operationem Dei & creaturæ, ut neque quod creatum eſt ad divinam attollamus eſſentiam, neque divinæ naturæ præſtantiam deducamus in locum qui convenit rebus genitis. Sanctus quoque Athanaſius in quarto libro adverſus Arrianos hæc ſcribit: Neceſſe eſt, ut prius examinavimus, ut ſi eum viderimus per inſtrumentum ſui corporis divine aliquid facere aut dicere, ſciamus quod cum ſit Deus, hæc operatur. Et rurſus, ſi eum viderimus humanitus loquentem aut patientem, non ignoremus quod carnem geſtans homo factus



eſt,

„ eſt, & ſic ea facit. Uniuſcujuſque enim opus A cognoſcentes, & utraque ab uno fieri aſpicientes, recte credemus & nunquam aberrabimus. Ecce etiam per ea quæ nunc a nobis adducta ſunt e ſanctis patribus, aperte oſtenſum eſt diverſas eſſe operationes divinitatis & humanitatis unius Domini noſtri Jeſu Chriſti; idque convenienter omnibus qui ipſum præceſſerunt, ſanctum docuiſſe Leonem. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro bibliothecæ venerandi hujus patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice, ejuſdem ſancti Juſtiniani ſententia, ex dogmatica ad Zoilum ſanctiſſimum Alexandriæ patriarcham epiſtola, cujus eſt principium: *Cum ſcripta legiſſemus* B quæ ſic habet: „ Unus eſt ergo Chriſtus, non ſublata naturarum differentia, qui propter ineffabilem unionem Verbum intelligitur, & homo conſideratur: neque enim unio efficit confuſionem; neque differentia earum quæ ſunt in ipſo eſſentiarum ſuſcipit ſectionem ſeu diviſionem. Aſpicientes enim Chriſti miracula, prædicamus ejus divinitatem; videntes ejus perpeſſiones, non negamus ejus humanitatem: neque vero miracula abſque carne, neque perpeſſiones abſque divinitate. Et eſt admirabile ac præter opinionem, quod idem eſt patiens & non patiens. Patiens quidem, quod proprium ejus corpus patiebatur, C & in ipſo erat corpore; non patiens autem, quod cum Deus eſſet natura Verbum, erat impatibile. Et ipſe quidem incorporeus erat in corpore patibili; corpus autem in ſe habebat Verbum impatibile, quod infirmitates delet ipſius corporis. Operatur enim utraque forma cum alterius ſocietate quod habuit proprium: Verbo quidem faciente id quod eſt Verbi; corpore autem efficiente, id quod eſt corporis. Hoc enim ſanctus quoque docet Cyrillus in XXXII. libro Theſauri, interpretans epiſtolam ad Romanos. Neque unam dabimus eſſe naturalem operationem Dei & creaturæ: ut neque quod eſt creatum, ad divinam extollamus eſſentiam, neque divinæ naturæ præſtantiam deducamus ad locum qui D convenit genitis. Idem autem ſanctus pater in iis quæ ſcribit ad Theodoſium, nos eadem docet, dicens: Totum toti uniri eſſe dicimus; ei quæ eſt ſecundum nos humanitati, quod eſt ex Deo Verbum. Non enim quod eſt in nobis præſtantius, nempe animam, in ulla habuiſſet exiſtimatione, ſi ſoli carni daret labores adventus: recte autem per utraque gerebat myſterium œconomiæ. Sua enim carne, tanquam inſtrumento, uſus eſt ad opera carnis & naturales infirmitates, & ut quæ procul eſſent a reprehenſione; anima autem ſua rurſus ad humanas & reprehenſioni non affines affectiones. Dicitur enim E eſuriiſſe, & labores ſuſtinuiſſe ſuſceptos ex longis itineribus, metuſque & pavores, moleſtiamque & angorem, & mortem quam in cruce ſubiit. Nemine enim cogente, ſuam animam ex ſe pro nobis poſuit, ut mortuis & vivis dominaretur: ſuam quidem carnem pro carne omnium donum vere dignum exſolvens, animam autem animæ omnium redemptionis pretium ſtatuens, etiamſi rurſus revixerit; ut qui ſecundum naturam eſſet vita ut Deus. Neque enim fas eſt dicere a corruptione quidem poſſe unquam teneri carnem quæ Verbo fuit unita, ab inferis autem divinam unquam detentam fuiſſe animam. Non derelicta enim fuit in inferno, ſicut dicit divinus Petrus. Neque enim licet dicere quod quæ omnino capi & morte conſumi non poteſt natura, nempe Unigeniti divinitas, a ſubterraneis redierit penetralibus. Neque enim res pro miraculo fuiſſet reputata, ſi apud inferos manſiſſet quod eſt ex Deo Verbum, quod divinitatis operatione & natura admirabiliter & ſupra rationem omnia implet & ad omnia advenit. Deinde oratione procedens hæc rurſus dicit: Humana quidem perpeſſio eſt mori, divina autem operatio revivіſcere: oſtendens ea quæ per utrumque cognoſcuntur, nempe & ſicut nos ſimul, & ſupra nos ut Deus. Vides quemadmodum hic venerandus pater duarum naturarum operationes tradit in una hypoſtaſi ſeu una perſona Chriſti Dei noſtri. Et paulo poſt: Deinde propter nos homo factus, aſpectabilis fuit & palpabilis: & per divinas & humanas operationes declaratus eſſe in divinitate & humanitate, dedit nobis ſciendum, quod in quibus eſt cognitus, ex iis etiam conſiſtit. Sic enim ſancti quoque patres utraſque voces confitentes, nempe in divinitate & humanitate: & ex divinitate & humanitate, per utramque earum tradunt confundi & dividi non poſſe œconomiam magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti. Quæ quidem C duæ ſententiæ ſimiliter fuerunt collatæ cum libro bibliothecæ venerandi hujus patriarchii: & convenerunt.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Ephraimii archiepiſcopi Antiocheni, ex defenſione quam fecit pro ſynodo Calcedonenſi, ex uno ſancti Leonis capite LVI. cujus eſt principium: *Quod non citra defectum ſervabat caro*: quæ ſic habet: „ Dic autem nobis, ſodes, ab omni contraria affectione animum ſervans integrum, fuitne unquam tempus ex quo ſuſcepta eſt humanitas, quo Deus Verbum incarnatum non habuit perfectam carnem ſuam animatam? Aut cum ſuper fluctus maris ingrediebatur pedibus, non ſervabant pedes humanæ naturæ proprietatem? Sed, o optime, in humana natura, quæ ſunt ſupra naturam faciebat Chriſtus Deus noſter, non ſublata aut deleta humana ſua carne. Quin etiam ipſius quoque operationis ſpecies tibi perſuaſerit, ut confiteris carnem manſiſſe in ſua natura. Pedibus enim ingredi, niſi factum ſit per phantaſiam, manifeſtum eſt quod ſit operatio pedum noſtræ naturæ. Quamobrem ſpecies operationis, carnis clamat conſervationem in antiquis ſuis modis: & ejuſmodi ingreſſum dicunt omnes corporeum & vi ſentiendi præditum: ſuper mare autem pedibus ingredi, hoc fuit divinitatis per carnem humanam operantis. Atque ſi ſola quidem carne diceremus factam eſſe ejus quod factum eſt operationem, dubia ac perplexa eſſet cogitatio: quemadmodum ſi ſoli divinitati tribueremus ingreſſum, cum ambulare & pedibus ingredi confitentes. Nunc autem incarnatum Deum Verbum hanc operationem exercuiſſe confitentes, alia quidem facta eſſe dicimus conſequenter carnis naturæ, alia autem propter admirabilem naturam divinitatis. Quamobrem hic quoque ſunt duæ operationes. Non quoniam autem id quod Deum decebat habebat operatio, Deo Verbo indicante unionem in hypoſtaſi, ideo audendum „ eſt

ANNO CHRISTI

est dicere, quod caro non er t absque defe- A ctu in suis proprietatibus; sed erat defecta & imperfecta; idem est autem dicere, deterior aut omnino carens eſſentia.

Lecta eſt præterea ex eodem codice ejuſdem ſententia, ex capite LXIV. quæ ſic habet: „Adducit Grammaticus ex oratione de incarnata œconomia ſeu apparitione Dei Verbi, Athanaſium ex ſcripturæ probationibus ſic dicentem: Quando dicit: *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte: Ceterum non mea voluntas fiat, ſed tua. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma:* duas hic oſtendit voluntates: alteram quidem humanam, quæ eſt carnis; alteram vero divinam: & humana quidem propter infirmitatem carnis re- B cuſat paſſionem, divina autem ejus eſt prompta. Reſponde ergo nobis, hocne dictum ſuſcipis, & admittis, ut quod recte habeat; & ſicut dixit, ex ipſa proceſſit veritate: an averſariis tanquam falſum & alienum? Sed non dixeris falſum dicere magnum Athanaſium. Et quomodo duas voluntates ſanctum admittens dicentem, adhuc dices tibi conſequentia, dicens eos qui duas dicunt naturas in hypoſtaſi, diſſecare Emmanuelem? Clarum eſt enim quod ubi duæ voluntates, quarum altera quidem eſt prompta & alacris, altera vero infirma, unius quoque ſunt diverſæ naturæ. Unam enim naturam & eandem, promptam fortemque ac infirmam di- C cique & eſſe uno & eodem tempore, nemo auſus fuerit dicere aut fingere. Neque enim ulla ratione fieri poteſt, ut contraria unam & eandem naturam habeant ac poſſideant. Colligitur ergo, quod unus & idem, non ſecundum eandem naturam eſt promptus, fortiſque & infirmus: ſed ſecundum unam quidem apparebat fortitudo: ſecundum alteram autem arguebatur infirmitas. Quamobrem per omnia etiam ex iis quæ ipſe ſanctus pronunciavit, fit manifeſtum duas naturas habere Chriſtum Dominum, in quibus conſiſtit & cognoſcitur. Quæ quidem ſententiæ fuerunt collatæ cum libro chartaceo, prolato ex parte eorum qui erant Apoſtolicæ ſedis Ro- D mæ veteris: & convenerunt.

Et ſurgens Theophanes religioſiſſimus presbyter & monachus monaſterii Bajarum, dixit: Refero veſtræ pietati ſanctæque & œcumenicæ ſynodo, quod hic Ephræmius, cujus nuper lectæ ſunt ſententiæ, fuit patriarcha Antiochenus: refertur hic quoque in ſacra diptycha ſanctiſſimæ hujus magnæ eccleſiæ.

Dixit ſanta ſynodus: Vc.e ſcimus, hunc ſanctum Ephræmium referri in ſancta diptycha, cum ſanctis & eximiis patribus.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Anaſtaſii archiepiſcopi Antiocheni ex defenſione quam fecit pro tomo ſancti Leonis, cap. LX. cujus eſt principium: *Si quis meminit E eorum, quæ nobis paulo ante* quæ ſic habet: „Si per ea per quæ ipſum Deum cognoſci oportebat, divine operabatur; ea autem ex quibus neceſſe erat hominem vere aſpici, humane faciebat; alia quidem eſt omnino divinæ naturæ operatio; alia vero humanæ & ſi eſt alia & alia, ſicut eſt *revera*, quanam de cauſa reprehenditur quiſpiam, ſi de altera & altera utramque dicit formam? Neceſſe enim eſt, ut dicit Cyrillus, Deo reddere quæ Deo debentur, & ejus humanitati quæ ad eam pertinent. Non ſunt autem utraque eadem: quoniam non convenienter attribuuntur: at uni quidem certe omnino utraque præbentur: unus enim erat, & eſt, & diverſe operans per diverſas ſuas naturas. Quemadmodum autem non idem eſt matrem increpare dicentem: *Vinum non habent*: & aquam in vinum mutare: ita non idem eſt humanitas quod divinitas, neque rurſus divinitas quod humanitas: neque rurſus ſunt eadem quæ ex eis procedunt: idem autem fecit utraque cum ſit Deus ſimul & homo: non ad confuſionem admiſcens eſſentias, neque operationes quæ procedunt ex eſſentiis: Eſt enim utrumque ejuſmodi ut non poſſit fieri, & alienum a pia ſententia. Quomodo enim nutriri & augeri non divinitatis, ita ſuſcitare mortuos non humanitatis. Sunt tamen utraque ejuſdem qui cum divinitate contemperavit ea quæ decent humanitatem; non per confuſionem aut unionem quæ poſſit confundi. Sunt ergo duæ quidem operationes, ſicut eſſentiæ: unus autem qui operatur, qui eſt idem Deus & homo. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo, prolato ex parte eorum qui erant ſedis Apoſtolicæ veteris Romæ & convenit.

Baſilius religioſiſſimus epiſcopus civitatis Gortynæ inſulæ Cretenſium, dixit: Admittit ſancta & œcumenica veſtra ſynodus hunc ſanctum Anaſtaſium, qui fuit archiepiſcopus Antiochenus: C cujus quidem lecta fuit ſententia in præſentia, defendens tomum ſancti Leonis?

Dixit ſancta ſynodus: Admittimus ſanctum Anaſtaſium, qui orthodoxe defendit tomum ſancti & inclyti Papæ Leonis. Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Melitenes dixit: Sanctum vocat hunc ſanctæ memoriæ Anaſtaſium, qui fuit archiepiſcopus Antiochiæ totæ Orientalis eccleſiæ; & qui eum non admittit, Deus eum feriet anathemate. Et uno ore dixerunt omnes: Amen.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ſancti Joannis epiſcopi Scythopolitani, ex blaſphemiarum adverſus Severum oratione octava, quæ ſic habet. „Rurſus autem videamus D quid ſanctiſſimum Papam Leonem reprehendis. Inquit enim: Utraque forma cum alterius ſocietate, quod habuit proprium. Verbo quidem id quod eſt Verbi faciente, corpore autem efficiente ea quæ ſunt corporis. Quoniam autem tanquam abſurdum poſuiſti hanc ſacram vocem, ſatius eſt audire Julianum Halicarnaſſeum tibi reſiſtentem, & te & tua convellentem. Operatur enim Verbum incorruptionem: operata eſt autem caro, ut tua vult blaſphemia, corruptionem. D c autem nobis, o vir optime, utrum Deum Verbum credis eſſentialiter eſſe unitum carni & animæ, cui eſt unitum? Hunc autem qui eſt ſuper omnia Deum, præſtantia divinita- E tis apprehendiſſe cœlum & terram & mare, ætheraque & aerem, angeloſque & a chan- ;elos, & ut ſemel dicam quæ incorporea ſunt beatitudine, mille millium, & decies mille millium ſanctarum adminiſtratoriarumque & inviſibilium eſſentiarum continere eſſentiam; & communiter providere omnibus viſibilibus, & inviſibilibus & ſeorſum unicuique? Certe, ut puto, concedes, niſi ſis omnino emotæ mentis. Hanc autem providentiam non Dei vocabis operationem? Et adverſus hoc non contradices, niſi nunc quoque vis aperte pugnare cum divinitate. Sic

 Fff 7 „ ergo

ACTIO IX

„ ergo concedes Dei etiam incarnati perpetuam A operationem. Animam autem intelligentem, quæ eſt ei unita in hypoſtaſi, cogitare, vel in eam non cadere cogitationem? Sed ſi in eam quidem non cadere cogitationem, incidiſti in Apollinaris patris tui blaſphemiam, qui dixit mente non eſſe præditam Deo Verbo unitam humanitatem. Sin autem dixeris cogitare mentem, & non ſicut inanima aut rationis expertia carere cogitatione; dabis omnino, ſi verba quoque nunc velis uti conſequentibus, cogitationem eſſe mentis operationem: ut, verbi cauſa, ſcit ſe unitam eſſe divinitati, etiamſi ſit ejuſdem naturæ cujus homines præter peccatum. Scit ſe ſuperaſſe omnem rem creatam, viſibilem & inviſibilem, B & adorari a ſupernis virtutibus. Individua quæ univerſorum creatori Deo eſt unita anima, meminit generationis ſecundum carnem ex Virgine Dei parente, converſationis in terra, ſalutaris paſſionis, crucis, ſepulturæ, reſurrectionis, in cœlum aſcenſionis. Cognoſcit omnem cœlorum militiam, & circumfuſam & ſervientem, tanquam Dei animæ. Hanc autem cogitationem dixeris ipſe quoque, ut puto, operationem animæ cogitantis, quæ etiam citra diviſionem unita fuit divinitati. Vides quod unius & ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti duas videmus operationes: ejus divinitatis, & humanitatis, citra ullam diviſionem & mutationem? Quæ C quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lectæ fuerunt ex eodem codice ſententiæ profanorum hæreticorum, qui unam voluntatem, & unam operationem dicunt eſſe in Domino noſtro Jeſu Chriſto.

Themiſtii hæretici, ex ſecundo ejus contradictorio adverſus tomum Theodoſii, capite XII. „ Sed non ejuſdem, o tu, duas dicimus cognitiones aut duas operationes. Una eſt enim revera incarnati Verbi operatio & cognitio: & unius Chriſti ſcimus eſſe omnia. Et alia quidem divine cognoſcit & operatur per ſuam carnem; alia autem humane. Non enim, D quoniam ſacroſanctus Athanaſius dixit Chriſtum duas oſtendere voluntates tempore paſſionis, jam ei etiam duas attribuemus voluntates, idque inter ſe pugnantes ex his tuis ſyllogiſmis: ſed pie cognoſcemus unam tanquam unius Emmanuelis voluntatem, alicubi quidem humane moveri, alicubi vero divine. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia Anthimi hæretici, ex oratione ad Juſtinianum pium Imperatorem, cujus eſt principium: *Dei meminiſſe in omnibus argumentis eſt bonorum*: quæ ſic habet: „ Nos autem glorificantes unam E Dei Verbi naturam incarnatam & adoratam cum propria ſua carne, in hac una natura Dei Verbi incarnata, neque divinitatis ejus ignorantiam, neque animæ ejus rationalis & intelligentis, qua eſt animatum quod eſt ex nobis aſſumptum ejuſdem cujus nos eſſentiæ & eiſdem quibus nos affectionibus obnoxium corpus, in hypoſtaſi Deo Verbo unitum, ſuſtinemus dicere: abſit enim. Nam ſi eſt una hypoſtaſis, & una natura Dei Verbi incarnata, ſicut eſt abſque ulla controverſia; una quoque voluntas, & una operatio ſcilicet & una ſapientia, & una cognitio eſt utriuſque ſimul.

ANNO CHRISTI 681.

Præterea lecta eſt ex eodem codice ſententia ejuſdem ex eadem oratione: „ Eis autem conſentanea docuit idem quoque ſanctiſſimus Pater, in quarto tomo diſputationis commentarii in evangelium ſecundum Joannem ſic dicens: Propterea etiam dum ſurgeret a mortuis, neque divinis juſſis operans Servator invenitur; ſed veluti quandam cooperatricem ad hoc maxime carnem accipere properabat; ut oſtenderet eam poſſe vivificare, & jam unum cum eo eſſe factam. Cum itaque archiſynagogi ſuſcitavit puellam, dicens: *Puella, ſurge*: *manum ejus tenuit*, ſicut ſcriptum eſt: vivificans quidem, ut Deus, juſſu omnipotenti: vivificans autem etiam per contactum manus, unam & cognatam per utrumque oſtendens operationem. Cum ergo propriam intelligentis divinæ operationis univerſorum ſcimus cognitionem; unam autem & eandem utriuſque ſimul divinam didicimus eſſe operationem: quomodo non hic confitebimur unam & eandem eſſe univerſorum cognitionem unius Chriſti, ſecundum ejus divinitatem & ſecundum ejus humanitatem? Quæ quidem duæ ſententiæ ſimiliter fuerunt collatæ cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenerunt. Marc. 5. 41.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia Themiſtii hæreſiarchæ, ex primo ejus contradictorio, adverſus tomum Theodoſii capite V. quæ ſic habet: „ Sancti quidem patres abſolute unam dixerunt eſſe operationem: & non ſicut iſte, eam includunt divina ſolum, aut alteram humanam ſic contexunt; ſed tanquam unius & ejuſdem Chriſti omnia operantis quæ ſunt in œconomia divina & humana, unam omnino, ut prius dixi, Chriſti dicimus eſſe operationem.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ejuſdem ſententia ex eodem contradictorio, cap. XXXIV. quæ ſic habet: „ Una enim eſt in Chriſto cognitio, ſicut & operatio: etenim unus eſt qui cognoſcit, ſicut certe eſt etiam qui operatur. Ejuſdem ex ſecundo contradictorio cap. XLII. Nos autem ſanæ mentis conſtituti, Deo autem propitio id dictum ſit, & rectam ſequentes doctrinam; non duas eſſe naturas credimus Emmanuel, etiamſi ſit compoſitus ex duabus, neque in duabus naturis; eſt enim utrumque dividens: ſed unam Dei Verbi naturam incarnatam, unam hypoſtaſim & perſonam unam, & conſequenter unius perſonæ unam etiam ſcimus operationem. Similiter autem unam quoque cognitionem, ſicut differenter diximus. Quæ quidem tres ſententiæ ſimiliter fuerunt collatæ cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenerunt.

Lecta fuit præterea ex eodem codice, impii Severi ſententia, ex ſecunda ad Oecumenium Comitem epiſtola, cujus eſt principium: *Ut nobis quoque ex divinitus inſpirata ſcriptura*: quæ ſic habet: „ Si ergo tranſmutavit Verbum quam ſibi per hypoſtaſim uniit humanitatem, non in ſuam naturam, manſit enim id quod erat: ſed in ſuam gloriam & operationem: & quæ erant propria carnis, facta ſunt Verbi propria: quomodo concedemus utramque formam operari propria? Sunt ergo anathemate notandi qui in duabus naturis unum Chriſtum definiunt, & dicunt unamquamque naturam

„ pro-

„ propria operari. Eorum enim quæ aguntur A & ſunt ab uno Chriſto, magna eſt differentia. Nam alia quidem ſunt divina, alia vero humana. Ut verbi cauſa, corporaliter ingredi, ſuper terram ire & ambulare, confitemur ut humanum: iis autem quibus ſunt manca crura, qui omnino ſuper terram non poſſunt ingredi, ut recte ambulent largiri, eſt divinum. Sed unum Verbum incarnatum & hoc eſt & illud eſt operatum: & non hoc quidem hujus, illud vero illius naturæ: neque quoniam ſunt diverſa quæ facta ſunt, propterea duas operantes naturas ſeu formas juſte ſtatuemus. Quæ quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ejuſdem ex epiſtola ad Paulum hæreticum, cujus eſt principium: *Apoſtolum quidem Paulum*: quæ ſic habet; Nam cum extra controverſiam „ Emmanuelis ſit una hypoſtaſis; conſequens eſt unam quoque confiteri naturam Dei Verbi incarnatam, eamque operantem divina & humana: & non convenienter tomo Leoni, ponere duas operantes naturas & formas, inter ſe conjunctas per relativam conjunctionem: Id enim vult illa blaſphemia, cum operari cum alterutrius conjunctione in utraque forma. Quæ quidem ſententia fuit ſimiliter collata cum libro allato a parte eorum qui erant ſedis Apoſtolicæ Romæ veteris: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ejuſdem, ex ad Anthimum hæreticum ſcripto ſynodali, cujus eſt principium: *Eorum quæ ad tuam pietatem*: quæ ſic habet: Et divina „ divina ſigna fecit: humanaſque, & divinas voces eſt locutus: & alia quidem fecit divine, alia vero humane: & differentium operationum & vocum, miraculorumque, & perpeſſionum, poſt ineffabilem duarum naturarum unionem, non incidemus in diviſionem: & iis metiemur voces, & perpeſſiones & actiones: eundem ſcientes & miracula facere & pati, divinepue œconomice & humane ea loqui; ita ut in ſcriptura ea dixerit, in quibus conſiſtit in Chriſtum fides & confeſſio. Quæ D quidem ſententia fuit ſimiliter collata cum libro chartaceo, prolato ex parte eorum qui erant ſedis Apoſtolicæ veteris Romæ: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ejuſdem ad Theodoſium: quæ ſic habet: „ His autem prædictis reprobis hominis adorationis inſtitutoribus adjungere oportet, & anathemate etiam notare impiam ſynodum Chalcedonenſem, & blaſphemum tomum Leonis qui Romanorum præfuit eccleſiæ, quem eadem ſynodus appellavit columnam orthodoxæ fidei, præter canones exponens decretum orthodoxæ fidei; divinamque, & individuam, & immutabilem incarnationem declarans per E naturarum dyadem poſt unionem, earumque operationibus, & proprietatibus, ſicut idem tomus aperte oſtendit legentibus; velati fuſe interpretans, quidnam dicat in duabus naturis cognoſci unum Dominum & Deum Jeſum Chriſtum poſt unionem ineffabilem. Admittimus autem & laudamus rectam confeſſionem ſcripti Unionis, quam ſereniſſimæ recordationis Imperator edidit Zeno. Quæ quidem ſententia fuit ſimiliter collata cum libro chartaceo, prolato ex parte eorum qui ſunt Apoſtolicæ ſedis Romæ veteris: & convenit.

A Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia Theodoſii hæreſiarchæ, ex oratione ad Theodoram Auguſtam, cujus eſt principium: *Mihi quidem videbatur*: quæ ſic habet: „ Ut de cetero una ſit utriuſque ſimul divina operatio. Unius enim & ejuſdem eſſe dicimus divina miracula, omneſque naturales & quæ reprehenſioni affines non ſunt affectiones, quas ſua ſponte pro nobis ſua carne paſſus eſt. Et poſt alia. Nam unam quoque divinam confitemur operationem, ſicut jam prius dictum eſt.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſententia ejuſdem ex eadem oratione: quæ ſic habet: „ Cum enim ſit divina una operatio, neceſſe B eſt eam quoque eſſe individuam & inſectilem: & non alteram quidem ut egenam, & quæ opus habeat ut ad majus aſcendat, quod ad humanitatem attinet, accipere ſicut nos: alteram autem tanquam omni ex parte perfectam, & cui nihil deſit confiteri quod attinet ad divinitatem: ne in animis pernicioſam & impiam Neſtorii ſententiam incidamus.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ejuſdem ſententia ex eadem oratione, quæ ſic habet: „ Ergo nos quoque unam & eandem dicentes ſapientiam, & unam cognitionem Dei Verbi, & animæ intelligentis, qua fuit animatum ſanctiſſimum ejus corpus, maxime quidem ſanctorum patrum ſequimur doctrinam, ut aperte oſtenſum eſt. C Apertius autem inconfuſæ quoque in hypoſtaſi unionis facimus demonſtrationem: & dyadis ſuſpicionem omni ex parte reprimimus. Niſi enim eandem adjecerimus, conſequenter quoque nobis ſequentur, ut Severus dixit ſapientiſſimus, duæ naturæ, & duæ operationes, & duæ in Chriſto ſapientiæ. Hæc autem nota ſunt ex Theodoriti blaſphemia, & Judaica quæ eſt illinc diviſione; & non ex nobis qui unum & eundem Chriſtum colimus, & confitemur unam ejuſdem divinam cognitionem & operationem. Quæ quidem tres ſententiæ fuerunt ſimiliter collatæ cum libro chartaceo bibliothecæ hujus venerandi patriarchii: & convenerunt.

D Lecta fuit præterea Pauli ſententia ex eodem codice, ex epiſtola ad Jacobum, cujus eſt principium: *Omnia mihi, quæ ſunt veſtræ ſanctitatis*: quæ ſic habet: „ Et ſcriptum unionis piæ memoriæ Zenonis, ad evertendam ſynodum Chalcedonenſem admittimus; quæ accepta occaſione ex amentia Eutychis, Neſtorianam hominis adorationem magno ſtudio invexit in eccleſia, in duabus naturis eſſe & cognoſci Chriſtum, ad fidem orthodoxam infirmandam, dogma ſtatuens: & naturas quidem conſequenter amentiæ Neſtorianæ ſervans in numero dyadis: relationem autem Filii, inquam, & auctoritatis abſolute uniens: & ſic deinceps eadem improbitate unum & eundem E Chriſtum Filium, & Dominum unigenitum, inconfuſe, individue, immutabiliter, & inſeparabiliter prædicans: & ad apertam inſtituti ſui interpretationem Leonis tomum admittens: & eum appellans columnam fidei orthodoxæ, qui manifeſte ſecat Chriſtum naturarum dyade poſt unionem; eiſque formas & operationes, voceſque & non deficientes proprietates blaſpheme diſtribuens. Quamobrem tanquam non probabiliter aggredientes dicere repellimus. Et paullo poſt: Hæc dicunt etiam, non ignorantes quod in iiſdem rebus eandem vocem: quæ illa civitate congregata fuit,

quod

ACTIO IX.

ANNO CHRISTI 680.

,, quod utinam nunquam factum eſſet, ſynodus A
,, impoſuit: relationis conjunctionem unam ap-
,, pellans perſonam, & vocem, *& duo* id eſt,
,, *ex duobus*, tanquam inimicam repellens: quæ
,, citra confuſionem & diviſionem oſtendit no-
,, bis Emmanuelem, ejuſdem eſſentiæ cum Pa-
,, tre & Spiritu ſancto, quod attinet ad divi-
,, nitatem; & eundem ejuſdem nobiſcum ho-
,, minibus eſſentiæ, quod attinet ad humanita-
,, tem: & miracula facientem & patientem, di-
,, vineque & humane loquentem: unamque ejus
,, operationem & cognitionem tanquam unius
,, docentem. Chriſtus enim Dei virtus, & Dei
,, ſapientia, in quo ſunt omnes theſauri ſapien-
,, tiæ & cognitionis abſconſi: etiamſi œcono-
,, mice dicat ſe ignorare diem conſummationis. B
Quæ quidem ſententia fuit collata cum libro
chartaceo prolato ex parte eorum qui erant A-
poſtolicæ ſedis veteris Romæ: & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten-
tia Theodori hæretici, ex dogmatica epiſtola ad
Paulum hæreticum, cujus eſt principium: *Quan-
do tempus quidem*. quæ ſic habet: Et præterea
,, anathematizo ſynodum Chalcedonenſem, &
,, tomum Leonis, & omnes qui dixerunt, vel
,, dicunt in uno Chriſto duas naturas poſt inef-
,, fabilem unionem, aut in duabus naturis eum
,, definiunt, & non ſentiunt ipſum eſſe unam
,, perſonam & unam hypoſtaſim & unam na-
,, turam Dei Verbi incarnatam, & unam ejus
,, operationem, convenienter doctrinæ divino- C
,, rum noſtrorum patrum. Hac itaque ratione
,, ſuſcipio etiam ſcriptum Unionis piæ memo-
,, riæ Zenonis ad anathematiſmum dictæ ſyno-
,, di Chalcedonenſis, & tomi Leonis. Quæ
quidem ſententia ſimiliter fuit collata cum li-
bro chartaceo prolato ex parte eorum qui erant
ſedis Apoſtolicæ veteris Romæ & convenit.

Præterea lecta fuit ex eodem codice ſenten-
tia Pauli hæretici, ex epiſtola ad dictum Theodo-
rum cujus eſt principium: *Non nunc primum; ſed
multo retro tempore boni inimicus*: quæ ſic habet:
,, Quando ergo curioſe indagamus modum ſu-
,, ſceptæ humanitatis, duo quæ inter ſe invi-
,, cem non ſunt ejuſdem eſſentiæ, videt ut-
,, que omnino noſtra intelligentia. Concurrens D
,, autem veræ unionis cogitatio, non amplius
,, utique duos; ſed unum compoſitum pronun-
,, ciat Servatorem Chriſtum, qui eſt idem
,, ejuſdem cujus Pater eſſentiæ, quod attinet ad
,, divinitatem, & idem ejuſdem cujus nos ho-
,, mines eſſentiæ, quod attinet ad humanita-
,, tem: idem facit miracula & patitur, divine
,, & humane loquitur, & unam ejus tanquam
,, unius operationem. Et paulo poſt. Leonis
,, itaque tomum vocat columnam orthodoxæ
,, fidei, & ad fidem & declarationem eorum
,, quæ ſibi videntur vult accipere, qui eviden-
,, tiſſime Chriſtum ſecat poſt unionem dyade
,, naturarum: earumque formas, voceſque &
,, operationes & omni ex parte perfecta pro- E
,, prietates numero pares dividit. Nec ergo vi-
,, ros illos patiemur, quique non conſiſtunt, &
,, valde indoctas ei aſſerunt defenſiones; & tan-
,, tum abſunt, ab iis quæ in ipſa ſita ſunt, ut
,, ea ipſa ipſam perimant. Quæ quidem duæ
ſententiæ ſimiliter fuerunt collatæ cum libro
chartaceo, prolato ex parte eorum qui ſunt
ſedis Apoſtolicæ Romæ veteris. & convene-
runt.

Theodorus & Georgius religioſiſſimi presby-
teri, & Joannes religioſiſſimus diaconus qui vi-
cem gerebant ſanctiſſimi Papæ Romæ veteris
A Agathonis, dixerunt: Petimus a veſtra pietate,
ſanctaque & œcumenica ſynodo, ut legatur a-
ctiſque inſeratur Apollinaris quoque hæretici
ſententia ex libro ejus dubitationum, ex libro
hujus venerandi patriarchii, quæ a nobis non
fuit inſerta in nunc lecto codice: quæ conve-
nit ſententiæ Macarii & Stephani, de una vo-
luntate & una operatione.

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſyno-
dus dixerunt: Quod a piis viris fuit petitum,
fiat. Et prolatus fuit hic liber chartaceus bi-
bliothecæ hujus venerandi patriarchii, cujus
erat inſcriptio: *Dubitationum Apollinaris*: cujus
erat principium: *Vita cauſa viventium*. Sic au-
tem habet ſententia: Deus ſuſcepto inſtrumen-
B to, & Deus eſt quatenus operatur, & homo
quod attinet ad inſtrumentum. Deus autem
manens * non mutat. Inſtrumentum, & ei
quod movet innatum eſt ut unam efficiat ope-
rationem. Si autem una eſt operatio, una eſt
etiam eſſentia. Una eſt ergo eſſentia Verbi,
& inſtrumenti.

* Leg. non mutatur. Inſtrumento, & ei

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſyno-
dus dixerunt: Superius memorati Petrus, &
Theodorus, & Solomon, & Antonius, religioſi
epiſcopi, Georgiuſque & Dionyſius, Anaſta-
ſiuſque & Stephanus, religioſi diaconi, & Ana-
ſtaſius & Georgius reverentiſſimi monachi, a
ſe promiſſos ſuæ fidei libellos jurati tradant.
Et ſuper corporalia propoſita intemerata Dei
C evangelia jusjurandum deponentes iidem reli-
gioſi epiſcopi, & reverentiſſimi clerici & mo-
nachi, tradiderunt ejuſdem exempli libellos.
Et lecti ſunt, qui ſic habebant ad verbum:

Sanctæ œcumenicæ ſynodo, quæ juſſu pii &
a Deo electi domini noſtri, & magni victoris
imperatoris Conſtantini, convenit nuper in hac
a Deo cuſtodita & regia civitate, in imperato-
rio ſecreto quod vocatur Trullus, libellus de-
clarationis compoſitus & traditus a me Petro
indigno epiſcopo Nicomedienſium metropolis
provinciæ Bithynorum. Quoniam quæſivit ve-
ſtra a Deo inſpirata & veneranda ſynodus,
quid teneam de orthodoxa & inculpata noſtra
Chriſtianorum fide, & de incarnata œconomia
D magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti,
qui eſt unus ſanctæ & conſubſtantialis ac vivi-
ficæ Trinitatis: ea de cauſa præſentem ſcriptis
mandatam declarationem compoſui, quam tra-
do ſanctæ & œcumenicæ veſtræ ſynodo, quæ
ſic habet ut ſubjungitur.

Credo in unum Deum Patrem omnipoten-
tem, factorem cœli & terræ, viſibiliumque om-
nium, & inviſibilium. Et in unum Dominum
Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, ex
Patre genitum ante omnia ſæcula. Eundem
in noviſſimis diebus, propter nos & propter
noſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlis, & incar-
natum eſſe ex Spiritu ſancto, ex ſancta glorio-
ſa Deipara & ſemper Virgine Maria: quam
E quidem proprie & vere confiteor Deiparam; ut
quæ ipſum Dei Filium, & Verbum in noviſſi-
mis temporibus ſecundum carnem genuerit,
Deo & Patri conſubſtantialem ſecundum divi-
nitatem, & eundem nobis conſubſtantialem ſe-
cundum humanitatem: & in omnibus nobis ſi-
milem abſque peccato, carne patibilem, divi-
nitate impatibilem, perfectum in divinitate, &
perfectum eundem in humanitate: Deum vere,
& hominem vere, eundem ex anima rationa-
li, & corpore: qui ex duabus naturis, divini-
tate, & humanitate, & in duabus perfectis na-
turis, etiam poſt ineffabilem & inſeparabilem

unio

ANNO CHRISTI 680

unionem, inconfuſe, immutabiliter, inſeparabiliter, individue cognoſcitur: nequaquam ſublata naturarum differentia per unionem quæ eſt in hypoſtaſi: immo vero ſervata proprietate utriuſque naturæ, & concurrente in unam perſonam & unam hypoſtaſim: qui non in duas perſonas ſcinditur, aut dividitur. Sed unum & eumdem Filium Unigenitum, Deum Verbum, Dominum Jeſum Chriſtum confiteor. Neque enim quartæ perſonæ additionem ſuſcepit ſancta Trinitas, etiam incarnato uno ex ea Deo Verbo: ſed in virginali utero impolluto Deiparæ & ſemper Virginis Mariæ inhabitans, arcane ex ipſa in propria hypoſtaſi carnem ſibi eſt fabricatus, rationali & intelligenti anima animatam. Quamobrem & ejus duas confiteor generationes, unam quæ eſt ante ſæcula ex Deo & Patre ſecundum divinitatem, & alteram ex eadem ſancta Virgine & Deipara Maria ſecundum carnem, & recentem. Manens enim id quod erat, factus eſt citra mutationem id quod non erat; & ſic unam ejus hypoſtaſim compoſitam annuncio, neutra natura mutata propter unionem, neque rurſus ſuſcipiente ſectionem hac ineffabili unione. Quæ enim per compoſitionem ſeu per hypoſtaſim fit unio, & confuſionem repellit & diviſionem: & ſervat quidem utriuſque naturæ proprietatem, unam autem perſonam Dei Verbi etiam cum carne oſtendit. Unde etiam duas ejuſdem unius Domini noſtri Jeſu Chriſti naturales voluntates, & duas naturales operationes confiteor, prout continent ſententiæ ſanctorum & eximiorum patrum, quæ ſunt inſertæ in relatione miſſa ad pium & a Deo ſtabilitum noſtrum dominum, & magnum victorem Imperatorem, ab Agathone ſanctiſſimo & beatiſſimo Papa Romæ veteris. Et ut ſemel dicam, conſentio & ſequor omnia capita, quæ continentur in dicta relatione ejuſdem ſanctiſſimi viri, & in altera relatione ſynodi quæ fuit apud ipſum. Præterea autem confiteor eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum, qui eſt unus ex ſancta conſubſtantiali & vivifica Trinitate; ſua ſponte pro nobis eſſe crucifixum ſub Pontio Pilato, paſſumque eſſe & ſepultum, & reſurrexiſſe tertio die ſecundum ſcripturas, & in cœlos aſcendiſſe: & ſedentem ad dexteram Patris, rurſus venturum eſſe cum gloria judicaturum vivos & mortuos, cujus regni non erit finis: exſpecto reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi. Amen.

Suſcipio autem, & amplector ſanctas & œcumenicas quinque ſynodos: nempe Nicænam trecentorum decem & octo ſanctorum patrum: & eam quæ in hac Deo cuſtodita & regia civitate eſt habita, centum & quinquaginta ſanctorum & beatorum patrum: & priorem Epheſinam ducentorum ſanctorum patrum. & Chalcedonenſem ſexcentorum triginta ſanctorum patrum: & quæ tempore Juſtiniani piæ memoriæ Imperatoris rurſus convenit in hac a Deo cuſtodita & regia civitate ſanctam quintam ſynodum. In omnibus autem ſervo, & amplector quæ ſunt decreta & definita ab ipſis ſanctis quinque ſynodis: & quos ſuſcepit, ſuſcipio, & quos condemnarunt & anathematizarunt rejicio & anathematizo omnes eos etiam, qui unam operationem & unam voluntatem prædicarunt aut prædicant, aut ſunt prædicaturi, in incarnata œconomia unius ex ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri. Hanc ergo piæ & orthodoxæ noſtræ Chriſtianorum fidei declarationem compoſui per alterum ſcriptam menſe Martio, indictione nona. *Subſcripſit*: Petrus indignus epiſcopus Nicomedienſium metropolis provinciæ Bithynorum, conſentio & perſevero in omnibus quæ continentur in præſenti libello declarationis: & confitens ut ante dictum eſt, ſicut duas naturas, ita etiam duas naturales voluntates, & duas naturales operationes in incarnata œconomia unius ex ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei: & anathematizans omnes, qui dicunt unam voluntatem & unam operationem in ejus divinitate & humanitate, ſubſcripſi, menſe Martio, indictione nona. Et reliqui cum eo tradiderunt ſimiliter.

ACTIO IX.

Georgius religioſiſſimus presbyter & apocriſiarius Theodori ſanctiſſimi legati ſedis Hieroſolymitanæ, dixit: Peto a veſtra pietate, ſanctaque & œcumenica ſynodo, ſynodales literas Sophronii ſanctæ memoriæ archiepiſcopi Hieroſolymitani, ab ipſo quidem miſſas ad Sergium, qui tunc erat patriarcha hujus regiæ & a Deo cuſtoditæ civitatis, ab eo autem non acceptas, quas habeo in manibus, legi, ut diſcernatur, an orthodoxæ ſcriptæ ſint, an non.

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus dixerunt: Altero die fiat earum productio, & lectio.

## ACTIO DECIMA.

### TOMUS VI.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri, imperii, &c. xx. menſis Martii, indictione ix. Præſidente, &c. Cum autem ſediſſent glorioſiſſimi Patricii & conſules; & omnes ſanctiſſimi & religioſiſſimi epiſcopi, per ordinem, in eodem Trulli ſecreto, in medio propoſitis ſanctis & intemeratis Chriſti Dei noſtri evangeliis:

Conſtantinus religioſiſſimus archidiaconus hujus ſanctiſſimæ & apoſtolicæ eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum notariorum ſanctiſſimi patriarchæ hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis Georgii dixit.

Diſcernere ſolita eos qui recta ſentiunt & prædicant dogmata, ab iis qui non recte confitentur quæ ſunt œconomiæ unius ex ſancta Trinitate Chriſti veri Dei noſtri, veſtra pia ſerenitas, & ſancta & œcumenica veſtra ſynodus, ſcit quod in præcedenti actione Georgius religioſiſſimus presbyter monachus & apocriſiarius Theodori ſanctiſſimi legati ſedis Hieroſolymitanæ, accedens petiit a veſtra pietate & ſancta veſtra ſynodo, ſynodales literas Sophronii ſanctæ memoriæ archiepiſcopi Hieroſolymitani in medium proferri & legi, & vos earum accipere cognitionem & indicare an ſint orthodoxæ: & in hodiernum diem diſtulimus.

Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Legatur quæ jam ſunt acta. & lecta ſunt. Conſtantinus pius Imperator & ſancta ſynodus dixerunt: Georgius reverentiſſimus presbyter monachus & apocriſiarius ſanctiſſimi legati ſedis Hieroſolymitanæ, proferat, ſicut petiit, ſynodales literas, quarum fecit mentionem, Sophronii qui fuit archiepiſcopus Hieroſolymitanus, & fiat earum lectio. Et prolatus fuit liber habens literas ſynodales ejuſdem ſanctæ memoriæ Sophronii. Quem cum accepiſſet Agatho reverentiſſimus lector & notarius ſanctiſſimi archiepiſcopi hujus a Deo cu-

ACTIO X

ANNO CHRISTI 681.

Epiſtola ſynodica Sophronii Hieroſolymitani Patriarchæ.

ſtoditæ & regiæ civitatis legit: ſic habens ad verbum:

„ Domino omnium ſanctiſſimo & beatiſſimo fratri & comminiſtro Sergio archiepiſcopo & patriarchæ Conſtantinopolitano, Sophronius inutilis ſervus ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis.

„ Papæ! Papæ! Beatiſſimi, quam eſt mihi nunc grata quies, & longe quam prius gratior, ex quo a quiete remota ab omnibus negotiis, veni ad turbam negotiorum, & quibuſdam terrenis fluctibus exhaurior! Papæ! Papæ, o venerandi, quam mihi nunc; vel minima voluptas priori eſt non parum jucundior, ex quo ex ſtercore & terra, ineffabilique & maxima humilitate, ad ſedem aſcendi pontificalem; & video multos fluctus adjunctos, & fluctus ſequens periculum! Non enim tam jucunde cernuntur quæ ſunt jucundiſſima ante injucundorum experientiam & cognitionem, ut quando apparent poſt experientiam & inſultum moleſtorum. Sic ſanitas eſt maxime deſiderabilis iis qui ægrotant poſt ſanitatem; ſic tranquillitas eſt jucunda iis qui poſt tranquillitatem agitantur tempeſtate; ſic divitiæ ſunt amabiles iis qui paupertate laborant poſt divitias. Et ſic videri poſſunt omnia, ipſa quidem eſſe & manere in naturali & eſſentiali qualitate, qualia apparebant ante experientiam contrariorum: fieri tamen ſpecioſiora poſt eorum cognitionem, & iis qui ea ſuſceperunt longe pretioſiora, & etiam magis deſiderabilia ac delectabilia. Atque in hoc nobis ſuffragabitur Job inclytus qui præclariſſime utraque eſt expertus: & qui rectam fert ſententiam, juſtus fuerit judex eorum quæ dicuntur, nos præcedens, inflexibileque & incorruptum proferens judicium. Quid ergo dicit Athleta ille indomitus, jucundorum paſſus mutationem, & obrutus moleſtiis? *Qui* [Job 29] *me poſuerit in menſe priorum dierum, quibus me Deus cuſtodit? ut quando lucebat lucerna ejus ſuper caput meum, quando lumine ejus ambulabam in tenebris, quando eram plenus ovibus, quando Dominus faciebat viſitationem domus meæ, quando filiis valde abundabam, in circuitu autem filii; quando ſpargebantur viæ meæ butyro, montes autem mei ſpargebantur lacte; quando ambulabam matutinus in civitate, in plateis autem ponebatur ſella mea? Videntes me adoleſcentes abſcondebantur: ſenes autem aſſurrexerunt, locupletes autem ceſſarunt loqui, ori digitum imponentes: illi autem audientes me beatum dixerunt.* Merito ergo ego quoque, o beatiſſimi, cum Job athleta clamabo; bona quæ mihi aderant memoria repetens: Tranquilla vita & quieta hæc erant, & humilitas quæ nullum fluctum cognoſcebat. Quis me poſuerit in mente priorum dierum, quibus me Deus ſervabat non afflictum; ut quando lucebat lucerna ejus ſuper caput meum, vitam agentis pacificam & nullis agitatam fluctibus, quando lumine ejus ambulabam in tenebris, quando quietis botros vindemiabam, quando tranquillitatis plenus eram fetibus, quando imperturbationis oblectabar germinibus, quando ſecuritatis exſultabam floribus, quando metus vacuitatis coronabar corollis, quando negotiorum vacuitatis paſcebar gratiis, quando fruebar terrena paupertate, quando a periculo remoti ſterquilinii arabam ſulcos, quando fluctibus non agitatæ mendicitatis maria navigabam, quando humilis caſæ delectabar pulcritudine, quando vilis diætæ manna veſcebar mellifluo: alter quidam Iſrael ipſe & contemplans, & pacificis fruens in cæleſtibus deliciis abſque murmuratione & ingrato animo.

„ Cum ergo hæc & his amplius, o ſapientiſſimi, in me infeliciſſimum magna neceſſitate & vi, religioſis clericis & reverentibus monachis & fidelibus laicis, & omnibus civibus ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis me manu cogentibus & tyrannidem in me exercentibus, facta ſint, neſcio quibuſnam judiciis; vos ſacroſanctos rogo & oro, non ſolum ut puris ad Dominum precibus mihi opem feratis ſæculi agitato fluctibus & venienti in periculum, & confirmetis imbecillitate animi labeſcentem; ſed etiam a Deo inſpirata doctrina deducatis ad aggrediendum ea quæ ſunt agenda: partim quidem ut patres & qui me genuiſtis, partim autem ut fratres & conſanguinei. Vos ergo mihi paterne & fraterne date petitiones quæ ſunt juſtæ: & ego veſtris inſiſtam veſtigiis: & connexione vobiſcum conjunctus ingrediar, qua fides colligat eos qui idem ſentiunt: & ſpes collaudat eos qui recta ſentiunt: & caritas ſimul alligat eos, qui quæ Dei ſunt ſentiunt. Quorum funiculus unus eſt triplex, & ex his tribus divinis virtutibus contextus, nec ſcit ſolutionem; neque ſubit fractionem, neque ſuſcipit ſeparationem: ſed eſt vere infractus, ad unam cogens pietatem eos qui divina diteſcunt connexione. Quoniam autem apoſtolica & vetus traditio obſervatur in omnibus eccleſiis quæ ſunt in univerſo orbe terrarum, ut qui deducuntur ad pontificatum, iis qui ante ipſos adminiſtrant pontificatus, omnino ſincere exponant, quomodo ſentiant & quæ ſit eorum fides, quam Paulus ſapientiſſimus eis admodum caute tradidit, ne in vanum ſint eorum curſus; inanis enim eſſet omnis eorum curſus, ſi fidei aliqua in re fieret injuria. Vix enim ille divinus qui Dei voces audivit, & ipſum cælum habuit ludum in quo diſceret, & paradiſi fuit ſpectator ante tempus, & audivit verba hominibus aliis ineffabilia, timebat & contremiſcebat; &, ut ipſe dicit, metuebat ne cum aliis prædicaſſet ſalutarem Chriſti prædicationem, ipſe fieret reprobus. Unde etiam Hieroſolymam aſcendit cæleſtis Chriſti diſcipulus, & divinis qui ipſum præcedebant ſe ſubmiſit diſcipulis: & evangelicam quam prædicabant doctrinam iis qui aliis videbantur præſtare ſignificavit, & eis communicavit: ſibi concilians ac procurans ſecuritatem dogmatis, & iis qui poſt ipſum doctrinam ejus ſuſcipiebant: & factus eſt omnibus exemplum ſalutis optimum iis, qui volunt ſequi ejus veſtigia.

„ Ergo nos quoque huic mori ſervientes, & pulcherrimam legem exiſtimantes quidquid a veteribus decenter factum eſt, apoſtolico maxime facto corroboratum; quænam ſit noſtra fides ſcribimus, & vobis in iis quæ ſunt Dei ſapientibus, mittimus ad probationem: ne videamur æternos terminos movere, quos poſuerant patres noſtri: ut qui non ſolum ſcitis ab adulterinis proba diſcernere dogmata: ſed etiam ea quæ deſunt, ſupplere, per perfectam in Chriſto dilectionem optime poteſtis. Accedo ergo illa dicturus, quæ ab initio in ſancta & catholica eccleſia natus & educatus ſentienda accepi a teneris unguicu-

lis,

„ lis, & quæ a vobis audivi divinitus inſpiratis.

„ Credo ergo, o beati, ſicut ab initio credidi, in unum Deum Patrem omnipotentem, omnino principii expertem & æternum, factorem omnium viſibilium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, qui æterne & impaſſibiliter ex ipſo Deo genitus eſt & Patre, & non cognoſcit aliud principium quam Patrem; ſed nec aliunde quam ex Patre habet hypoſtaſim: qui eſt lumen de lumine conſubſtantialis, Deus verus, de Deo vero, coæternus. Et in unum Spiritum Sanctum, qui ex Patre procedit: qui lumen & Deus ipſe quoque cognoſcitur, & eſt Patri & Filio vere coæternus, conſubſtantialiſque & ejuſdem generis, ejuſdemque eſſentiæ, & naturæ ſimiliter & divinitatis: Trinitatem conſubſtantialem, honore & ſede parem, cognatamque & gloria æqualem, quæ ad unam in ſumma reducitur divinitatem, & cogitur in unam communem dominationem, abſque perſonali confuſione & extra hypoſtaticam contractionem. Nam Trinitatem credimus in unitate, & unitatem glorificamus in Trinitate: Trinitatem quidem tribus hypoſtaſibus, unitatem autem in eo quod ſit unica divinitas. Nam & ſancta Trinitas eſt numerabilis perſonalibus hypoſtaſibus, & ſanctiſſima unitas extra omnem numerationem. Et ea quidem individuam habet diviſionem, & fert quæ confundi non poteſt conjunctionem. Nam numerabilibus diviſa hypoſtaſibus, & perſonalibus numerata diverſitatibus, unita eſt in eo quod ſit eadem eſſentia & natura: & perfectam admittit diviſionem, unitaſque eſt unica & non conjugata, & omnem effugit numerationem, quod attinet ad eſſentiam. Unus enim Deus nobis appoſite & convenienter creditur, quoniam una quoque divinitas dilucide prædicatur, etiamſi in Trinitate perſonarum cognoſcitur. Et unus Dominus nobis annunciatur; quoniam una quoque dominatio firmiter dignoſcitur, etiamſi oſtendatur in tribus hypoſtaſibus: neque Deus ille eſt unus Deus & una divinitas, diviſus & diſpertitus in tres Deos, aut ad tres redactus divinitates: neque quatenus unus Dominus eſt unus Dominus, eſt disjunctus & in tres dominos dilatatus, aut extenſus ad tres dominationes. Arrianorum eſt hæc impietas, in inæquales Deos Deum unum diſſecans, & in diſſimiles divinitates unam partiens divinitatem, & in tres diverſi generis dominationes unam ſcindens dominationem. Neque quatenus Trinitas unus Deus eſt & cognoſcitur, & tres hypoſtaſes prædicatur, & in tribus perſonis colitur, & Pater & Filius, & Spiritus ſanctus dicitur, contractus aut compoſitus aut confuſus, & in unam coaleſcens hypoſtaſim, & concreſcens in unam quæ non numeratur perſonam. Sabellianorum eſt hæc pravitas, tres hypoſtaſes in unam confundens hypoſtaſim, & in unam tres perſonas commiſcens. Ubi enim eſt Trinitas, o impii, ſi ad unum, ut vos vultis, deducatur Trinitas, & concurret ad unam confuſam hypoſtaſim? Aut ubi unitas, o inſaniſſimi, ſi ad tres eſſentias reducatur unitas, & ad tres extendatur natura? Eſt enim utrumque impium apud orthodoxos, & omnino lapſum a pietate, & unitas in hypoſtaſi, & Trinitas in naturis: nam illud quidem ſtatim reducitur ad Judaiſmum, & eum qui id dicit ſecum ſimul abducit: hoc autem devolvitur ad errorem gentilium, & eum qui dicit ſecum ſimul devolvit. Et vel omnino fit gentilis, qui hoc cum Arrio inſane loquitur: vel Judæus redditur, qui cum Sabellio illud impie admittit. Et ideo recte decretum eſt a theologis, ut nos quidem unitatem ſentiamus in una & unica divinitate, & in eo quod ſit unica eſſentialis & naturalis dominatio: Trinitatem autem in tribus inconfuſis hypoſtaſibus & differentia perſonalis, quæ eſt in ternario numero diverſitatis ut neque unum maneat Sabellii quod omnino unum conſideratur, & omnem hypoſtaticam declinat multitudinem neque tria extollant Arrium in Trinitate ſolummodo intellecta, & omnem unitatis vocem repellentia divinitatis & eſſentiæ & naturæ.

Confer.

„ Quomodo ergo didicimus unum Deum ſentire, ita etiam accepimus unam confiteri divinitatem: & quomodo tres hypoſtaſes colere didicimus, ita etiam tres glorificare perſonas ſumus eruditi. non alium unum Deum cognoſcentes præter tres perſonas, neque tres Trinitatis conſubſtantiales perſonas, quæ ſunt Pater Filius & Spiritus ſanctus, alias præter unum Deum ſcientes: & propterea unum tres illas in quibus eſt divinitas prædicamus; & tres illas unum, quarum eſt divinitas, annunciamus: vel ut accuratius dicam & maniſeſtius, quæ ſunt & cognoſcuntur divinitas. Idem enim & eſt unum, & tria creditur, & tria glorificatur: & unum vere annunciatur; & neque unum, quatenus eſt unum tria accipitur; neque tria, quatenus eſt Trinitas, unum audiuntur: quod eſt admirabile & revera plenum omni ſtupore: Idem enim eſt & numerabile, effugit numerationem. Numerabile quidem trinis ſuis hypoſtaſibus, unitate autem divinitatis effugiens numerationem: ejus enim eſſentiæ & naturæ unitas non patitur omnino numerari: ne & tibi differentiam inferat divinitatis; & deinceps eſſentiæ & naturæ monarchiam efficiat deorum multiplicitatem. Omnis enim numerus ſecum cohabitantem habet differentiam: & omnis differentia & diſcretio ſimul quoque numerum inducit comitantem. Numeratur ergo beata Trinitas, non eſſentiis & naturis & diverſis divinitatibus, aut tribus dominationibus: abſit. Tanquam Arriani inſaniunt, qui novæ triplicis divinitatis rabie laborantes, tres exiſtimant eſſentias, & naturas tres, & tres dominationes, & ſimiliter tres nove dicunt divinitates: ſed hypoſtaſibus & proprietatibus intelligentibus perfectis per ſe conſiſtentibus, numero dividuis & non dividua divinitate. Dividitur enim individue ſanctiſſima Trinitas, & diviſim rurſus conjungitur Perſonis habens diviſionem, manet individua & inſectilis eſſentia & natura, ſimiliter autem etiam divinitate. Et propterea neque tres Deos dicimus: neque tres naturas glorificamus in Trinitate; neque tres eſſentias in ea prædicamus; neque tres confitemur divinitates, non ejuſdem non diverſæ eſſentiæ, non ejuſdem non diverſi generis: nec quæcumque monadice in ea prædicantur, ad multitudinem deducere ſinimus; aut aliqua ejus unitatem dividere concedimus. Sed neque tres aliquos Deos ſcimus, aut tres aliquas naturas, aut tres aliquas eſſentias, aut tres al-

„ aliquas divinitates novimus: non unius generis non diverſi, non unius non diverſæ ſpeciei. Sed neque omnino Deos, aut naturas aut eſſentias aut divinitates cognovimus, aut cognoſcentes novimus: ſed cum qui habet, aut ſentit, aut cognoſcit, anathemate fecimus. Nos enim unum principium, unam ſcimus divinitatem, unum regnum, unam poteſtatem, unam virtutem, unam operationem, unam voluntatem, unam dominationem, unam motionem, ſive omnium, quæ ſunt poſt ipſam creatricem, ſive eis providentem, ſive ea conſtituentem & conſervantem: unam æternitatem, & quæcumque unica & non conjugata, unius eſſentiæ & naturæ, ſunt in tribus perſonalibus hypoſtaſibus; neque confundentes hypoſtaſes & eas ad unam deducentes hypoſtaſim; neque unam partientes eſſentiam, & eam in tres eſſentias diſſecantes, & propterea unam dividentes divinitatem; ſed eſt unus Deus una divinitas relucens in tribus hypoſtaſibus, & tres hypoſtaſes & perſonæ, quæ cognoſcuntur in una divinitate.

„ Propterea perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus ſanctus: quoniam eandem & unam unaquæque perſona, individuam perfectamque & cui nihil deeſt, habet divinitatem. Et ut Deus quidem, idem conſiſtit unaquæque per ſe conſiderata, mente ſeparante quæ ſunt inſeparabilia. Ut autem Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, aliud, & aliud, & aliud dicitur: Et hinc ea ab iis quos Deus inſpiravit prædicantur, Deus, & Deus, & Deus: ſed tria unus Deus. Non enim alius Deus Pater, neque alius Deus Filius, neque alius rurſus Deus Spiritus ſanctus: quoniam neque alia natura Pater, neque alia natura Filius, neque alia rurſus natura Spiritus ſanctus. Hoc enim & multos & diverſos Deos machinatur, multaſque & diverſas parit divinitates. Sed Deus quidem Pater, Deus autem Filius, ſimiliter autem Deus quoque Spiritus ſanctus: utpote una individue & citra delectum tres perſonas implente divinitate, ut quæ ſit integre & perfecte in unaquaque. Divinitas enim non ſubit diviſionem, & eſt in tribus perſonis plene & perfecte, non diviſim ſeu ex parte implens perſonas, ſed in unaquaque exiſtens pleniſſime & una permanens, etiamſi in tribus perſonis appareat, & ad divinitatum non excurrens multitudinem, etiamſi ſit in tribus hypoſtaſibus; ne aliquam corpoream patiatur diviſionem quæ vere eſt impatibilis & incorporea, & neſciens pati quæ ſunt propria creaturæ.

„ Eſt ergo Pater cum eo quod eſt Deus, Pater, & neque Filius, neque Spiritus Sanctus. Sed eſt in eſſentia & ſecundum naturam quod Filius & Spiritus ſanctus. Et eſt Filius cum eo quod eſt Deus, Filius, & neque Pater, neque Spiritus ſanctus; ſed id quod Pater ſecundum naturam prædicatur, & cernitur in eſſentia id quod Spiritus ſanctus: & eſt Spiritus ſanctus cum eo quod eſt Deus, Spiritus ſanctus, & neque conſideratur ut Pater, neque accipitur ut Filius. Sed id quod Pater in eſſentia creditur, eſt eſſe id quod Filius exſultat ſecundum naturam; illud quidem propter naturam & eſſentiæ identitatem & cognationem exſiſtentiæ, hoc autem propter diverſas trium proprietates, & quæ citra confuſionem unicuique perſonæ characterem tribuunt proprietatum diſſimilitudinem. Quomodo enim habet unuſquiſque quod eſt Deus, ita ut ab eo non poſſit excidere: ita etiam characteriſticam perſonæ proprietatem, immutabilem ſortitus eſt & immobilem quæ adeſt ei ſoli & ab aliis perſonis eam diſcernit. Credo etiam ejuſdem naturæ, honoreque & ſede parem conſubſtantialem Trinitatem, quæ confundi non poteſt. Eſt ergo Trinitas Trinitas, non ſolum perfecta divinitatis unius perfectione, ſed etiam ſupra modum perfecta & ſere dixerim Deum ſuperans gloria & æternitate & regno; non diviſa; neque abalienata. Neque ergo creatum aliquid aut ſervum in Trinitate, neque introductitium, ut quod prius quidem non eſſet, poſtea autem ſubierit. Neque ergo Patri defecit Filius, neque Filio Spiritus; ſed eſt ſemper immutabilis & inalterabilis ipſa Trinitas.

„ Et de ſancta quidem, & conſubſtantiali, æternaque, & principali, & omnium creatrice & regina Trinitate quomodo ſentiam, eamque glorificem & colam, quam potui breviſſime & aperiſſime vobis expoſui. Neque enim de his plura conceſſit dicere ſynodalium litterarum brevitas. Quomodo autem de unius ex eadem omni ex parte veneranda Trinitate, Dei Verbi & Filii benigna & admirabili incarnatione, idem eſt autem dicere ſumma exinanitione, & ad nos in terra degentes divino & deifico deſcenſu, ſentiam, & prædicandum a ſanctis & a Deo ſicut vos inſpiratis patribus acceperim, tanquam coram ipſa Veritate quæ univerſa intuetur, has ſynodales literas ſcribens, expono & mitto ad veſtras aures ſapientiſſimas.

„ De ea ergo credo, o viri diviniſſimi, quod Deus Verbum, Patris unigenitus Filius, qui ante omnia ſæcula impatibiliter ab ipſo Deo & Patre eſt genitus, per ſuam clementiam miſertus humanum noſtri lapſus, ſua ſponte & Dei Patris voluntate, & Sancti Spiritus divino aſſenſu, a ſinu Patris non ſeparatus, ad nos humiles & abjectos deſcendit. Eſt enim ſicut ejuſdem voluntatis cujus Pater & Spiritus ſanctus, ita etiam infinitæ eſſentiæ & naturæ: circumſcriptione minime ſuſtinens, aut loco ad locum ſicut nos tranſitum, ſecundum naturam ſolitus divinam agere operationem: & concubitus expertem uterum, qui virginitatis reſplendebat caſtitate, Mariæ ſanctæ, honeſtæ ac divinæ, & ab omni inquinamento liberæ ingreſſus, tunc & corpore, & anima, & mente incarnatur qui erat expers carnis: & noſtram formam ſuſcipit, qui quod ad divinam attinet eſſentiam, nec figuram nec formam poteſt ſuſcipere: & fit ſicut nos corporatus, qui eſt incorporeus, & homo fit revera, qui Deus ſemper cognoſcitur; & alvo materna continetur, qui in ſinu æterni Patris oſtenditur; & qui eſt expers temporis, temporale principium ſuſcipit: non phantaſia & viſione hæc omnia factus, ut videtur deliris Manichæis & Valentinis; ſed revera totum ſeipſum exinaniens, paterna & propria voluntate: & notam noſtram maſſam aſſumens, carnem, inquam, ejuſdem cujus noſtra eſſentiæ, & animam ratione præditam ejuſdem generis cujus noſtræ animæ, & mentem menti noſtræ ſimilem; his enim homo eſt & cognoſcitur, & homo revera factus eſt

ex

„ ex ipſa ſumma in ſanctiſſima Virgine conceptione. Homo enim dici voluit, ut ſimili expurgaret ſimile, & cognato ſervaret cognatum, & congenito illuſtraret congenitum. Propterea ſancta Virgo ſumitur: & corpore & anima ſanctificatur: & ſic ſubſervit incarnationi Creatoris, ut pura, caſta, & immaculata.

„ Incarnatur ergo Verbum & Deus ſicut nos; non prius factus carnis co[illegible], aut prius formato & ita prius exſiſtenti corpori contextus, aut cum anima quæ prius exſiſtebat compoſitus: ſed tunc ad ea accedens ut exſiſterent, quando cum eis ipſe Verbum Deus compoſitus fuit naturaliter: habentia tempore æqualem cum exſiſtentia unionem, & non ante veriſſimam cum Verbo congreſſionem per ſe unquam exſiſtentia, & quæ non fuerunt omnino alicujus alterius hominis nobis ſimilis: ſed habuerunt concurrentem cum naturali Verbi congreſſione exſiſtentiam; & nec ante illam quidem fuerunt vel uno jactu oculi, ut murmurat Paulus Samoſatenus & Neſtorius. Simul enim caro, ſimul Dei Verbi caro: ſimul caro animata rationalis, ſimul Dei Verbi caro animata rationalis. In ipſo enim & non per ſe habuit exſiſtentiam. Nam ſimul cum Verbi conceptione hæc adducta ſunt ad conſiſtentiam, & ei unita ſunt per hypoſtaſim, ſimulatque adducta fuerunt ad conſiſtentiam, quæ eſt vera & individua: neque patitur ſectionem, neque admittit mutationem, nec confuſionem: ab ipſo producta, & in ipſo conſiſtentia, & cum eo compoſita, & nullo omnino tempore ſuæ conſtitutionis præcedentia inconfuſam & inſectilem cum eo compoſitionem.

„ Ex impollutis ergo & virginalibus ſanguinibus ſanctiſſimæ impollutæ Virginis Mariæ Verbum incarnatum, vere homo, & virginali geſtatus utero, cum tempus impleſſet legitimum in utero geſtationis, in omnibus naturalibus & peccatum non ferentibus hominibus nobis aſſimilatus, & noſtram affectionibus maxime obnoxiam non dedignans vilitatem, naſcitur Deus humano corpore, ſimiliter autem & figura, animam habente rationalem & incorpoream; ſicut ipſe in ſeipſo & non alius rationali animavit ſpiritu: & conſervat virginem eam quæ ipſum genuit, & eam proprie & vere oſtendit Dei parentem: etiamſi demens rumpatur Neſtorius, & ejus Dei hoſtis exercitus lacrymetur, lugeat, & lamentetur, & cum illo rurſus lanietur. Deus enim erat qui ex Virgine ſancta Dei parente Maria naſcebatur; & ſecundam propter nos & temporalem ſuſcipiebat generationem, poſt primam ejus & æternam, quæ eſt ex Patre, naturalem & ineffabilem generationem, etiamſi naſcebatur incarnatus, propter eam quæ eſt cum nobis ſimilitudinem, qui ſumus carnales: totus Deus celebratus, idem totus homo exhibitus. perfectus Deus idem cognitus, & idem cognitus homo perfectus; habebat enim unionem ex duabus naturis, divinitate & humanitate; & cognoſcebatur in duabus naturis, divinitate & humanitate. Neque enim unioni interceſſit mutatio aliqua aut commixtio: neque differentiæ & dyadi formarum ſeu eſſentiarum, poſt unionem acceſſit diviſio aut ſectio: etiamſi hoc male habeat inſanum Neſtorium, illud autem cruciet malignum Eutychem. Quæ enim ſunt inter ſe unita per hypoſtaſim, neque mutationem admittunt, neque cognoſcunt diviſionem: neque norunt quæ ſunt propria confuſionis, neque ſigna accipiunt ſectionis. Quod quidem, ut videtur, ignorans Eutyches & Neſtorius, & neſcientes quæ ſit vis unionis per quam Verbum eſt incarnatum, & caro animata & mente prædita fuit conſpecta: alter quidem jaculatur in mare confuſionis, alter autem ruit præceps in barathrum diviſionis; & propterea alter quidem confitetur ſe fugere dyadem naturarum, alter autem confiteri unam Dei Verbi naturam incarnatam reformidat, aut etiam ejus unam ejus compoſitam dicere hypoſtaſim metuit: timentes fugitivi, ubi non eſt metus.

„ Nos autem forti animo utriuſque horum ſervam expellentes amentiam, & ſuper pietatis petram ſtantes indomiti, & Verbi cum carne noſtra per hypoſtaſin, mente præditam & animatam prædicamus conjunctionem; & unum Chriſtum & Filium incarnatum Verbum colimus, & unam ejus hypoſtaſim dicimus compoſitam, & cum dicimus in duabus naturis: & duas ejuſdem Dei Verbi generationes credimus; unam quidem ex Deo Patre, quam & temporis expertem & æternam ſcimus; & ſecundam ex Deipara matre, quam & recentem ſcimus & temporalem: & unam Dei Verbi naturam in ipſo incarnatam glorificamus: ſed non ut Apollinaris, & Eutyches, & Dioſcorus dicunt; ſed ut ſapiens nobis tradidit Cyrillus. Et ſervari dicimus quæ ſunt propria naturarum, & eorum quæ ſunt unita annunciamus differentiam, quæ tanquam naturalis quidem dicitur & eſt qualitatis, in eſſentiali autem intelligitur & eſt qualitate. Et neque Neſtorianam timemus diviſionem, neque Eutychianam cavemus mutationem: quoniam neque ut ſtolide ſentiens Neſtorius, relativam unionem ex quæ dicitur honoris æqualitate, conſiliorumque ac voluntatum pari inclinatione ac identitate nugamur conjunctionem; neque ut furioſus Eutyches, per confuſionem quamdam & alterationem Dei Verbi & carnis animatæ, intelligenter, ſeu naturarum, & eſſentiarum, & formarum, inepte aſſerimus compoſitionem eorum, ex quibus facta eſt admirabilis in Chriſto conjunctio.

„ Regia itaque via & media ingredientes, & odimus confuſionem, & abhorremus ſectionem: ſolam autem amplectimur inconfuſam, ſimul & individuam divinitatis & humanitatis unionem: quam ſolus poteſt agnoſcere naturalis congreſſus per hypoſtaſim. Sic enim inter ſe unitæ divinitas & humanitas habuerunt, ut neque ſuſtineant mutationem, neque patiantur diviſionem. Ratio enim unionis, naturalis inquam, & in hypoſtaſi, (neque enim aliam in Chriſto præter hanc ſcio unionem,) non ignorat quidem differentiam, fugit autem omnino diviſionem, & conſervat immutabilia quæ concurrunt ad unionem, & eorum quæ ſunt unita non ſuſcipit diviſionem: & ideo ex divinitate, & humanitate, & ex duabus naturis Chriſtum nominantes eundem Deum & hominem, & ſecundum naturas duplicem prædicamus. Similiter autem etiam perfectum in divinitate, & eundem ſcimus perfectum in humanitate. Et ideo dogmate ſtatuimus eum & in duabus naturis, & ut Deum cum Patri conſub-

„ ſtantialem deſcribimus, & eundem ut homi- A nem matri nobiſque conſubſtantialem dicimus: viſibilem eundem & inviſibilem: creatum ſimiliter, & increatum: corporeum eundem & incorporeum: tactilem eundem & intactilem: circumſcriptilem eundem, & incircumſcriptilem: terrenum eundem & cœleſtem: eundem carnem rationaliter animatam, & divinitatem: eundem recentem & æternum: eundem humilem & ſummum, & quæcumque individue duplicis inveniuntur naturæ. Et alterum quidem ſemper fuit, ut qui æternam haberet naturam; alterum autem propter nos in noviſſimis temporibus factum eſt immutabiliter, ut qui naturam humanam aſſumpſerit. Si unio enim erat immutabilis & B individua, ſicut etiam eſt immutabilis & individuus, manent etiam inalterabilia quæ ſignificantur differentia, & individue reſplendent diverſitate. Naturæ hæc ſunt & eſſentiæ & formæ, ex quibus facta eſt unio ineffabilis, & in quibus unus idem Chriſtus conſpicitur; manet etiam unum id quod eſt unum ex ipſis effectum, non amplius bifariam diviſum, & ea ex quibus eſt oſtendens ſine ſectione & mutatione: id eſt, hypoſtaſis & perſona compoſita, ex inconfuſa conſiſtens commixtione & conjunctione quæ non novit diviſionem, & quæ ſortita eſt ut unum ſit & unum maneat individuum: & neque duo eſt unum quatenus eſt unum: neque con- C fundit & ad unam deducit unitatem naturalemque & eſſentialem identitatem ea ex quibus eſt compoſitus naturaliter, ſed iidem unum & duo cognoſcitur: unum quidem ex hypoſtaſi & perſona; duo autem ex naturis ipſis & naturalibus earum proprietatibus; ex quibus etiam ut unum eſſet eſt ſortitus, & conſervavit ut maneret duplex natura. Unde idem manens, unus Chriſtus, & Filius, & unigenitus, individuis cernitur in utriſque naturis, & utriuſque naturalis eſſentiæ operabatur operationem, convenienter utrique eſſentiali, quæ aderat, qualitati, aut etiam naturali æternitati. Quod quidem ſi unicam & minime conjunctam ha- D buiſſet naturam, ſicut hypoſtaſim & perſonam, non feciſſet; & non unus & idem eſſet operatus quæ ſunt utriuſque perfectæ naturæ. Quando enim divinitas expers corporis, corporis opera feciſſet naturaliter; aut quando corpus viduatum divinitate feciſſet actiones, quæ eſſentialiter cognoſcuntur divinitatis? Emmanuel autem cum eſſet unus, & ſimul utraque, nempe Deus & homo, utraque faciebat ex veritate naturæ: ex alio & alio faciens ea quæ fiebant; quatenus quidem Deus idem, divina; quatenus autem homo idem, humana: volens ſeipſum omnibus oſtendere, quod idem eſſet Deus & homo: & ideo idem divina ſimiliter facit & E humana, dicitque & loquitur: & non alius quidem fecit miracula, & alius fecit quæ ſunt humana, & paſſione paſſus eſt, ut vult Neſtorius: ſed unus & idem Chriſtus, & Filius, qui divina fecit & humana; ſed ex alio & alio, ut divinus affirmavit Cyrillus; quoniam in utriſque habuit poteſtatem inconfuſam & etiam individuam. Nam quatenus quidem idem erat Deus æternus, faciebat miracula: quatenus autem idem homo recens cognoſcebatur, faciebat humilia & humana. Quomodo enim in Chriſto utraque A natura cui nihil deeſt, ſervat ſuam proprietatem: ita etiam operatur utraque forma cum alterius ſocietate, id quod habuit proprium: Verbo quidem id quod eſt Verbi agente, cum ſocietate ſcilicet corporis: corpore autem faciente quæ ſunt corporis, Verbo ſcilicet participe actionis: & hæc quidem in una cognoſcuntur hypoſtaſi, & in una perſona conſiderantur, & exſecrandam repellunt ſectionem. Neque enim diviſim propria operabantur, ut ſuſpicemur earum diviſionem.

„ Ne propterea exſultet ſibi applaudens delirus Neſtorius, quod utraque forma in uno Chriſto & Filio cum alterius ſocietate agebat, id quod habuit proprium. Non enim B duos ſimul Chriſtos & Filios operantes glorificamus: unum quidem & ſecundum naturam Filium & Chriſtum admirabilia, alterum autem ſecundum gratiam Filium & Chriſtum abjectiora: etiamſi duas communiter operantes formas dogmate ſtatuamus, unamquamque ſecundum ſuam naturalem proprietatem; ſed unum & eundem Filium & Chriſtum, qui excelſa & abjecta operatur naturaliter, ex uniuſcujuſque duarum ſuarum naturarum naturali & eſſentiali qualitate, dicimus. Naturæ enim manentes immutabiles & inconfuſæ, & duæ perſpicue cognitæ, & non confuſe unitæ, non his omnino C erant privatæ, & oſtendebatur in una hypoſtaſi.

„ Ne temere exſiliant Eutyches & Dioſcorus, qui produxerunt impiam quæ non eſt confuſionem: ſed cum alterius ſocietate agebat unaquæque natura quod erat ejus proprium; & fugiens diviſionem, non cognoſcens mutationem, & ab altera cuſtodiens differentiam, infractamque ac indiſſolubilem ſocietatem ſervans & compoſitionem. Hinc pie nos gerentes, & in orthodoxæ fidei finibus conſiſtentes, quomodo unum & eundem Chriſtum & Filium utraque operari dicimus, quoniam idem eſt Deus & homo, & nullam cogitamus diviſionem: ita nec u- D tramque formam cum alterius ſocietate propria operari dicentes, quoniam in uno & eodem Chriſto duæ ſunt formæ propria operantes naturaliter, ullam omnino intelligimus diviſionem; ut hinc quidem Eutyches, illinc autem nos volens calumniari Neſtorius, alter alteri ex adverſo ſtantes, & contra nos pius impium bellum partitis copiis ſuſcipientes. Quos nihili ducentes, utriuſque naturæ utramque ſcimus operationem, eſſentialem, inquam, & naturalem & convenientem, individue ex utraque procedentem eſſentiam eſſentia & natura; convenienter ei innatæ naturali & eſſentiali qualitati, & individuæ ſimul & inconfuſæ alterius eſ- E ſentiæ, quæ ſimul inducitur, cooperationi. Hoc enim & operationum in Chriſto facit differentiam, ſicut etiam differentia naturarum. Non idem eſt enim divinitas & humanitas, ſecundum uniuſcujuſque qualitatem, quæ adeſt naturaliter, etiamſi in unam hypoſtaſim ineffabiliter inter ſe concurrerint, & inconfuſe in unam compoſitæ ſint perſonam, & eundem nobis unum Chriſtum & Filium effecerint, per mutuum in hypoſtaſi inter ſe concurſum & compoſitionem. Nam & Deus Verbum eſt Deus Verbum, & non caro, etiamſi carnem rationaliter animatam

„ aſſumpſerit, & eam naturali unione & per hypoſtaſim unierit, & caro eſt animata rationaliter & non Verbum: etiamſi Dei verbi caro conſpicitur. Et ideo neque eandem inter ſe immutabiliter operationem, poſt unionem naturalem & inconfuſam, hoc eſt, veram & quæ eſt in hypoſtaſi; neque unam & ſolam earum dicimus operationem, aut eſſentialem, & naturalem, & omnino immutabilem; ne ea cogamus in unam eſſentiam & naturam, quæ per ludum dicitur ab Acephalis, & ipſis verbis impudenter affertur compoſita.

„ Quomodo ergo ex utraque eſſentia & natura, in Chriſto inconfuſe facta fuit unio, & unum Chriſtum effecit & Filium, totum Deum, totum eundem credimus hominem: & utramque naturalem confitemur operationem, ne inconfuſe unitas confundamus naturas: ſi quidem vel ex ſolis operationibus, ut dicunt qui ſunt earum rerum periti, cognoſcuntur naturæ, & eſſentiarum differentia naturaliter ſemper comprehenditur ex differentia operationum: ita etiam omnem vocem & operationem, ſive ſit divina & cæleſtis, ſive humana & terreſtris, ex uno & eodem procedere Chriſto & Filio dogmate conſtituimus, & una ejus compoſita & unica hypoſtaſi, qui erat incarnatum Dei Verbum; qui etiam individue & inconfuſe utramque operationem, ſecundum ſuas naturas, ex ſe producebat naturaliter. Secundum divinam quidem inquam, naturam, ſecundum quam erat etiam Patri conſubſtantialis, divinam & ineffabilem: ſecundum humanam autem, ſecundum quam nobis hominibus idem manſit conſubſtantialis, humanam & terreſtrem unicuique naturæ caram & convenientem: & non ſinens aliquem eorum qui vident offendi, tanquam non idem eſſet Deus & homo, qui hæc & illa operabatur naturaliter. Propterea quidem quod idem ipſe unus Chriſtus & Filius utraque operaretur, Neſtorii exſecrandam obſtruens amentiam: neque enim duos, ſicut ipſe, Chriſtos & Filios, ut diximus, qui hæc & illa operantur aſſerimus. Per hoc autem quod oſtendit quæ ſunt utriuſque naturæ propria, poſt unionem manere inconfuſa, & utramque earum ſimiliter proferre operationem, naturali ratione cognitis naturis, ſuam naturam naturaliter interpretantem, ex qua individue manabat & naturaliter, & germinabat eſſentialiter, declinamus Eutychis germen, quod delectatur confuſione.

„ Hinc ſicut nos natus lacte alitur & augetur, & corporeas pervadit ætates, donec pervenit ad humanæ ætatis perfectionem: noſtramque famem & ſitim ſuſcipit, & laborem ac defatigationem ſicut nos ſuſtinuit in itinere. Nam ſicut nos ambulandi etiam obibat operationem: quæ cum humano more exerceretur & convenienter humanæ procederet eſſentiæ, erat argumentum humanæ ejus naturæ. Unde etiam ſicut nos a loco in locum tranſibat: nam & revera homo erat & naturam noſtram habebat incorruptam, & ſuſtinebat corporis circumſcriptionem, & figuram geſtabat nobis convenientem, nempe corporis formam. Forma autem corporis eſt per quam in utero conceptus fuit effictus, & quam ſemper conſervavit & conſervat in infinita ſæcula. Propterea eſuriens alebatur, propterea ſitiens potabatur & tanquam homo bibebat, propterea pueriliter geſtabatur, ulnis portatus virginalibus & recumbens in gremio matris, propterea defeſſus ſedebat, & ſomno indigens dormiebat: ſed & verberatus dolebat, & flagris cæſus patiebatur, & labores ſuſtinebat corporis, manus & pedes in cruce transfixus. Dabat enim, quando volebat, & humanæ naturæ tempus agendi & patiendi quæ erant ejus propria: ne quædam phantaſia & inanis viſio judicaretur ejus inclyta incarnatio.

„ Non enim hæc invitus aut coactus ſuſcipiebat, etiamſi ea naturaliter & humane admittebat, & humanis motionibus faciebat & agebat. Procul abſit hæc exſecranda cogitatio. Deus enim erat, qui hæc pati ſuſtinebat carnaliter, & nos ſervabat ſuis paſſionibus: & impaſſibilitatem per hæc nobis concilians, aliquando humane pati, agere, & operari ipſe voluit, & videntes juvare ſtatuit propter quos etiam homo revera factus eſt: & non quando naturales & carnales motiones volebant naturaliter moveri ad operationem, aut etiam inſidiantes impii inſidias audaciſſime implere deſiderabant. Corpus enim paſſibile, & mortale, & interitui obnoxium induerat, naturalibuſque & in quas non cadit reprehenſio obnoxium affectionibus: idque convenienter ſuæ naturæ pati & agere conceſſit uſque ad reſurrectionem ex mortuis. Illic enim & quod eſt noſtrum paſſibile mortaleque & interitui obnoxium diſſolvit, & ex iis nobis conceſſit libertatem. Atque ſic quidem abjecta & humana voluntarie ſimul & naturaliter agens, iis quoque Deus oſtendebatur. Erat enim ipſe ſibi promus ac diſpenſator humanarum paſſionum, & actionum: & non ſolum diſpenſator, ſed etiam rector & magiſter, etiamſi paſſibili natura incarnatus fuerat naturaliter. Et ideo ſupra hominem erant ejus humana: non quoniam natura erat non humana; ſed quoniam ſua ſponte homo factus eſt; & homo factus ea ſuſcepit voluntarie, & non tyrannice aut coacte nonnunquam, ſicut nos, & involuntarie: ſed quando, & quantum volebat ipſe concedere iis qui afferebant perpeſſiones, & affectionibus quæ fiebant ſecundum naturam, annuit. Divina autem præclara & ſumma, & quæ aperte noſtram ſuperant humilitatem, quæ quidem erant admirabilia, operumque quæ erant præter opinionem proceſſus: cujuſmodi erant abſque ſemine conceptio, Joannis in utero exultatio, partus abſque corruptione, virginitas ante partum & in partu impolluta, & poſt partum inoffenſa; paſtorum cæleſtis initiatio, magorum a ſtella incitata tractio, & cum ea donorum oblatio & adoratio, literarum abſque doctore cognitio: *Quomodo enim*, inquit, *novit hic literas, qui non didicit?* ignorantiæ amatorum malignum amorem aliqua ex parte arguens: ex aqua in vinum tranſmutatio, infirmorum ſanatio, cæcorum viſus redditio, mancorum ac mutilorum in priſtinum ſtatum reſtitutio, paralyticorum confirmatio ac corroboratio, claudorum recta ingrediens motio, leproſorum præclariſſima mundatio, eſurientium abſque ullo labore repletio, eorum qui perſequebantur occæcatio, ventorum ſedatio, tranquillus maris ſtatus, ſuper aquas in corpore ingreſſus, immundorum ſpirituum fugatio, elemento-

„ rum

„ rum repentina perturbatio, monumentorum ſpontanea apertio, poſt triduum a mortuis ſuſcitatio, interitus quæ non deſinit diſſolutio, ſalvo lapide & ſepulcri ſignaculo abſque ullo impedimento egreſſus, oſtiis clauſis qui arceri non poterat ingreſſus, ad cœlos e terra miraculis plenus & in corpore aſcenſus, & omnia his ſimilia, quæ & orationis naturam & vocis vires ſuperant, & omnem humanam vincunt cogitationem; quæ quidem omnia, facta ſupra humanam rationem & naturam, Dei Verbi divinæ eſſentiæ & naturæ erant certa indicia, etiamſi fiebant per carnem & corpus, & non agebantur abſque carne animata rationabiliter. Nec ideo Deum Verbum conjiciemus expertem carnis, aut ſtatuemus eum eſſe extra corpus, quoniam ea agebat quæ ſuperabant corpora. Verbum enim vere fuit incarnatum, & citra fallaciam incarnatum, fuit corpore præditum: & unus cognoſcebatur Filius, qui ex ſe omnem proferebat operationem, divinam & humanam, humilem & inhentem; terreſtrem & cœleſtem; carnalem & incorpoream; viſibilem & inviſibilem, circumſcriptilem, & incircumſcriptilem, duabus ejus naturis reſpondentem, & ipſas per ſe tacite prædicantem, & aperte annunciantem.

„ Nam unus cum eſſet & idem in hypoſtaſi Filius individuus, & duæ naturæ idem cognitus, altera quidem divina faciebat miracula; altera vero ea admittebat quæ erant adjecta & humilia. Dicunt itaque theologi, qui pro Chriſto ſunt veris redimiti coronis, & eloquentiam divinitus acceperunt, nobis contexentes divinas laudationes: Quando de uno Filio diverſas voces audiveris, convenienter naturis divide quæ dicuntur: ſi magnum quidem quid & divinum, divinæ naturæ tribuens: ſi quid autem parvum & humanum, humanæ aſſignans. Sic enim & vocum effugies diſcrepantiam; unaquaque natura ea accipiente quæ ſunt ejus propria: & ante omnia ſæcula & recentem ſecundum ſanctas ſcripturas confiteberis. Sed ſic quoque in uno Filio, inquiunt, omnem quidem operationem non ſeparavit quiſpiam ab una filiatione; cujus autem naturæ ſit proprium, id quod fit, cognoverit ratione. Pulcherrime ergo ab eis eſt dogma conſtitutum, unum quidem fateri Emmanuelem. Sic enim Deus Verbum incarnatus nominatur: & eundem omnia facere, & non alium & alium, excelſa & minima, extra omnem disjunctionem ac ſeparationem. Quo fit ut ejus naturarum inconfuſa cognoſcatur duplicitas: & in duas hypoſtaſes & perſonas idem omnino non dividitur; ſed eſt unus & idem Filius, & Chriſtus individuus qui individue cognoſcitur in duabus naturis. Et ejuſdem Filii omnia affirmamus: & omnes ejus voces credimus & operationes. Et ex eis aliæ quidem ſunt divinæ, aliæ autem rurſus humanæ; aliæ autem medium quemdam locum tenent, ut quæ in ſe ſimul habeant divinitatem & humanitatem. Hujus autem poteſtatis eſſe dicimus communem & quæ [illegible], id eſt, divina & humana dicitur, operationem: quæ quidem eſt una, ſed alterius generis & diverſa, quam Areopagita a divino Paulo divinæ captus dixit divinus Dionyſius; ut quæ ſimul in ſe habeat id quod eſt divinum & humanum, & per venuſtiſſimam & compoſitam appellationem, uniuſcujuſque eſſentiæ & naturæ perfecte unamquamque ſignificent operationem.

„ Deum ergo Verbum qui eſt ante ſæcula glorificantes, & Patri coæternum, aſſerimus eum ſuſtinuiſſe temporalem generationem; qua ex Virgine proprie & vere Deipara Maria incarnatus, natus eſt. Et ideo duas fuiſſe generationes a piis jure creditur: & cum idem eſſet perfectus in divinitate, perfectus idem erat in humanitate; neque eſſentiarum differentia diviſus, neque hypoſtaſis & perſonæ identitate, naturas adducens ad identitatem eſſentialem: ſed ex quibus naturis apparuit in hypoſtaſi, in eis manſit individue; aperte & vere omnia opera noſtra ſubiens, & naturales affectiones, reſque in quas non cadit reprehenſio, remotuſque a labe & vituperatione, & in quibus non invenitur veſtigium alicujus peccati. Peccatum enim non fecit, neque inventus eſt omnino dolus in ore ejus. & nobiſcum ſimul humane verſatus, ut qui perfectus homo cognoſceretur, idem quoque erat Deus abſque intermiſſione, & miracula faciens, ut conveniebat. Deus enim perfectus cognoſcebatur, & humana intelligenter animata carne erat contemperatus; ad paſſionem aſcendit voluntariam, & voluntarie proditur Judæis: immo vero ſeipſum ipſis prodit propter hominum ſalutem; vincitur que & colaphis afficitur, & conſpuitur: flagris cæditur, irrideturque & chlamyde purpurea tanquam univerſorum rex induitur: & arundo tanquam ſceptrum regale in manus ejus regaliter traditur, & Pilato judicante condemnatur, & tandem ligno affigitur, pedibus & manibus cruentatur cruci ſalutari affixus, & ſimul in altum ſuſtollitur cum latronibus, acetoque potatur & fel guſtat, & exclamans Patri tradit animam, & ei latus lancea ſauciatur, aquamque & ſanguinem ſalutarem profundit poſt mortem; & mortuus e cruce demittitur, juſtaque ei fiunt, & myrrha ungitur, & triduana ſepelitur ſepultura, & poſt triduum ſurgens procedit e ſepulcro, & omnes ſecum mortuos facit ſurgere, a ſepulcro & interitu deducens ad vitam ſuam quæ non terminatur per ſuam a mortuis reſurrectionem: diſcipulis quoque cum a mortuis ſurrexiſſet apparet, eſuque & potu & manuum apoſtolicarum contrectatione fidem facit carnis ſuæ reſurrectionis, & eis præbet ſanctum Spiritum, ut qui ſit ei cognatus & ejuſdem generis. Et evehitur in cœlos, immo vero tanquam cœlis dominans aſcendit, & ſedet ad dextram Patris, ſedem habens paternam regalemque & ſupernam. Unde rurſus veniet, facturus judicium vivorum & mortuorum, & unicuique redditurus convenienter actionibus quas fecit unuſquiſque, ſive bonas quis actiones, ſive malas fecerit ac vituperabiles: quem cum Patre & Spiritu in univerſos regnum obtinere credimus, quod revera nunquam deſinit, finemque & terminum non accipit.

„ Atque de incarnata quidem œconomia, idem eſt autem dicere de Dei Verbi incarnatione, humilibuſque & abjectis nobis aſſimilatione, quomodo dicam & ſentiam, paucis ſignificavi. De mundi autem qui cernitur ab initio facta conſtitutione, & conſummatione, quam haud ita diu ab hinc eſt accepturus, confiteor, o venerandi, quod

„ omnia

omnia non ſolum viſibilia, ſed etiam inviſibilia Deus unus eſt fabricatus, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus; æterna natura experſque principii, & ex nihilo ad hoc ut ſint deduxit: & cum prius non eſſent ea effecit, & eorum innumerabiles ſapienter produxit differentias. Omnia enim per unigenitum Pater fecit in ſancto Spiritu: quæ etiam ſaſapienti continet providentia, ut Deus ſuorum operum curam gerens: & temporale principium omnibus conſtituens, ſenſibilia quidem fini ſubjecit temporali: intelligibilia autem & inviſibilia ex his pluris æſtimavit & nequaquam quidem moriuntur & intereunt, ut ſenſilia quæ ſunt fluxa & facile tranſeuntia: non tamen ad immortalem pervenerunt naturam aut ad eſſentiam ineffabilem; ſed eis largitus eſt gratiam quæ ab interitu & morte ea arcet. Sic permanent hominum animæ interitui nequaquam obnoxiæ, ſic ſunt angeli perpetuo immortales non vere, ut diximus, naturam interitui non obnoxiam aut eſſentiam proprie habentes immortalem: ſed a Deo aſſecuti gratiam quæ eis ſuppeditat immortalitatem, & ab interitu procurat emotionem. Sed non quoniam hominum animæ Dei gratia, expulerunt interitum qui omnibus creatis inſidet naturaliter, propterea eas eſſe ante corpora ſuſpicabimur, aut ante viſibilis mundi productionem & conſtitutionem, in aliqua æterna vita exſiſtere cogitabimus & vitam cœleſtem habere dicemus, carnis expertem & incorpoream agentes vitam in cœlo quod nondum erat, ut vult deſipiens Origenes, & ejus ſymmiſtæ eademque ſentientes Didymus, & Evagrius, & eorum reliqua quæ ſolicite fabulas ſectatur turba; qui non hoc ſolum per errorem opinantur, in gentium dogmata incidentes, & Chriſtianam inquinantes ingenuitatem; ſed horum etiam quibus nunc induti ſumus corporum, amenter tollunt reſurrectionem, blaterantes innumerabilia impiis ſuis & fabuloſis figmentis digna. Ad quos increpandos ſufficit, quod a Paulo dicitur ad Corinthios: *Si non reſurgunt mortui, neque Chriſtus reſurrexit*, & ſic de cetero evaneſcunt in ipſis cogitationibus Adjicietur ergo, *Vana eſt fides veſtra*. An non venerandæ veſtræ confeſſionis hæc quoque pars fuit, hujus carnis reſurrectio? A nobis enim exigitur, ut confiteamur reſurrectionem, cum ad ſalutarem baptiſmum accedimus. Propterea enim, quemadmodum contemplatus fuit quidam ſapiens, univerſa Unigeniti inſignis & præclara œconomia præclare fuit adminiſtrata, ut ſervaret imaginem, & carnem redderet immortalem.

Non in hoc autem ſolum amentes errant, & a recta via declinant: eſſet enim, ut in malorum collatione, ferenda impietas; ſed alia etiam innumerabilia præter apoſtolicam & paternam noſtram dicunt traditionem paradiſi ejiciens plantationem, in carne factum eſſe Adam non volentes, Evæ quæ ex ipſo facta fuit vituperans effictionem, vocem ſerpentis abrogantes, cœleſtium mentium ordines ſic quidem ab initio a Deo fuiſſe conditas prohibentes, ex condemnatione autem quæ præceſſit & everſione eas imaginantes, tanquam in henade mentium, omnia producta fuiſſe rationalia, impie ſimul & fabuloſe ſomniantes: ſupercœleſtium aquarum creationem vituperantes, ſupplicii finem eſſe volentes: & omnium quidem ſenſilium perfectum interitum adducentes, omnium autem rationalium, angelorum, dæmonum, hominum reſtitutionem affirmantes, & rurſus in fabuloſam henadem differentias eorum confundentes: quando etiam nihil a nobis differre Chriſtum, quem ipſi delire ſuo dogmate conſtituunt, non quem nos pie prædicamus, gloria, & honore, aut regno, aut dominatu dæmoniace affirmant: innumerabilia etiam alia proferentes ex diabolico & impio cordis ſui theſauro: non una ſolum turbida perverſione, ſed innumerabilibus proximum potantes, & eorum animas morte afficientes infelices, pro quibus Chriſtus mori eſt dignatus, & in pretium earum redemptionis divinum ſuum effudit ſanguinem, & donum quod omnem ſuperat æſtimationem, ſuam o beati, animam depoſuit. Nos autem qui rectæ inculpatæque ac ſapientis fidei rationali lacte ſumus potati, ſincerumque ac bonum Dei Verbum guſtavimus, omnibus illorum obſcuris expulſis dogmatibus, liberi ab omnibus nefariis eorum ineptiis, & patrum noſtrorum inſiſtentes veſtigiis. & hujus mundi dicimus conſummationem, & vitam illam quæ poſt Chriſti adventum futura eſt æternam credimus, & ſupplicium non eſſe terminandum certo tenemus: illam quidem ſine fine oblectantem eos qui bona egerunt, hanc autem perpetuo dolore cruciantem atque adeo caſtigantem eos qui hic fuerunt amatores improbitatis, & noluerunt duci pœnitentia priuſquam hinc excederent. *Vermis* enim *eorum non morietur*, inquit Chriſtus judex, ipſa Veritas: *& ignis eorum non extinguetur*.

Hec cum ſentire & credere, o ſapientiſſimi, ex apoſtolica, & ex prophetica, & legitima, ex patrumque & doctorum acceperimus prædicatione, vobiſque ſapientiſſimi ea manifeſta fecerimus, & vos nihil celaverimus, deinceps & conſequens & conſentaneum & traditioni veteri conveniens, ſanctorum patrum noſtrorum congregationum ſanctas ſynodos literis facere manifeſtas; quas ut quæ animabus noſtris lumen præbeant colimus, & perpetuo eas habere optamus: ut per eas beatæ quoque ſimus vitæ participes, tanquam eorum ingenui filii & ſucceſſores. Quatuor ergo in divinis eccleſiæ dogmatibus, magnas ſanctas & œcumenicas ſynodos admittimus, quæ evangelicis decorantur ſplendoribus, & evangelicorum characterum quantitate illuſtrantur. Harum primum locum obtinere dicimus, trecentorum decem & octo divinorum patrum qui Nicææ convenerunt concilium, quod divino nutu congregatum Arrianæ inſaniæ deſtruit abominationes. Poſt illud autem tempore, non gloria & gratia, congregatur ſecundus conventus, qui fuit congregatus in regia civitate: erant autem centum & quinquaginta divini patres, qui hunc divinitus congregatum implebant cœtum: qui Macedonii, Apollinarii, & Magni fulmineam extinguit impietatem; & a tam gravi incendio piorum cœtum liberat. Tertium poſt hoc ſolo tempore glorificeo concilium, quod prius Epheſi divino conſedit conſilio. Dioſcori enim quod dicitur ſecundum, cum reproba Eutychis ſententia fuit deprehenſum congruere. Quod quidem pri-

„ primum concilium fuit quidem cœtus ducentorum ſanctorum patrum: dejicit autem hominis adoratorem Neſtorium, & ejus omnem cum Chriſto pugnantem impietatem. Poſt tria tempora ſolum quartum congregatur concilium ſexcentorum ſimul & triginta celebrandorum patrum, & fidei luminarium: qui Chalcedone convenerunt divinitus, & habuerunt adjutricem Euphemiam martyrem, quæ etiam in hodiernum uſque diem pro eorum fidei decreto propugnat, inſigniſque & maxime eorum congregationis curam gerit perpetuam: profanum autem par interimit, Eutychem, inquam, & Dioſcorum, & eorum cum Deo pugnantem obſtruit malitiam, quæ ex Apollinario tanquam fonte promanabat, & implebat omnes rivos impietatis. Cum impia autem eorum hæreſi, per orthodoxa ſua pronunciata, ejicit etiam Neſtorii Dei hoſtis ſceleratam hæreſim. Nam adverſus eam ſic impudentia exſultantem fuerat congregata. Unde etiam eam plene affecit, & atriis expulit eccleſiaſticis.

„ Præter has autem magnas & œcumenicas honore pares ſanctorum patrum quatuor congregationes, quintam quoque aliam poſt has congregatam ſynodum œcumenicam admitto, quæ ipſa quoque fuit in urbe regia, Juſtiniano tunc adminiſtrante ſceptra Romani imperii; quæ congregata quidem fuerat ad confirmandam inclytam ſynodum Chalcedonensem: tollit autem & ad exitum abjicit, primarie quidem Origenem inſipientem & omnes ejus ſomniis plenas elegantias, & ſcripta plena multiplicis & variæ impietatis; cum eo autem Evagrii & Didymi doctrinam, & omnes eorum Græcas & prodigioſas & fabuloſas etiam nugas. Poſt quos Mopſueſtiæ evellit Theodorum, Neſtorii Dei hoſtis magiſtrum: & tanquam exſecrandam cum blaſphemiis ejus ſcriptis ejicit zizaniam. Theodoreti autem quæ male adverſus pietatis propugnatorem Cyrillum impie ſcripta ſunt, & ea in quibus adverſus duodecim capita ejuſdem divini Cyrilli, primam ſanctam ſynodum Epheſinam & rectam noſtram fidem accuſavit, impio Neſtorio gratificans: & illa quæ eandem participant condemnationem, quæ quidem ſcripſit defendens Diodorum & Theodorum. Cum quibus Ibæ quoque epiſtolam, quæ dicta eſt ſcripta eſſe ad Perſam, qui dicitur Maris, expulit, non ſolum ut rectorem dogmatum adverſariam, ſed etiam plenam omni impietate. Illas ergo ſanctas & magnas & œcumenicas quatuor amplector ſynodos, & ut unum ſentientes ſuſcipio: & præter eas hanc quoque quintam colo & venero, & quæcumque ſunt eorum lubens admitto: tam quæ ſunt in dogmatibus & diverſis doctrinis, quam quæ in anathematiſmis & decretis adverſus hæreticos. Unde etiam lubenter admitto & ſuſcipio quos ſuſceperunt, & anathemate ferio & ejicio quos anathemati ſubjecerunt & putarunt ejiciendos a catholica & ſancta noſtra eccleſia.

„ Has ſanctas & beatas quinque ſequens ſynodos; unam ſolam ſcio fidei diſciplinam & unum ſymbolum, quod ſapientiſſima & beatiſſima trecentorum decem & octo divinorum patrum qui Nicææ convenerunt ex ſancto effata eſt Spiritu; quod etiam centum quinquaginta ſanctorum & a Deo inſpiratorum patrum, qui Conſtantinopoli congregati erant, conventus confirmavit; & Epheſina prima ducentorum patrum comprobavit ſynodus; & ſexcentorum & triginta ſanctorum patrum Chalcedone admiſit & corroboravit cœtus, illæſumque, infractum, & inviolabile aperte dixit eſſe ſervandum: Suſcipimus autem & iiſdem ulnis amplectimur omnia divini Cyrilli ſcripta divina ac ſapientia, tanquam plena omni rectitudine, & quæ deſtruunt omnem hæreticorum impietatem: præcipue autem duas ad Deo inviſum Neſtorium ſynodicas epiſtolas, ſecundam & tertiam: cui etiam conjuncta ſunt duodecim capita, quæ univerſam Neſtorii malignitatem ſanctorum apoſtolorum totidem exuſſerunt carbonibus. Cum his ſuſcipio etiam ad ſanctiſſimos Orientis præſules ſcriptam ſynodicam epiſtolam, in qua etiam ſacras vocavit eorum voces, & pacem cum eis confirmavit. Cum quibus connumerari etiam dicimus ipſa ſcripta præſulum apoſtolicorum, ut quæ ipſe divinus ſuſceperit Cyrillus, certiſque & non ambiguis vocibus teſtatus ſit eſſe orthodoxa. Similiter his ſacroſanctis ſapientiſſimi Cyrilli ſcriptis, tanquam ſacram & honore parem, & ipſius orthodoxæ ſententiæ genitricem, a Deoque datam & divinitus inſpiratam magni divinique Leonis, ſanctiſſimæ Romanorum eccleſiæ, vel univerſæ potius quæ eſt ſub ſole luminis, epiſtolam; quam ſancto plane motus Spiritu, adverſus male ſentientem Eutychem, Neſtorium Deo inviſum & deſipientem, ſcripſit ad Flavianum inclytum antiſtitem regiæ civitatis; quam etiam appello & ſtatuo columnam rectæ fidei, ſanctos patres qui ſic ſtatuerunt ſequens; ut quæ nos quidem omnem doceat fidem orthodoxam, omnem autem improbam & hæreticam exterminet ſententiam, & a ſanctæ noſtræ catholicæ divinitus cuſtoditis expellat atriis. Cum quibus divinis literis, omnes quoque ejus epiſtolas & dogmata, tanquam Petri apoſtolorum ſummi admitto, & exoſculor, & toto animo amplector.

„ Hæc, ſicut prius dixi, ſacroſancta & divina beatorum patrum quinque ſuſcipiens concilia, & omnia ſapientiſſimi Cyrilli ſcripta, & maxime quæ facta ſunt adverſus inſaniam Neſtorii: & orientalium antiſtitum ad ipſum diviniſſimum Cyrillum ſcriptam epiſtolam & ejus teſtimonio comprobatam orthodoxam: & quæcumque Leo ſanctiſſimæ Romanorum eccleſiæ ſcripſit paſtor ſanctiſſimus, & maxime quæ adverſus Eutychianam & Neſtorianam compoſuit abominationem: hæc quidem tanquam Petri, illa autem tanquam Marci agnoſco decreta; quin etiam omnia omnium catholicæ noſtræ eccleſiæ eximiorum Myſtagogorum pia documenta, ſive in orationibus & aliis ſcriptis, ſive in aliquibus comprehenſa ſunt epiſtolis. Et, ut ſemel dicam, omnia ſuſcipio, & amplector quæ noſtra ſancta catholica admittit eccleſia: & anathematizo ac profana reputo: quæ ipſa abominatur ſapientiſſime, & ducit aliena a vera religione, non ſolum libellos & oratiunculas, Deoque repugnantia & ſurreptitia dogmata; ſed etiam hæreticas & male ſentientes, & quæ improbas induxerunt hæreſes, perſonas.

„ Et ut de eis plene reddamini certiores, ipſas ex primo perſonas quas anathematizo & condemno; non lingua ſolum & ore; ſed cor-

corde & ſpiritu; ut quæ ſemper aperte viſæ A
ſunt inſidiari ſanctæ noſtræ & catholicæ &
dei. Sint ergo ſemper anathema & catathe-
ma a ſancta & conſubſtantiali & adoranda
Trinitate, Patre, & Filio, & Spiritu ſancto,
primum quidem Simon magus, qui primus
peſſime incepit peſſimas omnes hæreſes; cum
quo etiam Cleobius, Menander, Philetus,
Hermogenes, Alexander faber ærarius, Do-
ſitheus, Gortheus, Saturninus, Masbotheus,
Adrianus, Baſilius, Iſidorus ejus filius & in-
ſania ſuperior, Ebion, Carpocrates, Epipha-
nes, Prodicus, Cerinthus, & Merinthus,
Valentinus, Florius, Blaſtus, Artemon, Se-
cundus, Caſianus, Theodotus, Heracleon,
Ptolomeus, Marcus, Colobarſus, Ademis, B
Cariſtius, Theodotus coriarius, Theodotus
alter, Euphrates Perſicus, Monoimus Arabs,
Hermogenes, Tatianus Syrus, Severus, A-
ſclepiodotus, Bardeſanes, Harmonius ejus fi-
lius & ei par errore, Hermophilus, Cerdo,
Sacerdo, Marcion Ponticus, Apelles, Apol-
lonides, Potitus, Prepo, Pithon, Synerus,
Theodotus Trapezita, Montanus, Priſcilla
& Maximilla, inſanæ ejus diſcipulæ, Nepos,
Elceſeus, Origenes, Origenes alter qui &
Adamantius, Sabellius Libycus, Navatus,
Paulus genere Samoſatenus, Cleomenes,
Noetus Smyrnæus, Manes, qui ab impia in-
ſania cognomen eſt adeptus, Sabbatius, Ar-
rius, Meletius, Aetius, Eunomius, Aſte- C
rius, Eudoxius, Donatus, Macedonius, qui
cum ſancto Spiritu depugnavit, & πνευματο-
μάχων, id eſt hoſtis Spiritus dignum accepit
cognomen, Apollinarius Laodicenus, & ejus
filius Apollinaris, Magnus, Polemon, Cele-
ſtius, Pelagius, Julianus, qui pro eadem de-
pugnant inſania: Theodorus Mopſueſtiæ, &
Neſtorius exſecrandæ hominis adorationis ex-
ſecrandi præcones: Cyrus & Joannes Cili-
ces, ejuſdem impietatis impii propugnatores:
Dioſcorus Eutychis defenſor, & patronus
Barſumas, Zoras, Timotheus qui dicitur
Ælurus: Petrus Mongus, & Acacius qui *
eximanitivum fabricati ſunt Zenonis: Lam-
petius abominandus princeps * Marcioniſta- D
rum hæreſis, Dydimus, Evagrius augurum
Origenis myſteriorum ſceleſtiſſimi duces: Pe-
trus fullo qui hymno ter ſancto crucem au-
ſus eſt adjungere: Petrus alter hiberica &
mente barbara labes: Eſaias hujus Petri
ſodalis, qui aliam capite caſſam in Acephalis
oſtenderant hæreſim: Cum quibus omnibus,
& ante omnes, & poſt omnes, & ſicut om-
nes, & ſuper omnes, ſit etiam anathema Se-
verus horum diſcipulus inſaniſſimus, qui om-
nium Acephalorum tam novorum quam ve-
terum fuit tyrannus crudeliſſimus, & ſanctæ
catholicæ eccleſiæ inimicus infeſtiſſimus, &
ſanctiſſimæ Antiochenæ eccleſiæ adulter ini-
quiſſimus & corruptor ſceleratiſſimus: Theo- E
doſius Alexandrinus: & Athimus Trapezun-
tius, Jacobus Syrus, Julianus Halicarnaſ-
ſeus, Feliciſſimus, Gajanus Alexandrinus, a
quibus Gajaniſtarum, ſeu Julianiſtarum exor-
ta eſt hæreſis: Dorotheus qui eandem impie
defendit hæreſim, Paulus qui non ſolum di-
ctus fuit ſed etiam fuit revera niger: Joan-
nes Grammaticus, cognomine Philoponus vel
potius Matæoponus, id eſt, laborans in re-
bus inanibus, Conon & Eugenius, tres ter-
næ divinitatis exſecrandi defenſores: Themi-
ſtius ignorantiæ pater, genitor & ſator nefa-

* Alluſio eſt ad Græcum nomen, Ενωτικὸν Unitivum.
* Pro Marcioniſtarum.

rius, qui dicebat Chriſtum verum Deum no-
ſtrum ignorare ultimum diem judicii, igno-
rans quæ diceret ipſe furore correptus, & ne-
ſciens quæ ipſe ignorans loqueretur. Si enim
eorum quæ dicebat vim minime ignoraſſet,
non & perniciosam tunc introduxiſſet igno-
rantiam, & ignorantiæ piaculum acriter de-
fendiſſet: ignorare Chriſtum, non quatenus
erat Deus æternus, ſed quatenus revera fuit
homo, diem conſummationis & judicii, eru-
ctans ex impiis præcordiis, eumque ſolum
hominem faciens, & quandam hujuſmodi alia
proferens Acephalorum, & unam Servatoris
noſtri Jeſu Chriſti naturam imaginans com-
poſitam. Sit autem cum eo Petrus quoque
Syrus anathema, & Sergius Armenius, qui B
parvam ternam divinitatem inducebant; & ne
ſic quidem inter ſe conſentiebant, & nec ea-
dem ſimiliter inter ſe opinabantur. Damia-
nus qui horum quidem erat inſigniter adver-
ſarius, novus autem noſtris temporibus ap-
paruit Sabellius: cum quibus eorum etiam
impietatis ſucceſſores ſint anathema, & cata-
thema: & Athanaſius Syrus, & ex Zygari
Anaſtaſius, & qui non convenientem eorum
convenientiam non convenienter indocteque
admittunt, & jumentorum inſtar ratione ca-
rentium ab eis ducuntur: & inter ſe qui-
dem, inquit, mutuo commiſcentur, a ſe au-
tem invicem anathematiſmis inimice ſaucian-
tur. Cum eis autem induantur & anathema- C
te feriantur, Beniamin Alexandrinus, & Joan-
nes, & Sergius, & Thomas, & Severus Sy-
ri, qui vitam adhuc degunt exſecrandam, &
inſane oppugnant pietatem. Cum eis autem
ſit horum quoque anathematiſmorum ſocius
Menas Alexandrinus, propugnator & defen-
ſor Gajanitarum hæreſis, qui aperte bellum
gerit adverſus prædicationem veritatis, om-
neſque ejus ſocii, & in impietate conjuncti.
Paribus quoque feriantur anathematiſmis om-
nes hæreſes, quæ poſt Chriſti adventum vi-
guerunt, & Chriſti eccleſiam auſæ ſunt op-
pugnare: Nempe Nicolaitarum, Euchitarum,
Cajanorum, Adamianorum, Marbiliotarum,
Borborianorum, Naſenorum, Stratioticorum, D
Ophianitarum, Pithianorum, Sophianorum,
Ophitarum, Cainorum, Antitactitarum, Pe-
raticorum, Hydroparaſtatarum, Encratita-
rum, Marcioniſtarum, Phrygum, Pepuzia-
norum, Artotyritarum, Taſcodrugorum,
Teſſareſcædecatitarum, Nazaræorum, Mel-
chiſedecitarum, Antidicomarianitarum, Ta-
thyrianorum, Marcianorum, Dulianorum,
Anthropomorphitarum, Hieracitarum, Meſ-
ſalianorum, Eutychitarum, Acephalorum,
Urſunuphitarum, Eſajanorum, Agnoitarum.
Jacobitarum, Tritheitarum, & quæcumque
fuit præter has impias & inſana hæreſis.
Omnes ergo prius recitatos hæreſiarchas, &
quæ poſt eos nominatæ ſunt impiæ hæreſes, E
& ſchiſmata anathematizo, & catathematizo
animo corde & ore, menteque oratione &
verbis; & omnem alium exitioſum hæreſiar-
cham, & omnem aliam profanam hæreſim,
& omne aliud inſanum ſchiſma, quoſcumque
noſtra catholica anathematizat eccleſia. Ana-
thematizo autem & catathematizo omnes
quoque qui eadem quæ ipſi ſentiunt, qui æ-
mulati ſunt eaidem quas ipſi impietates, &
abſque pœnitentia in eis deceſſerunt, & eos
qui nunc quoque in eis perſeverant & bellum
gerunt adverſus noſtram catholicam eccleſiam.

ACTIO IX

ANNO CHRISTI [illegible]

„ prædicationem & fidem noſtram orthodoxam, A & intemeratam ferientes. Et anathematizo rurſus ſimiliter omnia eorum ſcripta cum Deo pugnantia, quæ compoſuerunt adverſus ſanctiſſimam noſtram catholicam eccleſiam, & conſcripſerunt adverſus rectam noſtram & intemeratam fidem: & cum ipſis profanis hæreſibus anathematizo etiam omnem aliam Deo odioſam & male ſentientem hæreſim quam ſancta catholica noſtra eccleſia conſuevit anathematizare & condemnare, earumque authores & genitores, earumque exſecrandos libellos & oratiunculas: ſola honorans tenens & colens dogmata ſanctæ catholicæ & apoſtolicæ noſtræ eccleſiæ, quæ vobis ſingillatim & paucis expoſui per ſynodalium B litterarum, ut dixi, compendium; cum quibus etiam opto hinc diſcedere, quando Deus hoc fieri juſſerit. Unde etiam rogo veſtram paternam ſanctitatem, ut a mea humilitate more ſynodali ſuſcipiens literas, paternis intueatur oculis, & eas fraterno aſpectu conſideret: & ſi quid oſtenſum eſt propter ignorantiam, aut prætermiſſum propter oblivionem, aut propter feſtinationem non animadverſum, aut propter brevitatem truncatum & non commemoratum, aut propter linguæ immobilitatem ſilentio præteritum, aut propter linguæ tarditatem, & maximam vocis gracilitatem, aut propter agreſtiorum verborum imbecillitatem, vel non volentibus nobis eſt omiſ- C ſum, additionibus ſuppleat, & ſermonibus ex paterna plenitudine procedentibus & correctionibus dirigat; & gratiſſimam tribuat firmitatem fraternis motam ſtudiis & paternis irrigatam acceſſionibus: ne & in eis deficiens imperfectio ſemper appareat: nec infirmitas ſæpe aberrans ignorantia, perpetuo maneat imbecilla & per totam vitam ægrotans. Quod quidem ſi amice & ſincere a vobis fiat, me quidem ditaverit & ſanaverit; vobis autem beatiſſimis ſuo teſtimonio tribuerit commiſerationem & affectionem, idem eſt autem dicere: fratrum & filiorum amorem. Sit autem ego a vobis ditatus, & eo quo eram defectus repletus, & in eo quod erat infir- D mum curatus, & in eo quod erat claudicans erectus, firmitateque & paternis ac fraternis coronatus divitiis, quantam vobis habere gratiam & cum ea gaudium cenſebor: aut lætitiam decerpere, & voluptatem quæ ſum ma cognoſcetur? Sed hoc quidem Deus ſolum ſciverit: ſciverim autem ego quoque, o venerabiles, qui tale lucrifacio meritum & præclarum decerpo beneficium. Sciveritis autem fortaſſe vos quoque & didiceritis, ſi cordis mei fervorem ad pietatem videritis, & magnam animæ dilectionem animæ oculis contemplati fueritis. De his ergo amplius a vobis verbis petere mittens: ſcio enim fore ut hæc omnino impleatis, etiam ante noſtras mi- E nimas petitiones fraternæ caritatis igne ſuccenſi, & paterno inflammati deſiderio: illud autem rogo & nunquam rogare deſino, ut me veſtris ad Deum precibus & orationibus ferventiſſime protegatis, qui timeo & contremiſco, & non poſſum ferre onus jugi mihi impoſiti. Nec hoc ſolum; ſed ut etiam hunc Chriſti gregem mecum paſcatis, qui quidem mihi commiſſus eſt paſcendus: non poſſum autem, niſi vos opem feratis, eum paſcere divinis & utilibus germinibus; & illæſum ſervare & inoffenſum. Et propterea rogo & oro,

A ne ſi eæ quodvis damnum patiantur propter meam ignorantiam & imperitiam & quæ ad rite paſcendum non ſufficit imbecillitatem, ſimiliter atque ipſæ læſus, in die judicii judicet, & eorum qui pretioſas Chriſti oves furantur occidunt & perdunt, interminatum ſubeam ſupplicium. Ad earum enim ſalutem & augmentum & optimis herbis ſummam coactam pinguedinem, a Chriſto principe paſtorum plane ſcio & novi a me eſſe exigendam: ſed ſi quid, o venerandi, Deo concedente poteſtis nobis ferre auxilii, contendite, ne & ego ipſe & hæ Chriſti oves pretioſiſſimæ propter meam imbecillitatem capiantur a feris. Pariter autem ego quoque B enixe vos rogo, ut intenſas & perpetuas fundatis ad Deum preces & ſupplicationes pro Chriſti amantibus & ſereniſſimis noſtris Imperatoribus, qui divinitus clavos ſortiti ſunt imperii: ut miſericors & clemens Deus, qui voluntati parem habet potentiam, veſtris gratis placatus precibus, eis quidem concedat magnam annorum multitudinem, deique maximas adverſus barbaros victorias & trophæa: & filiis filiorum eos coronet: & divina pace muniat, & ſceptra præbeat fortia & valida, quæ barbarorum quidem omnium, maxime autem Saracenorum ſupercilium deprimat, qui propter peccata noſtra inopinato in nos inſurrexerunt, crudelique & agreſti C ſpiritu omnia deprædantur, impiaque ac nefaria audacia. Quamobrem vobis, o beati, maximopere ſupplicamus, ut intenſiſſimas preces ad Chriſtum fundatis: ut ea benigne a vobis ſuſcipiens, eorum furorem cito deprimat, & fremitus compeſcat; eoſque humiles & abjectos det ſcabellum pedum veſtrorum, ſicut prius a Deo datis noſtris Imperatoribus: ut ipſi quidem feliciter degant, qui in terra in nos regnum obtinent, a bellicis ceſſantes tumultibus: cum ipſis autem feliciter quoque degat univerſa eorum reſpublica, eorum ſceptris fortiter vallata, & pacifici per eos ſtatus lætitiæ parentes botros decerpens. Merito autem rogo veſtram in D fratres caritatem, ut Leontium religioſiſſimum diaconum ſanctæ Chriſti Dei noſtri Reſurrectionis, & venerandi veſtri ſecreti cancellarium & protonotarium, & religioſiſſimum fratrem noſtrum Polyeuctum, qui his noſtris ſynodicis literis deſerviunt, benigno vultu aſpiciatis, & ea qua par eſt ſubmiſſione excipiatis. Hoc enim vel maxime proprium eſt veſtrum ſignum, quo veſtri ſpectatores ſemper ſtupore afficitis, ut qui in maxima ſitis altitudine & maxima induti ſitis humilitate. Sed & omnibus præclaris veſtris proprietatibus ſpiritaliter & hilariter ſuſcipite, eiſque ſpiritalia & præclara animæ dona largimini: & cito ad nos remittite lætantes E & exſultantes, quod dignati ſint videre talem Byzantiorum antiſtitem, & lætitia afficientes noſtram humilitatem, dum veſtra nobis præclare narrant, a Deo datam animæ fortitudinem, & divinitus conceſſam corporis ſanitatem; & legunt deſideratas veſtras literas, quæ noſtram rectam fidem lætificant, & animæ mores candidos reddunt, & in paſtorali ſcientia nos erudiunt, & audaces faciunt paſcendos qui hic ſunt Chriſti greges. Omnem cum vobis ſacratiſſimis religioſam alacremque fraternitatem plurimum in Chriſto Deo ſalutamus, ego humilis & mini-

„ minimus, & omnes qui mecum ſunt fratres Fortis in Domino ora pro me, ſanctiſſime frater.

„ Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus dixerunt: Synodicas quæ nunc lectæ ſunt cognovimus literas. Dicant autem Theodorus, & Georgius religioſiſſimi presbyteri, & Joannes religioſiſſimus diaconus, legati Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani, an rurſus aliquid novi velint referre.

Theodorus, & Georgius religioſiſſimi presbyteri, & Joannes religioſiſſimus diaconus, ambo vicem gerentes ſanctiſſimi Papæ Apoſtolicæ ſedis Romæ veteris, dixerunt: Scit veſtra pietas, & ſancta & œcumenica veſtra ſynodus, quod per relationes, quæ miſſæ ſunt ad veſtram pietatem ab Agathone ſanctiſſimo noſtro Papa, omnis vis orthodoxæ & apoſtolicæ fidei declarata fuit per plurimas patrum ſententias in eis ſitas, ex abundanti autem, alias quoque dedimus ſententias in codice, quæ quidem fuerunt collata cum libris ſanctorum & eximiorum patrum. Et licet ſint nobis multæ ſententiæ ſanctorum & eximiorum patrum, his tamen contenti ſumus ad demonſtrationem orthodoxæ fidei. Tradidimus autem profanorum quoque hæreticorum ſententias in dicto codice, quæ ſanctis patribus contraria continent; nempe unam voluntatem & unam operationem in œconomia unius ex ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti: quæ ipſæ quoque fuerunt collatæ cum libris eorundem profanorum hæreticorum: & omnibus evaſit manifeſta & orthodoxorum patrum pia fides, & hæreticorum prava & perverſa ſententia. Quoniam autem a nobis eſt cognitum, quod quædam propria opera inventa ſunt, apud Macarium & Stephanum eius diſcipulum, congruentia opinionibus profanorum hæreticorum, quæ etiam ab eis ablata ſunt, & ſunt in bibliotheca venerandi patriarchii hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, ſi videtur ſapientiſſimo domino, & ſanctæ & œcumenicæ ſynodo, in medium veniant hæc opera, ut cognoſcatur vis eorum quæ in eis ſita ſunt.

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus, dixerunt: Dicat Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius hujus ſanctiſſimæ eccleſiæ, an ſicut dictum eſt ab iis qui ſunt ex parte ſanctiſſimi Papæ veteris Romæ Agathonis, opera Macarii & Stephani ſint in bibliotheca.

Georgius religioſiſſimus diaconus, bibliothecarius dixit: Ita, domine, ſicut docuerunt, qui ſunt ex parte ſedis Apoſtolicæ veteris Romæ, ſunt in bibliotheca opera Macarii & Stephani.

Conſtantinus religioſiſſimus Imperator, & ſancta ſynodus, dixerunt: Ea in medium proferantur. Cumque paululum egreſſus eſſet idem religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius, & veniſſet in ſuam bibliothecam, & mox eſſet reverſus, protulit duos libros, & unum chartaceum quaternionem.

Conſtantinus religioſiſſimus Imperator, & ſancta ſynodus dixerunt: Dicat Georgius religioſiſſimus diaconus, an duo libri prolati, & qui eſt cum eis chartaceus quaternio, ſint opera Macarii.

Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius dixit: Domine, hi duo libri, & qui eſt cum eis chartaceus quaternio, inventi ſunt in regia domo Philippi, in uno . . . . . quod pertinet ad monaſterium Chryſopolis, cum aliis diverſis libris. Qui quidem duo libri & qui eſt cum eis chartaceus quaternio, ex propria manu Stephani abbatis, & ex eorum inſcriptione dignoſcuntur, ſuntque opera Macarii & ipſius Stephani.

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus, dixerunt: Fiat eorum lectio. Cumque Antiochus reverentiſſimus lector & notarius ſanctiſſimi archiepiſcopi hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis accepiſſet quaternionem, eum legit; qui ſic habebat in inſcriptione:

„ Exemplum libelli traditi Conſtantino pio „ & magno Imperatori, a Macario ſanctiſſimo „ Patriarcha Theopolis ſeu Antiochiæ, diœce- „ ſis orientalis, in palatio. Et cum legeretur hic quaternio, Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus, dixerunt: Quæ in hoc libello continentur, in iis quæ jam acta ſunt accepimus & ſupervacanea eſt eorum lectio. Interim autem legatur unus ex duobus libris. Cumque eum accepiſſet idem reverentiſſimus lector & notarius Antiochus, legit, ejus autem erat hæc inſcriptio:

„ Oratio habita ad pium, & pacificum Im- „ peratorem magnum Conſtantinum, a Maca- „ rio epiſcopo Theopolis. Lecta autem ejuſmodi inſcriptione, Theophanes religioſiſſimus presbyter, & præfectus venerandi monaſterii Bajarum, dixit: Pie domine, præter ordinem fecit Macarius orationem, quæ dicitur & legitur tanquam voce habita. Quæ enim a ſacerdote fit ad Imperatorem voce habita oratio, ſive etiam hiſtorica, traditur in ſenatu, & legitur. Priuſquam autem hoc fecerit, & in Sardiniam & Romam, & ad alia loca, in ſanctis codicibus, eandem voce habitam miſit orationem dictus Macarius: quod quidem fuit omnino adverſus ritum ſacerdotalem.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Nos quidem neſcimus accepiſſe a Macario orationem voce habitam: tradidit autem nobis quaſdam chartulas, quæcumque eæ ſint: quas nec hactenus legi. Eas autem altero die proferemus, cum debeat ſancta veſtra ſynodus eorum habere cognitionem. Fiat autem conſequens lectio orationis, quæ dicitur voce habita. Lecta eſt autem ea oratio referta omni improba opinione, & hæreticis in omnibus conſentiens, aperte dicens unam voluntatem, & unam operationem in incarnata œconomia unius ex ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri.

Conſtantinus pius Imperator, & ſancta ſynodus dixerunt: Alter quoque liber legatur ſimiliter. Cumque eum accepiſſet idem religioſiſſimus lector & notarius Antiochus, legit eum librum; cujus hæc erat inſcriptio:

„ Oratio miſſa a Macario archiepiſcopo „ Theopolis ad Lucam presbyterum & mona- „ chum Africæ, qui ſcripſit de nova hæreſi „ Maximianorum. Cumque hujus orationis dicta eſſet lectio, dixit ſancta ſynodus: Lecto jam libello Macarii tradito pio & a Deo coronato noſtro domino & victori Imperatori ſimiliter autem lecta quoque oratione, ut inſcriptio habet voce habita ad a Deo ſtabilitam ejus potentiam, & ea quidem completa: præterea autem legi cœpta hac quoque oratione ad Lucam quemdam monachum in Africa, quæ eſt quaſi contradictoria, & ſyllogiſmos habet Ariſtotelicos, & omnino diſcrepat a ſanctis œcumenicis quinque ſynodis, & a ſanctis & exi-

eximiis patribus qui nihil unquam tale admi A
ſerunt : cenſemus amputandam eſſe lectionem
hujus ad Lucam orationis ; utpote quod ſint
nova & aliena a ſenſu eccleſiaſtico quæ in ea
continentur , & ſibi & veritati omnino adver-
ſentur . Legantur autem reliqua hujus libri .
Et lecta fuit ex eodem libro tertia oratio ejuſ
dem Macarii de eodem argumento , cujus eſt
principium : *Ac pro pietate quidem objectiones*
*adverſus hoſtes* . Cumque multum procederet
lectio, dixit ſancta ſynodus : Pulverem inem-
pellivarum nugarum ſcriptorum Macarii , &
Stephani ejus diſcipuli, præcipue autem tertiæ
ejus quæ in præſentia lecta eſt orationis a no-
bis excutientes , & anathematiſmo jure ſubji-
cientes, cenſemus eſſe amputandam animæ exi- B
tioſam eorum lectionem . Ex his autem ſcri-
ptis , ad oſtendendum inter ſe conſentire jam
prolatas hæreticas ſententias ab iis qui ſunt ex
parte ſedis apoſtolicæ veteris Romæ , manife-
ſtas ex his ſcriptis blaſphemias excerpi , & his
actis inſeri oportet.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Fiat, ut
viſum eſt ſanctæ ſynodo . Et exceptæ ſunt ex
dictis Macarii ſcriptis, ut conferrentur cum ſen-
tentiis profanorum & impiorum hæreticorum ,
& inſertæ fuerunt, quæ ſic habebant:

Macarii hæretici , ex libello tradito pio Im-
peratori Conſtantino , cujus eſt principium :
*Pacis Dei quæ exſuperat omnem ſenſum , caput*
„ *eſt pietas* . Uni & ſoli divinæ voluntati : ut- C
„ pote quod in ipſo non ſit alia voluntas , aut
„ reſiſtat & adverſetur ejus divinæ & potenti
„ voluntati : fieri enim non poteſt ut in uno
„ & eodem Chriſto Deo noſtro duæ ſint ſimul
„ contrariæ aut etiam ſimiles volun:ates.

Themiſtii hæretici, ex ſecunda ejus contra-
dictoria, adverſus librum Theodoſii , cap. 41.
Non enim quoniam ſanctus Athanaſius dixit
Chriſtum duas oſtendiſſe voluntates in tempo-
re paſſionis, jam etiam ei duas tribuemus vo-
luntates, idque inter ſe pugnantes convenienter
his tuis ſyllogiſmis : ſed ſciemus unam tan-
quam unius Emmanuelis voluntatem , alicubi
quidem humane moveri, alicubi vero divine.

Macarii hæretici, ex oratione tertia : cujus D
eſt principium : *Pro pietate quidem objectiones* :
„ Unam enim perſonam Servatoris Chriſti ,
„ qui eſt unus ex ſancta Trinitate , prædica-
„ mus : & ejus , ut qui ſit unus , unam quo-
„ que eſſe voluntatem ſtatuimus , ſicut etiam
„ aperte declararunt qui nos præceſſerunt.

Ejuſdem ex eadem oratione : Sic nos unam
„ Chriſti voluntatem , eamque totam divinam
„ convenienter noſtris doctoribus prædicamus .

Apollinaris hæretici : Non recordantur , quod
„ hæc voluntas dicta eſt propria , non homi-
„ nis, qui eſt e terra , ſicut ipſi exiſtimant ,
„ ſed Dei qui deſcendit e cœlo .

Macarii hæretici , ex oratione quæ dicitur
compellatoria ad pium Imperatorem, cujus eſt E
principium : *Admirabile quidpiam , o victoria*
„ *inſignis domine* : Eos qui ipſis contraria ſta-
„ tuerunt , ſanctos patres noſtros condemna-
„ runt & anathematizarunt, & omnes, ut ſe-
„ mel dicam , qui unam Domini voluntatem
„ ſenſerunt : quoniam unus eſt etiam Roma-
„ norum ſedis epiſcopus Honorius , qui aper-
„ tiſſime unam ſenſit eſſe voluntatem . Simili-
„ ter autem eos quoque , qui unam dixerunt
„ operationem, non admittentes , quæ a ſan-
„ ctis patribus agnoſcitur una certa qualitate
„ prædita operatio

A Antimi hæretici , ex oratione ad Juſtinia-
num Imperatorem , cujus eſt principium : *Dei*
*meminiſſe in omni argumento eſt pulcrum* Si eſt
„ enim una hypoſtaſis , & una natura Dei
„ Verbi incarnata, ſicut eſt ; citra controver-
„ ſiam una quoque eſt voluntas & una opera-
„ tio ſcilicet, & una ſapientia , & una cogni-
„ tio utriuſque ſimul.



Macarii hæretici , ex oratione ab ipſo miſſa
ad Lucam presbyterum & monachum Africæ ,
cujus eſt principium : *Quale eſt iis qui in mari*
„ *periclitantur* : Cujuſmodi autem natura etiam
„ in iis quæ ſunt omnino ſeparata , ut etiam
„ rurſus a veſtra abducat ſtultitia, quando cum
„ alia aliqua operatur natura , unam non effi-
„ cit operationem ? B

Apollinaris hæretici, ex dubitationibus : In-
„ ſtrumento & ei quod movet natura eſt inſi-
„ tum, ut unam efficiat operationem . Si au-
„ tem una eſt operatio , una eſt etiam eſſen-
„ tia . Una ergo fuit eſſentia Verbi & inſtru-
„ menti.

Macarii hæretici , ex eadem oratione ad Lu-
cam presbyterum & monachum : Quamobrem
„ etiam ad ſingula eorum , quæ fiebant veluti
„ quamdam cooperatricem ad hoc maxime ſan-
„ ctam ſuam carnem feſtinabat accipere , ut
„ oſtenderet poſſe vivificare, & tanquam unum
„ jam cum eo factam eſſe: non ſecundum natu-
„ ram ſcilicet , ſed ſecundum unionem œcono-
„ micam & poteſtatem vitæ indiſſolubilis , qua C
„ nobis ineffabilis illuxit humanitas . Itaque
„ quando archiſynagogi puellam excitavit , di-
„ cens : *Puella ſurge, tenuit manum* : ipſam qui-
„ dem vivificans, ut Deus, omnipotenti juſſu;
„ rurſus autem vivificans etiam per tactum ſan-
„ ctæ ſuæ carnis , unamque & cognatam per
„ utrumque oſtendens operationem . Vides que-
„ madmodum cum dixiſſet operari utramque
„ formam per eam quæ eſt cúm altero ſocieta-
„ tem , pronunciavit unam earum operatio-
„ nem : non enim ex eo quod veluti dixerit :
„ Vivificans ut Deus , vivificans autem etiam
„ per tactum; jam etiam ut volunt hi novi dog-
„ matiſtæ , duas vivificationes & duas operatio-
„ nes nos intelligere docuit. D

Anthimi hæretici , ex oratione compellatoria
ad Juſtinianum Imperatorem , cujus eſt princi-
pium : *Dei meminiſſe in omni argumento eſt bone-*
„ *ſtum* : Quæ ſunt autem his conſentanea idem
„ quoque docuit ſanctiſſimus pater etiam in quar-
„ ta parte evangelii ſecundum Joannem , ſic di-
„ cens : Propterea etiam dum ſuſcitaret mor-
„ tuos , non dicens , neque divinis juſſis operans
„ invenitur Servator : ſed veluti quamdam coo-
„ perationem ad hoc maxime ſanctam ſuam car-
„ nem properabat accipere : ut oſtenderet poſ-
„ ſe vivificare, & tanquam unum jam cum eo
„ factam eſſe . Itaque quando archiſynagogi
„ puellam ſuſcitavit, dicens : *Puella ſurge* : *ejus*
„ *manum tenuit* , ſicut ſcriptum eſt : vivificans E
„ quidem , ut Deus , juſſu omnipotenti : rurſus
„ autem vivificans etiam per manus contactum ,
„ unam & cognatam per utrumque oſtendens
„ operationem . Quando ergo intelligentis divi-
„ næ operationis ſcimus eſſe proprium univer-
„ ſorum cognitionem , unam autem & eandem
„ utriuſque ſimul docti ſumus eſſe operatio-
„ nem , quomodo non hinc confitebimur unam
„ & eandem eſſe univerſorum cognitionem unius
„ Chriſti , ſicut diximus, tam quod attinet ad
„ ejus divinitatem , quam quod ad ejus huma-
„ nitatem ?

Con-

ANNO CHRISTI 681.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Sufficiunt A quæ hodierno die a nobis acta ſunt. Quoniam autem occupati ſumus in negotiis noſtræ Chriſti amantis reipublicæ, jubemus Conſtantinum & Anaſtaſium glorioſiſſimos Patricios, Polyeuctumque & Petrum glorioſiſſimos exconſules, vice noſtræ pietatis adeſſe ſanctæ & œcumenicæ veſtræ ſynodo in reliquis cœtibus hujus argumenti; cum plurima & præcipua capita præſente noſtra pietate jam ſint acta.

## ACTIO UNDECIMA.

### TOMUS VII.

Eſt Actio quæ ſuperius duodecima ponitur.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei B & Servatoris noſtri; imperii a Deo coronatorum & ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Flaviorum, Conſtantini quidem pii & a Deo electi magni Imperatoris ſemper Auguſti, anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum divinæ ejus manſuetudinis anno tertio decimo; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, XXII. menſis Martii, indictione nona, propoſito maxime venerando ſeſſu pii & Chriſti amantis Imperatoris Conſtantini; in ſecreto divini palatii quod appellatur Trullus; & juſſu ejuſdem divinæ ſerenitatis, vice ejus præſentibus & audientibus Conſtantino glorioſiſſimo exconſule patricio, & curatore imperatoriæ domus Hormiſdæ, Ana- C ſtaſio glorioſiſſimo exconſule patricio & vicario comitis imperialium excubiarum, Polyeucto glorioſiſſimo exconſule, & Petro glorioſiſſimo exconſule:

Cum conveniſſet ſancta & œcumenica ſynodus, juſſu imperatorio congregata in hac a Deo cuſtodita & regia civitate: nempe Theodorus & Georgius reverentiſſimi presbyteri, & Joannes reverentiſſimus diaconus, legati ſanctiſſimi Papæ Romæ veteris Agathonis. & Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus inclytæ Conſtantinopolis novæ Romæ: & Petrus religioſiſſimus presbyter & monachus & legatus ſedis magnæ Alexandrinæ civitatis: & Georgius reverentiſſimus presbyter, monachus & apocriſiarius Theo- D dori ſanctiſſimi legati ſedis Hieroſolymitanæ; Joannes epiſcopus Portuenſis, Abundantius epiſcopus civitatis Paterni, Joannes epiſcopus Rhegii, legati ſanctæ ſynodi, quæ fuit in Roma vetere centum & vigintiquinque religioſorum epiſcoporum, qui declarantur ſuis ſubſcriptionibus in facta ab eis relatione ad pium Imperatorem Conſtantinum: & Theodorus religioſiſſimus presbyter, & legatus religioſiſſimi epiſcopi Ravennæ Theodori, Joannes epiſcopus Theſſalonicæ, Baſilius epiſcopus Gortynæ Cretæ inſulæ, Philalethes epiſcopus Ceſareæ Cappadociæ, Theodorus epiſcopus Epheſi, Siſinnius epiſcopus Heracleæ Thraciæ, Plato epiſcopus Ancyræ Galatiæ, Georgius epiſco- E pus Cyzici, Marinus epiſcopus Sardicenſis, Petrus epiſcopus Nicomediæ, Photius epiſcopus Nicææ, Joannes epiſcopus Chalcedonenſis, Joannes epiſcopus Sidæ, Theodorus epiſcopus Melitenes, Juſtinus epiſcopus Tyanenſis, Alypius epiſcopus Gangrenſis, Cyprianus epiſcopus Claudiopolis, Polyeuctus epiſcopus Myrorum Lyciæ, Theodorus epiſcopus Stauropolis Cariæ, Tiberius epiſcopus Laodiceæ Phrygiæ, Coſmas epiſcopus Synadum. Stephanus epiſcopus Antiochiæ Piſidiæ. Joannes epiſcopus Pergæ, Theopemptus epiſcopus Juſtinianopolis ſeu Mociſſi, Iſidorus epiſcopus Rhodi, Siſinius epiſcopus Hierapolis Phrygiæ, Theodorus epiſcopus Tarſi, Macrobius epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ, Georgius epiſcopus Biziæ Thraciæ, Zacharias epiſcopus Leontopolis Iſauriæ, Gregorius epiſcopus Mitylenes, Georgius epiſcopus Mileti, Sergius epiſcopus Silybriæ, Andreas epiſcopus Methymnæ, Theognius epiſcopus Cii, Epiphanius epiſcopus Euchaitorum, Petrus epiſcopus Meſembriæ, Petrus epiſcopus Sozopolis Thraciæ, Joannes epiſcopus Nyſſæ, Theodorus epiſcopus Thermarum imperialium, Georgius epiſcopus Camulianorum, Zoitus epiſcopus Chriſtopolis Aſiæ, Patricius epiſcopus Magneſiæ, Antonius epiſcopus Hypæporum, Theodorus epiſcopus Pergami, Geneſius epiſcopus Anaſtaſiopolis, Plato epiſcopus Cynnæ, Stephanus epiſcopus Vermopolis, Andreas epiſcopus Maizi, Joannes epiſcopus Miletopolis, Joannes epiſcopus Philadelphiæ, Theodorus eſpiſcopus Præneti, Joannes epiſcopus Daſcylii, Theodorus epiſcopus Juſtinianopolis Gordi, Menas epiſcopus Caraliæ Pamphyliæ, Callinicus epiſcopus Coloniæ Armeniæ, Theodorus epiſcopus Beriſſæ, Tiberius epiſcopus Amiſi, Sergius epiſcopus Sinopes, Georgius epiſcopus Junopolis, Stephanus epiſcopus Heracleæ Ponti, Longinus epiſcopus Tii, Domitius epiſcopus Pluſiadis, Georgius epiſcopus Cratiæ, Plato epiſcopus Adrianopolis, Solomon epiſcopus Clanei, Georgius epiſcopus Coi, Joannes epiſcopus Erizorum, Joannes epiſcopus Mindi, Patricius epiſcopus Iluzorum, Petrus epiſcopus Apiæ, Alexander epiſcopus Naculis, Domitius epiſcopus Prymneſi, Conſtantinus epiſcopus Baratæ, Theodorus epiſcopus Pſibinorum, Paulus epiſcopus Sozopolis Piſidiæ, Pluſianus epiſcopus Syllei, Theodorus epiſcopus Nazianzenus, Demetrius epiſcopus Tii, Stephanus epiſcopus Pari, Gregorius epiſcopus Cantani, Joannes epiſcopus Lappæ, Eulalius epiſcopus Zenonopolis, Conſtantinus epiſcopus Daliſandi, Theodorus epiſcopus Olbæ, Theophanes religioſiſſimus presbyter, & præfectus venerandi in Sicilia monaſterii quod appellatur Bajarum, Georgius presbyter & monachus monaſterii Renæ, quod ſitum eſt in Roma veteri, Conon & Stephanus presbyteri & monachi monaſterii, quod appellatur ædes Arſicia, quod ſimiliter ſitum eſt in Roma vetere. Cum ergo conſediſſent glorioſiſſimi patricii & conſules ex tranſverſo maxime venerandi ſeſſus pii & Chriſti amantis noſtri Imperatoris Conſtantini: omneſque ſanctiſſimi & religioſi epiſcopi ſimiliter ordine ſediſſent in ipſo Trulli ſecreto, in medio propoſitis ſanctis Chriſti Dei noſtri evangeliis:

ACTIO XI.

Conſtantinus religioſiſſimus archidiaconus ſanctiſſimæ quæ hic eſt catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum notariorum ſanctiſſimi archiepiſcopi Conſtantinopolis Georgius, dixit:

Quæ omnia citra defectum diligenterque & accurate conſiderat, quæ pertinent ad orthodoxam & nulli reprehenſioni affinem noſtra Chriſtianorum fidem, veſtra celſitudo, & ſancta & œcumenica veſtra ſynodus cognoſcit, quod cum in præcedenti conventu ſe ferretur tanquam voce habita oratio a Macario ad pium & a Deo coronatum noſtrum dominum & magnum Imperatorem, eſſati dignata eſt divina ejus ſerenitas, chartulas quaſdam fuiſſe ſibi datas a Macario: ſe autem eas hactenus non legiſſe, ſed eas altero die ad ſan-

ACTIO XI

ANNO CHRISTI 681.

ctam veſtram ſynodum prolatum, ut quæ earum debeat habere cognitionem. Stat itaque ante velum Joannes glorioſiſſimus patricius & quæſtor, miſſus ab in primis pio & sereniſſimo noſtro Imperatore, chartas quaſdam afferens: rejecimus autem in hodiernum diem.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus, tunc dixerunt: Fiat lectio eorum, quæ jam conſequenter acta ſunt. Et lecta ſunt.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus, dixerunt: Ingrediatur Joannes glorioſiſſimus patricius, & quæſtor. Et ingreſſus eſt.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus, dixerunt: Dicat Joannes glorioſiſſimus patricius, & quæſtor quanam de cauſa ad nos acceſſit.

Joannes glorioſiſſimus patricius, & quæſtor dixit: Optamus & a Deo ſtabilitus noſter dominus, & magnus victor Imperator, cum de chartis quas ſuperiori die ſibi a Macario fuiſſe traditas meminit, deſiderio Dei qui ipſum coronavit urgeretur; & ſcrutatus eſſet chartas & codicillos quos affero, eos mihi tradidit: jubens ea per me tradi veſtræ ſanctæ ſynodo, quæ ea debet examinare: & hoc volens per me vobis ſignificari, quod ea non legerit ejus a Deo munita manſuetudo in hoc uſque tempus, ſed nec eorum quidem inſcriptionem; ea autem invenerit intra præſentes codicillos. Quos quidem codicillos cum hujuſmodi chartis, ut videtis miſit omnes obſignatos.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus, dixerunt: Chartæ & codicilli prolati a Joanne glorioſiſſimo patricio & quæſtore ſuſcipiantur. Et traditæ ſunt duæ chartæ cera obſignatæ, quæ exprimebant ſcripturam Conſtantini domini. Similiter autem prædicti quoque codicilli habentes idem ſignaculum. Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus dixerunt: Hic quidem glorioſiſſimus patricius & quæſtor. cum Imperatoris juſſui ſatisfecerit, ad ſua ſe negotia conferat. Dictæ autem chartæ legantur.

Cum itaque Antiochus reverentiſſimus lector & notarius ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopoli accepiſſet unum ex dictis codicibus, qui ſic habebat in inſcriptione:

„ Oratio habita a Macario epiſcopo Theopolis ad pium, & pacificum magnum Imperatorem Conſtantinum: " Cumque ejus parumper facta eſſet lectio, glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Quæ tantuam voce habita dicitur oratio, ſuperiori die, præſente pio & a Deo ſtabilito magno Imperatore noſtro, lecta fuit in alio libro, & ſupervacaneum eſt eam ſurſus legi. Legatur autem chartula, quæ fuit inventa cum eodem codicillo.

Cumque Antiochus reverentiſſimus lector & notarius eam ſumpſiſſet, legit: quæ ſic habebat.

„ Subſignatio menſis Septembris XXII. indictione III. Zacharia epiſcopus Claudiopolis, & Georgius epiſcopus Adraſi Iſauriæ, & Tiberius diaconus & notarius, dixerunt: Miſit nos ſanctiſſimus patriarcha noſter ad ſanctiſſimum patriarcham Conſtantinopolitanum, afferentes literas obſignatas, & excepit unus ex nobis Tiberius diaconus & notarius: & cum nos aſcendiſſemus ad patriarchium, exiit bibliothecarius, & diximus ei: Significa nos. Is vero dixit: Quidam eſt negotii? Diximus ei. Volumus ingredi, ut adoremus veſtigia ejus.

Et cum fieret lectio, glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus, dixerunt: Quoniam quæ in hac charta continentur, nihil pertinent ad præſens argumentum, nec ejus quidem lectionem cenſemus eſſe faciendam: legantur autem reliqua.

Accepto itaque altero condicillo, idem reverentiſſimus Antiochus, eum legit qui habebat exemplum epiſtolæ Sergii, qui fuit patriarcha Conſtantinopolitanus, ad Cyrum epiſcopum Phaſidis: quod ſic habebat ad verbum.

Epiſtola Sergii CP. Patriarchæ ad Cyrum epiſcopum Phaſidis.

„ Apparuit quidem nobis vel ex prima ſtatim experientia, prudentia & diligentia veſtræ pietatis; magnis autem nunc per ea quæ ſcripta ſunt, ejus & in laboribus ſuſcipiendis alacritatem & diſcendi ſtudium didicimus. Significans enim ſe legiſſe piam juſſionem ab optimo & a Deo ſtabilito Imperatore noſtro factam ad Arcadium Cypriorum inſulæ religioſiſſimum antiſtitem adverſus Paulum, qui eſt caput improbæ ſectæ Acephalorum; & inveniſſe dictam piam juſſionem, prohibentem dicere in Chriſto Deo noſtro duas operationes: ſuis nos rogavit ſcriptis, utrum oporteat nos duas aſſerere operationes, an unam Domini dicere operationem. Non itaque ſimplici, & brevi utemur oratione, & dicemus quæ ſunt noſtræ cognitionis. Dicemus itaque, quod in ſanctis & œcumenicis ſynodis de eo nulla facta eſt mentio; nec de hac quæſtione poteſt inveniri ullum decretum editum ab ulla orthodoxa ſynodo. Ex eximiis autem patribus ſcimus aliquos, & præcipue ſanctiſſimum Cyrillum Alexandriæ archiepiſcopum, in nonnullis ſuis ſcriptis dixiſſe unam vivificam Chriſti Dei noſtri operationem. Quin etiam Menas quoque ſanctus archiepiſcopus hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis compoſuit orationem habitam ad Vigilium, qui fuit ſanctiſſimus Papa Romæ veteris: in qua ipſe quoque ſimiliter ſtatuit unam eſſe Chriſti voluntatem & unam vivificam operationem. Et ut prudentiſſima quidem veſtra diligentia legens cognoſcat vim eorum quæ in ea continentur, neceſſario curavimus ut dicta tranſcriberetur oratio, ei ſubjectis etiam diverſis ſententiis ad ſcopum propoſitum confirmandum: & juſſimus eam mitti cum noſtris literis. Quoniam autem dicit veſtra pietas ſanctiſſimum Romanum Papam Leonem, per hoc quod dicit: Operatur utraque forma cum alterutrius ſocietate: duas operationes in Chriſto Deo noſtro tradere & prædicare: oportet eam ſcire, quod cum multi ex impia execrandi Severi, qui ſemper depugnant adverſus pia dogmata pietatis, latraverit adverſus omni ex parte celebrandi hujus patris epiſtolam, quæ revera eſt communis columna rectæ fidei; diverſi ex eximiis catholicæ eccleſiæ doctoribus, ſurrexerunt ad juſtam & veram hujus epiſtolæ defenſionem; nec ullum eorum ſcimus dixiſſe in dicto propoſito ſanctum Leonem dixiſſe duas operationes. Sed ne ſi omnes eos in medium adduxerimus, ſimus prolixiores, unius eorum qui in verorum dogmatum doctrina apud omnes laudem tulit, Eulogii inquam, ſanctæ memoriæ Alexandriæ paſtoris, qui pro dicta epiſtola integram ſcripſit orationem, ſententiam quæ pertinet ad propoſitum, cujus ſuperius mentio facta eſt orationi poſt ſententias patrum ſubjici curavimus. Neque ergo eos quos ſcimus ſæpius dictam defendiſſe epiſtolam, neque ullum alium

ANNO CHRISTI 681.

ACTIO XI.

„ alium ex divinitus inſpiratis eccleſiæ myſta- A
„ gogis uſque in hodiernum diem invenimus
„ dixiſſe duas operationes in Chriſto Deo no-
„ ſtro. Si quis autem ex diligentioribus poſ-
„ ſit oſtendere aliquos ex eximiis & divinis
„ noſtris patribus, quorum dogmata ſunt lex
„ catholicæ eccleſiæ, duas operationes in Chri-
„ ſto tradentes dicere, oportet omnino eos ſe-
„ qui. Omnino enim neceſſe eſt, non ſolum
„ in ſenſu ſequi dogmata ſanctorum patrum,
„ ſed etiam uti iiſdem quibus illi vocibus, &
„ nihil omnino innovare. Quæ ergo de pro-
„ poſito capite ſcimus, hæc ſunt Suſcipiens
„ autem veſtra pietas, & deinceps quæ ad ipſam
„ a nobis miſſa ſunt legens, utilitatem qui-
„ dem Deo cognitionum, & harum orationum B
„ & operum donum patribus acceptum ferat;
„ oret autem pro noſtra humilitate, & eorum
„ quam primum ad nos mittat exemplaria.

Finita autem lectione hujus epiſtolæ, idem reverentiſſimus Antiochus legit ex eodem codicillo orationem tanquam Menæ patriarchæ Conſtantinopolitani ad Vigilium Papam Romæ.

Qua lecta, glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Supervacanea fuit lectio hujus orationis, quoniam ficta eſt & falſa; quoniam nec in regiſtris ſitis in venerando patriarchio, epiſtolarum quæ factæ ſunt a Mena ſanctæ memoriæ antiſtite hujus regiæ civitatis, inventa eſt Menæ quæ dicitur oratio ad Vigilium. Sed & in hac prius ſita tertia actione, C cum tunc legeretur primus liber actorum ſanctæ quintæ ſynodi, inventi ſunt adjecti falſi tres quaterniones, qui hanc referebant orationem. Legantur autem reliqua hujus codicilli.

Præterea legit idem reverentiſſimus Antiochus exempla ſeptimæ & octavæ actionis ſanctæ & œcumenicæ quintæ ſynodi, tranſcripta ex actis authenticis ſitis in venerando patriarchio.

Horum ergo facta lectione, glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Jam etiam quæ adſunt actiones ſeptima & octava, in lectione quæ facta fuit ſanctæ quintæ ſynodi, nobis fuerunt declaratæ: Quinetiam in memoria habemus, quod tunc dixerunt, qui ſunt ex parte Apoſtolicæ ſedis veteris Romæ, fuiſſe D falſatam prædictam ſeptimam actionem; quandoquidem non ſunt veri duo, qui in ea inſeruntur libelli, tanquam a Vigilio traditi Juſtiniano & Theodoræ piæ memoriæ: fuitque ſupervacanea duarum dictarum actionum lectio.

Rurſus ergo fuit traditus prædicto reverentiſſimo Antiocho alter codicillus, quem quidem legit ſic habentem: Exemplum epiſtolæ Sergii archiepiſcopi Conſtantinopolitani ad Honorium Papam Romæ.

Epiſtola Sergii CP. patriarchæ ad Honorium Papam

„ Adeo vobis ſanctiſſimi integre & arcte in
„ unitate conjungimur ſpiritus, ut vos omnium
„ noſtrorum conſiliorum & actionum adjutores
„ ſacratiſſimos habere ſtudeamus: & niſi ma-
„ gnum præberet obſtaculum locorum diſtan- E
„ tia, hoc quotidie faceremus, firme & valido
„ venerandæ & unanimis veſtræ fraternitatis
„ nos munientes conſilio. Quoniam tamen
„ abſque labore oratio & ſcriptum nobis con-
„ cedit id cujus ſtudio tenemur, jam ea nar-
„ rabimus quorum cauſa ſcribimus. Ante ali-
„ quod tempus quando expeditionem contra
„ Perſas faciebat victor præclarus & a Deo ſta-
„ bilitus noſter dominus & magnus Imperator,
„ propter ſuſcepta ab eo certamina pro Chriſti
„ amante ejus fidei commiſſa republica, & ve-
„ nit ad partes regionis Armeniorum, qui pri-
„ mas partes obtinebant in impia ſecta exſe-
„ crandi Severi, Paulus quidam nomine, in
„ illis locis apparens, acceſſit ad ejus pieta-
„ tem, pro falſa ſua hæreſi proferens oratio-
„ nem, eamque datam ſuo defendens patroci-
„ nio. Quamobrem ejus pia & regia ingenii
„ magnitudo, (nam cum aliis Dei donis di-
„ vinorum quoque dogmatum locupletem aſſe-
„ cutus fuit cognitionem,) confutata & veluti
„ in triumphum ducta ſcelerata ejus impieta-
„ te, loco profanorum & malorum ejus artifi-
„ ciorum, ſanctiſſimæ noſtræ eccleſiæ, tanquam
„ verus ejus defenſor, recta & nulli reprehen-
„ ſioni affinia introduxit dogmata, in quibus
„ unius quoque Chriſti Dei noſtri operationis
„ fecit mentionem. Poſt aliquod autem tempus
„ idem a Deo ſtabilitus Imperator, cum in Lazo-
„ rum veniſſet regionem, ejus quæ, ut dictum eſt,
„ ab eo habita fuit adverſus hæreticum illum
„ Paulum diſputationis meminit apud Cyrum ſan-
„ ctiſſimum, qui tunc quidem obtinebat ſedem
„ metropolitanam Chriſti amantis Lazorum re-
„ gionis, nunc autem magnam paſcit Alexan-
„ driam. Dictus autem vir ſanctiſſimus, his
„ auditis, reſpondit ejus ſerenitati, ſe non
„ recte ſcire, unamne an duas operationes Chri-
„ ſti veri Dei noſtri oporteat ſentire. Itaque
„ juſſu erit pietatis, ſuis ſcriptis nos rogavit
„ dictus vir ſanctiſſimus utrum oporteat unam
„ dicere operationem, an duas, in Servatore
„ noſtro Chriſto; & an ſciamus aliquos ex ſan-
„ ctis & divinis patribus, qui unam dixerunt
„ operationem. Quamobrem nos ea quæ no-
„ ſtræ erant cognitionis, ei ſignificavimus per
„ noſtra exemplaria: mittentes etiam oratio-
„ nem Menæ ſanctiſſimi patriarchæ hujus a Deo
„ cuſtoditæ & regiæ civitatis, habitam & ab
„ ipſo traditam hic præſenti ſancto Vigilio,
„ qui veſtram præceſſit ſanctitatem; quæ qui-
„ dem diverſas patrum habebat ſententias de
„ una operatione & una voluntate Servatoris
„ noſtri Chriſti veri Dei. Nihil autem omni-
„ no proprium in his noſtris pronunciavimus
„ exemplaribus: ut ſi et vobis ſacroſanctis co-
„ gnoſcere, ſi eorum a nobis miſſa legatis
„ exempla. Et ab illo quidem tempore fuit
„ hoc caput ſilentio mandatum. Poſtquam au-
„ tem parvo abhinc tempore, auxilio & gra-
„ tia Dei, *qui vult omnes homines ſalvos fieri*,
„ & pio zelo optimi & maximi noſtri Impera-
„ toris incitatus Cyrus ſanctiſſimus patriarcha
„ magnæ Alexandrinorum civitatis, communiſ-
„ que noſter frater & comminiſter, pie & mo-
„ derate eſt adhortatus eos, qui in magna A-
„ lexandrinorum civitate, Eutychis, & Dio-
„ ſcori, Severique, & Juliani Deo inviſorum
„ morbo laborabant, ut ad catholicam accede-
„ rent eccleſiam: & poſt multas diſputationes,
„ & labores, quos cum maxima prudentia, &
„ utiliſſima in eo negotio diſpenſatione ſuſce-
„ pit, id quod ſtudebat ſuperna effecit gratia,
„ fuerunt inter utramque partem quædam ca-
„ pita dogmatica, in quibus omnes qui nuper
„ quidem in diverſas partes erant divulſi, ex-
„ ſecrandos autem Dioſcorum & Severum ſibi
„ parentes adſcribebant, uniti ſunt ſanctiſſimæ
„ & ſoli catholicæ eccleſiæ, & uni gregi veri
„ Dei noſtri: & univerſus Alexandrinorum
„ populus Chriſti amans eſt effectus, & præ-
„ ter eos univerſa ſere Ægyptus, & Thebais,
„ & Libya, & reliquæ provinciæ diœceſis Æ-
„ gyptiacæ; quos quidem licebat prius videre,
„ ut diximus, diſperſos in innumerabilem hæ-

reſum

„ reſum multitudinem, nunc autem Dei gratia, & Deo grato ſtudio dicti ſanctiſſimi pontificis Alexandriæ civitatis, omnes unum facti ſunt, una voce & unitate ſpiritus, eccleſiæ recta confitentes dogmata. Eorum autem quæ dicta ſunt, & in quæ convenerunt, unum fuit caput de una Chriſti magni Dei & Servatoris noſtri operatione. Cum hæc ſic proceſſerint, Sophronius ſanctiſſimus monachus, qui nunc, ut ex ſola auditione accepimus, electus fuit antiſtes Hieroſolymitanorum: nondum enim ejus ſynodales de more hucuſque literas accepimus: cum tunc fuiſſet in civitate Alexandrina, & cum dicto ſanctiſſimo Papa verſaretur, quando, ut dictum eſt, Dei gratia admirabilem cum iis qui nuper erant hæretici effecit unionem: & de eis capitibus ſimul cum eo conſideraret, adverſatus eſt, & repugnavit capiti de una operatione, volens omnino dogma conſtitui, duas eſſe Chriſti Dei noſtri operationes. Cum autem dictus ſanctiſſimus Papa, maxime quidem ei aliquas produxiſſet ſententias ſanctorum noſtrorum Patrum, qui ſparſim in nonnullis ſuis ſcriptis unam duxerunt operationem, deinde etiam ex abundanti diceret, quod ſæpenumero ſancti noſtri patres, ut plurium animarum ſalutem lucrifacerent, ejuſmodi exortis capitibus, Deo grata uſi videntur œconomia & ſui ad alios ſubmiſſione, adulterina eccleſiæ dogmata nequaquam accurate & rigide labefactantes; & diceret, quod oportet etiam in præſentia, tam innumerabilis populi ſalute propoſita, nihil de hoc capite litigioſe contendere, propterea quod, ut dictum eſt, & a quibuſdam divinis patribus hæc vox dicta ſit, & ex eo nihil lædatur ratio rectæ fidei; dictus religioſus & Dei amans Sophronius nequaquam hanc admiſit œconomiam. Poſtquam ergo ea de cauſa veniens cum literis ejuſdem ſanctiſſimi noſtri comminiſtri, ad nos acceſſit, de eo quoque apud nos unam habuit orationem, inſtans ut ex ejuſmodi capitibus eximeretur, poſt factam unionem, vox unius operationis: quod nos durum exiſtimavimus. Quomodo enim non eſſet durum atque adeo graviſſimum, ut quod erat diſſoluturum & everſurum totam illam recte factam concordiam & unionem in Alexandrina civitate & omnibus quæ ei ſubſunt provinciis, quæ nullo tempore hucuſque vel ſolum nomen admiſerunt divini & inclyti Patris noſtri Leonis, aut mentionem fecerunt ſanctæ & œcumenicæ ſynodi Chalcedonenſis, nunc autem clara & magna voce eam in divinis myſteriis prædicant? Cum ergo multa verba de eo facta eſſent ad dictum ſanctiſſimum Sophronium, tandem eum adhortati ſumus ut nobis proferret ſententias ſanctorum & eximiorum patrum: illorum quidem certe, quos omnes communes confitemur doctores, & eorum dogmata legem Dei ſanctæ cognoſcunt eccleſiæ, qui aperte & iiſdem verbis duas in Chriſto tradunt operationes, ille autem hoc facere omnino dubitavit. Nos ergo cum quæ nunc cœpiſſet, nonnullis ex iis qui hic ſunt, dubitationem accendi animadvertiſſemus; & ſciremus quod ex hujuſmodi ſemper contentionibus exortæ ſunt hæreſium diſſenſiones, neceſſarium eſſe judicavimus omne ſtudium adhibere ad abolendam & excindendam hanc ſupervacaneam de verbis contentionem, & ad ſæpius dictum ſanctiſſimum Alexandriæ patriarcham ſcripſimus; ut cum ipſe Dei ope conciliarit unionem cum iis qui jamdiu fuerant ſeparati, nulli deinceps concedat unam aut duas operationes proferre in Chriſto Deo noſtro, ſed potius, ſicut ſanctæ & œcumenicæ tradiderunt ſynodi unum & eundem Filium unigenitum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum confiteri operari divina & humana; & omnem divinam & humanam operationem procedere citra diviſionem ex uno & eodem incarnato Deo Verbo, & referri ad unum & eundem: propterea quod vox quidem unius operationis etiamſi dicta ſit a nonnullis ſanctis patribus, ſit tamen nova & aliena, & conturbentur aures aliquorum exiſtimantium eam proferri ad tollendas duas naturas, quæ in Chriſto Deo noſtro unitæ ſunt inconfuſe & in hypoſtaſi: quod quidem non ita eſt, & abſit ut ſit. Similiter autem duarum quoque operationum vox multos offendat, ut quæ dicta ſit a nullo divinorum & eximiorum eccleſiæ myſtagogorum: ſed etiam ſit ei conſequens, ut duas aſſerat voluntates inter ſe contrarias, tanquam Deus quidem Verbum velit ſalutarem impleri paſſionem, ejus autem humanitas eidem reſiſtat & repugnet voluntati, & hinc duo inducantur volentes contraria, quod quidem eſt impium. Fieri enim non poteſt, ut in uno & eodem ſubjecto duæ ſimul conſiſtant voluntates. Salutaris autem divinorum patrum doctrina evidenter docet, intelligenter animatam Domini carnem, ſeparatim & ex ſua appetitione, repugnanter Dei Verbi nutui quod eſt ei unitum in hypoſtaſi, ſuam naturalem nunquam feciſſe motionem, ſed quando, & qualem, & quantam ipſe Deus Verbum voluit: & ut aperte dicam, quomodo corpus noſtrum ducitur, regitur, & adminiſtratur ab intelligenti & ratione prædita noſtra anima; ita etiam in Domino Chriſto totam ejus humanam compoſitionem ab ipſius Verbi divinitate ſemper in omnibus agi & moveri divinitus, ex ſententia Gregorii Nyſſeni, qui dicit adverſus Eunomium. Quandoquidem Deus Filius eſt omnino impatibilis, & alienus ab interitu: ſi qua autem perpeſſio de eo dicitur in evangelio, omnino per humanitatem, quæ hanc paſſionem ſuſcepit, id fecit. Vere enim operatur divinitas quod eſt circa eam corporis, ſalutem univerſi; adeo ut ſit paſſio quidem carnis, Dei autem operatio. Cum ergo vidiſſemus hanc quæ accendi cœperat contentionem, neceſſarium duximus uſitatas potius ſanctorum patrum voces & ſynodaliter definitas ſequi per omnia; neque quæ raro dicta ſunt ab aliquibus patribus, & nec eum habuerunt ſcopum, tanquam manifeſtam & non controverſiam de iis exponere doctrinam, & omnino deducere ad regulam, & legem dogmaticam, cujuſmodi eſt etiam quod ab eis dictum eſt de una operatione: neque ea quæ nequaquam dicta ſunt ab eximiis patribus, ab aliquibus autem nunc proferuntur, duas inquam operationes, tanquam dogma proferre eccleſiaſticum. Tandem placuit & viſum eſt, ut dictus ſanctiſſimus Sophronius nullam deinceps moveret orationem de una aut duabus operationibus; ſed contentus eſſet prædicta tuta & trita ſanctorum patrum ſemita & doctrina. His ergo con-

ACTIO XI

ANNO CHRISTI 681.

„ a bi ... *Videbit omnis caro ſalutare Dei.* Et A alia diverſa. Non aſſumpta ergo fuit, ſicut diximus, a Servatore natura quæ peccavit, quæ repugnat legi mentis, ſed *venit ut quæreret, & ſervaret quod perierat*, nempe humani generis naturam quæ peccavit. Alia enim lex in membris, aut voluntas diverſa & contraria non fuit in Servatore, quoniam natus eſt etiam ſupra legem humanæ naturæ. Etſi enim ſcriptum eſt: *Non veni facere voluntatem meam, ſed ejus qui miſit me Patris.* Et: *Non ſicut ego volo; ſed ſicut tu vis Pater*: & alia hujuſmodi, non ſunt hæc diverſæ voluntatis; ſed œconomiæ ſuſceptæ humanitatis. Hæc enim propter nos dicta ſunt, quibus dedit exemplum ut ſequamur veſtigia B ejus pietatis doctor docens diſcipulos, ut non unuſquiſque noſtrum propriam, ſed Domini potius in omnibus præferat voluntatem. Via ergo regia incedentes, a dextera & ſiniſtra circumpoſitos venatorum laqueos fugientes, ne pedem noſtrum offendamus ad lapidem, Idumæis, hoc eſt, terrenis hæreticis ſua relinquentes, neque veſtigium pedis terræ, hoc eſt, malam eorum doctrinam, uno modo noſtræ mentes attingant; ut poſſimus pervenire ad fines patriæ, in ducum noſtrorum ingredientes ſemitis. Quod ſi etiam nonnulli, ut ita dicamus, balbutientes, quædam aggreſſi ſunt proferentes exponere, ſe ipſos formantes inſtar doctorum, ut formare poſ- C ſint mentes auditorum; non oportet ea convertere ad dogmata eccleſiaſtica, quæ neque ſynodi examinarunt, neque canonicæ auctoritates viſæ ſunt declarare: ut unam aut duas operationes audeat quis in Domino Jeſu Chriſto prædicare; quas nec evangelica nec apoſtolica ſcripta, neque ſynodica judicia cernuntur definiſſe: niſi ſicut prius diximus, quidam balbutientes quædam docuerunt, ſe demittentes ad formandas mentes & cogitationes eorum, qui ſunt adhuc infantes: quæ quidem non expedit transferre ad dogmata eccleſiaſtica, quæ unuſquiſque in ſua redundans ratiocinatione, tanquam ſuam profert ſententiam. Quod enim Do- D minus noſter Jeſus Chriſtus, Filius & Verbum Dei, per quem omnia facta ſunt, eſt unus & idem operans divina & humana, divinæ ſcripturæ perfecte & aperta demonſtrant. Utrum autem propter opera divinitatis & humanitatis, una aut duæ operationes debeant deductæ dici aut intelligi, hæc ad nos non debent pertinere; ſed ea relinquimus grammaticis aut artium ſcriptoribus, qui ſolent pueris, dum faciunt derivationes, nomina quæ apud eos inveniuntur vendere. Nos enim non unam operationem aut duas Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & ejus Spiritum ſanctum a ſanctis ſcripturis accepimus; ſed eum multifariam operantem co- E gnovimus. Scriptum eſt enim: *Qui non habet ſpiritum Chriſti, hic non eſt ejus.* Et rurſus: *Nemo poteſt dicere, Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto. Diviſiones autem gratiarum ſunt, idem autem ſpiritus, & diviſiones miniſteriorum ſunt, idem autem Dominus: & diviſiones operationum ſunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Si enim diviſiones operationum multæ ſunt, & eas omnes Deus in omnibus membris ſuis corporis implet operatur, quanto magis in capite noſtro Chriſto Domino poſſunt hæc pleniſſime con[ve]nire? ut & caput & corpus unum ſit perfectum: *ut unitati concurrat*, ut ſcriptum eſt, *in virum perfectum, ad menſuram ætatis plenitudinis Chriſti*. Si enim in aliis, hoc eſt, in membris propriis, ſpiritus Chriſti multis modis operatur, in quo vivunt & moventur & ſunt: quanto magis per ſe interceſſorem Dei & hominum, pleniſſime & perfectiſſime, multiſque modis & ineffabiliter oportet nos ipſum confiteri operari communione utriuſque naturæ? Et nos quidem oportet ex oraculis divinorum eloquiorum ſentire & reſpirare, illa ſcilicet evertentes, quæ novitate vocis cognoſcuntur ſanctis Dei eccleſiis parere offenſiones: ne forte qui ſunt infantes, offendentes in appellatione duarum operationum, exiſtiment nos ſentire, id quod Neſtoriana inſania; aut ſi rurſus unam ſcilicet operationem Domini noſtri Jeſu Chriſti putemus eſſe confitendam, ne ſtultam Eutychianiſtarum non attonitis auribus amentiam confiteri exiſtimemur; caventes, ne quorum vana & inania arma exuſta ſunt, eorum cineres renovent ſuſcitatas faces flammiferarum quæſtionum: in ſimplicitate & veritate confitentes Dominum noſtrum Jeſum unum & eundem operari in divina & humana natura: ſatius exiſtimantes, ut vani naturarum ponderatores, faſtum habentes & intumeſcentes in nos perſtrepant ranarum vocibus, quam ſimpliciores & humiles ſpiritu populi Chriſtianorum poſſint manere jejuni. Nullus enim ſeducet per philoſophiam & inanem deceptionem diſcipulos piſcatorum, qui ſequuntur eorum doctrinam; omne enim perplexum & circumfluens argumentum vafri ſyllogiſmi, contritum fuit in horum retibus. Hæc vobiſcum noſtra prædicabit fraternitas, ſicut hæc quoque vobiſcum unanimiter prædicamus: vos rogantes ut introductam appellationem novæ vocis unius aut duarum operationum fugientes, unum nobiſcum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei vivi, Deum verum in duabus naturis operantem quæ ſunt divinitatis & humanitatis, orthodoxa fide & catholica unitate prædicetis. *Subſcriptio*: Deus te cuſtodiat incolumem, dilecte & ſanctiſſime frater.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus dixerunt: Oportet ad nos afferri regiſtra & ſcripta dogmatica expoſita a Sergio, qui fuit patriarcha hujus regiæ civitatis, ſive ad Honorium, ſive ad Cyrum, aut Sophronium, aut ad alias etiam perſonas; aut etiam facta ab Honorio ad Sergium cauſa hujus dogmaticæ quæſtionis, & repoſita in bibliotheca hujus patriarchii ad conferendum cum codicillis a Macario traditis pio Imperatori noſtro, & nunc lectis. Georgius ergo religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius hujus ſanctiſſimæ eccleſiæ, omni ſtudio abiens in bibliothecam venerandi patriarchii, afferat regiſtra & ſcripta.

Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius, dixit: Sicut juſſit veſtra amplitudo & ſancta & œcumenica veſtra ſynodus, vado protinus; & quæcumque invenire potero, mecum afferam.

Glorioſiſſimi præſides, & ſancta ſynodus, dixerunt: Quod promiſſum quidem eſt ab ipſo Georgio religioſiſſimo diacono & bibliothecario, ad finem perfectum deducatur. Hi vero accipientes quæ acta ſunt, in hac noſtra ſancta ſynodo, vadant ſimul cum Joanne religioſiſſimo

ANNO CHRISTI 680.

mo epiſcopo Rhegii, Georgio religioſiſſimo epi- A ſcopo Cyzici, & Domitio religioſiſſimo civitatis Pluſiadis, ad Macarium; & ei oſtendant duos libellos, & chartaceum cum eis quaternionem, & eum interrogent an hæc ſunt vera opera Macarii. Similiter autem ei oſtendant etiam tres codicillos, & unam chartam quæ nunc lecta eſt coram nobis, an ipſe ea tradiderit pio noſtro domino & magno Imperatori & datum ab eo ad hæc reſponſum ad nos afferant. Et cum porro egreſſi eſſent dicti religioſi epiſcopi, ſimul cum Paulo & Joanne magnificentiſſimis Imperatoris ſecretariis, & Agathone reverentiſſimo lectore, & notario ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopolitani, & acceſſiſſent ad Macarium, & paulo poſt reverſi B eſſent, dixerunt: Abeuntes juſſu veſtræ amplitudinis & ſanctæ & œcumenicæ veſtræ ſynodi, aſcendimus in venerandum patriarchium: & ingreſſi unam cellulam, in qua eſt Macarius, ut juſſiſtis, cum interrogavimus, an agnoſcat duos libellos nomine ejus inſcriptos, & cum eis unum quaternionem chartaceum; & an ſunt ejus opera. Qui Macarius cum ea attuliſſet, & aperuiſſet, & direxiſſet, dixit: Ita domine, vera ſunt mea ſcripta, & agnoſco ea. Similiter autem ei quoque oſtenſi ſunt tres codicilli, & una carthula, quæ etiam hodierno die lecta ſunt, & cum ea quoque direxiſſet, dixit: Certe, domine, agnoſco ea. Anno enim ſuperiore ea tradidi domino, & vere ea agnoſco.

Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius, ingreſſus in medium ſanctæ ſynodi, dixit: Ut mihi juſſit veſtra amplitudo & ſancta & œcumenica ſynodus, abiens in bibliothecam venerandi patriarchii, & quos potui invenire codicillos ſive regiſtra, affero vobis exhibituros.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Tradat Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius, ad lectionem ſeu collationem codicillorum a Macario traditorum pio noſtro Imperatori, quos affert codicillos ſeu regiſtra. Et cum accepiſſet Antiochus reverentiſſimus lector, & notarius Georgii Sanctiſſimi archiepiſcopi Conſtantinopolitani, legit epiſtolam ejuſdem Sergii ad Cyrum qui fuit epiſcopus Lazicæ. Et collata fuit cum eo qui allatus fuerat codicillo per Joannem glorioſiſſimum Quæſtorem ſecundum Macarium: & convenit.

Præterea prolatus fuit alter codicillus ſeu regiſtrum lectum ſimiliter per eundem reverentiſſimum Antiochum, habens epiſtolam Sergii quondam Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Honorium olim Papam Romanum, & collatus fuit cum codicillo a Macario tradito pio Imperatori: & convenit. Similiter prolata fuit a Georgio religioſiſſimo diacono & bibliothecario authentica epiſtola Romana Honorii quondam Papæ Romani, ad Sergium patriarcham Conſtantinopolitanum cum ejuſdem interpretatione: & collata fuit ejus Romana epiſtola per Joannem religioſiſſimum epiſcopum Portuenſem qui erat unus ex ſynodo veteris Romæ; & convenit.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Cum cognoverit ſancta & œcumenica veſtra ſynodus, ea quæ nunc lecta ſunt & collata, Sergii quondam patriarchæ hujus regiæ civitatis, & Honorii olim Papæ Romani & præterea Sophronii olim patriarchæ Hieroſolymitani, dicat quæ ſibi videntur.

Dixit ſancta ſynodus: Convenienter iis quæ dicta ſunt a vobis glorioſiſſimis de iis quæ lecta ſunt, ex regiſtris epiſtolarum ſcriptarum a Sergio & authentica Romana Honorii epiſtola, deinde etiam de ſynodalibus Sophronii jam a nobis lectis literis, accuratius de his conſiderantes, altero die vobis glorioſiſſimis dicemus, quæ oportet. ACTIO XI.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Hoc quidem faciet ſancta veſtra ſynodus. Pius autem & a Deo ſtabilitus noſter dominus & magnus Imperator, Deum qui ipſum coronavit clementia & benignitate in omnibus imitans, & converſionem exſpectans Macarii, per nos indignos ſuos famulos ſciſcitatur a veſtra ſancta & œcumenica ſynodo, an ſi is convertatur poſt ejus factam a ſancta veſtra ſynodo depoſitionem, reſtituatur in ſuam ſedem.

Dixit ſancta ſynodus: Macarium qui inveteravit in dogmatibus impietatis, & non ſolum qui in hac a Deo cuſtodita & regia civitate habitantem Chriſti amantem populum turbido potavit everſione, & ſaltavit ſententias ſanctorum & eximiorum patrum, & alias quidem amputavit, alias vero adjecit, & prout ei viſum fuit a via fecit declinare pium & a Deo coronatum Imperatorem noſtrum, ab eo traditis codicillis: quin etiam ab ortu ſolis uſque ad occaſum, literis ſuis & hominibus miſſis omnes conturbavit, & a vera fide abduxit, juſteque & C canonice fuit exutus habitu pontificali, nequaquam admittit divina regula, ut deinceps ſedeat in ſede doctoris; ne ex eo ejus hæreſis magis ſuſcitetur ſententia, *& fiant*, ſicut ſcriptum eſt, *noviſſima illius hominis pejora prioribus*: & maxime cum in præſentia pii noſtri domini & magni Imperatoris, & totius noſtræ ſynodi interrogatus ſit, an ſequatur & conteatur cum omnibus in Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſicut duas naturas, ita etiam duas naturales voluntates, & duas naturales operationes omnino non admiſerit: ſed affirmaverit ea quæ jam impie ſunt ab eo definita: & his ipſis verbis dixerit: Si membratim ſecer & in mare projicier, ego neque duas voluntates, D neque duas operationes dicam in Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui eſt unus ſanctæ Trinitatis. Et ideo ſynodaliter, ut dictum eſt, depoſitum & anathemate notatum, nequaquam hunc Macarium, deinceps, ut ſuperius dictum eſt, ſancta noſtra ſynodus admittit ad ſedem pontificalem: ſed etiam rogamus ut exterminetur ex finibus hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, cum iis qui eadem quæ ipſe ſentiunt.

Religioſiſſimi epiſcopi & reverentiſſimi clerici, qui erant ſub ſede civitatis Antiochenæ, accedentes ad glorioſiſſimos magiſtratus, dixerunt: Petimus a veſtra amplitudine, ut referat ad pium & a Deo coronatum noſtrum do- E minum & magnum Imperatorem, ut alius loco Macarii, qui fuit noſter archiepiſcopus, provehatur ad ſedem pontificalem, ne ea ſedes ſit vidua.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Ut cenſuit ſancta & œcumenica veſtra ſynodus, & ut petitum fuit a religioſiſſimis epiſcopis & reverentiſſimis clericis, qui ſunt ſub ſede civitatis Antiochenæ faciemus, re ipſa implente veſtra ſancta ſynodo altero die, quæ promiſit de Sergio, Honorio, & Sophronio.

ACTIO XII
Eſt ea quæ decimatertia ſuperius appellatur

## ACTIO DUODECIMA

### Tomus VIII.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; imperii a Deo coronatorum & ſereniſſimorum noſtrorum Imperatorum Flaviorum, Conſtantini quidem pii & magni Imperatoris ſemper Auguſti, anno viceſimo ſeptimo, & poſt conſulatum ejus divinæ ſerenitatis decimo tertio; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno viceſimo ſecundo, viceſimo octavo menſis Martii, indictione nona, propoſito venerando ſeſſu, &c.

Cumque ſediſſent glorioſiſſimi patricii & conſules, & omnes ſanctiſſimi & religioſi epiſcopi per ordinem in eodem Trulli ſecreto, in medio propoſitis ſanctis & intemeratis Chriſti Dei noſtri evangeliis, Conſtantinus pius archidiaconus hujus ſanctiſſimæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum notariorum ſanctiſſimi patriarchæ hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis Georgii, dixit: Habet in memoria ſancta veſtra & œcumenica ſynodus, quod in præcedenti conventu ei dictum eſt a glorioſiſſimis magiſtratibus, ut ſuam pronunciaret ſententiam de Sergio, Honorio, & Sophronio, qui fuerunt patriarchæ; & pollicita eſt ſe hoc facturam altero die: & quod poſtquam cenſuiſſet ſancta veſtra ſynodus procedere, rataque ac firma eſſe quæ facta erant in Macario, petierunt religioſiſſimi epiſcopi & reverentiſſimi clerici qui ſunt ſub ſede civitatis Antiochenæ, ut referretur ad pium & ſereniſſimum noſtrum dominum & magnum Imperatorem, ut alius promoveretur ad ſedem civitatis Antiochenæ: & rejecimus in hunc diem.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Legantur quæ jam ſunt acta. & lecta ſunt.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Dicat ſancta & œcumenica veſtra ſynodus ea quæ ipſa promiſit pridie. Dixit ſancta ſynodus. Convenienter promiſſionis a nobis factæ veſtræ am- D plitudini, examinatis Sergii quondam patriarchæ hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis dogmaticis epiſtolis ſcriptis ad Cyrum qui tunc erat epiſcopus Phaſidis, & Honorium quondam Papam Romæ veteris: ſimiliter & illius, nempe Honorii, ad eundem Sergium reſcripta epiſtola: cum eas inveniremus omnino alienas ab apoſtolicis doctrinis, & iis quæ ſunt decreta a ſanctis ſynodis & omnibus eximiis patribus, ſequentes autem falſas hæreticorum doctrinas; eas omnino rejicimus, & tanquam exitioſas animæ abominantur. Quorum autem, nempe eorundem, impia averſamur dogmata, eorum etiam nomina ex ſancta Dei eccleſia ejicienda eſſe ſtatuimus: nempe Sergii quon- E dam patriarchæ hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, qui incœpit ſcribere de hoc impio dogmate; Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Pauli, & Petri, qui ipſi quoque fuerunt antiſtites in ſede hujus a Deo cuſtoditæ civitatis, & fuerunt in eadem in qua illi ſententia. Deinde Theodori quoque, qui fuit epiſcopus Pharan: quarum omnium prius ſcriptarum perſonarum meminit, in relatione facta ad pium & a Deo ſtabilitum noſtrum dominum & magnum Imperatorem, Agatho ſanctiſſimus & beatiſſimus veteris Romæ Papa, & rejecit ut qui ſenti-

A ſent contra orthodoxam noſtram fidem; quos etiam decernimus ſubjici anathemati. Præter hos autem ex ſancta quoque Dei eccleſia ſimul ejici & anathemate feriri cenſemus Honorium, quondam Papam Romæ veteris; propterea quod nos invenimus per factas ab ipſo literas ad Sergium, cum illius ſententiam eſſe ſecutum in omnibus, & ejus impia confirmaſſe dogmata. Conſideravimus autem ſynodales quoque literas Sophronii ſanctæ memoriæ, patriarchæ ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis Hieroſolymitanæ: cumque eas invenerimus congruere veræ fidei, & apoſtolicis ſanctorum & eximiorum patrum doctrinis convenire, tanquam orthodoxas judicavimus, & ut quæ ſunt B apoſtolicæ & ſanctæ eccleſiæ utiles admiſimus, & nomen ejus inſeri in ſacris ſanctarum eccleſiarum diptychis juſtum eſſe cenſuimus.



Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Cum ſatisfecerit ſancta & œcumenica veſtra ſynodus interrogationi factæ de perſonis, quæ a nobis fuerant propoſitæ: nempe Sergio, & Honorio quondam patriarchis, & præterea Sophronio ſanctæ memoriæ archiepiſcopo Hieroſolymitano: & dixerit etiam de Pyrrho, Paulo, & Petro, qui fuerunt antiſtites hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis: præterea autem de Cyro quoque, qui fuit Papa Alexandriæ, & de Theodoro qui fuit epiſcopus civitatis Pharan: jubet Georgium religioſiſſimum diaco- C num, & bibliothecarium hujus ſanctiſſimæ Dei magnæ eccleſiæ, ut in medium proferat legendas, in venerando patriarchio repoſitas dictarum perſonarum ſynodales literas, ut nos quoque ea comprehendamus. De petitione enim facta a religioſis epiſcopis, & reverentiſſimis clericis qui ſunt ſub ſede magnæ civitatis Antiochenæ, ut promoveretur antiſtes ad ſedem civitatis Antiochenæ, retulimus ad divinas aures optimi & a Deo cuſtoditi noſtri Imperatoris. Et juſſit ejus ſerenitas, fieri electionem ex ſolita conſequentia, ab iis qui ſunt ſub dicta ſede epiſcopis & clericis; eamque tradi ejus mitiſſimæ potentiæ.

Dixit ſancta ſynodus: Cum veſtra petierit D amplitudo, ut Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius ſanctiſſimæ hujus magnæ eccleſiæ, literas dogmaticas, & alia ſcripta dogmatica Pyrrhi, Petri, & Pauli, qui fuerunt patriarchæ hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis: præterea autem Cyri quoque qui fuit Papa Alexandriæ, & Theodori qui fuit epiſcopus civitatis Pharan, ut ea examinentur, exiſtimamus hoc eſſe ſupervacaneum; propterea quod illorum opinio ſit omnibus manifeſta de una voluntate, & una operatione; & præterea Agatho ſanctiſſimus antiſtes Romæ veteris, per ſuam relationem illorum ſcopum contrarium detexerit; immo vero aperte oſtenderit quod eadem ſenſerunt quæ Sergius, E qui incœpit novam vocem, ſeu potius malam & blaſphemam inducere doctrinam in eccleſiam catholicam. Quocirca eos cum ſuis ſcriptis ejecit dictus Papa ſanctiſſimus.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Etiamſi ſit in omnibus orthodoxa relatio ſanctiſſimi & beatiſſimi Papæ Agathonis, & congruit cum veritate: eſt tamen omnino neceſſarium prædictarum perſonarum ſcripta proferri in medium, convenienter iis quæ a nobis prius dicta ſunt, ut fiat manifeſtior harum perſonarum opinio.

Dixit ſancta ſynodus: Quoniam ut accura-

tius

ANNO CHRISTI 681

tius diſcernat ac dignoſcat dogmata Pyrrhi, A
Pauli, & Petri, & Cyri qui fuit Papa Ale-
xandriæ, & Theodori qui fuit epiſcopus Pha-
ran, initat veſtra amplitudo, Georgius religio-
ſiſſimus diaconus, & bibliothecarius hujus ſan-
ctiſſimæ eccleſiæ, in medium proferat quæ a
dictis perſonis ſcripta ſunt dogmatice, ut om-
nes fiant certiores, quod ipſi quoque ſecuti
ſunt in omnibus malam Sergii opinionem.

Georgius religioſiſſimus diaconus & biblio-
thecarius dixit: Sicut jam prius effata fuerat
ſancta veſtra & œcumenica ſynodus, tunc in-
grediens quæſivi quæ juſſiſtis. Et primo inve-
ni in bibliotheca venerandi patriarchii, præter
ea quæ jam ſunt a me prolata, epiſtolam Cy-
ri tunc epiſcopi Phaſidis, miſſam ad Sergium, B
qui fuit patriarcha hujus a Deo cuſtoditæ &
regiæ civitatis quinquaginta abhinc annis, xiv.
indictione præteriti cycli, ipſo per ipſam epi-
ſtolam rogante dictum Sergium de quæſtione
operationum. Similiter autem aliam quoque
epiſtolam miſſam ab eodem Cyro ad dictum
Sergium, poſtquam ipſe fuit tranſlatus ab epi-
ſcopatu Phaſidis ad ſedem magnæ Alexandri-
næ civitatis, quæ ſignificat factam unionem co-
rum qui dicuntur Theodoſiani, cum exemplo
ſignificationis unionis, quæ præceſſerat inter
eoſdem Theodoſianos, & dictum Cyrum: Si-
militer autem Theodori quoque qui fuit epi-
ſcopus Pharan diverſos libellos, qui exprompti
ſunt ex bibliotheca venerandi patriarchii in C
quibus eſt etiam ejuſdem epiſtola ad Sergium
epiſcopum Arſenoiten de una operatione. Si-
militer autem interpretationes quoque diverſa-
rum ſententiarum patrum. Exprompſi autem
ex eadem bibliotheca alios quoque libellos,
qui continebant ſcripta Pyrrhi, qui fuit poſt
Sergium patriarcha hujus a Deo cuſtoditæ &
regiæ civitatis, quorum multi propria ejus ma-
nu ſcripti ſunt, de voluntate & operatione &
aliquibus aliis. Similiter autem exprompſi ex
bibliotheca dicti venerandi patriarchii regiſtrum
diverſarum epiſtolarum Pauli, qui poſt eun-
dem Pyrrhum fuit patriarcha hujus regiæ civi-
tatis, in quo habetur epiſtola ſcripta ab eodem
Paulo ad ſanctum Theodorum, qui fuit Papa D
Romæ, de una voluntate: & voce habitos
ejuſdem Pauli tres tomos ad ſanctæ memoriæ
noſtrum Imperatorem, & patrem pii noſtri do-
mini & magni Imperatoris, de una voluntate
& operatione. Præterea autem Petri quoque,
qui fuit ſimiliter patriarcha poſt eundem Pau-
„ lum hujus regiæ civitatis, regiſtrum ſimili-
„ ter diverſarum epiſtolarum: in quo eſt epi-
„ ſtola ejuſdem dogmatica, ſcripta ad Vitalia-
„ num ſanctæ memoriæ Papam Romæ: &
„ utrumque affero, ut vobis exhibeatur.

„ Dixit ſancta ſynodus: Quas habet in ma-
„ nibus Georgius religioſiſſimus diaconus & bi-
„ bliothecarius hujus ſanctiſſimæ eccleſiæ regi-
„ ſtra & chartas, ea accipientes qui vos exci- E
„ piunt legant ordine. Cumque Antiochus re-
„ ligioſiſſimus lector, & notarius accepiſſet ſcri-
„ ptas a Cyro ad Sergium duas epiſtolas cum
„ dicto exemplo ſignificationis, legit quæ ſibi
„ habebant ad verbum.

„ Ad colendum dominum, bonum princi-
„ pem paſtorum, patrem patrum, œcumeni-
„ cum patriarcham, a Cyro minimo veſtro.
„ Cum propoſitam relationem in animo ha-
„ buiſſem dirigere ad colendum meum dominum.
„ animum ſubierunt diverſæ cogitationes, &
„ duabus ſententiis diſtrahebatur animus. Cre-

„ damne, dicebam, ei qui dicit: *Altiora te ne*
„ *quæſieris, & profundiora te ne ſcrutteris*: & la-
„ briis clauſtra imponens, utar ſilentio? an au-
„ diam eum qui dicit: *Quære, quære, & apud*
„ *me mane?* Deinde cum me in eo ſatis exa-
„ minaſſem, tunc auſus ſum ſcribere, quando
„ mente accepi veſtram beatiſſimorum a Deo
„ inſpiratam doctrinam; perſuaſum habens quod
„ duorum alterum, aut etiam utrumque ex
„ hoc mihi accideret. Aut enim, ajebam, ad-
„ mittar, aut corrigar in iis quæ reſervantur,
„ &c.

„ Alia ejuſdem epiſtola ſcripta Alexandriæ.
„ Domino ſuo colendiſſimo, & beatiſſimo
„ patri patrum, œcumenico patriarchæ Sergio,
„ Cyrus minimus veſter. Spirituali rurſus feſti- B
„ vitate, quæ colendi domini mei acceptarum
„ precum cultura effecta eſt, doctrina & piis
„ temporibus a Deo cuſtoditorum & vere Chri-
„ ſti amantium dominorum noſtrorum eve-
„ niente, tunc quoque æquum cenſeo, ut bea-
„ tiſſimo domino meo offeram primitias. Cer-
„ tiores enim facio, quod omnes qui ſunt dog-
„ matis eorum qui dicuntur Theodoſiani in
„ hac Chriſti amante Alexandrina civitate cle-
„ rici ſimul etiam cum iis qui dignitatibus re-
„ ſplendent & militiis, & præterea cum iis qui
„ ſunt ex populo, ad millia convenientes, ter-
„ tio menſis Junii, uniti ſanctiſſimæ noſtræ
„ Dei catholicæ eccleſiæ, intemeratorum Dei
„ myſteriorum fuerunt nobiſcum participes: C
„ ad hoc aperte nos deducente Dei omnipo-
„ tentis voluntate; doctrina mihi ſuppeditata a
„ benignis & præclaris victoribus noſtris domi-
„ nis, & a domini mei divinitus inſpirata pie-
„ tate ac religione: ut ex eo conſiſteret, ſicut
„ ſcriptum eſt, *feſtum in condenſis, uſque ad*
„ *cornua altaris*. Si verius autem dicendum
„ eſt, non ſolum in condenſis, neque uſque
„ ad cornua altaris, ſed in univerſa Alexandri-
„ na Chriſti amante civitate & ejus finibus,
„ uſque ad ipſas nubes & ultra eas uſque ad
„ cæleſtes ordines lætantes pace ſanctarum ec-
„ cleſiarum, & iis qui ad eam convertuntur.
„ Quemadmodum autem confecuta ſit hæc
„ unio, minutim auſus ſum referre ad pias D
„ aures invictorum & ſereniſſimorum noſtro-
„ rum dominorum, per conſervum meum Joan-
„ nem religioſiſſimum diaconum, qui omni-
„ bus quæ mota ſunt adfuit. & perſuaſum ha-
„ beo quod in hoc quoque minimum ſuum
„ ſervum acceptum habet ſanctiſſimus meus do-
„ minus. Rogo ergo beatiſſimum dominum,
„ ut cum omnia cognoverit, ſi a me in hoc
„ motu, ut eſt veriſimile, aliquid ſit præter-
„ miſſum, aut per ejus quod oportet ignoran-
„ tiam erratum, corrigat minimum ſuum ſer-
„ vum. Hoc eſt enim opus veſtrum colendo-
„ rum qui ornati eſtis divinis ſcripturis, & con-
„ ſummati ſupernis virtutibus.

„ *Subſcriptio*. Cyrus minimus epiſcopus, E
„ orans pro bona ac proſpera vita beatiſſimi
„ domini mei retuli.

„ Exemplum ſignificationis unionis factæ
„ inter Cyrum quondam Papam Alexandriæ
„ & eos qui erant partis Theodoſianorum.

„ Domino Chriſto vero Deo noſtro omnes
„ illuminante, & omnes dirigente ad ſaluta-
„ rem & veram ſuam fidem, & omnes ad
„ unam & eandem ſanctam ſuam convocante
„ eccleſiam, præſentem fecimus ſignificationem
„ de unione ſanctarum Dei eccleſiarum, men-
„ ſe Martio, indictione vi

„ Si

 

„ Significatio facta a Cyro, Dei miſericor- A
„ dia epiſcopo, divino juſſu bonorum & præ-
„ clarorum victorum noſtrorum dominorum
„ obtinente locum Apoſtolicæ ſedis hujus Ale-
„ xandrinæ Chriſti amantis civitatis.

I. „ Si quis non confitetur Patrem, & Filium,
„ & Spiritum ſanctum, Trinitatem conſubſtan-
„ tialem, unam divinitatem in tribus hypoſta-
„ ſibus, anathema ſit.

II. „ Si quis non confitetur unum ſanctæ Tri-
„ nitatis Deum Verbum, ante ſæcula ſine tem-
„ pore ex Patre genitum, & deſcendiſſe de
„ cœlis, & incarnatum eſſe ex Spiritu ſancto,
„ & domina noſtra ſancta glorioſa Deipara &
„ ſanctæ Virgine Maria, & hominum factum,
„ & paſſum eſſe carne propria, mortuumque B
„ eſſe & ſepultum, & reſurrexiſſe tertia die
„ ſecundum ſcripturas, ſit anathema.

III. „ Si quis non confitetur, unius & ejuſdem
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei paſſio-
„ nes, & miracula, ſed alterius, & alterius;
„ ſit anathema.

IV. „ Si quis non confitetur, ex ipſa ſumma
„ unione Deum Verbum in utero ſanctæ Dei-
„ paræ & ſemper Virginis Mariæ, per unionem
„ carnem ſibi conſtituiſſe ex eadem ſancta Dei-
„ para, nobis conſubſtantialem, anima ratio-
„ nali, & intelligenti prædita, in unione na-
„ turali, & per hypoſtaſim, & ſic ex ipſa pro-
„ ceſſiſſe unum inconfuſum, & individuum,
„ ſit anathema. C

V. „ Si quis non confitetur, ſanctam dominam
„ noſtram & ſemper Virginem Mariam, pro-
„ prie & vere eſſe Deiparam, ut quæ Deum
„ Verbum incarnatum conceperit, & pepererit,
„ ſit anathema.

VI. „ Si quis non confitetur, ex duabus natu-
„ ris, nempe divinitate & humanitate, unum
„ Chriſtum, unum Filium, unam Dei Verbi
„ naturam incarnatam, ſecundum ſanctum Cy-
„ rillum, inconfuſe, immutabiliter, inalterabi-
„ liter, ſeu unam hypoſtaſim compoſitam, qui
„ eſt idem Dominus noſter Jeſus Chriſtus,
„ qui eſt unus ſanctæ conſubſtantialis Trinitatis,
„ is ſit anathema.

VII. „ Si quis dicens unum Dominum noſtrum D
„ Jeſum Chriſtum conſiderari in duabus natu-
„ ris, non unum ſanctæ Trinitatis confitetur
„ eundem, qui æterne quidem ex Patre geni-
„ tus eſt Dei Verbum, in noviſſimis autem ſæ-
„ culis temporibus idem ſuit incarnatus, & na-
„ tus ex ſanctiſſima & impolluta domina no-
„ ſtra Deipara & ſemper Virgine Maria; ſed
„ alterum cum novit & alterum, & non unum
„ & eundem, ſecundum ſapientiſſimum Cyril-
„ lum, in divinitate perfectum & in humani-
„ tate perfectum eundem, & ea ratione & ſo-
„ lum conſideratum in duabus naturis, eun-
„ dem patientem & non patientem, alia & alia
„ ratione, ut ipſe dixit Cyrillus: patientem
„ quidem humana carne, quatenus homo: E
„ manentem autem tanquam Deum impaſſibi-
„ lem in ſuæ carnis paſſionibus. & eundem unum
„ Chriſtum & Filium, operantem divina &
„ humana una theandrica, id eſt, divina ſimul
„ & humana operatione ex ſententia ſancti
„ Dionyſii ſola contemplatione diſcernens ea
„ ex quibus facta eſt unio, & ea mente con-
„ ſiderans immutabilia & inconfuſa poſt eorum
„ naturalem & in hypoſtaſi unionem, manen-
„ tem etiam in his individue & inſeparabiliter
„ unum & eundem Chriſtum & Filium agni-
„ tum quatenus duo quæ ſunt inter ſe invi-
„ cem inconfuſe conjuncta mente aſpicit, eo-
„ rum non realem faciens contemplationem,
„ ſed falſa phantaſia & inanibus mentis figmen-
„ tis; ſed nequaquam disjungentibus, ut jam
„ ſublata quæ fit in duo diſſectione propter
„ ineffabilem & quæ mente comprehendi non
„ poteſt unionem: ſecundum ſanctum Athana-
„ ſium qui dicit: Simul enim caro, ſimul Dei
„ Verbi caro: ſimul caro animata ratione præ-
„ dita, ſimul Dei Verbi caro animata ratione
„ prædita. ſed ad eam quæ fit per partes di-
„ viſionem hanc vocem accipit: ſit anathe-
„ ma.

„ Si quis non anathematizat Arrium, Euno- VIII
„ mium, Macedonium, Apollinarem hæreti-
„ cum, Neſtorium, & infauſtum Eutychem,
„ & Cyrum, & Joannem Ægeotas, & omnes
„ qui quovis modo contradixerunt duodecim
„ capitibus ſanctiſſimi Cyrilli; & non moti ſunt
„ pœnitentia, ſed in eo errore deceſſerunt; &
„ eos qui eis ſimilia ſenſerunt aut ſentiunt; ſit
„ anathema.

„ Si quis non anathematizat ſcripta Theodo- IX.
„ reti adverſus rectam fidem Cyrilli, & Ibæ
„ quæ dicitur epiſtolam, & Theodorum Mop-
„ ſueſtiæ & ejus ſcripta; & ſi quis non ſuſci-
„ pit ſcripta ſancti Cyrilli, & maxime adverſus
„ Theodorum, & Theodoretum, & Andream,
„ & Neſtorium, & eos qui eis ſimiliter aut
„ uni eorum ſenſerunt aut ſentiunt, ſit ana-
„ thema.

Præterea ſumens idem reverentiſſimus Antiochus libellum Theodori qui fuit epiſcopus Pharan, legit ejuſdem orationem ad Sergium qui fuit epiſcopus Arſenoitæ diœceſis Ægyptiacæ, in quo ſic continetur: „ Quidquid
„ Dominus narratur aut dixiſſe aut feciſ-
„ ſe, per mentem & ſenſum & ſentuum
„ inſtrumenta & dixit & fecit; & ſic ejus tan-
„ quam totius & unius una operatio Verbi,
„ mentis, ſentientis corporis & organici cuncta
„ dicta fuerint.

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Quoniam principaliter per quamdam divi-
„ nam, & ſapientiſſimam œconomiam, ſom-
„ num, laborem, famemque & ſitim admiſit
„ quando voluit, juſte quoque eum qui eſt in
„ eis motum & quietem, attribuimus omnipo-
„ tenti & ſapientiſſima Verbi operationi & hinc
„ unam ejuſdem & unius Chriſti appellamus
„ operationem.

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Satis ut arbitror nobis oſtendit oratio per
„ examinationem, quod quæcumque narrata
„ ſunt de Domino Chriſto, ſive Deo, ſive
„ anima, ſive corpore vel de utroque ſimul,
„ anima inquam & corpore, unice ſimul,
„ & individue agebantur; incipientia qui-
„ dem, & ut ita dicam, ſcaturientia ex Verbi
„ ſapientia & bonitate & poteſtate, per me-
„ diam autem animam intelligentem & corpus
„ procedentia; & ideo una operatione totius,
„ tanquam unius & ejuſdem Servatoris noſtri,
„ hæc omnia & ſunt & dicta ſunt.

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Ex his ergo aperte habemus quod opus
„ Dei ſunt omnia, quæ de Chriſto audimus
„ & credimus, ſive ſint divinæ naturæ aſſimi-
„ lia ſive humanæ: & hac de cauſa hæc præ-
„ nominata ſunt operatio divinitatis ejuſdem &
„ humanitatis.

Ejuſdem ex eadem oratione:

Adeo ut ſi ejus univerſa humanæ naturæ
„ ſu-

ANNO CHRISTI 680.

„ ſuſceptio, a principio uſque ad finem, & quæcumque ſunt ejus parva & magna, vere una altiſſima & divina operatio. A

Ejuſdem ex oratione, quam fecit ad interpretationem ſententiarum patrum:

„ Divina autem voluntas, quæ eſt ipſius Chriſti: ipſius enim voluntas eſt una eaque divina.

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Per hæc ergo abſque ulla dubitatione erudimur, quod omnia ſalutaris œconomiæ, ſive divina, ſive humana, quæ de Servatore noſtro Chriſto narrata ſunt; initialiter quidem, ut ita dicam, a divinitate ſuſcipiebant [a] indumentum & cauſam; per mediam autem intelligentem & ratione præditam animam B adminiſtrabantur & agebantur a corpore; ſive miraculorum effectricem quamdam dixeris potentiam, ſive naturalem quamdam hominis motionem, ut verbi gratia alimenti appetitionem, ſomnum, laſſitudinem, & laborum ſuſceptionem, ægritudinem & triſtitiam: quæ etiam affectiones ſeu paſſiones, ex nominum conceſſione appellantur a conſuetudine; ſunt autem proprie motus naturalis per animatum & ſenſu præditum animal: quinetiam ipſa quoque quæ ſunt proprie & dicunt paſſiones, crux, mors, vibices, vulneratio, clavorum affixio, ſputa, alapæ, hæc omnia recte & jure vocentur una & ejuſdem unius Chriſti operatio.

[a] Legi in ... [illegible]

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Ex his omnibus & ſimilibus recte & juſte admodum, una Dei operatio credantur & dicantur omnia propria humanæ naturæ ſuſceptionis.

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Nobis ergo omnino intelligantur omnia quæ ſunt in Servatoris Chriſti humanæ naturæ ſuſceptione, una divina & revera ſalutaris operatio.

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Nam noſtræ quidem animæ non eſt innatum ut ſit tantæ potentiæ, ut naturales corporis proprietates ex ipſo & a ſe expellat: ſed neque ratione prædita anima vita eſt uſque a Deo domina ſui corporis, ut quæ in D eo ſunt & ſunt ei congenita, magnitudinem, figuram, & colorem regat, & in ea dominatum obtineat, & ipſum extra eaunquam conſtituat. Quæ quidem omnia narrata ſunt in œconomia Servatoris noſtri Jeſu Chriſti, & facta ſunt in divino & vivifico corpore. Etenim ſine magnitudine, & ut ita dicam ſine corpore, abſque diviſione proceſſit, ex utero, monumento, & oſtiis; & tanquam ſuper ſolum ſuper mare ingreditur pedibus.

Ejuſdem ex eadem oratione:

„ Cum ergo nos oporteat ſic ſentire & dicere, nos omnia quæ narrantur de humanæ naturæ ſuſceptione Servatoris Chriſti, cognoſcere eſſe unam operationem, hujus autem artificem & opificem Deum, inſtrumentum autem humanitatem: & quæ ergo ut divina & quæ ut humana de eo dicuntur, omnia ſunt operatio Verbi divinitatis.

Præterea ſumens idem reverentiſſimus Antiochus librum, qui ſic habebat in inſcriptione: *Pyrrhi minimi epiſcopi de voluntate & operatione*; legit ejuſdem Pyrrhi dogmaticum tomum, in quo ſic continetur:

„ Unum autem, ut dictum eſt, idque ſolum caput reprehendit Sophronius reverentiſſimus, ut quod divini doctoris Dionyſii immutarit ſententiam una voce mutata, in hoc quidem dicens probabilia & quæ magna utuntur cautione, ubi ille dicit: Sed cum Deus ad virilem perveniſſet ætatem, novam quamdam theandricam, id eſt, divinam & humanam nobis exercens operationem. *unam* enim pro *novo* charta revera continebat: non malitioſe, abſit, ſed tanquam non aliam habere poſſet *novam* quam *unam* quæ a ſanctiſſimo Cyro fuit inſerta: Extremorum enim negatione, unam dicitur divinus doctor, affirmationem faciens, cumque eam ſingulariter ſit elocutus, quid aliud quam unam confiteri operationem, tanquam unius Chriſti, quacumque ratione aperte tradidit? B

ACTIO XII.

Præterea lectum fuit ex regiſtro diverſarum epiſtolarum, exemplum epiſtolæ Pauli quondam antiſtitis hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, ſcriptæ ad Theodorum olim Papam Romanum, cujus eſt principium: „ *Ecce quid bonum aut quid jucundum aliud quam habitare fratres in unum?* Sic autem habet poſtea hæc epiſtola: Unius autem & ejuſdem Verbi incarnati miracula prædicamus, & paſſiones cognoſcimus, quas carne propter nos voluntarie ſuſtinuit. Unde & Deus dicitur paſſus, & Filius hominis de cœlo deſcendiſſe, propter eam quæ ſuperat intelligentiam, & in hypoſtaſi divelli non C poteſt, duarum naturarum unionem. Propterea unam etiam intelligimus Domini noſtri Jeſu Chriſti voluntatem, ne voluntatum repugnantiam, aut diverſitatem uni & eidem perſonæ Domini noſtri Jeſu Chriſti tribuamus, aut cum ſtatuamus ſibi ipſi repugnantem, aut duos qui volunt introducamus: non omnino ad coalitionem aut confuſionem duarum naturarum, quæ in ipſo conſiderantur, proferentes hanc vocem unius voluntatis; aut ad alteram perimendam, alteram eſſe affirmantes; ſed hoc per hanc vocem ſignificantes, quod ejus rationaliter & intelligenter animata caro, ex ipſa ſumma unione ineffabiliter divinis locupletata, ejus qui ipſam ſibi D unit per hypoſtaſim poſſedit divinam & non diverſam voluntatem.

Lecta eſt præterea ex altero regiſtro epiſtola Petri, qui ipſe quoque fuit antiſtes hujus regiæ civitatis, ad Vitalianum ſanctæ memoriæ Papam Romanum: cujus eſt principium: *Spiritalis lætitia*. Et cum legeretur hæc epiſtola quæ habebat diverſas patrum ſententias, legati Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani, dixerunt: Docemus veſtram amplitudinem, quod quæ inferuntur patrum ſententiæ, in hac quæ nunc legitur epiſtola productæ, ſunt truncatæ ab eodem Petro, propterea quod vellet probare ſcopum ſuum de una voluntate & una operatione.

E Dixerunt glorioſiſſimi magiſtratus: Pulchre cognovimus, ſicut a vobis Dei amantibus dictum eſt, quod ſententiæ quæ inferuntur in hac epiſtola, inſertæ ſunt truncatæ. Et ſi videtur ſanctæ & œcumenicæ ſynodo, ne ulterius procedat lectio hujus epiſtolæ.

Dixit ſancta ſynodus: Ad ea quæ nuper dicta ſunt a veſtra celſitudine, ſufficit lectio hujus epiſtolæ. Ecce convenienter iis quæ a vobis glorioſiſſimis dicta ſeu quæſita ſunt, cum in medium productæ ſunt dogmaticæ epiſtolæ & ſcripta Pyrrhi, Pauli, & Petri, qui fuerunt patriarchæ hujus regiæ civitatis, & Theodori epi-

ſcopi

ſcopi Phasir & Cyri qui fuit Papa Alexandriæ, lectæque ſunt nobis audientibus & veſtra amplitudine, & aperte oſtenderint, eos in incarnata Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri œconomia unam operationem & unam voluntatem impie ſtatuiſſe, debuit omnino ſanctæ eſſe certior veſtra amplitudo, quod recte & juſte jam eos expulit Agatho ſanctiſſimus Papa Romæ veteris, per factam relationem ad pium & glorioſum victorem noſtrum Imperatorem. Et autem convenienter, nos quoque eos, ut qui rectæ fidei contraria ſenſerint, ex ſacris diptychis ejici & anathemati ſubjici ſtatuimus: & eorum ſcripta tanquam plena impietate abominamur, & pronunciamus ea debere aboleri.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Qui poſt Petrum fuerunt epiſcopi hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, nempe Thomas, Joannes, & Conſtantinus, videntur ſeu epiſtolas ſcripſiſſe, ſeu orationes compoſuiſſe de nova voce nunc impie introducta in catholicam eccleſiam: eorum exempla ſeu regiſtra, aut etiam authentica in medium proferat Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius, ad hoc ut eorum cognitionem accipiens ſancta veſtra ſynodus, huic quod recte habet convenienter pronunciet. Similiter & ſi apparet aut ab epiſcopis, aut clericis, aut monachis, aut aliquibus aliis petiviſſe libellos eos qui fuerunt epiſcopi hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, de una operatione & una voluntate, cenſemus ut dictus religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius Georgius in medium integre proferat, ad hoc ut ea quoque ſanctæ ſynodi judicio aboleantur.

Dixit Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius: Codex, o domine, ſeu regiſtrum, quod continet exempla litterarum ſynodalium Thomæ, Joannis, & Conſtantini ſanctæ memoriæ patriarcharum hujus regiæ civitatis, ſunt hic apud me: præter ea etiam authenticæ ſynodales litteræ bullatæ a Thoma ſanctæ memoriæ patriarcha ad Vitalianum olim Papam Romanum: quas etiam cum vellet mittere, propter continuam impiorum, ut ſcitis, Sarracenorum incurſionem, etiamſi duos annos poſtea veſtiſſet, occupatum, non potuit mittere: & eas ſtatim offeram vobis jubentibus. Quæſivi autem & inveni libellos factos a diverſis epiſcopis, & monachis, & clericis, & laicis, de voluntate & operatione, & eos ſepoſui: & ſunt in bibliotheca, ut vobis exhibeantur.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Quæ dixit Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius ſe habere in manibus regiſtra ſynodalium litterarum Thomæ, Joannis, & Conſtantini, qui fuerunt epiſcopi hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, deinde etiam authentica ſynodalia quæ dixit Thomam ſcripſiſſe ad Vitalianum ſanctæ memoriæ Papam Romanum, proferat in medium: & ea accipientes qui nos excipiunt, legant nobis omnibus audientibus. Sumenſque Agatho reverentiſſimus lector & notarius ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopolitani, authenticum ſcriptum ſynodale ſanctæ memoriæ Thomæ bullatum, bullaque quæ ei erat impoſita coram omnibus ablata, legit, ſic habens in inſcriptione: *Sanctiſſimo & beatiſſimo fratri, & comminiſtro Vitaliano, Thomas indignus epiſcopus in Domino ſalutem*: cujus eſt principium: *Qui ex iis quæ non erant ad hoc ut eſſent cuncta produxit*. Quod quidem ſynodale ſuit collatum cum regiſtro allato a Georgio religioſiſſimo diacono, & bibliothecario. Et convenit citra ullum defectum a principio uſque ad finem.

Præterea lecta fuerunt ex eodem codice ſeu regiſtro exempla ſynodalium Joannis ſanctæ memoriæ ſimiliter patriarchæ hujus regiæ civitatis, quæ ſic habebant in inſcriptione: *Sanctiſſimo fratri & comminiſtro Macario, Joannes indignus epiſcopus*: Quorum eſt principium: *Quis loquetur potentias Domini?*

Præterea lecta ſunt ex eodem codice, ſeu regiſtro exempla ſynodalium Conſtantini ſanctæ memoriæ patriarchæ hujus regiæ civitatis, quæ ſic habebat in inſcriptione: *Sanctiſſimo fratri & comminiſtro Macario, Conſtantinus indignus epiſcopus*: quorum eſt principium: *Alii quidem fortaſſe majori benignitate*. His ergo ab initio lectis uſque ad finem, dixit ſancta ſynodus: Auditis ſynodalibus epiſtolis ſcriptis a Thoma, Joanne, & Conſtantino patriarchis hujus regiæ civitatis, cum invenerimus eos nihil ſenſiſſe aut ſcripſiſſe contrarium rectæ fidei, cenſemus ut religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius ſanctiſſimæ hujus magnæ eccleſiæ, coram nobis propoſitis intemeratis Dei eloquiis, nos reddat certiores, quod ubique ſcrutatus non invenit libellos ſcriptos eſſe ab aliquibus, & traditos dictis tribus patriarchis, Thomæ, Joanni, & Conſtantino, qui ſignificarent unam voluntatem, & unam operationem in incarnata œconomia unius ex ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri. Tangenſque propoſita ſancta Dei eloquia, Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius, ſic juravit: Per has ſanctas ſcripturas, & Deum qui per ipſas eſt locutus, diligentiſſime ſcrutatus non inveni libellos ab ullis factos, & traditos dictis tribus ſanctiſſimis patriarchis, Thomæ, Joanni, & Conſtantino, de una voluntate & una operatione.

Dixit ſancta ſynodus: Cum corporalis oratio nobis audientibus, & una nobiſcum præſentibus glorioſiſſimis magiſtratibus depoſita ſit a Georgio religioſiſſimo diacono & bibliothecario hujus ſanctiſſimæ magnæ Dei eccleſiæ: & per hanc corporalem orationem nos certiores fecerit, quod hi ſanctæ memoriæ Thomas, Joannes, & Conſtantinus a nullis exegerunt libellos de una operatione & voluntate; hos tres viros ſanctæ memoriæ nempe Thomam, Joannem, & Conſtantinum, cenſemus in eodem ſtatu manere oportere, & referri in ſacra diptycha ſanctiſſimarum eccleſiarum; ut qui inventi ſint in omnibus inculpati & nulli affines reprehenſioni, circa noſtram orthodoxam Chriſtianorum fidem. Quos autem dixit Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius libellos a diverſis perſonis ſcriptos tempore Sergii, Pyrrhi, Pauli, & Petri, ſtatim ad nos adducat; ut ii, ut par eſt, aboleantur. Cumque pauliſper exceſſiſſet Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius, & paulo poſt reverſus eſſet, diverſas chartas afferens, dixit: Ut viſum eſt ſanctæ veſtræ ſynodo, omnes factos libellos & depoſitiones & alias chartas quæ pertinent ad præſentem dogmaticam motionem, & inventi ſunt in bibliotheca reverendi patriarchii, exprompſi: in quibus etiam altera Romana epiſtola Honorii olim Papæ Romani inventa eſt, præter eam quæ jam fuit allata, cum ejus interpretatione.

Præterea autem affero etiam librum qui habet

ANNO CHRISTI 681.

bet exempla diverſarum dogmaticarum epiſtola- A rum, in quo ſita eſt etiam epiſtola dogmatica Pyrrhi, olim archiepiſcopi hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, ſcripta ad Joannem ſanctæ memoriæ Papam Romanum: & omnia affero ut juſſiſtis.

Dixit ſancta ſynodus: Quos dixit Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius ſanctiſſimæ hujus magnæ eccleſiæ libellos, & alias chartas quæ pertinent ad hanc præſentem dogmaticam motionem, afferat in medium: ut nos ea conſiderantes, ſi invenerimus orthodoxæ fidei contraria, ut par eſt aboleamus. Cum autem in præſentia a ſe inventam habere in manibus dixerit idem religioſiſſimus bibliothecarius Georgius, Romanam Honorii olim Pa- B pæ Romani epiſtolam cum ejus interpretatione; & ſimiliter librum in quo habetur epiſtola Pyrrhi ad Joannem qui fuit Papa Romanus; tradat legendam, ut eorum habeamus notitiam. Et prolata fuit ea Romana Honorii epiſtola cum ejus interpretatione; quæ hanc habet inſcriptionem: *Dilecto fratri Sergio Honorius*: cujus eſt principium: *Quæ ſcripta ſunt a dilecto filio noſtro Serico diacono*. Habet autem hæc epiſtola ſic nonnulla: „ Quinetiam ad Cyrum fratrem noſtrum Alexandrinæ civitatis antiſtitem: ut everteretur appellatio novæ inventionis unius vel duarum operationum: quod præclaræ prædicationi Deo eccleſiarum caligo adumbratarum contentionum non de- C bet circumfundi ſeu aſpergi, ſed videlicet expelli appellatio recens introductæ unæ ſeu duplicis operationis, a prædicatione fidei. Qui enim hæc dicunt, quid aliud ſuſpicantur quam ad ſimilitudinem appellationis unius aut duarum Chriſti Dei noſtri, ita etiam unam aut duas operationes? De quo præclare dicit divina ſcriptura: Unius autem operationis aut duarum eſſe aut fuiſſe interceſſorem Dei & hominum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, intelligere aut proferre eſt plane vanum.

Habet autem etiam ſic hæc epiſtola ad finem: Et hæc quidem in ſanctiſſima veſtra fraternitate cenſemus per præſentes litteras eiſe declaranda: ut inſtruantur & cognoſcant D qui dubitarunt. De cetero autem quod attinet ad dogma eccleſiaſticum, & quænam debeant obſervari ſeu prædicari, propter hominum ſimplicitatem, & ut amputemus diverſos quæſtionum circuitus, ut ſuperius diximus, neque unam neque duas operationes in Dei & hominum interceſſore definire; ſed utraſque naturas in uno Chriſto naturali unitate unitas cum alterutrius ſocietate operantes & agentes confiteri debemus: & divinam quidem quæ Dei ſunt operantem, humanam autem quæ ſunt carnis efficientem: non diviſim neque confuſe: aut converſam Dei naturam in hominem, neque humanam E mutatam in divinam docentes, ſed naturarum differentias confitentes integras. Unus enim & idem eſt humilis abjectuſque & excelſus, æqualis Patri, & minor Patre: idem qui eſt ante ſæcula, natus in tempore eſt factus: per quem facta ſunt ſæcula, factus eſt in ſæculo: & qui legem dedit, factus eſt ſub lege, ut eos qui erant ſub lege, redimeret: idem fuit crucifixus, idem chirographum quod erat contra nos delens in cruce de principatibus & poteſtatibus triumphavit. Auferentes ergo, ut diximus, ſcandalum novæ inventionis, A non oportet nos definire aut prædicare unam aut duas operationes; ſed pro una, quam nonnulli dicunt operatione, oportet nos confiteri Chriſtum Dominum vere operari in utriſque naturis: & pro duabus operationibus, ſublata appellatione duplicis operationis, ipſas potius duas naturas nobiſcum prædicent: nempe divinitatis & carnis aſſumptæ in una perſona unigeniti Filii Patris, inconfuſe, individue, immutabiliter propria operantes. Et hæc quidem beatiſſimæ veſtræ fraternitati ſtatuimus ſignificare, ut propoſitione unius confeſſionis oſtendamus nos conſentire veſtræ ſanctitati; videlicet in uno ſpiritu pari doctrinæ conſentientes. Scribentes B præterea ad communes fratres noſtros Cyrum & Sophronium epiſcopos, ne de cetero in nova voce, nempe in appellatione unius aut duplicis operationis inſiſtere aut perſeverare cernantur: ſed ſublata appellatione hujuſmodi novæ vocis, unum Chriſtum Dominum vobiſcum prædicent, operantem divina & humana in utriſque naturis. Licet cum eis quos prædictus frater & coepiſcopus noſter miſit Sophronius egerimus, ne duarum operationum appellationem deinceps pergeret prædicare: quod quidem omnino promiſerunt prædictum virum eſſe facturum, ſi Cyrus frater noſter & coepiſcopus deſinat dicere unam operationem.

ACTIO XII

C Similiter traditus quoque fuit liber, in quo ſita erat epiſtola Pyrrhi olim antiſtitis hujus regiæ civitatis ad Joannem ſanctæ memoriæ Papam Romanum, cujus erat principium: *Dominus noſter & Deus Chriſtus in cælos aſcenſurus*. Poſt nonnulla autem ſic habet hæc epiſtola: „ Quis enim illorum videns vos tam minime affectos, & eos quibus obtigit ſacerdotium, probris ab iis appetitos quorum ſunt paſtores, non ludificabitur & noſtram condemnabit ſententiam, & ex noſtra inſolentia ſuæ impietatis capiet occaſionem? Nondum enim finitum eſt bellum de duabus naturis, & nobis alium inducimus tumultum.

Similiter producti & lecti fuerunt libelli & D aliæ chartæ, de quibus ſuperius facta fuit mentio.

Dixit ſancta ſynodus: Productorum nobis a Georgio religioſiſſimo & bibliothecario hujus ſanctiſſimæ eccleſiæ, libellorum & chartarum & aliorum ſcriptorum habita notitia, cognovimus ea ad unam & eandem ferri impietatem: & ſtatuimus ut ea tanquam profana & animæ perniciosa igne penitus aboleantur. Et exuſta fuerunt.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Sufficiunt quæ hodierno die acta ſunt.

## ACTIO DECIMATERTIA

Hæc ea quæ ſuperius appellata eſt actio decimaquarta

### TOMUS IX.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; imperii a Deo coronatorum & glorioſiſſimorum noſtrorum Imperatorum, Conſtantini quidem pii & a Deo electi Imperatoris ſemper Auguſti, anno viceſimo octavo, & poſt conſulatum divinæ ejus manſuetudinis, anno decimotertio: Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, viceſimo ſecundo, v. Aprilis, indictione ix. Propoſito venerando ſeſſu ejuſdem pii & Chri- E

ſti amantis Imperatoris Conſtantini in ſecreto A divini palatii quod dicitur Trullus, & juſſu ejuſdem divinæ ſerenitatis ejus vice præſentibus aut audientibus, Conſtantino glorioſiſſimo exconſule, patricio & curatore regiæ domus Ormiſdæ, Anaſtaſio glorioſiſſimo exconſule patricio & vicario comitis imperialium excubiarum, Polyeucto glorioſiſſimo exconſule, & Petro glorioſiſſimo exconſule. Cum autem conveniſſet ſancta quoque & œcumenica ſynodus juſſu Imperatoris congregata in hac a Deo cuſtodita & regia civitate, nempe Georgius & Theodorus, &c.

Cum autem conſediſſent glorioſiſſimi patricii, & conſules, & omnes ſanctiſſimi & religioſi epiſcopi, ordine in eodem Trulli ſecreto, pro- B poſitis in medio ſanctis & intemeratis Chriſti Dei noſtri evangeliis, Conſtantinus religioſiſſimus archidiaconus ſanctiſſimæ hujus catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum notariorum ſanctiſſimi patriarchæ hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis Georgii, dixit: Scit ſancta & œcumenica veſtra ſynodus, quod viceſimo octavo præteriti menſis Martii, producti ſunt a Georgio religioſiſſimo diacono & bibliothecario hujus ſanctiſſimæ & magnæ Dei eccleſiæ diverſi libelli, & alia dogmatica chartacea opera, & libri diverſi qui juſſu ſanctiſſimæ ſynodi fuerunt deleti. Meminit autem omnino veſtra amplitudo, & ſancta & œcumenica veſtra ſynodus, quod in iis quæ jam mota ſunt, prolati ſunt ex venerando patriarchio hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civi- C tatis duo libri ſanctæ quintæ ſynodi poſt factam lectionem reliquarum ſynodorum. Et quod in primo libro in procemio inventi ſunt tres quaterniones poſiti ſine inſcriptione, narrantes Menæ quæ dicitur orationem ad Vigilium, qui tunc erat Papa Romæ veteris: quam reprehenderunt qui erant partis Agathonis ſanctiſſimi Papæ Apoſtolicæ ſedis Romæ veteris, dicentes eſſe falſam: & quod poſt lectionem hujus libri, cum ſecundus quoque liber legeretur hujus ſanctæ quintæ ſynodi, inventi ſunt duo libelli qui dicuntur Vigilii ad Juſtinianum piæ memoriæ Imperatorem, & Theodoram Auguſtam. Quibus libellis offenſi ſunt qui ſunt ſedis Apoſtolicæ, dicentes hos quoque libellos eſ- D ſe falſos; & quod petierunt hos libros tempeſtive examinari: & rejecimus in hunc diem.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Fiat interim, ut par eſt, lectio eorum quæ jam ſunt acta. Et lecta ſunt.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Oportet duos libros quintæ ſanctæ ſynodi, qui etiam jam traditi ſunt a Georgio religioſiſſimo diacono & bibliothecario, rurſus ab ipſo in medium adduci, ut accuratius dijudicemus, an ut dixerunt legati ſanctiſſimi Papæ veteris Romæ Agathonis, ii ſint falſati. Similiter autem proferri quoque chartaceum authenticum volumen ſeptimæ actionis dictæ ſanctæ quintæ ſynodi, ut examinemus, & recte E dijudicemus an integrum manſerit, & nullis violatum inſidiis. Prolatique ſunt ii duo libri, & chartaceum volumen ab eodem religioſiſſimo bibliothecario Georgio.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus, dixerunt: Dicat Georgius religioſiſſimus diaconus & bibliothecarius hujus ſanctiſſimæ magnæ Dei eccleſiæ, an prolati duo libri & chartaceum volumen, ſunt ea ipſa quæ jam protulit.

Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius, dixit: Certe, domine, hi ſunt duo libri qui continent acta ſanctæ & œcumenicæ quintæ ſynodi, & particula ſeptimæ authenticæ actionis ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi, quomodo ea quoque jam protuli. Diligentius autem quærens in bibliotheca venerandi patriarchii, inveni etiam alium librum chartaceum ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi, quem etiam affero: & ſi videtur ſanctæ noſtræ ſynodo, jubete eum afferri.

Dixit ſancta ſynodus: Quem in manibus ſe habere chartaceum ſanctæ quintæ ſynodi librum dixit Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius hujus venerandi patriarchii, proferat; ut conferantur cum duobus jam allatis libris. Et fuerunt prolati.

Dixit ſancta ſynodus: Accedat in medium Georgius religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius: & tangens propoſita intemerata Dei noſtri evangelia, nos certiores reddat, an prædicti duo libri, & volumen eo modo quo ea invenit & accepit in bibliotheca venerandi patriarchii, ita etiam nunc ſunt. Et tactis propoſitis intemeratis Dei evangeliis, idem religioſiſſimus diaconus, & bibliothecarius Georgius, dixit: Per has ſanctas poteſtates, & Deum qui per eas eſt locutus, hi duo libri ſanctæ quintæ ſynodi, & volumen ſeptimæ actionis ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi, ſicut etiam jam producti & prolati fuerunt, ita etiam nunc ſunt, ſicut etiam eos inveni & accepi in bibliotheca venerandi patriarchii: & neque fuit a me aliquid adjectum nec ablatum, nec, quod ſciam, ab ullo penitus; ſed & qui a me fuit inventus in præſentia in eadem bibliotheca venerandi patriarchii liber chartaceus ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi, ita eſt ſicut illic inventus fuit ſitus. Surgentesque ſanctæ ſynodi religioſiſſimi epiſcopi, cum in manus ſumpſiſſent duos dictos libros, & volumen chartaceum, & notata in eis loca diligenter conſideraſſent; & cum chartaceo libro ea contuliſſent qui in præſentia prolatus fuerat a Georgio religioſiſſimo diacono & bibliothecario, & etiam cum aliis antiquis libris chartaceis ejuſdem ſanctæ quintæ ſynodi, dixerunt: Cum duos libros prolatos a Georgio religioſiſſimo diacono, & bibliothecario ſanctæ Dei magnæ eccleſiæ hujus civitatis, & volumen chartaceum ſeptimæ actionis ſanctæ quintæ ſynodi diligenter conſideraverimus, ſicut petierunt legati ſanctiſſimi Papæ ſedis Apoſtolicæ veteris Romæ Agathonis, his collatis cum nuper prolato chartaceo ſynodali libro & aliis antiquis libris chartaceis, & invenerimus eoſdem duos libros & chartaceum volumen ſeptimæ actionis inter ſe quidem conſentientes; ſed eis eſſe additam quæ Menæ ad Vigilium dicitur orationem, & libellos a Vigilio, ſicut duo qui dicuntur facti ad Juſtinianum divinæ memoriæ Imperatorem, & ejus conſortem Theodoram. in quibus libellis apparuit eos & anathematizare Theodorum Mopſueſtiæ epiſcopum, & Ibæ quæ dicitur epiſtolam: & ſcripta Theodoreti „ adverſus duodecim capita ſancti Cyrilli Alexandrini epiſcopi, & dogmatice, ut videtur, „ in eis verbum ſic definire: Anathematizamus „ autem Theodorum quoque Mopſueſtiæ epiſcopum, ut qui fuerit ſemper alienus ab eccleſiis, & contrarius ſanctis patribus: qui non „ confitetur incarnatum fuiſſe Deum Verbum, „ nempe Chriſtum, unam eſſe hypoſtaſim, & „ unam perſonam, & unam operationem. Hæc

cogno-

cognovimus, ſicut affirmaverunt legati Apoſtolicæ ſedis veteris Romæ, neque facta, neque ſcripta fuiſſe tempore dictæ ſanctæ quintæ ſynodi; ſed adjectos quidem fuiſſe tres quaterniones primi libri ſanctæ quintæ ſynodi, in quibus habetur oratio quæ dicitur Menæ. Deinde autem in ſecundo quoque libro in ſeptima actione mutatum quidem fuiſſe decimum quintum quaternionem, adjecta autem eſſe etiam quatuor folia ſine inſcriptione ante decimum ſextum quaternionem, in quo habentur duo libelli qui dicuntur fuiſſe Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram divinæ memoriæ, qui ſunt ambo ſine inſcriptione. Eos autem qui duos dictos libros falſaverunt, & chartaceum volumen tanquam ex appellatione illorum adulterarunt, ea inſcruiſſe adverſus recta dogmata: quando quidem neque in nunc prolatis veteribus & incorruptis libris ſanctæ quintæ ſynodi, neque in chartaceo libro qui nunc fuit inventus in bibliotheca venerandi patriarchii, ſitæ ſunt hæ orationes Menæ ad Vigilium, & Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram divinæ memoriæ. Sed cum hæc invenerimus ficte eſſe inſerta ab iis qui ea falſaverunt, ut quæ diabolicam participant operationem: chartaceum quidem falſatum volumen ſtatuimus expungi in locis, in quibus ſunt factæ additiones: libros autem ipſos quoque notari obeliſcis, in locis in quibus ſunt corrupti, & expungi. Eos autem qui ea falſarunt, anathemati ſubjici: & nominatim cum eis anathematizari Menæ quæ ad Vigilium dicitur orationem, & Vigilii ad Juſtinianum & Theodoram divinæ memoriæ duos veluti libellos.

Macrobius religioſiſſimus epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ, dixit: Refero ad vos glorioſiſſimos ſanctamque & œcumenicam veſtram ſynodum, quod ad me venit liber ſanctæ quintæ ſynodi, qui mihi traditus fuit a quodam Philippo duce exercitu hujus imperialis, ✝... Quem cum legiſſem, inveni ipſum eſſe falſatum in ſeptima actione. Cumque rogaſſem eundem Philippum, cuinam dediſſet librum? Dixit mihi ſe dediſſe Stephano Monacho diſcipulo Macarii. Literæ autem in quibus facta fuit falſa ſuppoſitio Vigilii, factæ ſunt plane manu propria Georgii monachi, qui fuit tempore Macarii. Nam quando erat patriarcha meus dictus Macarius, intrabam in ædes ejus, & aſpiciebam ipſum Georgium monachum ſæpe ſcribentem: & recte ſcio ea eſſe ſcripta manu ejus. Peto ergo a veſtra amplitudine & ſancta ſynodo, ut in medium veniens idem Georgius monachus, de eo interrogetur.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus, dixerunt: Georgius monachus, de quo facta eſt mentio, veniat in medium. Et ingreſſus eſt.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Georgio reverentiſſimo monacho ſtanti in medio, oſtendatur hic liber, ut ipſe agnoſcat an ejus manu ſcriptæ ſint literæ, quæ ex additione ſunt in his duobus foliis. Georgius reverentiſſimus monachus, libro inſpecto, dixit: Hic liber, qui nunc fuit prolatus a Macrobio ſanctiſſimo metropolitano Seleuciæ, & mihi oſtenſus, fuit Philippi ducis exercitus imperialis, ✝... Ipſe autem Philippus erat vicinus patris Stephani, qui cecidit ſicut Macarius hæreticus. Quando ergo fuit quæſtio inter Theodorum, qui fuit patriarcha hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, & dictum Macarium, de fide, acceperunt exempla, ut dicebant, a patriarcha, Macarius & Stephanus, libellorum, qui dicuntur Vigilii: & ſcripſimus in quaterniones: & ab eis fuerunt traditi pio noſtro Imperatori. Fiduciam ergo acceperunt Stephanus & Macarius, ut qui tradidiſſent domino quaterniones: & unicuique venienti eos oſtendebant. Ille ergo Philippus habens hunc librum, attulit eum videndum Stephano hæretico, dicens: Veniens ab occidente attuli hunc librum quintæ ſynodi: & vide an recte habeat. Hic autem liber non habebat libellos qui dicuntur Vigilii. Dixitque ei Stephanus hæreticus: Ut ſcias, eſt aliquid in eo prætermiſſum. Philippus ergo eum rogavit, dicens: Si ſcias aliquid quod ſit prætermiſſum, id imple. Ipſe ergo Stephanus juſſit me ſcribere ipſos libellos. Et ſcripſi ex dictis exemplis, & dedi ipſi Stephano. Revera hæc ſunt ſcripta manu mea, & ea agnoſco. Non ſolum autem in hoc libro fecerunt hanc additionem libellorum qui dicuntur Vigilii: ſed quicumque libri quintæ ſynodi ad eos pervenerunt, non habentes libellos qui dicuntur Vigilii, addiderunt iidem Macarius & Stephanus. In eorum quoque manus incidit alius liber Romanus quintæ ſynodi, quem dicebant ſe emiſſe ſex ſolidis ab uxore quæ fuerat Innocentii patricii. Summam autem hujus libri Romani pulchre novit Conſtantinus religioſiſſimus presbyter ſanctiſſimæ hujus magnæ eccleſiæ, & Romanus grammaticus.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus dixerunt: Præſens Conſtantinus religioſiſſimus presbyter & grammaticus Romanus, dicat an vera dixerit Georgius reverentiſſimus monachus de libro Romano, cujus fecit mentionem.

Conſtantinus religioſiſſimus presbyter & grammaticus Romanus, dixit: Scio, domine, quod tempore Pauli quondam patriarchæ, cum veniſſet Fortunius quondam Carthaginenſis archiepiſcopus; & eſſet ipſe celebraturus in ſanctiſſima magna eccleſia, quæſitum eſt quomodo deberet ſedere, an ante metropolitanos, qui hic degebant, an poſt eos. Quærente autem eodem Paulo quondam patriarcha librum quintæ ſynodi, ut ſciret quomodo deberent ſedere, forte fortuna etiam inventus fuit Romanus liber ejuſdem ſynodi: quem ſecutus idem Paulus fecit eum ſedere ordine. Protulit autem eundem librum Romanum ex bibliotheca, & dixit mihi: Vide an is ſit plenus & perfectus, ſicut chartaceum authenticum volumen ſanctæ quintæ ſynodi. Et inveni eundem librum Romanum deficere in ſeptima actione, ſi conferatur cum volumine chartaceo. Dixit autem mihi idem Paulus patriarcha: Accipe tecum diaconum Sergium, qui dicitur Antipiſida, quoniam pulchre ſcribit: & oſtende ei quomodo oporteat ſcribere Romanas literas, & adde ea quæ deſunt. Sunt autem quæ addidimus in eodem Romano libro in ſeptima actione, libelli qui dicuntur Vigilii quondam Papæ Romani, quos etiam verti Romane ex eodem volumine. & ut dixi, ſcripſit idem Sergius memoratus diaconus. Quæ autem ſcripta fuerant ab eodem Sergio diacono, qui dicebatur Antipiſida, in eundem Romanum librum injecit Theodorus ſcriba, qui habebat officinam in ſancto Joanne Phoca. Hæc domine, ſcio vere facta eſſe.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus dixerunt: Præſens Sergius religioſiſſimus diaconus, cum audierit quæ dicta ſunt a Conſtantino religioſiſſimo presbytero & grammatico

rico Romano, quæ novit dicas cum omni ve- A ritate.

Sergius religioſiſſimus diaconus ſanctiſſimæ magnæ eccleſiæ dixit: Plurimis abhinc annis me acceſſit Paulus olim patriarcha Conſtantinopolitanus, & dixit mihi: Vide quid vertat dominus Conſtantinus grammaticus Romanus ex volumine quintæ ſynodi, & id ſcribe Romanis literis. Hæc cum audiſſem, ut ſervus & ſubjectus obedii, & ſcripſi & ea dedi ipſi domino Conſtantino presbytero & grammatico.

Exclamavit ſancta ſynodus: Anathema Menæ orationi quæ dicitur ad Vigilium, & iis qui eam finxerunt ſeu conſcripſerunt: Anathema libellis qui dicuntur facti eſſe a Vigilio ad Juſtinianum & Theodoram divinæ memoriæ, B quos eſſe falſos ſnis demonſtratum. Anathema, ut ſemel dicamus, iis qui falſaverunt acta ſanctæ & œcumenicæ quintæ ſynodi. Anathema iis qui docuerunt & expoſuerunt, & docent aut docturi ſunt unam voluntatem & unam operationem in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei, qui eſt unus ex ſancta Trinitate. Sanctis quatuor ſynodis æterna memoria. Sanctæ quintæ ſynodo æterna memoria. Multi ſint anni Imperatoris. Conſtantini magni Imperatoris multi anni. Pacifici Imperatoris multi anni. Rectæ fidei cuſtodis multi anni. Filii Dei, et vitam: Filii Dei, et victorias.

Theodorus religioſiſſimus epiſcopus Trimithuntinus inſulæ Cypriorum, vicem gerens Epiphanii C ſanctiſſimi archiepiſcopi ejuſdem inſulæ Cypriorum, ſimul cum Stratonico religioſiſſimo epiſcopo Soſorum, & Tychone religioſiſſimo epiſcopo Cytii, qui erant ambo ſynodi dictæ Chriſti amantis Cypriorum inſulæ, dixerunt: Docemus vos glorioſiſſimos & ſanctam & œcumenicam veſtram ſynodum, quod afferimus ſententias diverſorum ſanctorum & eximiorum patrum, quæ ſignificant duas naturales voluntates & duas naturales operationes in incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri: inter quas ſita eſt etiam ſententia ſancti Athanaſii Alexandrini quondam archiepiſcopi, ex oratione quæ inſcripta eſt in dictum evangelii, quod dicit: *Nunc turbata eſt anima mea*. Eſt autem nobis in regione liber D quoque ejuſdem ſancti Athanaſii, qui habet integram hanc ejus orationem. Nobis autem huc nuper ingreſſis juſſu pii a Deo coronati magni noſtri Imperatoris, cum quæſiſſemus libros ſententiarum patrum quas aſſerimus, ut eas aſſerremus ad ſanctam veſtram ſynodum, invenimus librum chartaceum vetuſtiſſimum, qui habet diverſas homelias ejuſdem ſancti Athanaſii, in quibus hæc quoque ſita eſt oratio in illud, *Nunc turbata eſt anima mea*. Petimus ergo a veſtra amplitudine, ſanctaque & œcumenica veſtra ſynodo, an ei placet ut hunc librum, qui eſt in noſtris manibus, tradamus legendum.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Quem dixerunt ſe habere in manibus E librum ſancti Athanaſii, religioſi epiſcopi inſulæ Cypriorum, eum ſuſcipientes ii qui excipiunt acta præſentis ſynodi, nobis omnibus audientibus legant orationem quæ in ea continetur, in illud, *Nunc anima mea turbata eſt*.

Cumque eum librum ſumpſiſſet Agatho religioſiſſimus lector & notarius ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopolitani, legit orationem in eo ſitam ſic ad verbum: *Athanaſii archiepiſcopi Alexandrini, in illud, Nunc turbata eſt anima mea.*

„Quod Dominus nobis ſimilis factus ſit, magna eſt utilitas: nam nos quoque ei efficimur ſimiles. Nam ſi ipſe non fuiſſet factus ſimilis hominibus, non potuiſſent homines Deo fieri ſimiles. Sed Deo facto homini ſimiles fiunt homines, quoniam oportet eum qui deſcendit, ut nobis fiat ſimilis, in hoc maxime fieri ſimilem, in quo mutatione opus habebamus, nempe in affectionibus & paſſionibus, ut ea traduceret ad impatibilitatem. Nemo autem ſit qui non credat de paſſionibus, exiſtimans mutari divinitatem: ſed cogitet a carnis & animæ motione fieri paſſionem & accedere & vinci. Propterea enim acceſſit, ut vinceretur: & ideo victa eſt, ut univerſa humana natura beneficio afficeretur propter humanam naturam. Illinc enim incipientes transformamur omnes, ex patientibus impatibiles & ex mortui effecti viventes. Ne ergo conturbetur quiſquam ex incredulitate, ſi dicit Dominus, cum ſit Deus homo, *Nunc anima mea turbata eſt*. Hoc enim factum eſt cedente quidem divinitate, excitata autem carne, cum poſſet divinitas prohibere turbationem, ſed nolente, ne diſſolveret ſimilitudinem quæ ei nobiſcum intercedit. Tale quid autem eſt intelligendum ex iis rebus quæ apud nos fiunt. Mel aqua contemperatum, mel nequaquam eſt mutatum, ſed aqua abundavit. Quando eſt ergo motus carnis in Domino, hanc accipiamus ſimilitudinem, tanquam aqua in muſto majorem abundantiam. Quando autem rurſus apparet divinitas, & operatur virtutes, & oſtendit poteſtatem, hanc accipiamus ſimilitudinem tanquam melle aquam ſuperante. Poteſt enim divinitas aliquando quidem carni cedere, ut plus abundet, aliquando autem ipſa vincere, tollens paſſionem & carnis imbecillitatem: ſignum eſt autem: Quadraginta totos dies abſtinet ab alimento corporis, & non eſurit corpus: *poſt hæc* enim, ſicut ſcriptum eſt, *eſuriit*: hic eſt carnis major abundantia; Matt. 4. 2. deinde eſurit poſt tantum tempus, id quod eſt carnis magis abundavit; ut ſcilicet & in ſerretur tentatio, & qui tentat pudore afficeretur; & homo qui ab initio ceciderat propter cibum, reſurgeret propter abſtinentiam a cibo. Fert autem carnis quoque perturbationem accedens ad mortem: etenim quomodo futurus erat obediens, noſtram pro nobis implens obedientiam, niſi & habuiſſet repugnantiam & eam ſuperaſſet? Nobis cum ex carne aliqua facta fuerit repugnantia, ſi non obedierimus quidem juſſui a carne victi, hoc modo peccatum accidit. Ergo in Domino quoque oportebat fieri repugnantiam a carne, vincere autem obedientiam. Si enim Deus quoque, ſed in carne & ſecundum carnem implet obedientiam, & carnis voluntatem vincit voluntate divinitatis, ſicut dixit: *Deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem* Joan. 6. *meam, ſed voluntatem ejus, qui miſit me, Patris*, propriam dicens voluntatem ſuam voluntatem carnis: nam caro quoque fuit ejus propria: non eſt enim divina voluntas Filii a Dei voluntate ſeparata. Oportebat moveri voluntatem carnis, ſubjici autem divinæ voluntati: & ſic ſolvuntur hominum inobedientiæ per hanc admirabilem inobedientiam, qua Chriſtus pro nobis obedit. Vide autem ſacto motu carnis, quid dicit: *Et quid dicam?* Joan. 12. *Pater, ſerva me ab hac hora. Sed propterea veni ad hanc horam. Pater glorifica nomen tuum.* Illud, *Quid dicam, Pater? Serva me*

„ ab

ACTIO XIV

titudinem virorum albis veſtibus indutorum. & A in medio virum cujus non poſſum narrare virtutem, dicentem mihi: Novam fidem conſtituis, feſtina, dic Imperatori Conſtantino. Ne feceris novam fidem, nec ſuſceperis. Cumque ego Heraclea veniſſem Chryſopolim, cumque ſtarem in heliaco, erat autem hora circiter ſeptima diei, vidi virum terribilem, veſte admodum alba indutum, & ſtetit ante me, dicens: Qui non confitetur unam voluntatem & theandricam, id eſt, divinam ſimul & humanam operationem, non eſt Chriſtianus. Ego autem, dixi: Hanc etiam definiit Conſtantinus ſapientiſſimus Imperator, unam voluntatem & theandricam operationem? Ille autem dixit: Pulchre admodum & pie.

Dixit ſancta ſynodus: Dicat Polychronius reverentiſſimus monachus, ſi literæ quæ in hac charta continentur, ſunt ſcriptæ propria ejus manu; & an hæc ſit charta, quæ eſt imponenda mortuo, & eum ſuſcitatura.

Dixit Polyqhonius reverentiſſimus monachus: Revera, domini, ſcripta ſunt manu mea propria: Et hæc eſt charta, quæ eſt a me imponenda mortuo, & eum ſuſcitatura

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Cenſemus ut quæ lecta eſt charta, mortuo imponatur ab ipſo Polychronio, ſicut ipſe propoſuit, extra hoc divinum magnum palatium, in loco publico; nobis præſentibus & populo qui invenitur: ut certior reddatur Chri- C ſti amans populus quomodo Deus oſtendit veritatem. Cumque egreſſi eſſent glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, & plurimus populus congregatus in medio atrio lavacri publici quod vocatur Zeuxippi, propoſito mortuo in grabato deargentato, ſimiliter præſentibus glorioſiſſimis magiſtratibus & ſancta ſynodo, & plurimo Chriſti amantiſſimo populo qui illic eſt inventus: accedens idem Polychronius impoſuit mortuo hanc chartam ſuæ fidei: & cum manſiſſet horas plurimas, & ei inſuſurraſſet, & eorum quæ ab ipſo abſurde & blaſpheme promiſſa fuerant nihil potuiſſet facere, dixit idem Polychronius. Non poſſum ſuſcitare mortuum. Qui itaque præſens illic erat populus, excla- D mavit dicens: Novo Simoni anathema, Polychronio populi ſeductori anathema. Et rurſus ingreſſi glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus in ſecretum divini palatii, quod dicitur Trullus, præſente eodem reverentiſſimo presbytero & monacho Polychronio, dixerunt: Dicat rurſus Polychronius an confitetur duas naturales voluntates & duas naturales operationes in incarnata œconomia unius ex ſancta Trinitate, Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri. Polychronius reverentiſſimus monachus dixit: Sic ut habet chartula quam tradidi, & poſui ſupra mortuum, ita credo unam voluntatem & theandricam operationem: & nihil aliud dico.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Chartulam quam tradidiſti, quis ſcripſit? Dixit Polychronius: Scripta eſt manu mea.

Dixit ſancta ſynodus: Quando Polychronius monachus in ſua mala opinione perſeveravit uſque ad ſen[ect]utem; nunc autem a nobis quoque rogatus quomodo ſentiret de humanæ naturæ ſuſceptione Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, voluit tentare Spiritum ſanctum, & blaſphema charta compoſita, pudorem exuit, dicens ſe eam velle imponere mor- A tuo; & ad confirmandam quæ in ea ſcripta erat blaſphemiam, ne dicamus fidem, eum ſuſcitare mortuum: nos dicto a ſancto Paulo anathemate jam eum in animo ferimus. Sed ut ſatisfieret Chriſti amantibus populis, quorum plurimos præcedentibus temporibus deceperunt, ipſe & qui ſunt ejuſdem cujus ipſe ſententiæ, conceſſimus ut hæc ejus arrogans & inſana propoſitio publice fieret. Cumque ab eo quæſitus mortuus in medium fuerit adductus, præſentibus nobis & glorioſiſſimis magiſtratibus & multitudine Chriſti amantis populi: & ſicut ille propoſuerat, hoc ejus impium opus impoſuerit, & longo tempore & quanto ipſe voluit propter mortuum ſteterit, & ea quæ ei viſum B inſuſurravit, donec ipſe dixerit ſe nihil poſſe: quomodo enim in Deum blaſphemans poſſet virtutes facere? Cenſemus ut is, utpote populi deceptor & impoſtor, & manifeſtus hæreticus, privetur omni ſacerdotali ordine & miniſterio. Eoque depoſito, ſancta ſynodus exclamavit: Polychronio hæretico, & qui eadem quæ ipſe ſentiunt, anathema. Macario, Stephano, & Polychronio, anathema; Trinitas tres depoſuit.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Sufficiunt quæ hodierno die acta ſunt.

ANNO CHRISTI 68.

## ACTIO DECIMAQUINTA.

### Tomus XI

Sit ea quæ inſcribitur Actio decima ſexta appellatur,

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri; imperii a Deo coronatorum & ſereniſſimorum noſtrorum dominorum Flaviorum, Conſtantini quidem pii, & a Deo electi Imperatoris ſemper Auguſti, anno viceſimo octavo, & poſt conſulatum divinæ ejus clementiæ, anno tertio decimo; Heraclii autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fratrum, anno XXIII. IX. Auguſti, propoſito venerando Conſeſſu pii & Chriſti amantis Imperatoris Conſtantini, in ſecreto divini palatii quod dicitur Trullus; & juſſu ejus divinæ ſerenitatis, vice ejus præſentibus & audientibus Conſtantino, &c. D Cum conveniſſet etiam ſancta & œcumenica ſynodus, edicto Imperatoris congregata in hac a Deo cuſtodita & regia civitate: nempe Theodorus, &c.

Cum autem conſediſſent glorioſiſſimi patricii & conſules, omnes ſanctiſſimi & religioſi epiſcopi per ordinem in eodem Trulli ſecreto, in medio propoſitis ſanctis & intemeratis Chriſti Dei noſtri evangeliis, Theodorus religioſiſſimus diaconus hujus ſanctiſſimæ Dei catholicæ & apoſtolicæ eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum notariorum, ſanctiſſimi archiepiſcopi hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, Georgius dixit: Docemus vos glorioſiſſimos, ſanctamque & œcumenicam veſtram ſynodum, quod E Conſtantinus qui dicit ſe eſſe presbyterum ſanctiſſimæ Apameenſis eccleſiæ, quæ eſt ſecundæ Syrorum provinciæ, ſtat ante velum; & rogat ut ei liceat ingredi, ut doceat ſanctam veſtram ſynodum nonnulla quæ pertinent ad præſentem dogmaticam quæſtionem, & rejecimus in diem hodiernum.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Ingrediatur dictus reverentiſſimus presbyter. Et ingreſſus eſt.

Dixit ſancta ſynodus: Qui adſt[at] reverentiſſimus Conſtantinus dicat ea quæ vult ſignificare, & cauſam propter quam acceſſit. Conſtantinus

ANNO CHRISTI 680.

tinus reverentiſſimus dixit. Dicor Conſtanti- A nus, ſum presbyter ſanctæ Dei eccleſiæ Apameenſis, ſecundæ Syrorum provinciæ, ordinatus ab Abramio Arethuſæ epiſcopo: veni ad veſtram ſanctam ſynodum, ut vos docerem quod ſi eſſem exauditus, quæ anno abhinc paſſi fuimus, paſſi non eſſemus, nempe quæ paſſi ſumus in bello Bulgariæ. Volui enim ab initio ingredi ad ſynodum, & hortari ut pax fieret, ut aliqua unio intercederet: & nec iſti nec illi opprimerentur, nempe & qui dicunt unam voluntatem, & qui duas voluntates. Et ivi ad patricium Theodorum prætorem, & rogavi eum ut ipſe pro me alloqueretur ſynodum, ut caritas eſſet & pax: quoniam caritatem & pacem pluſquam omnia diligit Deus. Et nunc jubete, ut quod de fide mihi de- B dit Deus ſcribam Syriace, & interpretemini Græce.

Dixit ſancta ſynodus: Sicut quæ ſignificaſti nobis Græce expoſuiſti, ita etiam refer fidem tuam: Conſtantinus presbyter dixit: Accipiam terminum ſex dierum, & ſcribam apud me fidem meam, & eam afferam ad ſanctam veſtram ſynodum.

Glorioſiſſimi magiſtratus & ſancta ſynodus dixerunt: Ex propoſito ad nos acceſſiſti dicturus fidem tuam: eſt ergo neceſſarium ut ſtatim nobis dicas fidem tuam, & quonam modo dixiſti poſſe fieri unionem. Conſtantinus reverentiſſimus presbyter dixit: Ego dico duas naturas, ſicut dictum eſt Chalcedone, & duas C proprietates: neque quod attinet ad operationes, repugno, ſi eas dicitis tanquam proprietates: voluntatem autem unam dico perſonæ Dei Verbi etiam poſt incarnationem. Pater enim & Filius & Spiritus ſanctus eſt una voluntas.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus dixerunt: In incarnata œconomia Domini noſtri Jeſu Chriſti, eſt una quam dicis voluntas divinæ ejus naturæ, an humanæ? Conſtantinus reverentiſſimus dixit: Divinitatis dico eſſe voluntatem.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus dixerunt: Humana natura Domini noſtri Jeſu Chriſti, habetne voluntatem, an non? Con- D ſtantinus reverentiſſimus dixit: Naturalem etenim eam habuit ab utero uſque ad crucem & proprietatem dico eandem, & eſt proprietas.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Quid ergo? a cruce dimiſit Chriſtus naturam humanam? Conſtantinus reverentiſſimus dixit: Non manſit cum eo humana voluntas; ſed manſit cum ſanguine & carne: quoniam non opus habet nec ut comedat, nec ut bibat, nec ut dormiat, nec ut ambulet.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Prius dixiſti unam habere voluntatem perſonam Dei Verbi; & poſtea dixiſti ejus E humanitatem habere voluntatem naturalem: unde ex tuis verbis unam habuit perſonalem voluntatem opinaris & unam naturalem: & quomodo tu unam voluntatem opinaris in Chriſto? Conſtantinus reverentiſſimus dixit: Chriſtus dimiſit, & ipſam exuit cum ſanguine & carne.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Ubi autem manſit caro & ſanguis? Conſtantinus reverentiſſimus dixit: Ipſam exuit.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Quis carnem exuit? Conſtantinus reverentiſſimus dixit: Chriſtus.

ACTIO XV.

A Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Humanam quoque voluntatem ſimul cum carne exuit? Conſtantinus reverentiſſimus dixit: Ita, domine, voluntatem illam.

Glorioſiſſimi magiſtratus, & ſancta ſynodus, dixerunt: Macarius qui fuit patriarcha Antiochiæ, ſic credidit ut tu dicis? Conſtantinus reverentiſſimus dixit: Ita, domine, ſicut ego dico unam voluntatem, ita etiam dicebat Macarius: ex eo enim audivi.

Dixit ſancta ſynodus: Ita ſentis, & in ea ſententia perſeveras? Dixit Conſtantinus: Ita, domine, ſentio, & ita credo, & non poteſt aliter fieri.

Exclamavit ſancta ſynodus: Hæc eſt opinio Manichæorum; hæc eſt fides Apollinaris; ana- B thema ſit ei cum ejus dogmatibus: novo Manichæo anathema: novo Apollinari anathema: expellatur Manichæus. Et poſtquam expulſus fuit ipſe Conſtantinus, Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis dixit: Ego & pauci quidam ſanctiſſimi epiſcopi ex iis qui ſunt ſub mea ſede, certo conſilio & ex certa œconomia rogamus, ut ſi fieri poſſit ne nominatim in acclamationibus anathematizentur hæ perſonæ, nempe Sergius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus.

Dixit ſancta ſynodus: Eos qui ſemel ſunt condemnati, & noſtra jam ſententia ex ſacris diptychis ejecti, oportet nominatim quoque anathematiʒari in acclamationibus.

C Georgius ſanctiſſimus archiepiſcopus hujus regiæ civitatis, dixit: Quoniam multitudinis ſeu multorum ubique plus valet conſilium, neceſſe eſt ut dictæ perſonæ nominatim anathematizentur. Exclamaverunt omnes: Multi ſint anni Imperatoris Conſtantini Magni Imperatoris multi anni: orthodoxi Imperatoris multi anni Conſtantini novi Juſtiniani Imperatoris multi anni: cuſtodis orthodoxæ fidei multi anni. Eccleſiarum firmamentum ſerva, Domine: cuſtodem fidei ſerva, Domine. Agathonis Papæ Romani multi anni: Georgii patriarchæ Conſtantinopolitani multi anni: Theophanis patriarchæ multi anni: orthodoxæ ſynodi multi anni. Teodoro hæretico Pharanitæ anathema: D Sergio hæretico anathema: Cyro hæretico anathema: Honorio hæretico anathema: Paulo hæretico anathema: Petro hæretico anathema: Macario & Stephano & Polychronio hæreticis anathema: Sergio qui fuit epiſcopus Pergæ anathema: univerſis hæreticis anathema: omnibus qui defendunt hæreticos anathema. Augeatur fides Chriſtianorum. Orthodoxæ & œcumenicæ ſynodi multi anni.

Glorioſiſſimi magiſtratus dixerunt: Dicat ſancta & œcumenica ſynodus, an aliquid reſtet ex iis quæ pertinent ad accuratam comprehenſionem hujus quæſtionis, & an opus ſit ut veſtra ſanctitas amplius ſcrutetur aut quærat.

Dixit ſancta ſynodus: Sufficiunt quidem quæ E hæc uſque acta ſunt & decreta, & pertinent ad præſentem quæſtionem dogmaticam. Die autem ſequente inſpirante ſancto & vivifico Spiritu, ſynodice decernemus quæ conveniunt orthodoxæ fidei.

## ACTIO DECIMASEXTA

### Tomus XII.

Eſt ea quæ imperium appellant ſive [illegible] ve.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei & Servatoris noſtri, imperii a Deo corona-

ACTIO XVI.

natorum & ſereniſſimorum dominorum noſtro- A
rum Flaviorum, Conſtantini quidem mitiſſimi
& a Deo electi Imperatoris ſemper Auguſti,
anno viceſimo octavo, & poſt conſulatum ejus
divinæ ſerenitatis anno decimo tertio, Heraclii
autem & Tiberii a Deo cuſtoditorum ejus fra-
trum, anno xxxiii. decimo ſexto menſis Se-
ptembris, indictione x. Præſidente eodem pio
& Chriſti amante Imperatore Conſtantino, in
ſecreto divini palatii quod appellatur Trullus,
& juſſu ejus divinæ ſerenitatis, præſentibus &
audientibus Niceta glorioſiſſimo exconſule, pa-
tricio & magiſtro imperialium officiorum, Theo-
doro glorioſiſſimo exconſule, patricio Comite
imperialis obſequii, & ſubprætore Thraciæ, Ser-
gio glorioſiſſimo exconſule patricio, Paulo glo- B
rioſiſſimo exconſule patricio, Juliano glorio-
ſiſſimo exconſule patricio & militarium ratio-
num ſupputatore, Conſtantino glorioſiſſimo ex-
conſule, patricio & curatore regiæ domus Hor-
miſdæ, Anaſtaſio glorioſiſſimo exconſule, pa-
tricio & vicario comitis excubiarum imperia-
lium, Joanne glorioſiſſimo exconſule, patricio
& quæſtore, Polyeucto glorioſiſſimo exconſule,
Thoma glorioſiſſimo exconſule, Paulo glorioſiſ-
ſimo exconſule & adminiſtratore provinciarum
Orientalium, Petro glorioſiſſimo exconſule,
Leontio glorioſiſſimo exconſule & domeſtico
menſæ imperialis. Cum conveniſſet ſancta &
œcumenica ſynodus Imperatoris edicto congre-
gata in hac a Deo cuſtodita & regia civitate, C
nempe Theodorus & Georgius religioſiſſimi pre-
sbyteri, & Joannes religioſiſſimus diaconus le-
gati ſanctiſſimi Papæ ſedis Apoſtolicæ veteris
Romæ Agathonis, &c. Cum autem ſediſſent
glorioſiſſimi patricii & conſules, & omnes ſan-
ctiſſimi metropolitani & epiſcopi per ordinem
in eodem Trulli ſecreto, propoſitis in medio
ſanctis intemeratis Chriſti Dei evangeliis:

Theodorus religioſiſſimus archidiaconus hu-
jus ſanctiſſimæ Dei catholicæ & apoſtolicæ ma-
gnæ eccleſiæ, & primicerius religioſiſſimorum no-
tariorum ſanctiſſimi patriarchæ Conſtantinopo-
litani Georgii, dixit. Magnæ pietatis eſt indi-
cium, o ſereniſſime domine, in iis quæ ad
divinum cultum pertinent præcipuam adhibere D
diligentiam: deinde quæ ad Chriſti amantem
ſpectant rempublicam negotia recte dirigere.
Quod quidem pulchre facis, o vir clementiſ-
ſime, depoſita quidem omni moleſtia negotio-
rum ſæcularium, rerum autem divinarum cura
ſuſcepta & ſtudio gratia ſancti Spiritus. Hoc
eſt veſtrum decus eximium, pro pietate ad-
verſus diabolum cogere exercitum, & adverſus
impiam ejus catervam ſacrum congregaſſe cœ-
tum: hanc, inquam, ſanctam magnamque &
œcumenicam ſynodum; quæ ut oportebat, ma-
gna multorum dierum diligentia & labore per-
fecit quod erat agendum de inculpata noſtra
Chriſtianorum fide, præſidio freta veſtræ pie-
tatis, & quomodocumque exortam in fide or- E
thodoxa diſcordiam procul amandavit; nixa
quidem doctrina veritatis, confirmata autem
beatiſſimorum patrum ab omni reprehenſione
alienis & vere divinis traditionibus, ut licet
conſiderare ex iis quæ acta ſunt in ſcriptis in
unoquoque eorum quæ ſunt conſecuta. Cer-
tum autem & ab errore alienum nunc edidit
decretum, virtute divinarum ſcripturarum or-
natum, & ſanctorum patrum doctrina utens,
ad confirmanda quidem recta dogmata pietatis,
gloriam autem pii veſtri imperii: idque habe-
mus in manibus legendum, ſi videatur.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Legatur
decretum, cujus facta eſt mentio. Et accipiens
Agatho religioſiſſimus lector & notarius ſan-
ctiſſimi archiepiſcopi hujus a Deo cuſtoditæ &
regiæ civitatis Georgius, legit decretum, quod
ſic habet ad verbum:

ANNO CHRISTI 68.

Sancta magna & œcumenica ſynodus, Dei
gratia & pio pii & fidelis Imperatoris Con-
ſtantini edicto congregata in hac a Deo cuſto-
dita & regia civitate Conſtantinopoli nova Ro-
ma, in ſecreto divini palatii, quod dicitur
Trullus, definiit ea quæ ſunt hic ſubjecta:

Dei Patris Unigenitus Filius & Sermo, no-
bis in omnibus abſque peccato homo factus,
Chriſtus verus Deus noſter, aperte prædicavit
in vocibus evangelicis: *Ego ſum lux mundi.* Joan. 8. 12
*Qui ſequitur me, non ambulabit in tenebris, ſed*
*habebit lumen vitæ*. Et rurſus: *Pacem meam di-* Joan. 14. 27
*mitto vobis, pacem meam do vobis*. Hanc divi-
nam a Deo dictam ſequens doctrinam noſter
mitiſſimus Imperator, defenſor quidem rectæ
fidei, hoſtis autem malæ opinionis, congrega-
ta hac noſtra ſancta & œcumenica ſynodo,
univerſum cœtum eccleſiæ uniit. Unde etiam
noſtra ſancta & œcumenica ſynodus, aliquot
annorum impietatis errore procul expulſo, ſan-
ctorum & eximiorum patrum rectam ſemitam
abſque errore ſecuta, ſanctis & œcumenicis ſy-
nodis pie conſenſit: in omnibus nempe ea quæ
fuit Nicææ, trecentorum, inquam, decem &
octo ſanctorum patrum qui convenerunt adver-
ſus inſanum Arrium: & ei quæ ipſam ſecuta
eſt Conſtantinopoli, centum quinquaginta di-
vinorum patrum adverſus Macedonium hoſtem
ſancti Spiritus, & impium Apollinarem: ſimi-
liter & eam quæ prius habita fuit Epheſi ad-
verſus Neſtorium qui ſentiebat cum Judæis,
congregatis ducentis divinis patribus: & ei quæ
Chalcedone, ſexcentorum triginta divinitus in-
ſpiratorum patrum adverſus Eutychem & Dio-
ſcorum Deo inviſos: præter has harum quo-
que ultimæ ſanctæ quintæ ſynodo, quæ fuit
hic congregata adverſus Theodorum Mopſue-
ſtiæ, Origenem, Didymumque & Evagrium, &
ſcripta Theodoreti contra duodecim capita in-
clyti Cyrilli, & Ibæ epiſtolam quæ dicitur ſcri-
pta eſſe ad Marem Perſam: non temere inno-
vanda in omnibus quidem renovans decreta
pietatis, expellens autem profana dogmata im-
pietatis, & quod a trecentis decem & octo pa-
tribus fuit expoſitum, & rurſus a centum quin-
quaginta patribus divine confirmatum, quod
etiam reliquæ ſanctæ ſynodi, ad omnem animæ
pernicioſam hæreſim evertendam, lubenter ad-
miſerunt & confirmarunt ſymbolum, noſtra
ſancta & œcumenica a Deo inſpirata obſigna-
vit ſynodus.

Expoſitio fidei ſanctorum & beatorum trecen-
torum decem & octo patrum, qui
Nicææ convenerunt.

CRedimus in unum Deum, Patrem omni
potentem, factorem omnium viſibilium &
inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum
Chriſtum Filium Dei unigenitum, ex Patre
genitum, hoc eſt, ex eſſentia Patris, Deum
ex Deo, lumen de lumine, Deum verum de
Deo vero: genitum, non factum, conſubſtan-
tialem Patri, per quem omnia facta ſunt tam
quæ ſunt in cœlo, quam quæ in terra: qui
propter nos homines, & propter noſtram ſalu-
tem deſcendit, & incarnatus, & homo factus
eſt:

ANNO CHRISTI 681.

eſt; paſſus eſt & reſurrexit: Et aſcendit in A cœlos, & ſedet ad dexteram Patris, & venturus eſt judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum ſanctum. Eos autem qui dicunt, erat quando non erat, & priuſquam genitus eſſet non erat; & ex iis quæ non erant factus eſt; aut ex alia ſubſtantia aut eſſentia eſſe dicunt, aut mutabilem aut alterabilem Filium Dei; eos anathematizat ſancta Dei catholica & apoſtolica eccleſia.

Expoſitio fidei centum & quinquaginta ſanctorum & beatorum patrum, qui erant Conſtantinopoli.

CRedimus in unum Deum, Patrem omnipo- B tentem, factorem cœli & terræ, viſibilumque omnium & inviſibilium. Et in unum Dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, qui genitus eſt ex Patre ante omnia ſæcula; lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, genitus non factus: conſubſtantialis Patri: per quem omnia facta ſunt: qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto & beata virgine: & homo factus eſt, & crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſuſque & ſepultus eſt, & reſurrexit tertio die ſecundum ſcripturas: Et aſcendit in cœlos, & ſedet ad dexteram Patris, & rurſus venturus eſt cum gloria judicare vivos & mortuos, C cujus regni non erit finis: Et in Spiritum ſanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre procedit, qui cum Patre & Filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas: Et in unam catholicam & apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum; exſpectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen.

Sancta & œcumenica ſynodus dixit. Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxæ fidei agnitionem & confirmationem, hoc pium & or- D thodoxum divinæ gratiæ ſymbolum. Sed quoniam non ceſſavit qui fuit ab initio vitii inventor, cum inveniſſet ſerpentem adjutorem, per ipſum humanæ naturæ mortem inferre venenatam: ita nunc quoque cum ſuæ voluntati apta inveniſſet inſtrumenta, Theodorum ſcilicet qui fuit epiſcopus Pharan, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt antiſtites hujus regiæ civitatis, & præterea Honorium qui fuit Papa Romæ veteris, Cyrum qui fuit epiſcopus Alexandriæ, & Macarium qui fuit proxime antiſtes Antiochiæ, & Stephanum hujus diſcipulum, non ceſſavit per ipſos in cœtu eccleſiæ erroris ſuſcitare ſcandala, unius voluntatis & unius operationis in duabus naturis unius ex ſancta Trinitate Chriſti Dei noſtri. in orthodoxo populo nova voce ſeminans hæreſim Apollinaris: quæ cum impiorum Severi E & Themiſtii animæ exitioſa conſentit opinione, & perfectionem humanæ naturæ ſuſceptionis ejuſdem unius Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, fraudulenta quadam inventione ſtuduit perimere; ut quæ intelligenter animatam ejus carnem, ſine voluntate & operatione blaſpheme ex eo introduceret. Suſcitavit ergo Chriſtus Deus noſter fidelem Imperatorem, ut qui novum Davidem hominem ſecundum cor ſuum inveniſſet, qui ſicut ſcriptum Pſal. 131. eſt, *non dedit ſomnum oculis ſuis, nec palpebris ſuis dormitationem*, donec per hunc noſtrum a

Deo congregatum & ſacroſanctum cœtum, invenit perfectam rectæ fidei prædicationem. Nam ſecundum a Deo dictam vocem, *ubi ſunt duo aut tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum*. Quæ quidem ſancta & œcumenica ſynodus, fideliter ſuſcipiens & ſupinis manibus amplectens ſanctiſſimi & beatiſſimi Papæ veteris Romæ Agathonis relationem ad maxime pium & fidelem noſtrum Imperatorem Conſtantinum; quæ nominatim ejecit eos qui prædicarunt & docuerunt, ut prius eſt oſtenſum, unam voluntatem & unam operationem in incarnata œconomia Chriſti veri Dei noſtri; ſimiliter autem admittens etiam alteram ſynodalem relationem ſanctæ ſub eodem ſanctiſſimo Papa ſynodi centum & viginti quinque Dei amantium epiſcoporum ad divinam ejus ſerenitatem, ut quæ conſentiant cum ſancta ſynodo Chalcedonenſi, & epiſtola ſanctiſſimi & beatiſſimi Papæ ejuſdem veteris Romæ Leonis, miſſa ad ſanctum Flavianum, quam etiam rectæ fidei columnam vocavit hæc ſynodus; & cum ſynodalibus epiſtolis ſcriptis a beato Cyrillo adverſus impium Neſtorium ad epiſcopos Orientis, ſequaturque ſanctas & œcumenicas quinque ſynodos, ſanctoſque & eximios patres: & eis convenienter confiteri decernat Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum noſtrum, qui eſt unus ſanctæ conſubſtantialis & vitæ principalis auctoris Trinitatis, perfectum in divinitate & perfectum in humanitate, Deum vere, & hominem vere eundem ex anima rationali compoſite & corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum divinitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, & nobis in omnibus ſimilem abſque peccato: ante ſæcula quidem ex Patre genitum ſecundum divinitatem, in ultimis autem diebus eundem propter nos & propter noſtram ſalutem, ex Spiritu ſancto & Maria Virgine proprie & revera Dei parente ſecundum humanitatem; unum & eundem Chriſtum Dominum unigenitum: qui in duabus naturis, inconfuſe, immutabiliter, individue, inſeparabiliter cognoſcitur naturarum differentia, nequaquam ſublata propter unionem; ſed ſervata potius proprietate utriuſque naturæ, & concurrente in unam perſonam, & unam hypoſtaſim, nec diviſa in duas perſonas: ſed unum & eundem Filium unigenitum Deum Verbum Dominum Jeſum Chriſtum: quemadmodum multis retro ſeculis prophetæ, & ipſe Jeſus Chriſtus nos docuit, & ſanctorum patrum nobis tradidit ſymbolum; & duas naturales voluntates in eodem, & duas naturales operationes individue, inſeparabiliter, immutabiliter, inconfuſe, ſecundum ſanctorum patrum doctrinam ſimiliter prædicamus. Et duas quidem naturales voluntates, non contrarias, abſit, ſicut impii dixerunt hæretici; ſed humanam ejus voluntatem ſequentem & non reſiſtentem aut reluctantem; immo vero ejus divinæ & omnipotenti ſubjectam voluntati. Oportebat enim carnis moveri voluntatem, ſubjici autem divinæ voluntati, ut ſapientiſſimus dicit Athanaſius. Sicut enim ejuſdem caro, Dei caro eſt & dicitur, ita etiam naturalis voluntas ejus carnis, Dei Verbi eſt & dicitur: ſicut ipſe dicit. *Deſcendi de cœlo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem qui miſit me Patris*; Joan. 6. 38 propriam ſuam voluntatem, dicens voluntatem carnis. Nam caro quoque ſuit ejus propria. Nam quemadmodum ſanctiſſima & inculpata

ACTIO XVI. Matth. 18. 20

caro ejus animata non fuit ſublata, ſed in ſua A
definitione permanſit & ratione: ita etiam hu-
mana ejus voluntas deificata non fuit ſublata,
immo vero conſervata, ut vult theologus Gre-
gorius, qui dicit: *Illius enim velle, qui ut Ser*
*vator intelligitur, ne Deo quidem eſt contrarium,*
*ut quod ſit totum deificatum*. Duas autem na-
turales operationes individue, immutabiliter,
inſeparabiliter, inconfuſe, in eodem Domino
noſtro Jeſu Chriſto vero Deo noſtro ſentimus,
nempe divinam operationem & humanam ope-
rationem, ut vult divinus Leo, qui dicit aper-
tiſſime: *Operatur enim utraque forma cum alte-*
*rius ſocietate id quod habuit proprium: Verbo*
*quidem id quod eſt Verbi operante, corpore autem*
*efficiente id quod eſt corporis*. Non enim utique B
unam dabimus naturalem operationem Dei &
rei creatæ: ut neque quod eſt creatum ad di-
vinam reducamus eſſentiam; neque quod eſt
divinæ naturæ eximium, deducamus ad locum
qui convenit genitis. Unius enim & ejuſdem
miracula & paſſiones cognoſcimus, ſecundum
aliud earum ex quibus eſt naturarum, & in
quibus eſſe habet, ut divinus dixit Cyrillus.
Inconfuſum ergo & individuum omni ex parte
conſervantes, vocis compendio univerſum enun
ciamus, unum ſanctæ Trinitatis Dominum no-
ſtrum Jeſum Chriſtum verum Deum noſtrum
eſſe credentes, dicimus duas ejus naturas re
ſplendere in una hypoſtaſi, in qua miracula &
paſſiones per totam œconomicam ejus conver- C
ſationem, non ſecundum phantaſiam, vere
oſtendit naturali in ipſa una hypoſtaſi diffe-
rentia cognita, quod cum alterutrius ſocietate
utraque natura velit & operetur propria. Qua
quidem ratione duas quoque naturales volunta-
tes & operationes convenienter concurrere opi-
namur ad ſalutem humani generis. His igitur
cum omni cura & diligentia a nobis definitis,
ſtatuimus nulli licere aliam fidem proferre ſeu
conſcribere, aut componere, aut aliter docere.
Eos autem qui audent aut componere aliam fi-
dem, aut proferre, aut docere, aut tradere
aliud ſymbolum iis qui volunt converti ad agni-
tionem veritatis ex paganiſmo, aut ex Judaiſ-
mo, ſeu ex hæreſi qualibet, aut vocis novita- D
tem ſeu dictionis inventionem introducere ad
ea evertenda quæ nunc ſunt a nobis definita;
eos, ſi ſint quidem epiſcopi aut clerici, epiſco-
pos eſſe alienos ab epiſcopatu, & clericos a
clero: ſi ſint autem monachi aut laici, ana-
thematizari.

## SUBSCRIPTIONES.

Theodorus minimus presbyter ſanctæ eccleſiæ
Romanæ, & legatus Agathonis beatiſſimi &
œcumenici Papæ urbis Romæ, ſubſcripſi.

Georgius minimus presbyter ſanctæ eccleſiæ Ro-
manæ, & legatus Agathonis beatiſſimi &
œcumenici Papæ urbis Romæ, ſubſcripſi.

Joannes minimus diaconus ſanctæ eccleſiæ Ro- E
manæ, & legatus Agathonis beatiſſimi & œcu-
menici Papæ urbis Romæ, ſubſcripſi.

Georgius Dei miſericordia epiſcopus Conſtan-
tinopolis novæ Romæ decrevi, & ſubſcri-
pſi.

Petrus presbyter, & legatus Apoſtolicæ ſedis
magnæ civitatis Alexandrinæ, ſubſcripſi.

Theophanes Dei miſericordia epiſcopus Theo-
polis, ſeu Antiochiæ, definii & ſubſcripſi.

Georgius minimus presbyter legatus Theodo-
ri religioſiſſimi presbyteri, & legati Apoſto-
licæ ſedis ſanctæ Chriſti Dei noſtri civitatis
Hieroſolymitanæ, ſubſcripſi.

Joannes Dei miſericordia epiſcopus Theſſaloni-
cenſis, & vicarius Apoſtolicæ ſedis Romæ &
legatus, ſubſcripſi.

Theodorus Dei miſericordia epiſcopus Trimi-
thuntinus inſulæ Cypriorum, & vicarius
Epiphanii ſanctiſſimi archiepiſcopi, ſubſcri-
pſi.

Theodorus minimus presbyter & vicarius Theo-
dori beatiſſimi archiepiſcopi Ravennatis, de-
finii & ſubſcripſi.

Joannes indignus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Por-
tuenſis, & legatus totius ſynodi ſanctæ &
apoſtolicæ eccleſiæ Apoſtolicæ ſedis urbis
Romæ, definii & ſubſcripſi.

Stephanus Dei miſericordia epiſcopus Corin-
thius, & legatus Apoſtolicæ ſedis Romæ,
definii & ſubſcripſi.

Baſilius Dei miſericordia epiſcopus metropolis
civitatis Gortynæ Cretenſium inſulæ, & le-
gatus ſanctæ ſynodi Apoſtolicæ ſedis veteris
Romæ, definii & ſubſcripſi.

Abundantius epiſcopus Templanæ, & apocriſia-
rius totius ſynodi ſanctæ & Apoſtolicæ ſe-
dis urbis Romæ, ſubſcripſi & definii.

Et ſic de aliis.

*Subſcriptio pii & Chriſti amantis Impera-*
*toris Conſtantini*: Legimus &
conſenſimus.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Dicat
ſancta & œcumenica ſynodus, an ex conſenſu
omnium ſanctiſſimorum epiſcoporum, pronun-
ciatum fuit decretum, quod lectum eſt in præ-
ſentia.

Exclamavit ſancta ſynodus: Omnes ſic cre-
dimus: una fides: omnes ſic ſentimus, omnes
conſenſimus & lubentes ſubſcripſimus, ortho-
doxe omnes credimus. Hæc eſt fides apoſtolo-
rum, hæc eſt fides patrum, hæc eſt fides or-
thodoxorum. Multi ſint anni Imperatoris.
Perfectiones duarum naturarum Chriſti Dei
noſtri tu explicaſti. Lumen pacis cuſtodi, Do-
mine. Marciano novo Conſtantino ſempiterna
memoria: novo Juſtiniano Conſtantino ſempi-
terna memoria. Univerſos hæreticos tu fugaſti.
Eum qui hæreticos deſtruxit cuſtodi, Domi-
ne. Eos qui dividunt & confundunt tu fuga-
ſti. Abſit invidia a veſtro imperio. Deus con-
ſervet veſtram potentiam. Deus pacatum ve-
ſtrum reddat imperium. Veſtra vita, vita or-
thodoxorum. Rex cœleſtis, terrenum regem
cuſtodi. Per te œcumenica eccleſia in pace
egit. Neſtorio, & Eutychi, & Dioſcoro, ana-
thema. Apollinari, & Severo, anathema. Iis
qui ea quæ ipſi ſentiunt, anathema. Theodo-
ro Pharanitanæ epiſcopo anathema. Sergio &
Honorio anathema. Pyrrho, & Paulo anathe-
ma. Cyro & Petro anathema. Macario & Ste-
phano & Polychronio anathema. Univerſis hæ-
reticis anathema. Iis qui prædicarunt & præ-
dicant, & docturi ſunt unam voluntatem &
unam operationem in incarnata œconomia
Chriſti Dei noſtri, anathema.

Conſtantinus pius Imperator dixit: Deum
teſtamur ſanctæ & œcumenicæ veſtræ ſynodo,
quod abſque ulla vel in hanc vel illam partem
contraria affectione nos primum inceſſit deſi-
derium & zelus, ut nulli reprehenſioni affinis
ſit noſtra Chriſtianorum fides, noſque eam fir-
mam conſervemus & ſtabilem, in nomine Dei

ſecundum doctrinam & traditionem nobis tra- A ditam per evangelium & ſanctos apoſtolos, & per expoſitiones ſanctarum & œcumenicarum quinque ſynodorum & ſanctorum eximiorum patrum. Neque parum nos urgebat hujus rei deſiderium, ex quo juſſu Dei noſtri auctoritate ſuſcepimus ſedem noſtri imperii. Quando ergo viſum eſt Deo tempus prebere, adhortati ſumus ut veſtrum fieret congregatio: ad hoc ut vos ſequentes regulas ſanctarum ſcripturarum, omnem vocum novitatem aut innovationem, qua nulli reprehenſioni affini noſtræ Chriſtianorum fidei his proximis temporibus, a quibuſdam male ſentientibus adjuncta fuerat, expelleretis; & eam nobis puriſſimam traderetis, ſicut prius dictum eſt, ad ſanctas & B œcumenicas quinque ſynodorum expoſitiones ſanctorum patrum reſpicientes, ut nos eam uſque ad mortem conſervemus. Illic ergo vobiſcum in judicio contendam in terribili Dei tribunali, quando eſt judicaturus vivos & mortuos, ſi quid cognoſcitis pretermiſſum in decreto a vobis expoſito. Dicat ergo, ſi quis ex vobis velit, ut eſt conſentaneum, aliquid dicere; ut examinata que ab aliquo ex vobis afferetur oratione, omni ex parte perfectam, gratia & inſpiratione ſancti Spiritus, ſuſcipiamus ſanctam & nulli reprehenſioni noſtram affinem fidem, nobis traditam a ſanctis apoſtolis & diſcipulis Domini & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, & deinceps inventis eximiis pa- C tribus, & ſanctis quinque & œcumenicis ſynodis: ut in uno ore & uno corde, omnes Dei eccleſiæ in noſtro imperio hymnum emittant Deo multæ miſericordiæ, recte tractantes verbum ejus veritatis: extinguatur autem omnino omnis hæreticæ arrogantiæ fremitus ab ejus bonitate.

Exclamavit ſancta ſynodus: multi anni Imperatoris. Chriſti amantis Imperatoris multi anni. Pium Chriſtianorum Imperatorem ſerva, Domine. Orthodoxam fidem tu confirmaſti. Decretum eſt orthodoxum. Ei qui decreto contradicit, anathema. Qui contradicit decreto, eſt hæreticus. Qui contradicit decreto, eſt D diviſor. Qui decretum non ſuſcipit, eſt Eutychianiſta. Neſtorianis anathema. Eutychianiſtis anathema. Apollinariſtis anathema. Omnibus quæ Chriſto repugnant hæreſibus, anathema. Sempiterna memoria Imperatori. Sempiternum permaneat veſtrum imperium.

Conſtantinus pius Imperator dixit. Etſi omnino veſtra ſanctitas & pietas eſt defeſſa ex longo itinere & diuturna hic mora; at meritas certe gratias, poſt eam quæ a ſuperis dabitur remunerationem, accipietis a noſtro imperio; quod cum multi errаſſent circa fidem orthodoxam, ſublata diſcordia in unam & eandem confeſſionem concorditer convenimus, ſperantes veram & citiſſimam ſalutem a Deo munifico interceſſionibus ſanctæ & immaculatæ Dei E parentis & veſtræ ſanctitatis, accipere.

Dixit ſancta ſynodus: Pie domine & ſereniſſime, orationem compellatoriam ad colendam veſtram potentiam de more compoſuimus: & ſi videatur veſtræ pietati, jubete eam legi.

Conſtantinus pius Imperator dixit. Quæ a ſancta veſtra ſynodo compoſita fuit compellatoria oratio, tradatur & legatur. Quæ tradita fuit & lecta, ſic habens ad verbum:



Oratio compellatoria ſanctæ & œcumenicæ ſextæ ſynodi, ad pium & Chriſti amantem Imperatorem Conſtantinum.

CUm a dextera quæ univerſum effecit & continet, imperatoriæ poteſtatis diadema merito acceperis, Chriſti amans Imperator benignitate & manſuetudine & tibi congenita circa fidem pietate & rectitudine, Deum qui te conſtituit imperatorem cupis remunerari. Iis enim antidotis eum ſcis placare, quibus ſolet coli. Quænam autem Deo a vobis poteſt fieri magnificentior donorum oblatio, quam in eum caritatis & fidei ardens oſtenſio, & ſanctarum eccleſiarum pacifica per vos conſtitutio? Quamobrem longe plurima ſuſcepiſti certamina, eorum quæ diſſidebant & disjuncta erant procurans concordiam. Nam vos quidem per Chriſtum benigne regnatis: Chriſtus autem per nos ſuis eccleſiis jubens pacem conciliat. Ipſe & nunc veſtram ſuſcitavit ſerenitatem, movit ad zelum fidei orthodoxæ, ut hanc œcumenicam ad ſe convocaret ſynodum: & nuper quidem exortæ hæreſis ſubverteret improbitatem, veritatis autem confirmaret prædicationem: ut eo procedente ſit firmus, nulliſque ſeditionibus exagitatus eccleſiæ cœtus. Neque enim ferendum eſſe duxiſti, o ſapientiſſime Imperator, ut in aliis quidem inter nos conveniamus & conſentiamus, in ipſa autem vitæ noſtræ ſumma diſſideamus & ſejungamur: idque cum ſimus invicem alter alterius membra, & unum Chriſti corpus conſtituamus per eandem inter nos ſententiam & fidem.

Quid eſt autem Imperatori convenientius, quam ante omnia ſubditos ornare pietate, per quod in aliis quoque beata eſt reſpublica? Diviniſſimis itaque veſtris juſſis cedentes, & veteris Romæ apoſtolicæque arcis ſummus antiſtes, & nos minimi, Chriſti tamen ſacerdotes & miniſtri; ille quidem pro ſe literarum imaginem, qui vicem ejus gererent ſacerdotes conſtituit; nos autem cum eis & omnes ſimul colendam potentiæ tuæ ſedem corporaliter circumſtitimus. Atque ſi omnes quidem ſimpliciter & abſque calliditate retro ante evangelicam ſuſcepiſſent prædicationem, & contenti fuiſſent apoſtolicis conſtitutionibus, res recte & ut decet ſe habuiſſent: & nec inter hæreſiarchas & hierarchas, id eſt pontifices, conflati eſſent labores concertationum. Oportebat enim, oportebat, hos quidem quietos præbere ſalutem: illos autem ad pugnam non attrahi, & tempus tranquillitate non tumultibus diſtribui: ſed quiete philoſophari & cum Deo colloqui, & ſubjectis exemplum conſtitui bonarum actionum. Quoniam autem ſatanæ vis adverſa non ſinit quieſcere; ſed tanquam bellicis artibus inſtructos ſuos excitat miniſtros, erroris doctrinis tanquam occultis gladiis multorum mentes dolo interimentes: ea de cauſa Chriſtus quoque Deus noſter, Patris ſapientia & virtus, per quam univerſum conſtituit & continet, adverſus eos ſuos milites opportune excitat qui accipiunt gladium ſpiritus ad eos exſcindendos & de medio tollendos qui manum extollunt adverſus peculiarem ſuum populum, & regiam eccleſiæ more latronum conantur expugnare, & quæ ſunt intus margaritas, diviniſſima, inquam, eloquia diſſipere & conculcandas præbere porcinis dogmatibus: adverſus quos rhomphæum quoque jubet a ui *Excitare rhom-*

*—— rhomphæas adverſus lupos paſtores, & confice eos qui oves conturbant.* A

Sic ergo & univerſarum ſynodorum factæ ſunt congregationes, Imperatorum & majorum noſtrum propugnantium armatæ præſidiis. Surrexit Arrius diviſor & ſector Trinitatis: & protinus Conſtantinus ſemper Auguſtus, & Silveſter inſignis, magnam & ſuſcipiendam Nicenæ ſynodum congregarunt: per quam Trinitas & fidei dictavit ſymbolum, & Arrianam condemnavit pravitatem: & juſta pœna eccleſiæ hoſtem, nempe Arrium, in turpibus, ſed quæ ei conveniebant, locis ultus eſt. Macedonius aſpernabatur & abrogabat divinitatem Spiritus, & id quod dominatur ſervum eſſe ſtatuebat: ſed maximus Imperator Theodoſius, B & Damaſus fidei adamas, cujus infractus animus diverſæ improbæque ſententiæ inſultibus non fuit ſauciatus, Gregoriuſque, & Nectarius, in hac regia civitate cœtum congregaverunt: & profanam quidem linguam a ſacerdotii munere abſciderunt, ut quæ nefariis blaſphemiis ſanctum Spiritum impeteret: fidei autem ſymbolum rurſus explicarunt, quod Spiritus ſit Deus confirmantes per ea quæ effecerunt apertius. Atque eos quidem qui Trinitatis ſolvebant unitatem, virtus diſſolvit Trinitatis. Porro autem varia quoque & multiplex fuit contradictio de œconomia Unigeniti: ſed quæ ſunt magis generalia perſequi feſtinat oratio. Rurſus Neſtorius, & rurſus Cæleſtinus C & Cyrillus. ille quidem Chriſtum dividebat & diſcindebat: illi autem a Domino adjuti cum eo qui ſceptra tenebat, dejecerunt eum qui dividebat. Epheſus & eorum quæ illic acta ſunt tabulæ, voce ſcripta ſilentes, hæc loquuntur negotia. Deinde deliræ Eutychis amentiæ altera fabula, qui Servatoris omnino recuſabat humanæ naturæ ſuſceptionem, & prodigioſe narrabat quamdam ejus adumbratam nobiſcum ſimilitudinem. Oportebatne tacere, & non viros reſurgere ſpiritales, divinis de Deo ſermonibus falſiloquiis ſilentium imponentes? Et quomodo non ſuccenſuiſſet Deus maledictis appetitus, & non defenſus? Leonis itaque pagina tanquam vehemens rugitus Roma reſonuit: D & quæ tunc erat archimandrita feram exterruit, & a grege monaſtico abegit: ejuſque phantaſiam & viſionem reprobavit & delevit. Hanc ergo a Deo ſcriptam paginam Marcianus Imperator diviniſſimus, & Anatolius antiſtes Conſtantinopolitanus, cum univerſo Chalcedone a Chriſto congregato conventu amplexi ſunt, manuque & lingua comprobarunt, & ei ſubſcripſerunt: eaque Dioſcori ſpiritus, qui cum Eutyche conſpirabat, aboleverunt. Sic poſtea cum pio Juſtiniano conſenſit Vigilius: & quintæ ſynodi conſtituit concilium, quæ deprehenſa fuerant & latuerant, quorumdam opera abominatione plena, anathematizans.

Hæc cum ſic habeant, fuit neceſſarium ut E veſtra Chriſti amans manſuetudo hunc ſacroſanctum & celeberrimum congregaret conventum: quod cenſeret ſe utraque recte facere: tempe & cauſam quidem excutere eccleſiarum diſſenſionis, quæ autem disjuncta erant reducere ad unionem. Non ferebas enim, o clementiſſime domine, diu intueri nuper contextam falſæ doctrinæ inventionem, orthodoxæ fidei puritatem diſſcindentem: ſed tanquam per inſtrumenta, audemus dicere, ſancti Spiritus, per nos & nobiſcum quod diſciſſum erat retexuiſti, & ſegregati reſtituiſti. Et cum ſancti A Spiritus inſpiratione conſpirantes, & inter nos omnes concordantes & congruentes, & cum Agathonis beatiſſimi Patris noſtri & ſummi Papæ dogmaticis ad veſtram potentiam literis conſentientes, & ſanctæ quæ ſub eo fuit ſynodi centum viginti quinque patrum relationi convenientes, unum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ex ſancta Trinitate incarnatum glorificamus, qui in duabus perfectis naturis individue & inconfuſe laudatur. Nam ut Verbum quidem, eſt Deo & Patri conſubſtantialis & coæternus: ut qui autem carnem accepit ex impolluta virgine & Deipara Maria, eſt homo perfectus, nobis conſubſtantialis & factus ſub tempore.



B Perfectum ergo in divinitate & perfectum eundem in humanitate, ſecundum paternas retro ante traditiones, & divinum Chalcedonenſe decretum prædicamus: Et ſicut duas accepimus naturas, ita etiam duas naturales voluntates, & duas ejuſdem naturales operationes cognoſcimus. Neutram enim earum quæ ſunt in Chriſto naturarum, in ejus œconomia audebamus pronunciare abſque voluntate aut operatione: ne ſi forte tollamus earum proprietates, naturas quoque, quarum ſunt proprietates, ſimul tollemus. Non enim negamus naturalem ejus humanitatis voluntatem, aut operationem quæ eſt ſecundum naturam: ne & noſtræ ſalutis diſpenſationis ſummam tol- C lamus, & divinitati paſſiones tribuamus. Eo enim tendebant, qui nuper unam in eo voluntatem & unam operationem impie innovaverunt; Arriique, Apollinaris, & Eutychis, & Severi, pravam renovarunt opinionem. Si enim voluntatis & operationis expertem humanam Domini naturam ſinemus dicere; quomodonam fuit conſervata perfectio in humanitate? Nihil enim aliud conſtituit perfectionem humanæ eſſentiæ, niſi voluntas eſſentialis, per quam liberi arbitrii vis in nobis exprimitur; ita etiam ſe habet eſſentialis operatio. Quomodo enim rurſus dicimus eum perfectum in humanitate, qui nihil humanum paſſus eſt aut operatus? Quemadmodum ergo dua- D rum naturarum concurſio, unam nobis inconfuſam & individuam conſervavit hypoſtaſim: ita etiam una hypoſtaſis in duabus reſplendens naturis, oſtendebat ea quæ erant utrique propria.

Duas ergo naturales in eo voluntates, & duas naturales operationes, quæ conjunctim & individue adſunt, glorificamus. Inanes autem vocum novitates & earum inventores, ab eccleſiaſticis ambitibus procul expellimus, & anathemati merito ſubjicimus: Theodorum, inquam, Pharanitam, & Sergium, Paulum, Pyrrhum, & Petrum, qui fuerunt antiſtites Conſtantinopolitani: præterea autem Cyrum quoque qui fuit ſacerdos Alexandrinus: & cum eis E Honorium, qui fuit antiſtes Romanus, ut qui illos in eis ſit ſecutus. Præter eos autem præcipua ratione anathematizamus, ut quem etiam depoſuerimus, Macarium, qui fuit epiſcopus Antiochenus, & Stephanum ejus diſcipulum, vel ut melius dicam præceptorem: qui, quæ ante eos fuit impietatem contenderunt defendere, & omnem, ut ſemel dicam, orbem terræ vaſtaverunt: & peſtilentibus quidem ſuis ubique ſcriptis, ſuis autem doloſis ſigillatim inſtitutionibus circumvenerunt multorum ſimplicitatem. Similiter autem Polychronium quoque, ſenſu puerilem & delirum ſenem, qui pro-

ANNO CHRISTI 68.

ACTIO XVI

profitebatur ſe mortuos ſuſcitaturum : & om- A nes qui aſſerunt, aut aſſeruerunt, aut audent aſſerere unam voluntatem & unam operationem in Chriſti œconomia.

Neque vero aliqui forte acuiſſent ſanctiſſimi Papæ divinum zelum, & hunc præſentem conventum angelicum : non enim & illius, & ante nos, & nobiſcum illi, apoſtolicas & paternas ſecuti ſumus traditiones ; nihilque invenimus diſcrepans ab earum conſonantia : & aliequi inſurreximus adverſus eos qui inſurrexerant ; non autem priores inſurreximus : neque nos priores certamen commiſimus, ſed armati ſumus adverſus eos qui priores cœperant. Quis ergo vidit res adeo admirabiles, & quæ opinionem ſuperant ? Spiritale nobis nuper proponebatur ſtadium, & falſæ cognitionis propugnator ſe prior exuebat : neſciebat autem victoriæ coronam non eſſe laturum, ſed etiam ſacerdotii corona exuendum. Summus autem nobis opem ferebat & primus apoſtolus : illius enim imitatorem & cathedræ ſucceſſorem habuimus adhortantem & confirmantem, & theologiæ myſterium literis aperientem. Tibi a Deo deſcriptam confeſſionem Roma vetus porrexit : lux dogmatum orta eſt ex occidente : charta & atramentum cernebatur, & Petrus loquebatur per Agathonem, & cum conregnanti omnipotente, tu a Deo electe Imperator, tuliſti ſuffragium. Simones adulterini abrogationis penna conciderunt : & everſæ ſunt eorum co- C lumnæ : ſtat dejectio & reſurgit fides ; & populorum concordia decori ſuo reſtituitur. *In altum elatus eſt ſol, & luna ſtetit in loco ſuo*, ita propheta. In altum elatus eſt ſol, noſtra ſcilicet mens erecta eſt ad ſolem juſtitiæ, in puriſſimum pure intuens, & hinc ad nos attulit reconciliationem. *Et luna ſtetit in loco ſuo*, eccleſia, inquam, & Chriſti ſponſa ſua honeſtate induitur, & pietate tanquam virginitate amicitur : & certior facta de orthodoxæ fidei alacritate, mundo præbet lucem pacis perpetuæ.

Audite hæc omnes, tam qui terrenum exuiſtis tabernaculum, quam qui eſtis naſcituri : præſentes enim viſione, non auditione, red- D duntur certiores ; & ſoli ſapienti & potenti Deo hymnum gratiarum actionis inteſe offerimus : *Gloria in excelſis Deo, & in terra*, canentes benigno Chriſto, quod ei placuit Chriſti amantem ſuſcitare Imperatorem, qui unionem procuravit eccleſiis. Sed, o boni & juſti amans domine, ei qui tibi largitus eſt potentiam, hanc redde gratiam : & iis quæ a nobis ſunt decreta præbe ſigillum ; veſtram ſcriptis mandatam imperialem comprobationem, & per divina edicta & pias de more conſtitutiones, horum omnium confirmationem : ut nemo iis quæ acta ſunt contradicat, aut novam machinetur quæſtionem. Scias enim, o ſereniſſime Imperator, quod nihil eorum quæ in univer- E ſis ſynodis & ſanctis patribus decreta ſunt adulteravimus, immo vero confirmavimus. Et ecce omnes unanimes uno ore eloquimur : *Serva Domine noſtrum Imperatorem*, qui poſt te corroborat fidei fundamentum : benedic vitam ejus, dirige greſſus conſiliorum ejus. Conculcet vires ſuorum inimicorum : & qui ei reſiſtunt, cadant protinus : quoniam facit judicium & juſtitiam æternam : & periclitanti veritati manus præbuit, & populum tuum conſervavit, & deduxit ut eſſet ejuſdem ſententiæ.

Lætare, nova Roma Conſtantinopolis, glorificata nomine imperii. Ecce Imperator unus fideliſſimus, qui etiam fortiſſimus, & accepit armaturam, nempe ſuum zelo motam virtutem ; induit thoracem juſtitiam & ſanctitatem, & impoſuit galeam prudentiam ; virtutum tegumentum & clypeum accepit fidem inexpugnabilem. His armatum te videbit barbarus : in Deum ſperamus fore, ut domini ſubjugetur imperio. Lætare civitas Sion, orbis terræ ſpecula & imperium. Conſtantinus te purpura ornavit, & fide pium coronavit : & Conſtantinus præter eum te utrifque coronavit : & portæ inferi non prævalebunt adverſus tuum orthodoxum imperium. Lætare & confide, Imperator ſpecioſiſſime : Dominus Deus tuus in te potens, accingens te virtute te ſervabit : inducet in te lætitiam & exultationem : & augebitur tuum imperium, extolletur brachium tuum : & te corroborabit adverſus omnem inimicam impietatem & inſurrectionem : & ex ſcindentur quidem hoſtes, lætabuntur autem ſubditi : quoniam ego ſum potens, dixit Dominus omnipotens.

## SUBSCRIPTIONES SYNOD.

Theodorus minimus presbyter ſanctæ eccleſiæ Romæ &c.

Dixit ſancta ſynodus : Petimus a pia & a Deo coronata domini potentia, ſicut etiam rogavimus per pio veſtro imperio oblatam compellatoriam orationem, ut per divinam veſtram ſubſignationem robur & auctoritas præbeatur ei quod eſt a nobis enunciatum & ſubſcriptum, quod etiam nunc lectum eſt coram veſtra divina ſerenitate.

Conſtantinus pius Imperator dixit : Quod petitum eſt a ſancta & œcumenica veſtra ſynodo, ſtatim efficiemus. Quoniam autem ad eorum quæ ad veſtram pietatem referuntur, accuratam comprehenſionem facientes, nihil relinquere volumus non examinatum : cum Citonatus ſanctiſſimus archiepiſcopus inſulæ Sardiniæ fuerit accuſatus de quibuſdam capitibus, quæ eo Diſpenſabant quod advertaretur noſtræ ſervitati, & noſtræ Chriſti amanti reipublicæ, eaque falſa ſint demonſtrata, iſque vir ſanctiſſimus oſtenſus ſit innocens : rogamus ſanctam veſtram & œcumenicam ſynodum, ut eundem ſanctiſſimum Citonatum ſuſcipiat : ut & eum inter vos annumeretis, & in orthodoxæ fidei a decreto ſancto ſpiritu per ſanctam veſtram ſynodum enunciato faciatis eum ſubſcribere. Et poſtquam idem ſanctiſſimus Citonatus huic decreto ſubſcripſit, & Theodorus epiſcopus Aureliopolis ; in manus ſumens idem pius Imperator quod in præſentia ſuæ ſerenitatis lecturus fuerat ſubſcriptum ſanctæ ſynodi decretum, id ſua manu ſubſignavit, ut continetur in ipſo prius ſito decreto in præſenti Actione.

Dixit ſancta ſynodus : Petimus a divina domini potentia, ad majorem orthodoxæ fidei ſecuritatem & confirmationem, ut ſubſcripta exempla decreti lecti in præſentia veſtræ ſereniſſimæ potentiæ, tradantur quinque ſedibus patriarchalibus cum pia veſtra ſubſignatione.

Conſtantinus pius Imperator dixit : Id quoque quod nunc eſt petitum a ſancta veſtra ſynodo, pie efficiemus.

Secundum quod, ſicut eſſatus fuerat ſeu promiſerat pius & Chriſti amans Imperator Conſtantinus, exempla decreti cum ſubſignatione

ANNO CHRISTI 681.

mitiſſimæ ejus ſerenitatis præbuit quinque ſedibus patriarchalibus.

Apoſtolicæ ſedi ſancti & apoſtolorum principis Petri, ſeu Agathoni ſanctiſſimo Papæ Romæ veteris.

Sedi ſanctiſſimæ catholicæ & apoſtolicæ magnæ eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ſeu Georgio ſanctiſſimo & beatiſſimo patriarchæ.

Apoſtolicæ ſedi ſancti evangeliſtæ Marci, qui honoratur in magna civitate Alexandrina, per Petrum religioſiſſimum presbyterum & legatum.

Sedi Antiochenæ magnæ civitatis per Theophanem ſanctiſſimum patriarcham.

Sedi ſanctæ Chriſti Dei noſtri reſurrectionis ſeu Hieroſolymorum, per venerandæ hujus ſedis vicarium Theodorum, qui fuit poſtea patriarcha Antiochenus.

## EXEMPLUM

Literarum miſſarum a ſancta & œcumenica ſexta ſynodo ad Agathonem ſanctiſſimum & beatiſſimum Papam Romæ veteris.

Sancta & œcumenica ſynodus, Dei gratia & pio juſſu pii & fideliſſimi Imperatoris Conſtantini congregata in hac a Deo cuſtodita & regia civitate Conſtantinopoli nova Roma, in ſecreto divini palatii quod appellatur Trullus, ſanctiſſimo & beatiſſimo Papæ veteris Romæ Agathoni, ſalutem in Domino.

MAximi morbi maximis indigent auxiliis, ut ſcitis, beatiſſimi: propterea Chriſtus verus Deus, qui eſt revera eorum quæ ſunt vis creatrix & providens, oſtendit ſapientem medicum, veſtram colendam ſanctitatem, quæ hæreticæ malignitatis morbum orthodoxæ fidei valide expellit medicamentis, & firmiſſimam ſanitatem membris largitur eccleſiæ. Unde etiam nos tibi, ut qui primam ſedem tenes eccleſiæ œcumenicæ, id quod eſt agendum commendamus, ſtanti ſupra firmam petram fidei, quæ continetur literis veræ confeſſionis veſtræ paternæ beatitudinis ad pium Imperatorem: quas quidem theologice factas eſſe cognoſcimus, tanquam a ſummo vertice apoſtolorum: per quas etiam nuper exortæ hæreſis multiplici errore plenam opinionem fugavimus, præeunte nobis in dogmatibus Conſtantino, qui divine imperat & ſceptra tenet mitiſſime: cum quo impietatis errorem evertimus, hæreticorum impia obſidentes dogmata, & hinc funditus evellentes fundamenta exſecrandæ hæreſis, & cum armis ad ipſos deſcendentes ſpiritalibus & paternis, & linguas eorum appoſitis confundentes dictionibus, ab eis conditam impiæ hæreſis turrim diruimus: ipſos autem ut qui circa fidem peccaverant, in matutinis
Pſal. 100. 8. extra caſtra atriorum Dei, ut cum Davide dicam, anathematibus interfecimus, ſecundum ſententiam quæ ſacris veſtris literis fuerat in eos prius pronunciata: Theodorum, inquam, Pharanitem, Sergium, Honorium, Cyrum, Paulum, Pyrrhum, & Petrum. Præter eos autem & poſt eos, hæreticorum anathematibus merito ſubjicimus eos quoque, qui inter vivos ſuſceperunt eorum impietatem; vel, ut aperte dicam, Deo inviſorum Apollinaris, Severi, & Themiſtii Macarium, qui fuit epiſcopus magnæ civitatis Antiochenæ: quem etiam pedo paſtorali merito privavimus, propterea quod nulla duceretur pœnitentia, nec converteretur ad fidem orthodoxam: Stephanum ejus ad amentiam diſcipulum & doctorem ad impietatem: & qui eſt in hæreticis dogmatibus Polychronium, & eos qui eis ſimilia citra pœnitentiam opinantur, ut docent, aut ſentiunt, aut ſenſerunt dogmata.

Hactenus ergo fuit nobis dolor, triſtitia, & luctus. Non enim caſus proximorum irriſimus: neque de illorum inſania læti exſultavimus, neque propterea valde elati fuimus: ut propterea magis inveheremur. Non ſic nos de his, o venerandum caput, didicimus, univerſorum Dominum Chriſtum habentes benignum & clementem ac ſumme bonum: qui etiam nos jubet, quoad ejus fieri poteſt, eſſe imitatores ejus pontificiæ, ut bonos decet, legiſlationis, & ſequi exemplum ejus paſtoralis gubernationis. Quin etiam ad converſionem ac pœnitentiam ſereniſſimus Imperator, & nos varie, eos adhortati ſumus: & cum omni cautione & religione omnia fecimus, nihil autem ad gratiam vel ex odio: ſicut vobis licebit cognoſcere ex iis quæ ſunt agitata in unoquoque eorum quæ ſunt conſecuta, & ſcriptorum monimentis ſunt mandata, & in præſentia miſſa ſunt ad veſtram beatitudinem. Deinde etiam per eos qui vicem geſſerunt veſtræ ſanctitatis, Theodorum religioſiſſimum presbyterum, & Joannem in primis pium diaconum, & Conſtantinum reverentiſſimum hypodiaconum, veſtros filios ſpiritales & dilectos nobis fratres, & ſanctiſſimos epiſcopos a veſtra ſancta ſynodo miſſos, qui pulchre & recte, convenienter veſtræ inſtitutioni, in primo capite fidei nobiſcum decertarunt. Ita nos ſancto Spiritu illuſtrati, & a veſtra doctrina deducti, impietatis difficilia dogmata repulimus, rectiſſimam orthodoxæ fidei ſemitam complanantes, pio & ſereniſſimo noſtro Imperatore nos divine in omnibus fovente & gubernante: deinde etiam uno ex nobis, hujus regiæ Conſtantinopolis ſanctiſſimo antiſtite primo aſſentiente orthodoxæ fidei opuſculo ad pium Imperatorem a vobis miſſo; ut quod eximiis & divinis patribus & quinque ſanctis œcumenicis eſſet conſentiens: atque etiam Chriſto Deo nos omnes continente, id cujus ſtudio tenebamur facile perfecimus. Deus enim erat qui operabatur & coronabat concilium.

Hinc ergo in nos illuxit gratia ſancti Spiritus, per veſtras intentiſſimas preces nobis poteſtatem concedens exſcindendi omnem zizaniam & lignum non faciens bonum fructum, & jubens id conſumere; & corde linguaque & manu conſentientes, certiſſimum & firmiſſimum adjuvante vivifico Spiritu decretum pronunciavimus: non tranſmoventes æternos, ut dicitur, terminos; abſit: ſed in ſanctorum & eximiorum patrum ſententiis permanendo definientes ut, quomodo ex duabus & in duabus naturis, divinitate & humanitate, compoſitus & exſiſtens Chriſtus verus Deus noſter a nobis prædicatur & glorificatur inſeparabiliter, immutabiliter, & individue: ita etiam duas naturales voluntates in ipſo, & duas naturales operationes, indiviſe, immutabiliter, inconfuſe & inſeparabiliter aſſerimus; ſicut etiam oſtenſum eſt in iis quæ ſunt a nobis definita ſynodaliter: quibus etiam Deum imitantis Imperatoris noſtri conſenſit potentia, & ea manu propria ſubſignavit: rejicientes, ſicut prius dictum eſt, impiam & phantaſticam de una voluntate & una operatione, in

ANNO CHRISTI 681

in incarnata Chriſti veri Dei noſtri œcono- A mia: & condemnantes hæreſim. Et hinc eorum qui confundunt & dividunt, turbam ſedavimus; & reliquarum hæreſum igneam tempeſtatem extinximus: orthodoxæ autem fidei illuſtrationem vobiſcum clare prædicavimus. Quam etiam rurſus per venerandum veſtrum reſcriptum ſignare, rogamus veſtram paternam ſanctitatem: per quam in Chriſtum ſperantes confidimus, miſericordem ejus bonitatem conceſſurum, ut ſibi ſit commendata Romana reſpublica, quam commiſit mitiſſimo noſtro Imperatori, & diuturnis exornet victoriis ſereniſſimam ejus manſuetudinem. Veſtram autem colendam ſanctitatem, quæ & hic in terribili illo ſuo tribunali ſincere & vere fidem confeſ- B ſa eſt, ſanoſque conſervat ac cuſtodit orthodoxos greges ſuæ fidei creditos, & omnem quæ eſt cum veſtra beatitudine in Chriſto fraternitatem, nos & ii qui ſunt nobiſcum, plurimum ſalutamus.

Georgius Dei miſericordia epiſcopus Conſtantinopolis novæ Romæ, ſubſignavi.

Petrus Dei miſericordia presbyter, & legatus Alexandrinæ magnæ civitatis, ſubſignavi. *Et deinceps ceteri.*

Edictum pii & Chriſti amantis Imperatoris Conſtantini, poſitum in tertio ſubſellio ſanctiſſimæ magnæ eccleſiæ, prope id quod vocatur Dicymbalum.

IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Servatoris noſtri, Imperator pius pacificus Chriſti amans Conſtantinus, iis qui ſunt totius Chriſti amantis populi qui habitat in hac noſtra a Deo cuſtodita & regia civitate. Chriſtianiſſimæ reipublicæ nobis a Deo commiſſæ firmamentum & fundamentum eſt firma & inconcuſſa fides in Chriſtum: ſuper quam Chriſtus Deus noſter & tanquam ſuam propriam ædificavit eccleſiam, & tanquam omnium regi imperii noſtri poſuit, & imperialis auctoritatis ſceptra nobis tradidit. Nam tanquam excelſam & ſublimem quamdam petram, & veluti in medio cœli & terræ ſitam, ipſius cum Patre & Spi- D ritu ſancto myſticam confeſſionem nobis oſtendit: ut per ipſam, tanquam per mediam ſcalam, ad cœleſtem deducamur civitatem: & divinioris imperii induamur potentia. Super hanc petram fiximus greſſus cogitationis: in qua etiam firmiter ſtare juſſi ſumus, & cui conſtanter adhærere jubemus ſubditos: ne quis ex inadvertentia facili ad movendum, a maligno & elato ſpiritu pulſus & præcipitatus, decidat in barathrum impietatis.

Semper enim hominem quidem hoſti dæmoni eſt carum ac jucundum a Deo ſeparare eum qui factus eſt ad Dei imaginem, & variis fraudibus hominem labefacere. Sed nihil majori ſtudio agit & contentione, quam ut expugnet E pietatem, & eccleſiaſticæ pacis ſtatum exagitet. Quod & in proxime præcedentibus oſtendit temporibus, & ſuggeſſit eccleſiis ut mutuum in ſe bellum ſuſciperent, per inſtrumenta quæ invenit ad hoc opem ferentia: quæ ſacerdotali quidem habitu & prætextu fraudulentam mentem adumbrabant; Chriſti autem amantibus populis perniciosam eructabant doctrinam. Unius enim voluntatis & unius operationis in Servatoris noſtri humanæ naturæ ſuſceptione, ſeu in duabus ejus naturis, divina, inquam, & humana, decretum innovarunt: ut hinc quo A qui vellent in Chriſto unam abſurde inducere naturam, illius veteris & corruptæ confuſionis recrudeſcentes hæreſim, cum quæ Apollinaris quidem interiit, nefarius autem Themiſtius fuit anathemate notatus: Eutycheſque & Dioſcorus ſimul cum ſua prava opinione fuerunt depoſiti: & hi omnes, & qui eorum quidem veſtigia ſunt ſecuti, viam autem veritati contrariam ſunt ingreſſi, ſynodalibus & paternis fuerunt condemnati ſententiis. Hac deinceps morbo eccleſias impetierunt, & qui ante noſtra tempora profani ſacerdotes eccleſias perverſe rexerunt. Hi autem ſunt Theodorus qui fuit epiſcopus Pharan: Sergius, qui fuit antiſtes hujus a Deo cuſtoditæ & regiæ civitatis, & præterea Hono- B rius qui fuit Papa veteris Romæ, qui fuit confirmator hæreſis, & ipſe ſibi ipſi repugnavit: & Cyrus qui fuit quidem antiſtes Alexandrinæ eccleſiæ, magno autem ſtudio ſtuduit abrogare decreta orthodoxæ eccleſiæ. Similiter Pyrrhus, Paulus, & Petrus, qui in hujus regiæ noſtræ civitatis patriarchali ſede ſibi invicem ſucceſſerunt, & perverſitatis argumentum alter ad alterum invicem tranſportarunt. Horum omnium defenſores & cohæretici mali male interrexerunt; Macarius, qui fuit antiſtes Antiochenus, & Stephanus ejus diſcipulus; & qui amentiam introducebat, Polychronius, qui longo tempore conſenuit in canis hæreſis: qui etiam eos quos ſecuti ſunt improbo zelo adeo C ſuperarunt, & oeſtro impietatis adeo fuerunt inflammati, Chriſti invicem membra divellere & diſſecare Chriſti amantibus perſuaſerunt: ut non tantum in barbaros quantum in Chriſtianos Chriſtiani bellum gererent, eccleſiarum inter ſe perturbationem & ſeditionem laudi & lætitiæ eſſe ſibi ducentes, cum eos potius lugere oporteret.

Sed nos eos qui antea pie ac religioſe, cum ejuſdem eſſent nominis, imperarunt, ſequentes; rectoque & inculpato rectæ fidei zelo acceſſi, & ut ſanctæ Dei eccleſiæ in ſtatu pacifico degant nobis primo efficiendum ſtatuentes, id ulterius propter damnum differre graviſſimum duximus. Quamobrem hanc ſacratiſſimam ſex- D tam ſynodum convocantes, ut quæ eam præceſſerunt, ſanctas ſequens œcumenicas ſynodos, erroneorum dogmatum, id eſt autem dicere, novorum propoſitiones examinandas introduceret, ſtatuimus. Quæ quidem ſancta ſynodus, ſingulis examinatis & dijudicatis, eos quidem qui rectæ ſententiæ labefactabant prædicationem, & Chriſti gregi erant ſcandalo, a ſacerdotali atrio exterminavit: divinitus autem conſtitutum fecit decretum, quod ſanctas Dei eccleſias in unum conciliat, & quod evangelica quidem & apoſtolica ſequitur eloquia, congruit autem cum dictis ſanctis quinque œcumenicis ſynodis.

Quamobrem nos quoque quæ ab eis ſunt decreta comprobare & confirmare volentes, præ- E ſens, pium edictum exponimus, quod vere in Deum fidei confeſſionem recitat convenienter legibus eccleſiaſticis. Credimus in Patrem & Filium & Spiritum; Trinitatem in unitate, & unitatem in Trinitate; unam eſſentiam in tribus hypoſtaſibus: unitatem quidem propter naturalem unitatem & dominationem: Trinitatem autem, propter perfectionem conſiſtentem in tribus hypoſtaſibus, & divitias admirabiles, & quæ naturam ſuperant, bonitatis. Trinitas eſt enim revera unitas, quæ una ſit divinitate & unitas eſt revera Trinitas, quæ dividitur proprietatibus, & non diſpertitur æternitate. Ipſe

qui

que eſt ſibi coæterna, & eadem eſſentiæ: non A eſt enim ævum quando non ſimul cum Patre erat Filius. Quomodo enim vocaretur Pater, qui non ſimul haberet Filium expertem principii? Neque fuit quando non erat ſimul cum utriſque Spiritus ſanctus. Quæ tria ſunt unus Deus ſimul inter ſe invicem mente conſiderata: ſola ea quæ eſt in uno quoque differentia, in communi eſſentiæ, individue dividente perſonam. Pater enim ſolus eſt Pater: Filius eſt ſolus Filius: Spiritus ſanctus eſt ſolus Spiritus ſanctus. His enim differentiis inter ſe non convertuntur, ſed in his quidem individue dividuntur, communicant autem in unitate eſſentiæ. Trinitas ſimplex & individua & incompoſita, ex tribus perfectis, ipſa per ſe perfecta & B pluſquam perfecta, quæ una natura & divinitate & una voluntate & una operatione glorificatur. Nam quorum eſt una natura, eorum eſt etiam voluntas una & operatio, ſicut nos docuit mundi lumen divinus Baſilius.

Confitemur autem unum ex ſancta Trinitate, Unigenitum Dei Filium & Deum noſtrum, qui cum Patre & ſancto Spiritu eſt expers principii & ejuſdem eſſentiæ eundem in noviſſimis & præfinitis temporibus, propter humani generis ſalutem & reformationem, deſcendiſſe de cælis, ſeu ad voluntariam & novam humilitatem in utero intemeratæ virginis & Deiparæ Mariæ, animo & corpore Spiritu ſancto præpurgatæ; & ex ſancta & immaculata ejus carne in C ſua ſubſtantia carnem ſumpſiſſe ejuſdem cujus nos eſſentiæ, & per mediam animam rationis compotem & intelligentem eam ſibi compegiſſe & formaſſe: & natum eſſe ex ipſa Virgine matre ſupra rationem & cognitionem. Nam cum eſſet ſine ſemine, & quæ naturam ſuperabat conceptio; fuit quoque partus ineffabilis & inenarrabilis.

Editus eſt ergo ſicut nos, qui eſt ſupra nos Chriſtus & Dominus: omnia noſtra, ſicut nos, in ſe ferens eſſentialiter præter peccatum: totus homo factus, & manens totus Deus: idem terrenus & cæleſtis, & inviſibilis & qui videbatur, mortalis & immortalis. Duæ enim naturæ ad unam convenientes indivulſam unio- D nem, effecerunt quidem nobis unum Emmanuelem, perpetuo autem ſervantem proprietates naturarum ex quibus conſtitit. Nam cum Verbum ſit ſimplex, quod attinet ad divinam paternamque & æternam generationem, duplex prodiit; quod attinet ad maternam temporalemque & corporalem generationem. Quamobrem duas Chriſti Dei noſtri ſentientes generationes, affirmamus unam ejus hypoſtaſim, quæ quod ſit habet in duabus perfectis naturis. Nam cum ſit unus ex ſancta Trinitate, manſit etiam caro Verbum quod natum eſt perfectum in divinitate, & idem perfectum in humanitate: conſubſtantiale Deo & Patri ſecundum divinitatem, & idem nobis con- E ſubſtantiale ſecundum humanitatem: carne patibile, divinitate impatibile.

Non alteri ergo miracula, alteri vero paſſiones tribuimus: ſed uni & eidem Domino noſtro Jeſu Chriſto tribuimus utriuſque oſtenſionem; ſecundum aliud quidem facienti miracula, ſecundum aliud patienti. Nam ſecundum divinam quidem ſuam naturam ſignorum proferebat virtutem: ſecundum humanam autem formam, quæ naturæ conveniunt, nulli autem ſunt reprehenſioni affines, admittebat affectiones, ut noſtram patibilitatem in ſe transmutaret in impatibilitatem: congruenter Apoſtolo qui dicit: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Neque enim dedignatus fuit clemens ac benignus humanis & reprehenſioni non obnoxiis aſſueſcere affectionibus, idque cum eſſet Deus immortalis, & per mediam animam cum morte conjungi corporaliter: dicimus autem animam in omnibus perfectam & integram, & cui nihil deeſt ad humanam perfectionem. Humanæ autem perfectionis indicatio eſt mens: quatenus per eam & volumus & ratiocinamur, & ab animantibus ratione carentibus diſcernimur. Nihil enim quod mente caret, eſt voluntate præditum: quidquid autem eſt voluntate præditum, mentem habet & eſt intelligens. Ubi enim mens, illic eſt etiam omnino voluntas. Si ergo Servator factus eſt homo perfectus, in divina manens perfectione: neque carebat mente, neque erat ſine voluntate.

ANNO CHRISTI 68.

1. Cor. 15.

Qui autem humanæ Domini animæ, eam quæ eſt ſecundum naturam tollere conantur voluntatem, eam quidem mente carentem, ut qui ſunt amentes, deſcribunt. Ad impatibilem autem naturam paſſiones & mortem reducunt: efficiunt autem ut nos non perfecte ſervemur; propterea quod, ut dicunt, Verbum deficientem noſtram ſuſcepit eſſentiam. Si enim totus toti humanæ naturæ non eſt unitus, nec totus quidem ut totus eſt homo ſervatus. Quod enim non fuit aſſumptum, curari non potuit. Quod autem Deo eſt unitum hoc ſervatur, ut dicit Gregorius qui a theologia accepit cognomentum. Sed iſti quidem aberrent ſuis viſionibus & phantaſiis: nos autem œconomiæ myſterium minime vilipendentes, non ſolum mente & voluntate præditam credimus eſſe ſanctiſſimam animam Servatoris; ſed eam quoque vere moveri naturalibus omnibus facultatibus, nobiſque ſimiles quæ peccato quidem carent, voluntarie ſibi vindicare affectiones, cum Verbum ei conceſſerit quærere & velle quæ ſunt ſua.

Sic etiam naturale alimentum, ut eſt conſentaneum, appetebat & deſiderabat; & moleſtia afficiebatur, & conturbabatur. Quando enim Servator ad paſſionem crucis venit ſua ſponte, cœpit triſtis eſſe & angi. Sunt autem hæ proprietates animæ intelligentis & voluntate præditæ: idque nobis perſuadeat inclytus pater Epiphanius, qui hæc dicit in oratione adverſus Arrianos. „Ex carne, *inquit*, in divinitate unita, abſque anima & mente non fit „anxietas. Quamobrem ipſe quoque Dominus dicebat: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.* Deinde orat ut tranſeat calix. Nam ut homo quidem recuſabat mortem, habebat enim etiam quod nollet mori, quemadmodum dixit celebris Cyrillus: propterea quod caro recuſabat mortem naturaliter: idem autem, ut Deus, prompto & alacri animo feſtinabat ad mortem.

Horum autem eſt certus & qui decipi non poteſt teſtis egregius athleta & divinus pater noſter Athanaſius: hæc enim dicit in oratione de Trinitate & Incarnatione: Et quando dicit: „*Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte:* „*Verum non mea fiat voluntas, ſed tua*: duas voluntates hic oſtendit; alteram quidem humanam quæ eſt carnis, alteram vero divinam. Et „humana quidem propter carnis imbecillitatem „recuſat paſſionem; divina autem ad eam prompta eſt & alacris. Nam unus quidem & idem „in utraque natura loquens, aliquando quidem huma-

„ humanæ, aliquando autem divinæ vocem emi-
„ ſit. Habebat enim ſicut dicit omnibus lau-
dibus ornatiſſimus Cyrillus in utriſque poteſta-
tem. Quando ergo dicit: *Non mea voluntas fiat*:
non mea, hoc eſt humanæ naturæ, dicit: Nam
ego quoque nunc loquor ut homo. Quando
autem dicit, *tua*, communis, *inquit*, mea Ver-
bi, & tua: Patris enim & Filii, quatenus eſt
Verbum, eſt una voluntas, propterea quod una
eſt eſſentia, ut dicit ſanctus Gregorius Nyſſe-
nus, qui ſic dicit in oratione adverſus Apolli-
narem: „ Loquitur quidem tanquam ex homi-
„ ne, id quod convenit imbecillitati naturæ,
„ ut qui noſtras affectiones ſibi tanquam pro-
„ prias accommodarit. Subjungit autem alte-
„ ram vocem, excelſam & divinam volunta-
„ tem magis ratam haberi & confirmari vo-
„ lens quam humanam pro ſalute hominum.
„ Qui enim dixit. *Non mea*, humanam verbo
„ ſignificabat: adjiciens autem, *Tua* oſtendit
„ conjunctionem ſuæ divinitatis cum Patre, cu-
„ jus nulla eſt voluntatis differentia, propter
„ naturæ communionem.

Si ergo, ut dicunt patres, naturam ſequitur voluntas: duæ autem ſunt in Chriſto naturæ: eis quoque omnino dabimus duas naturales voluntates. Idem enim, ſicut diximus, ſecundum utramque volens formam, volebat quidem ut Deus; volebat autem etiam ut homo, cum diverſitate naturarum, duarum quoque voluntatum ſimul oſtendens differentiam. Neque duas inducimus contrarias voluntates & inter ſe repugnantes. Servatoris enim humana voluntas non erat contraria divinæ; ſed in omnibus ſequebatur voluntatem Verbi, quod aſſumpſerat & deificaverat id quod deificatum & aſſumptum fuerat, ſicut dicit theologus Gregorius: „ Illius enim velle, qui in Servatore intelligitur, „ nempe hominis, nec Deo eſt contrarium, „ cum ſit totum deificatum. Atque de voluntatibus quidem ſic paucis.

Age vero paucis quoque tractemus de operationibus, & rurſus ſimilibus utentes argumentis, duas operationes in Chriſto Deo noſtro oſtendamus naturaliter. Nam qui unam in Chriſto ſolam ſentiunt operationem; aut dividunt naturas, aut commiſcent, ac confundunt. Nam Neſtorius quidem adorator hominis, & qui laborarunt eodem morbo deſipientiæ, duas dicentes, & cum eis perſonas quoque dividunt, & ſimul cum eis inducunt totidem hypoſtaſes, earum autem pronunciant eſſe unam relativam operationem. Relatio autem eſt omnino duorum aut etiam plurium particulatim & ſeparatim conſiſtentium conjunctio.

Qui ergo, ut dictum eſt, unum Chriſtum in duos diſſecant, unam, ut diximus, relativam ſtatuunt operationem. Apollinaris autem & Themiſtius & Eutyches & Severus & eorum ſectatores, repudiata illorum ſtultitia, duas naturas in Chriſto confundentes & commiſcentes, aſſirmant unam ejus commixtam & phantaſticam naturam: prodigioſe autem referunt unam ejus operationem. Et hæc quidem iſti. Nos autem utriuſque foſſæ tam diviſionis quam contractionis declinantes periculum, & tanquam regia ingredientes ſemita, duas Chriſti naturas, & totidem naturales confitemur operationes, quæ citra diviſionem in unam concurrunt hypoſtaſim, quæ utraſque proprietates in communionem congregavit. Non tanquam ſit alia perſona præter naturas: ſed in Verbi hypoſtaſi formata ſit tota humana natura, & quæ ſua ſunt citra de-

A fectum operetur cum Verbo cum quo eſt in hypoſtaſi, præter peccatum: ſicut etiam Verbum quæ ſua ſunt perfecte operatur cum humana quam ſuſcepit natura.

Et ſic nobis pie credentibus, conſervabitur ut quod ait divinus Leo, utraque forma operetur cum alterius communione, id quod habuit proprium: Verbo quidem id quod eſt Verbi operante, corpore autem efficiente ea quæ ſunt corporis. Nam quæ habebat quidem tanquam ejuſdem cujus Pater eſſentiæ, ea divine operabatur: per humanam autem formam, quæ a nobis aſſumpſerat, ea operabatur tanquam ejuſdem cujus nos eſſentiæ humanæ: ſed non tanquam qui eſſet ſolum homo, ſed tanquam B Deus homo factus. Nam dicit in Theſauris celeberrimus Cyrillus: Licet in eo utrumque ſimul videre. Deus enim erat verus in carne, & caro vera in Deo. Per quæ ergo oportebat Deum cognoſci, ea divine operatur: & ex quibus neceſſe erat hominem vere cerni, ea facit & dicit myſterio diſpenſans veritatem. Nam corporeis quidem ingredi pedibus, & ambulare uſque ad laſſitudinem, & lingua loqui, erat opus humanæ naturæ: paralytici autem membra verbo ſanare, & ſurdi linguam aptam reddere ad loquendum; & iis qui laborant & onerati erant a multitudine peccatorum & morborum præbere remiſſionem & reſtitutionem, erant opera divinæ poteſtatis: ſed neutrum factum eſt C abſque altero.

Et rurſus proferatur in medium ſanctiſſimus Leo qui in epiſtola ad Leonem Imperatorem hæc ſcripſit: In tantam unionem, in ipſa Virginis conceptione, ſimul conjuncta divinitate & humanitate, ut neque abſque eo quod ipſe eſſet homo, divina; neque abſque eo quod eſſet Deus, humana fierent. Ecce aperte dixit Pater in perſonæ unitate, communiter & non ſejunctim, nec confuſe, utramque naturam operari id quod erat ei innatum & proprium: ut & Deus eſſe crederetur, & comprobaret carnis ſuſceptæ œconomiam. Cum ſit ergo unus Dominus Jeſus Chriſtus, perfectus in divinitate, & idem perfectus in humanitate, operatur qui- D dem ut Deus, operatur autem etiam ut homo; duabus naturis duas quoque naturales implens operationes. Nam ſi quæ ſunt diverſi generis, ſunt etiam diverſæ naturæ, ut eſt ſapientiſſimi Cyrilli ſententia, eamdem operationem non dederit qui ſapit: ſed quemadmodum habent ſejunctam eſſentiæ ſeu qualitatis rationem, ita etiam diverſam reddunt operationem, ſicut etiam magnus ratiocinatur Baſilius in oratione adverſus Eunomium: quod eorum quæ ſunt diverſi generis non eſt una operatio.

Duas ergo naturales voluntates, & duas naturales operationes in incarnata œconomia unius ex ſancta Trinitate Domini noſtri Jeſu Chriſti veri Dei noſtri, orthodoxe affirmamus: & om- E nibus Chriſti amantibus ita ſentire per hoc noſtrum edictum jubemus. Suſcipimus autem & colimus ſanctas & œcumenicas quinque ſynodos. Nicænam, trecentorum decem & octo patrum, qui confoderunt adverſus Arrianam inſaniam: qui etiam divino freti auxilio, fidei trinæ & unicæ divinitatis ſtatuerunt ſymbolum, & eam quæ fuit in hac a Deo cuſtodita & regia civitate, centum & quinquaginta patrum congregatorum adverſus Macedonianam & ſancto Spiritui inimicam ſententiam, & Magni Apollinariſtæ linguam qui etiam ſancto inſpirante Spiritu, dictum magnum & venerandum in-

terpretati ſunt ſymbolum ; quod Spiritus ſan- A
ctus ſit Deus , per ea quæ explicarunt confir
mans . Et quæ Epheſi primo fuit congregata .
cui præfuit Cæleſtinus & Cyrillus , quæ cum
Domino Chriſto & individuo Deo noſtro , di-
viſorem Neſtorium cum ejus profana & mali-
gna condemnarunt ſententia . Præter ea autem
amplectimur , comprobamus , & confirmamus
ſanctam ſynodum Chalcedonenſem ſexcentorum
numero & multitudine venerandorum patrum
quorum pietatis flagello percuſſi fuerunt Dio-
ſcorus & Eutyches , & cum capite impietatis
eis etiam amputatum fuit ſacerdotium Suſcipio
autem & quæ tempore Juſtiniani divinæ memo-
riæ , in dicta noſtra a Deo cuſtodita & beatiſ-
ſima civitate congregata fuit , ſynodum , ad- B
verſus Origenem , Didymum , & Evagrium ,
Dei hoſtes , & ad everſionem eorum quæ a
Theodoreto ſcripta fuerant adverſus duodecim
capita celeberrimi Cyrilli , & ejus quæ ab Iba
ad Marim Perſam ſcripta eſſe dicitur epiſtola .

Has ſanctas & a Deo congregatas ſynodos ,
tanquam cæleſtem quamdam hæreditatem in
delubris animæ reponentes , tanquam quæ in-
telligentia percipiuntur margaritas , eorum dog-
mata inſtar theſauri reponimus : & quos ejece-
runt & anathematizarunt , ejecimus & anathe-
matizabimus , & quos ſuſceperunt ſuſcipimus &
patres noſtros adſcribimus . Anathematizamus
autem omnem hæreſim , quæ a Simone hucuſ-
que Dei ſubiit eccleſiam , & credentium turba- C
vit pacem & eccleſiam . Præter hos autem om-
nes , anathematizamus quoque & ejicimus no-
vorum dogmatum hæreſiarchas & defenſores :
Theodorum , inquam , qui fuit epiſcopus Pha-
ran : Sergium qui fuit antiſtes hujus a Deo
cuſtoditæ & regiæ civitatis , qui eadem quæ ipſe
ſentit : præterea autem Honorium quoque Pa
pam veteris Romæ , qui fuit cum eis in omni-
bus cohæreticus & concurrens & confirmator
hæreſis : & Cyrum qui fuit epiſcopus Alexan-
driæ : & ſimiliter Pyrrhum , Paulum , & Pe-
trum qui fuerunt antiſtites hujus regiæ civita-
tis , & præter eos Macarium qui fuit epiſcopus
Antiochenus , & Stephanum ejus diſcipulum , D
& inſipientem Polychronium : & omnes qui
ſentiunt aut ſenſuri ſunt unam voluntatem &
unam operationem in Servatore Domino no-
ſtro Jeſu Chriſto .

Cum hæc omnia ſic a ſancta & œcumenica
ſynodo fuerint conſtituta , ſancimus ut nullus
ex omnibus aliquid aliud faciat circa fidem ,
aut novam dogmatis excogitet inventionem ,
aut omnino de una voluntate & una operatio-
ne docens pronunciet aut tractet . Omnes enim
ſacroſancti & eximii patres docent voluntates
& operationes ſequi naturas : & quemadmodum
duas naturas in Chriſto credidimus ; ita etiam
duas naturales voluntates & duas naturales ope-
rationes ſentimus . Hæc ſunt vera in Deum E
confeſſionis dogmata , hæc ſunt quæ evangelicis
& apoſtolicis vocibus prædicantur , hæc ſunt
quæ a ſanctis ſynodis & eximiorum patrum lin-
guis docentur , hæc fidei petra & vertex apo-
ſtolorum cuſtodiit minime adulterata . In hac
fide vivimus & regnamus , & cum Deo ſimul
regnante nos rurſus ſimul regnaturos ſperamus .
Nos ſimul cum ea hinc excedere optamus , &
ſiſti ante Chriſti tribunal . Ad hanc confeſſio-
nem nos omnes adhortamur , & ut Deum no-
biſcum adorent provocemus , ſuper montem
excelſum regni ſtantes prædicamus , & pacis ec-
cleſiaſticæ feſtum publicum annunciamus . Nam
quæ fuit aliquando diſcordia Chriſtianorum ,
verſa eſt in concordiam contrita ſunt ſcanda-
la hæreticorum , & ſuam dignitatem fides ſuis
reſtituit eccleſiis Chriſto intercedente . Ipſe eſt
enim pax noſtra qui ſepis ſolvit maceriam : &
quæ erant tempore disjuncta conciliavit in unio-
nem . *Unus Dominus , una fides , unum baptiſma* Eph. 4. 5.
& una eſt hodie in Deo eccleſia .

ANNO CHRISTI 681.

Si quis ergo Chriſti amans timet Dominum ,
& deſiderat ſalutem quæ ſperatur , teneat hanc
fidem orthodoxam . Non licet enim per aliam
fidem ſalvos fieri . Si quis autem humanis qui-
dem perſonis gratificatur , in Deum autem ca-
ritatem ex zelo non oſtendit , & hoc noſtrum
pium circumſcribit edictum ; ſi eſt quidem epi-
ſcopus aut clericus , aut monaſtico etiam habi-
tu indutus , luet pœnas depoſitionis . Si eſt au-
tem in gradu dignitatum conſtitutus , pœnam
ſubibit publicationem & cinguli ablationem . Sin
autem ſit ex ordine privatorum , ex hac regia
& omnibus noſtris civitatibus exterminabitur ;
& præter hæc omnia , terribilis & incorrupti
judicii non effugiet ſupplicium . Proponatur .

## EXEMPLUM DIVINÆ SACRÆ pii & Chriſti amantis Conſtantini , ad Leonem ſanctiſſimum & beatiſſimum Papam veteris Romæ , miſſa per eos , qui illinc miſſi fuerant ſynodales viros a ſanctæ memoriæ Agathone .

Leoni ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo
veteris & inclytæ urbis Romæ , &
Papæ œcumenico .

Miſſa fuit menſe Decembri , Indict. x.

INcomprehenſibile regnum cælorum & beati-
tudinem expetentes , & ad ſpiritalem filio-
rum adoptionem pium noſtrum ſcopum diri-
gentes , illa meditamur & agimus , quæ ad id
cujus ſtudio tenemur aſſequendum pertinent .
Quid ergo pollicitus eſt Dominus in evange-
liis ? *Beati pacifici , quoniam filii Dei vocabun-* Matth. 5.
*tur* . Hujus autem promiſſionis quæ nos ad di-
vinam deducit cognationem , & filiorum ado-
ptionis concedit nobilitatem , compotes effici
volentes , & qui nos coronavit Chriſtum ipſum
imitantes , & univerſum in ſe Deo reconcilia-
vit , ad pacem & concordiam ſtudemus dedu-
cere noſtram Chriſti amantem rempublicam :
præcipue autem curam gerimus moderationis
& ordinis ſanctarum Dei eccleſiarum , & ut fi-
dei unionem omnino comparemus providemus .

Valde ergo ſuccenſemus & non leviter feri-
mus tantam quæ tempore facta eſt disjunctio-
nem , ut & infideles Chriſti amantes irrideant ,
& lætandum ſibi ducant propter Chriſtianorum
mutuas inter ſe inimicitias . In illos enim aciem
dirigere omittentes , in ſe invicem linguas tan-
quam novaculam acutam blaſphemiis arma-
bant , & cum diſſenſionibus fidem ſimul divi-
debant . Hæc quæ ante noſtra tempora ince-
perant , & eo malitiæ proceſſerant ut morbus
videretur incurabilis , grave quidem erat ſiſte-
re , non ſiſtere autem gravius , & quod Deum
quidem provocabat ad iram , provocabat autem
noſtram quoque manſuetudinem . Non ergo ali-
ter morbum quo Dei tenebantur eccleſiæ cu-
rare decrevimus , quam ſi Dei quidem ſacerdo-
tes & miniſtros , horum autem medicos , ad
viſitandum adhortaremur Sæpe enim eccleſia ,
here-

hæreticis invadentibus laboravit non ſine magno periculo : ſed non aliter accepit orthodoxæ fidei curationem, quam piorum & Chriſti amantium Imperatorum evocationibus, divinorum autem ſacerdotum conventibus & congregationibus.

Quamobrem ſancti quidem Papæ Agathonis beatitudinem per pios noſtros apices rogavimus, ut mitteret aliquos, qui vicem ſuam gererent : reliquis autem ſanctiſſimis antiſtitibus ediximus, ut convocatis unuſquiſque ſanctiſſimi ſacerdotibus, qui ei ſubſunt, omnes ſimul congregentur in hac noſtra a Deo cuſtodita & regia civitate : ut putridi quidem aut quod offendit membri exſcindant id quod eſt inutile, maxime quando non vult admittere curatorem : reliquum autem Chriſti corpus confirment & corroborent pietatis dogmatibus & cataplaſmatibus. Expedit enim, ut dicam evangelice, ut unum membrum pereat, & ſervetur cœtus totius eccleſiæ.

Cum itaque noſtra evocatione & juſſu tam qui erant ex parte veſtræ beatitudinis, quam qui cum ea poſt eam conſident ſanctiſſimi patriarchæ & reliqui omnes ſanctiſſimi epiſcopi, in noſtram conveniſſent civitatem, & conſediſſent, agitavimus piam de fide quæſtionem. Protinus igitur qui ad noſtram potentiam ſancti Papæ Agathonis relationem attulerant legati; Theodorus, inquam, & Georgius religioſiſſimi presbyteri, & Joannes religioſiſſimus archidiaconus, & Conſtantinus reverentiſſimus hypodiaconus : & Theodorus religioſiſſimus presbyter eccleſiæ Ravennæ, & qui cum eo erant; eam obtulerunt noſtræ ſerenitati : quam cum audientibus omnibus legi juſſiſſemus, ſanæ & non adulteratæ fidei characterem in ea aſpeximus. Evangelicas enim & apoſtolicas voces dijudicantes, & quæ ex ſanctis & œcumenicis ſynodis in ea producta fuerant conferentes, & quas continebat ſententias cum patrum ſcriptis comparantes, & nullam invenientes diſcrepantiam; quæ deleri & adulterari non poteſt veræ confeſſionis rationem in ea animadvertimus : & tanquam ipſum chori apoſtolici principem, & qui primum jecit fundamentum Petrum intelligentiæ oculis aſpeximus, totius œconomiæ divinum exponentem myſterium, & per literas ſic Chriſtum alloquentem : *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*. Ipſum enim totum Chriſtum ſacroſanctæ ejus literæ nobis deſcripſerunt oratione; quas quidem nos omnes jucunde & ſincere accepimus, & tanquam ipſum Petrum ulnis animæ complexi ſumus.

Solus autem cum iis quos ad ſe attraxit defecit, falſo nomine, nempe minime beatus Macarius, qui præfuit Antiochiæ; & a Chriſti quidem jugo ex adverſo ſe ſubduxit; conventui autem ſacerdotali inſultavit literis, tanquam adverſus ipſum ſummum Petrum inſaniens. Atque adhibita quidem ei fuit plurima admonitio, plurima adhortatio : omnes enim converſionis viam ei oſtendimus : quid non dicentes quidem, quid non machinantes eorum quæ a ſacerdotali quidem cœtu maxime ſeparant; ejus enim curam gerebamus : quidni enim? & miſerationibus nobis convellebantur viſcera, quod a Chriſti grege divellebatur : ſed vultus meretricis ei fuit factus, & induit perſonam impudentiæ : & cum adhortatione repulit etiam impietatem; non enim intellexit ut intelligeret, & ſanctam abhorruit orationem. Et quid fuſiori opus eſt narratione eorum quæ in actis ſingulatim narrantur : ex quibus ad vos miſſis omnium quæ fuerunt agitata vel minutiſſimam habebitis notitiam. Quoniam autem ſic obduruerat, & ferreum nervum collum extenderat, & vultum æneum reddiderat, & aures ne audirent gravaverat, & cur inobediens poſuerat ut legem non audiret : *lex enim ex Sion proficiſcitur*, (Iſa.) apoſtolici ſcilicet culminis dogmata : propterea ſancta & œcumenica ſynodus, eum dem mente captum Macarium cum ejus cohæreticis ſacerdotali quidem habitu exuit. Communiter autem eos per ſcriptis mandatam ſupplicationem noſtram oraruot ſerenitatem, ut eos tranſmitteremus ad veſtram beatitudinem. Hoc autem etiam fecimus & illos ad vos miſimus, veſtro paterno judicio univerſum de eis permittentes.

Divinum autem & venerandum decretum ſancta edidit ſynodus, cui nos quoque ſubſcripſimus, & piis noſtris edictis confirmavimus, hortantes univerſum noſtrum Chriſti amantem populum, ut fidem in eis ſcriptam ſequantur, & nullam omnino hæreticam inveniant inventionem. Deo gloria, qui facit glorioſa, qui conſervavit in vobis fidem inviolabilem. Quomodo enim non eſſet conſervaturus in ea petra, in qua fundavit eccleſiam, & prædixit fore ut a portis inferi, ab hæreticis, inquam, inſidiis minime expugnetur : ex qua tanquam ex cœleſtibus abſidibus eluxit ratio veræ confeſſionis : & Chriſti amantium animas illuminavit : & refrigeratam orthodoxam fidem ſuſcitavit? Hæc convenienter noſtro ſcopo & inſtituto, Deo annuente peregimus, in unum gregem oves Chriſti coegimus : quæ non amplius quidem decipiuntur a mercenariis, & qui non ſunt paſtores : & propterea non capiuntur a lupis, paſcuntur autem ab uno ſolo & bono paſtore; cum quo vos quoque ut paſceretis poſiti eſtis, & animam pro ovibus ponere juſſi eſtis.

Eſto ergo fortis & ſtrenuus, & verbi rhomphea accingere & divino zelo eam acue, & ſta firmus ac validus propugnans pro pietate : & ad omnem hæreticam adinventionem & inſtitutionem exſcindendam eſto prompto & alacri animo : ſicut etiam prius quoque Petrus Judaici auditus ſenſum gladio percuſſum abſtulit; legalem & ſervilem ſynagogam ſurdam fore prius deſcribens. Extende ſecurim ſpiritus, & omnem arborem quæ producit fructum hæreſis, vel cathechiſmis tranſplanta, vel exſcinde canonicis increpationibus, & tranſmitte in ignem futuræ gehennæ, ut excisis omnibus qui fidei aliquid nocumenti afferunt, validum & integrum ſit corpus eccleſiæ, pace ſpiritus conſtrictum & compactum : qua manente inconcuſſa, concutitur quidem hoſtium ſtatus & repugnantia; petræ autem fidei innititur ſedes noſtræ ſerenitatis : ad noſtræ autem potentiæ utilitatem dirigantur conſilia & motiones; totius autem Romanæ reipublicæ ſtatus redditur tranquillus una cum tranquillitate fidei.

Rogamus autem veſtram ſacratiſſimam celſitudinem, ut citra moram emittat ab ea conſtitutum apocriſiarium, ut is degens in hac a Deo cuſtodita & regia civitate, in iis quæ emergunt, ſeu dogmaticis ſeu canonicis, & omnibus eccleſiaſticis, ut ſemel dicam, negotiis repræſentet perſonam veſtræ ſanctitatis. Vale in Domino, beatiſſime, & exſurge ad orandum intenſius pro noſtra potentia.

ANNO CHRISTI 68.

SUBSCRIPTIO PII IMPERATORIS.

Deus te conſervet ad multos annos, ſanctiſſime & beatiſsime Pater.

## EXEMPLUM DIVINÆ SACRÆ ejuſdem pii & Chriſti amantis Imperatoris Conſtantini ad ſynodum ſedis Apoſtolicæ Romæ, & miſſa per eoſdem ſynodales.

INSCRIPTIO

Omnibus ſanctis quæ ubicumque ſunt ſynodis, pertinentibus ad ſynodum ſedis Apoſtolicæ.

LÆtus eſt & ſuſpiciendus ſacroſanctus veſter cœtus, quem pro eccleſia congregavit Spiritus ſanctus, & pietatis armavit rationibus, per quas eos expugnaſtis qui inſidiantur fidei, duci veſtro opem ferentes pontifici & œcumenico patriarchæ; cum quo & pacem agere & bellum ſimul gerere didiciſtis. *Tempus eſt enim omni rei*; ut videtur Salomoni. Nam bonum quidem erat apud omnes pacem agere, ſed in pietate conſentientes: melius autem bellare, quando pacem agere ad malum operatur conſenſum. Dominus quidem certe dicebat: *Non veni mittere pacem ſuper terram, ſed gladium*. Gladio autem utrinque acuto verbum fidei fuit aſsimilatum, dividens ac diſcernens fidelem & infidelem; & cum impietate quidem cognationem & conventionem diſſecans, Deo autem applicans & conjungens per pacem & dilectionem quæ ei cum ipſo intercedit. Nihil enim ejus dilectione per fidem præſtantius. Non pater, non mater quæ dolores parit ſimul cum filiis, non fratres vincti naturæ neceſsitate & ſoluti animis; non legitimæ affinitatis craſſa & perturbationum minime expers conjunctio, & alterius ſolutione ſimul ſolvens habitudinem ac relationem. Nihil enim horum nos reddit divinæ naturæ participes: ſed ſola in Deum fides & dilectio, ex quarum complexu regenerati ſumus & reformati, & cum formatore dignati conjunctione. Ipſe enim Servator dicebat: *Qui diligit patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus: & qui diligit filium aut filiam, pluſquam me, non eſt me dignus. & qui non tollit crucem ſuam, & ſequitur me, non eſt me dignus*.

Si ergo qui volunt inſiſtere in veſtigiis ſemitæ evangelicæ, & ſortiti ſunt dignitatem apoſtolicæ hierarchiæ, omnia deſpiciunt, & patiuntur, ſi contingat, vel extremo mortis damnari ſupplicio propter ſuam in Deum amicitiam: quid non prompto & alacri animo fecerint & paſſi fuerint, quando fidem viderint oppugnari, per quam acquiritur in Deum amicitia: quando cernunt eccleſiam diripi inſultibus hæreticis: quando aſpiciunt veritatem a falſo impeti, nunquid mittentes bellare & defendere, reconciliabuntur inimicis, & obliviſcentur præcepti evangelici? & quomodo eſt hoc eis impune abiturum? Nequaquam. Accepta ergo armatura Spiritus, armantur adverſus eos, qui ſtant in acie.

Hoc ſacroſanctus oſtendit veſter conventus & propugnavit pro pietate, eo quod communi patri dederit auxilium & adverſus hæreticam A cateri am ſe ſtrenue & fortiter geſſerit. Sed eorum quæ ſunt dicenda memoria contrahitur oratio, & ne ulterius procedat retardatur; eſt enim lugubris tragœdia expoſitio eorum quo ſequuntur. Hierachæ enim facti ſunt hæreſiarchæ & pro pace quidem litem populo acclamarunt, pro frumento autem zizania ſeminarunt in agris eccleſiaſticis: vinum aquæ miſcuerunt, & propinquum potaverunt turbulenta everſione: lupus egit agnum, & agnus tanquam lupus fuit reputatus: falſum veritas & veritas falſum fuit reputata: confuſa fuerunt omnia eccleſiæ negotia. Cum autem hæc ita eſſent affecta, & pietatem depaſceret impietas, ad id quod maxime decebat ſcopum noſtrum dirigere propoſuimus, B & ad ſolum ſapientem & eorum cognitorem Deum oculos tetendimus & dubiorum ſolutionem frequentibus precibus illinc poſtulavimus. Quamobrem illius ſpiritu illuminati, eccleſiæ oculos, ſacerdotes, inquam, ad veritatem conſiderandam convocare conſtituimus. Pro fide enim tantum laboramus & ad pietatem contendimus, & ſtatus eccleſiaſtici in primis curam gerimus, ut bellicis curis impliciti, & bellicis conſiliis impediti, hanc ſacroſanctam ſynodum congregare non gravati ſimus, ut procul expulſa eccleſiarum diſcordia, pacis connectatur vinculum. Nam cum pace fidei pacem ſimul agere credimus Chriſti quoque amantem univerſam noſtram Romanam C rempublicam. Fuit itaque congregatum venerandum veſtrum concilium. Nam vos quoque adfuiſtis cum œcumenico principe paſtorum, ſimul cum eo theologiam explicantes & ſpiritu & literis. Nam & quæ miſſæ ſunt ab ejus beatitudine, & quæ a veſtra ſanctitate, accepimus literas; quæ allatæ & lectæ ſunt, & verbum veritatis expreſſerunt; orthodoxæ enim veritatis characterem graphice deſcripſerunt. Omnia enim ſimilia & nulla in re omnino diſcrepantia, tam ſynodalibus quam patrum protulerunt glorificationibus. Neque enim fuimus negligentes, ſed ea diligenter contulimus: quamobrem omnes communiter & mente & lingua, & illa quidem ſimul credidimus, hac au- D tem confeſſi ſumus. & tanquam ipſius divini Petri vocem, Agathonis epiſtolam admirati ſumus: nullus etiam diſſenſit niſi unus.

Nullus enim periit ex omnibus, niſi filius perditionis, pater inobedientiæ: qui ipſe quoque cum ſuis diſcipulis abruptus fuit ab angelico & ſacroſancto choro, quem opportune cum propheta miſerum pronunciamus, quoniam ejus miſerti ſumus. Quomodo cecidiſti ex cœlo, celſitudine ſacerdotii, lucifer: qui mane oriebaris, & lumine veræ cognitionis credentium animas ordine illuſtrabas, qui nubibus, nempe levibus tuis dogmatibus ſuperbiæ thronum erigere cogitabas, quomodo tot angelicorum ſacerdotum fugiſti cœtum, & pennis arrogan- E tiæ ad graviſſimum lapſum fuiſti ſublatus? Cur a menſa myſtica aufugiſti, & Judaicam imitatus es defectionem? Quomodo non admiſiſti fratrum adhortationem, qui imperatorium & apoſtolicum cœtum congregaverant? Quomodo recalcitraſti, o dilecte, adverſus eos qui te diligebant & adhortabantur ad penitentiam? Num qui cadit, non reſurgit? aut qui avertitur non convertitur? Cur impudenti averſus fuiſti averſione, & tuo hæretico perſeveraſti propoſito, neque voluiſti converti ad pietatem? Te omnino puduit convictum eſſe eorum quæ male docebas. O amentiam ſimul & cæcitatem!

Ultra-

ANNO CHRISTI 681.

Utraque enim videntur eſſe idem. Nam hæc A quidem inceſſum corporis, illa vero errare facit greſſus animæ: cum in errorem inducat, male docere non erubeſcit: erubeſcis autem recte diſcere. Hæc quidem, qui Antiocheno ſedis fuit antiſtes, infelix Macarius, & qui cum eo erant, qui a Chriſti ordine defecerunt: qui quidem œcumenici concilii ſententia ſacerdotali dignitate moti ſunt, & ad ſanctiſſimi Papæ probationem ſunt tranſmiſſi.

Venerandum autem decretum fecit ſancta ſynodus, ſanctis ſynodis & eximiis patribus conveniens & conſequens: cui etiam ſimul noſtra ſubſcripſit potentia, & per noſtris edictis id B confirmavit: per quod veſtris precibus pacem egit univerſus cœtus eccleſiæ. Ubi ſunt ergo qui contrariæ hæreſis ſcandalum ſunt architectati? Ubi ſunt, qui fictam pietatem induebant argumentum falſæ doctrinæ? Ablata ſunt perſonarum integumenta, eorum qui fucum faciebant deprehenſa ſunt figmenta: pellem lupus exuit, & lupus nudus traducitur; & hoc quidem eſſe cernitur quod celabatur non apparens. Condemnata eſt hypocriſis, in civitate degit veritas: exterminatum eſt mendacium: ſeminator zizaniorum dogmatum eſt exciſus. Fru- C mentum, nempe populus Chriſti amans, importatum eſt in unum horreum Chriſti eccleſiæ. Exortum eſt lumen orthodoxæ fidei, occiderunt erroris tenebræ, exuta eſt triſtitia, luctus in lætitiam, mœror in gaudium, omnia ſunt denique tranſmutata in melius. Quamobrem nos quoque Dei eccleſiis, quæ pacem acceperunt gratulantes, apoſtolice vos alloquimur: *Gaudete, gaudete, & rurſus dico, gaudete.* Trinum enim gaudium vobis largita eſt Trinitas. Valete, ſacratiſſimi præſides pietatis, & orate pro noſtra potentia.

## EXEMPLUM RELATIONIS

missæ a Leone ſanctiſſimo & beatiſſimo Papa veteris Romæ ad Coſtantinum pium & Chriſti amantem Imperatorem, confirmans & admittens ea quæ acta ſunt & definita in ſancta ſexta ſynodo.

### Inscriptio.

Maxime pio & ſereniſſimo domino, victori & triumphatori, filio dilecto Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei.

*Deeſt in mſ. ipſa relatio.*

ANNO CHRISTI 691.

# CONCILIUM IN TRULLO

Admonitio [illegible] de Canonibus Trullanis

## PALATII IMPERATORIS.

### Admonitio ad Lectorem.

Περὶ τῶν λεγομένων τῆς ἕκτης συνόδου κανόνων, τοῖς ἐντευξομένοις.

Ἡ Ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος ὅτι μὲν κανόνας οὐκ ἐξέθετο, Γραικοί τε καὶ Λατῖνοι συνομολογοῦσι πάντες. οἱ δὲ ἐπ' ὀνόματι ταύτης περιφερόμενοι δύο πρὸς τοῖς ἑκατὸν οὔθ' ὅλως ὑπ' ἐκείνης γεγόνασιν, οὔτε μὴν ἁπλῶς ἅπαντες ὁ ἀποστολικὸς ἐδοκίμασε θρόνος, οἷα δὴ μετὰ τὴν ἕκτην ἐκδοθέντες σύνοδον ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, καθὰ διαβεβαιοῦται Ταράσιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης κατὰ τὴν τετάρτην τῆς ἑβδόμης συνόδου πρᾶξιν, καὶ συμμαρτυροῦσιν αὐτοὶ ἐκεῖνοι οἱ συγγραψάμενοι τοὺς κανόνας ἐπίσκοποι ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς Ἰουστινιανὸν τὸν βασιλέα λόγῳ· ἐπὶ τούτῳ φάσκοντες ἱεροὺς κανόνας ἀναγράψαι, ἐπειδὴ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ δύο σύνοδοι, ἡ μὲν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουστινιανοῦ τοῦ μεγάλου, ἡ δὲ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς Ἰουστινιανοῦ τοῦ δευτέρου, τὸ περὶ πίστεως πληρέστατα διατρανώσασαι μυστήριον, ἱεροὺς κανόνας οὐδαμῶς ἐξέθεντο, καθ' ὃ δὴ ταύτην οἱ Γραικοὶ τὴν σύνοδον τὴν ἐπὶ τοῦ Ῥινοτμήτου οὐχὶ κυρίως ἕκτην, ἀλλὰ πενθέκτην κατονομάζουσι, φησὶ Θεόδωρος ὁ Βαλσαμών, ὡς ἀναπληρώσασαν τῇ ἐκδόσει τῶν κανόνων τὸ ὑστέρημα τῶν δύο πρὸ αὐτῆς συνόδων. ὅτι δὲ ἀπὸ τῆς ἕκτης ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου μέχρι τῆς τῶν κανόνων ἐκδόσεως συχνὸς διεγένετο χρόνος, ἐξ αὐτῶν ἔστιν ἰδεῖν τῶν πρακτικῶν τῆς συνόδου· ἡ μὲν γὰρ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐν-

*De iis, qui vocantur ſextæ * ſynodi canones.*

* [illegible] quia ſexta [illegible]

SANCTAM, & œcumenicam ſextam ſynodum nullos condidiſſe canones tum Græci, tum Latini fatentur omnes. Qui vero ejus nomine circumferuntur duo illi D ſupra centum, neque ab ipſa ſunt editi, neque omnes a ſede apoſtolica comprobati; utpote poſt ſextam conditi ſynodum ſub Juſtiniano Rhinotmeto, ut affirmat Taraſius Conſtantinopolitanus patriarcha actione quarta ſeptimæ ſynodi, & ipſimet epiſcopi teſtantur, qui illos ſcripſere canones, in proſphonetico ad Juſtinianum, cum dicant, ideo ſacros canones a ſe eſſe conſcriptos, quod ſancta & œcumenica duo concilia, alterum quidem ſub majore Juſtiniano, alterum vero ſub Conſtantino Juſtiniani ſecundi patre, fidei myſteria pleniſſime explanantia, nequaquam ſacros canones edidiſſent: ex quo factum E eſt, ut apud Græcos, conventus hic ſub Rhinotmeto non proprie ſexta ſynodus, ſed quiniſexta vocetur, (inquit Theodorus Balſamon;) quippe qui condendis canonibus ſuppleverit quod a duabus ante ſynodis fuerat prætermiſſum. Ceterum a ſancta ſexta œcumenica ſynodo ad hanc canonum editionem multos eſſe annos interlapſos, ex ipſius ſynodi actis videre licet. Nam ſynodus œcumenica celebrata eſt indictione nona. Editio vero canonum facta eſt in Trullo quarta indictione

ANNO CHRISTI [illegible]

[illegible]

A ſucceſſorem ſcribens, dum inde miſſos & legationis munere functos omnes enumerat. Præterea etſi dignus Baſilium Romanæ [illegible] ſynodi legatione functum, cum tamen Trullanos canones ſubſcribebat, nequaquam potuit vices ſynodi gerere, quæ ad tempora ad eum ſacra nulla erat celebrata. Quod vero Balſamon ait cum Baſilio Cretenſi, & nec expreſſo illo Ravennate (qui tamen, ſi aderat, nominatim erat exprimendus, cum non ſit ſatis [illegible] nudi ſubſcriptionibus, quæ nomina non exprimunt) intermiſſe etiam epiſcopos quoſdam ſynodi Theſſalonicenſem, Dyrrachienſem, Heracleenſem, Corinthium eo tempore papæ B legatos, qui non [illegible] admittebantur; [illegible] enim ad ſubſcriptionem [illegible] eſt nudos eorum, qui ſubſcribere debeant, ſubnotaſſe titulos, quod non audeat quilibet affirmare. Unus [illegible] reperitur Baſilius Cretenſis præſens ipſe, & ſubſcribens [illegible], ut inſra dicitur, cæteriſque etiam ipſi papæ vacuus ad ſubſcribendum locus erat relictus. Hi vero tametſi legati, [illegible] legati vocabantur, & [illegible], ut ait Balſamon, juriſdictionis exercendæ [illegible] habebant, nuſquam tamen [illegible] aut præſediſſe in ſynodis, aut ſubſcripſiſſe primo, vel ſibi auctoritatem arrogaſſe, [illegible] in conciliorum geſtis legimus [illegible] C eos, qui ab urbe mittebantur, ſpecialiter cum mandata gererent, ad id ſpectantia, quod in ſingulis conciliis tractabatur, quæ etiam præterire nullo modo fas erat. Quod ſane plurimum ab eo jure diſtat, quod Theſſalonicenſis & alii in Græcia legati, Romani pontificis nomine exercebant circa quælibet eccleſiaſtica in certis provinciis negotia, non circa fidei quæſtionem, aut canonum ſcriptionem. Hujuſmodi legatum ſive apocriſiarium petebat Conſtantinus imperator in ea quam diximus epiſtola ad Leonem papam ſcripta, ut in regiam moraretur urbem, qui perſonam pontificis ibi referret in omnibus canonicis, & eccleſiaD ſticis, quæcumque emergerent, negotiis juxta traditum poteſtatis modum. Quare non eſt ulla ratione credibile Baſilium Cretenſem in quinisexto Trullano conventu ſub ſcriptione ſua repræſentaſſe totum Romanum concilium. Quæ cum non ſint, conventus ille numerari non poteſt inter œcumenicas ſynodos, neque ejus canones tanquam generalis concilii recipiendi: ut docti & antiqui auctores oſtendunt, etiamſi venerando ſextæ ſynodi titulo ſint inſigniti. Atque hinc factum eſt, ut nonnulli ex iis canones a quibuſdam Romanis pontificibus, & a ſancta ſeptima ſynodo ſub nomine ſexti concilii fuerint prolati. Quod E [illegible] contra conſuetudinem Græcorum [illegible] nulla hæc appellatio, & qui illos profe[illegible] ad communem [illegible] ſe conformarent, ut hi [illegible] ſcriptorum [illegible], quamque multi in iis canones ad improbandam [illegible] & [illegible] eccleſiaſticam diſciplinam [illegible] qui [illegible] canones non ex hujus auctoritate [illegible], ſed cum ſint apoſtolicis & eccleſiaſticis canonibus congrui

[illegible]

[illegible]

quentes, aliunde [illegible] ſuam hanc ſciuntur. Atque ex eo, quod aliqui recepti ſint, non ſequitur omnes eſſe Trullanos canones approbatos. Hæc ita ſe habere conſtat ex vetuſtiſſimo codice, qui etiam nunc extat in bibliotheca Vaticana, ad veritatis comprobationem. Siquidem in eo codice continenter poſt canones habetur Juſtiniani imperatoris ſubſcriptio, cum pater ejus Conſtantinus poſt omnes epiſcopos ſubſcripſerit definitioni ſextæ ſynodi, idque non niſi rogantibus epiſcopis. Deinde vacuus relictus eſt locus ſubſcriptioni papæ cum hac annotatione:

*Locus ſanctiſſimi papæ Romani.*

Tum ſequuntur ſubſcriptiones patriarcharum, Pauli Conſtantinopolitani, Petri Alexandrini, Anaſtaſii Hieroſolymitani, Georgii Antiocheni, Joannis novæ Juſtinianopoleos. Quos proxime ſequuntur Cyriacus epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, & Stephanus epiſcopus Ceſareæ Aſianorum provinciæ. Deinceps locus vacuus ad ſubſcribendum datus Heracleenſi, Sardinienſi, Ravennati, & Corinthio: ſequitur poſtea Baſilii Cretenſis ſubſcriptio his verbis: Baſilius epiſcopus Gortyniorum metropolis Chriſtum amantis inſulæ Cretæ, & locum tenens totius ſynodi ſanctæ eccleſiæ Romanæ. Poſt hanc deinceps ducentorum & quinque ſubiunt epiſcoporum ſubſcriptiones. Ex his vero omnibus tres ſoli & quadraginta reperiuntur, ut dictum eſt, qui antea quoque ſanctæ œcumenicæ ſextæ ſynodo interfuerant. Quocirca Theophanes monachus, non ignobilis hiſtoricus, in vita Pogonati hæc habet: Sciendum valde nugaciter eos garrire, qui poſt annos quatuor factas aſſerunt penes ipſos pervulgatas ſextæ ſynodi capitulares formas: penes, inquit, ipſos pervulgatas, non penes omnes Græcos, vel eos qui ſolam norunt præ cæteris rebus omnibus veritatem. Sed & Manaſſes, & Glycas, & incertus auctor, ex elegantia tamen dictionis, & rerum delectu quas recenſet, non aſpernandus, ſextæ ſynodi ſub Pogonato præclara mentione facta, hi, inquam, omnes ſub Juſtiniano celebratam, quiniſextam ſcilicet, ſilentio prætereunt, quæ certe prætereunda non erat, ſi œcumenica habebatur ab iis, qui res multo minoris momenti deſcribunt accurata diligentia. Verum tacuiſſe videntur quod ab omnibus non probabatur, nequaquam autem, quod fortaſſe quiſpiam dixerit, propterea quod quiniſexta fuerit ſextæ ſupplementum. Nam ſupplementum eadem eſt auctoritate faciendum, qua ſynodus principalis. Tota vero auctoritas in hoc conventu deficit, cum Romana eccleſia canones non approbarit, ut Balſamon ipſe teſtatur, & Latini antiqui ſcriptores, qui de eo tractant, non

ταις ἐν τῷ τούτου ὀνόματι· ἐπὶ δὴ τῆς προσηγορίας ταύτης κατὰ τὴν χώραν τῆς ἀποστολικῆς ἐκκλησίας συνήθειαν ἐπικρατησάσης· φιλοῦσι δὲ πρὸς τὸ κοινὸν ἀφορᾷν ἔθος οἱ τὰς χρήσεις παράγοντες· καὶ πολλῶν ὄντων ἐκεῖ κανόνων πρὸς ἀθέτησιν τῆς αἱρετικῆς φρενοβλαβείας καὶ ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν οὐκ ἀναρμοσίων· ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἔστιν ἰδεῖν ἐξ ἀρχαιοτάτης βίβλου ἔτι καὶ νῦν σωζομένης ἐν τῇ ἀποστολικῇ βιβλιοθήκῃ εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας. φέρεται γὰρ ἐν ταύτῃ μετὰ τοὺς κανόνας ἡ ὑπογραφὴ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως· καίτοι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίνου μετὰ τοὺς ἐπισκόπους πάντας ὑποσημειωσαμένου τὸν ὅρον τῆς ὁσίας ἕκτης συνόδου. καὶ τοῦτο αἰτησάντων τῶν ἐπισκόπων· εἶτα κενὸς ὑπελείφθη τόπος τῇ ὑπογραφῇ τοῦ πάπα δι' ἐπισημειώσεως τοιαύτης·

Τόπος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης.

Εἶτα καθεξῆς τῶν πατριαρχῶν αἱ ὑπογραφαί, Παύλου Κωνσταντινουπόλεως· Πέτρου Ἀλεξανδρείας· Ἀναστασίου Ἱεροσολύμων· Γεωργίου Ἀντιοχείας. Ἰωάννου νέας Ἰουστινιανουπόλεως. μεθ' οὓς ὑπογεγράπται Κυριακὸς ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Στέφανος ἐπίσκοπος Καισαρείας τῆς Ἀσιανῶν ἐπαρχίας. εἶτα παρελείφθησαν τόποι εἰς ὑπογραφὴν τοῦ Ἡρακλείας, τοῦ Σαρδινίας, τοῦ Ῥαβέννης, καὶ τοῦ Κορίνθου· μετὰ ταῦτα ἡ Βασιλείου τοῦ Γορτυνίας ὑπογραφὴ οὕτως ἔχουσα· Βασίλειος ἐπίσκοπος τῆς Γορτυνίων μητροπόλεως τῆς φιλοχρίστου Κρήτης νήσου, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων πάσης τῆς συνόδου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Ῥώμης. καὶ ἐφεξῆς πέντε καὶ διακοσίων ἐπισκόπων ὑπογραφαί· ἐξ ὧν τρεῖς μόνοι καὶ τεσσαράκοντα, ὡς ἐρρέθη, εὑρίσκονται, οἵτινες οἱ αὐτοὶ καὶ τὴν ἁγίαν οἰκουμενικὴν ἕκτην σύνοδον συμπληρώσαντες, καὶ τὴν λεγομένην πενθέκτην. ὅθεν ὁ Θεοφάνης μοναχός, οὐκ ἄσημος ἱστοριογράφος ἐν οἷς τὸν Πωγωνάτου διαγράφει βίον, αὐταῖς λέξεσιν οὕτως φησίν· ἰστέον, ὅτι μάτην ληρώδως φλυαροῦσί τινες λέγοντες, μετὰ τέσσαρα ἔτη γεγονέναι τοὺς παρ' αὐτοῖς φημιζομένους τῆς ἕκτης συνόδου κεφαλαιώδεις τύπους. τοὺς παρ' αὐτοῖς, φησί, φημιζομένους, οὐ γὰρ δὴ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς Γραικοῖς, ἢ τοῖς καὶ μόνην εἰδόσι προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. ἀλλὰ καὶ Μανασσῆς, ὁ Ζωναρᾶς, καὶ Γλυκᾶς, καὶ μὴν καὶ ἀνώνυμός τις, πλὴν οὐκ εὐκαταφρόνητος τῷ τε λιγυρῷ τῆς φράσεως καὶ τῇ ἐκλογῇ τῶν ἱστορουμένων, τῆς οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου ἐπὶ Πωγωνάτου λαμπρῶς μνημονεύσαντες, τὴν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ συστᾶσαν, λέγω δὴ τὴν πενθέκτην, σιωπῇ παραπέμπουσιν. ἐχρῆν δὲ μὴ παραλείπειν, οἰκουμενικήν γε νομιζομένην τοῖς οὐκ ὀλίγα πολλῷ ταύτης ταπεινότερα λεπτουργῶς ἐξιστοροῦσιν. ἀλλ' ὡς ἔοικε, τὸ μὴ πᾶσι δοκιμαζόμενον ἐσίγησαν, οὐχὶ δέ, ὡς ἄν τις φαίη, ἐπειδὴ ἡ πενθέκτη ἀναπλήρωσις γέγονε τῆς ἕκτης. τὸ γὰρ ἀναπλήρωμα τῷ αὐτῷ θέλει γίνεσθαι ἀξιώματι, ᾧ καὶ τὸ ἀναπληρούμενον. ὁ δὴ τοῦ συλλόγου τούτου [illegible] ἀπέστη, τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ὡς καὶ Βαλσαμὼν μαρτυρεῖ, καὶ οἱ ἐξ ὀρθοδόξων προσ[illegible] συγ-

[illegible]

ANNO CHRISTI [illegible]

[illegible]

A quidem omnes (quotquot enim apostolicis sive aliis ecclesiasticis canonibus congruunt, suum aliunde robur, ut dictum est, obtinent) sed eos in quibus antiqua innovantur, & apostolicæ traditiones labefactantur. Quale illud est quod in secundo canone octoginta quinque apostolorum canones expresse approbantur, cum inter illos sint, quos ecclesia non recipit. Quod sancti martyris Cypriani dogma de rebaptizandis hæreticis non reprobetur, cum sit definitioni ecclesiæ catholicæ contrarium. Quod orientalium tantummodo patrum canones enumerantur, exceptis Carthaginensibus: Romanorum vero pontificum & aliorum occidentalium patrum plane nulli, B imo etiam animadvertitur in eos, qui alios præter ibidem enumeratos canones admittunt. Quod decimotertio canone ecclesiæ Romanæ præcipitur ut permittat conjugia sacerdotum, quæ ibidem perfectæ traditionis apostolicæ observatio dicitur. Quod trigesimosexto canone definitur, ut sedes Constantinopolitana iisdem, quibus & Romana fruatur privilegiis, juxta sanctorum, inquiunt, secundi & quarti conciliorum statuta. Cum tamen synodus secunda clarissimis verbis decreverit sedem Constantinopolitanam honorandam esse post Romanam, non æque ut Romanam. Chalcedonensis C vero synodus ediderit canonem, non tamen omnium consensu episcoporum, sed quibusdam renuentibus, legatis vero pontificis apertissime contradicentibus, & synodo quidem Leonem Romanum pontificem obsecrante ut approbaret canonem, illo vero rejiciente, nec ullo modo admittente. Quod Romana reprehenditur ecclesia ob jejunium sabbati tempore quadragesimali, idque fieri dicitur præter traditam ecclesiasticam observantiam. Hæc & alia quædam in iis contenta canonibus, & antiquis apostolicæ sedis adversantia traditionibus convincunt quinisextam synodum œcumenicam plane non esse. Ne tamen aliquid D prætermissum esse videatur, hic eos canones apponendos esse censuimus.

## ΠΡΟΣΦΩΝΗΤΙΚΟΣ ΛΟΓΟΣ ΤΩΝ ΕΝ τῷ Τρούλλῳ τοῦ βασιλικοῦ παλατίου συνελθόντων πατέρων ἐν Κωνσταντινουπόλει πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα Ἰουστινιανόν.

## PATRUM, QUI IN TRULLO imperatorio palatio convenerunt, ad Justinianum pium imperatorem allocutoria oratio.

E

Τῷ εὐσεβεστάτῳ καὶ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ κατὰ τὸ θεῖον νεῦμα καὶ θέσπισμα τοῦ εὐσεβεστάτου ὑμῶν κράτους συναθροισθεῖσα κατὰ ταύτην τὴν θεοφύλακτον καὶ βασιλίδα πόλιν.

*Piissimo & Christi amantissimo imperatori Justiniano, sancta & universalis synodus divino pio vestræ potestatis nutu, & decreto congregata in hac a Deo custodita & regia civitate.*

ΤΗΣ ἀρρήτου καὶ θείας χάριτος τοῦ λυτρωτοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πάσαν τὴν

CUM ineffabilis ac divina redemptoris [illegible] & servatoris nostri Jesu Christi gra-

Nnn [illegible]

[illegible] MS. Bibl. Cæsareæ, teste Lambecio lib. 8 p. [illegible] Palatii Imperatorii. Hard.

ANNO CHRISTI

…tia omnem terrarum orbem comprehende[ret], & vivificum veritatis præconium iis omnium auribus disseminatum, populus quidem sedens in tenebris vidit magnam cognitionis lucem, & ab erroris vinculis liberatus est, cum regno cælorum, antiqua servitute permutata. qui autem a primi splendoris pulcritudine propter elationem extrusus est, primus draco, mens illa magna, Assyrius, a prius captivis capitur, & [illegible] incarnati verbi potentia ab omni fortitudine alienus, quemadmodum scriptum est, quod *inimici romphææ defecerunt in finem*. Ubique enim rationabilis cultus & adoratio sancita est, totus perfectusque offertur. Denique qui sacrificatur, & qui di[illegible] dimittit ad corporum simul & animarum acquisitionem, eos qui fiunt ejus participes [illegible]. Quamobrem & dæmones fugantur, & sacri hominum qui congregantur cœtus in ecclesiis mystice sanctificantur: & deliciarum paradisus omnibus apertus est. Et tandem facta sunt nova omnia. Sed quoniam homicida diabolus, qui ex adverso præpotentis Dei præcipitatus est, & parturit & peperit laborem defectionis, non ferens videre nos a transgressionis lapsu excitatos ad cælum evolasse per primitias nostras, hoc est, Christum, qui se dedit pro nobis redemptionis pretium, non desinit improbitatis tela torquere, & animi perturbationibus fideles sauciare, ut a data illius spiritus operatione honestateque ac gratia separentur. Nec vero qui certaminum nobis præmia proponit, & est salutis nostræ dux ac princeps Deus, auxilio nos expertes dimisit, in unaquaque generatione excitans, qui in hujus vitæ stadio, ejus cultus ac religionis artus instructi adversus eum in acie starent, & manu cum eo confererent, qui stricto spiritus gladio, quod est verbum Dei, & [illegible] cum malo congressi, quam in nos exercebat tyrannidem dissolverunt, gregum duces effecti, & vias domini populis sternentes ac præparantes, ne in iniquitatis præcipitia, propter eam quod est melius ignorantiam, detruderentur, ac prolaberentur. Oportebat enim [illegible] ut essemus [illegible] nobis largitus [illegible] & tanta demissione humanitateque [illegible] nostrum sibi genus [illegible], & ad se evocavit atque evexit, nobis quoque [illegible] ut bene essemus, ostendere per ecclesiæ luminaria ac doctores, qui nostros secundum Deum gressus illuminantes dirigunt, & ad evangelium incitant, *quorum etiam conversatio in cælis est*, ut ait divinus apostolus. Unde etiam nobis vitam nunc [illegible] agentibus, ratiocinationis consiliorum[que] otio indormientibus, cum noster [illegible] vitæ [illegible] se injecerit & virtutem paulatim suffuratus, no[illegible] qui ma[illegible] [illegible] mundi navem clavo [illegible] regit Christus Deus noster, te sa[pientem] [illegible] gubernatorem, pium impe[ratorem] [illegible] excitavit, [illegible] in judicio [illegible] veritatem servantem, facientem judicium & justitiam in medio terræ, & in via ab omni [illegible] ac reprehensione aliena procedentem, quem cum [illegible] concepisset, [illegible] obstetricis officium præstitisset, peperit

λάβοι… τὴν γῆν· καὶ τοῦ ζωοφόρου τῆς ἀληθείας κηρύγματος τοῖς ἁπάντων ἀκοαῖς ἐνσπαρέντος, ὁ μὲν λαὸς ὁ καθήμενος ἐν σκότει τῆς ἀγνοίας φῶς εἶδε μέγα τῆς ἐπιγνώσεως, καὶ τὴν τῆς πλάνης ἐλευθεροῦται δεσμῶν, βασιλείαν οὐρανῶν τῆς παλαιᾶς δουλείας ἀνταλλαξάμενος. ὁ δὲ τοῦ καλλοῦς τῆς πρώτης λαμπρότητος ἐξ ἐπάρσεως ἀπωσθείς, ὁ πρῶτος δράκων, ὁ νοῦς ὁ μέγας, ὁ Ἀσσύριος ὑπὸ τῶν πρὶν αἰχμαλώτων ἁλίσκεται, καὶ γίνεται τῇ δυνάμει τοῦ σαρκωθέντος λόγου πάσης ἰσχύος ἀλλότριος, καθὼς γέγραπται ὅτι τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι εἰς τέλος. πανταχοῦ γὰρ λατρεία λογικὴ κεκύρωται, καὶ ὁλοκαρπώσεις ἀναφέρονται, καὶ ὁ θύων θυόμενος καὶ διαδιδόμενος εἰς σωμάτων ἅμα καὶ ψυχῶν κτῆσιν [illegible] τοὺς μετέχοντας, ἐφ' ᾧ καὶ δαίμονες φυγαδεύονται, καὶ ἱερὰ τῶν ἀνθρώπων ἀθροιζόμενα συστήματα ἐν ἐκκλησίαις μυστικῶς ἁγιάζονται· καὶ ξένοις ὁ παράδεισος τοῖς πᾶσιν ἀνέῳκται, καὶ τέλος γέγονε τὰ πάντα καινά. ἀλλ' ἐπεὶ ὁ ἀνθρωποκτόνος διάβολος ἅπαξ κατέναντι τοῦ παντοκράτορος ἐξαχηλιάσας, καὶ ὠδίνησας πόνον ἀποστάσεως, μὴ φέρων ἡμᾶς ἐγερθέντας βλέπειν τοῦ τῆς παραβάσεως πτώματος, καὶ τὸν οὐρανὸν διαπτάντας διὰ τῆς ἀπαρχῆς ἡμῶν, τουτέστι Χριστοῦ τοῦ δόντος ἑαυτὸν λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν, οὐ [illegible] κακίας βέλη κινῶν, καὶ τοὺς πιστοὺς τιτρώσκων τοῖς πάθεσιν, ὡς ἂν χωρισθῶσι τῆς δοθείσης αὐτοῖς ἐνεργείας τοῦ πνεύματος, [illegible] καὶ χάριτος, οὐδὲ ὁ ἀγαθὸς ἀθλοθέτης ἡμῶν καὶ τῆς σωτηρίας ἀρχηγὸς παρεῖδε Θεὸς ἀβοηθήτους ἡμᾶς, καθ' ἑκάστην αὐτοῦ γενεὰν τοὺς ἐν τῷ τοῦ βίου τούτου σταδίῳ διὰ τῶν ὅπλων αὐτοῦ τῆς λατρείας καρατάξαμένους, καὶ τὸν πρὸς αὐτὸν συνάψοντα πόλεμον, οἱ τῇ τοῦ πνεύματος σπασάμενοι μαχαίρᾳ, ὅ ἐστι ῥῆμα Θεοῦ, καὶ ὅπως συμπλακέντες τῷ πονηρῷ [illegible] καθ' ἡμῶν τυραννίδα κατέλυσαν, ὁδηγοὶ τῶν ποιμνίων γενόμενοι, καὶ τὰς ὁδοὺς κυρίου τοῖς λαοῖς εὐθετίζοντες, ὅπως μὴ κατὰ κρημνῶν τῆς ἀνομίας ὑπ' ἀγνοίας τοῦ κρείττονος ὠθεῖντο καὶ διολισθαίνοιεν. ἔδει γὰρ τὸν τὸ εἶναι ἡμῖν χαρισάμενον, καὶ τοσούτῳ μεγέθει συγκαταβάσεως τε φιλανθρωπίας τὸ ἡμέτερον γένος μεταποιήσαντα, καὶ πρὸς ἑαυτὸν μετακαλεσάμενον, καὶ ἀναβιβάσαντα, καὶ τὴν εἰς τὸ εὖ εἶναι τρίβον ἡμῖν ὑποδεῖξαι διὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας λαμπτήρων καὶ διδασκάλων φωταγωγούντων τὰ κατὰ Θεὸν ἡμῶν διαβήματα, καὶ πρὸς τὸ εὐαγγέλιον παρορμώντων· ὧν καὶ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, κατὰ τὸν θεῖον ἀπόστολον. ὅθεν καὶ νῦν ἡμῖν τὸν οἰκεῖον βίον διεξάγουσι ῥαθυμότερον, καὶ τῇ τῶν λογισμῶν ἀργίᾳ καθεύδουσιν· ὡς ἐπεισελθεῖν ἀφυλάκτοις τὸν ὁδοστάτην ἐχθρὸν, καὶ κατὰ μικρὸν τὴν ἀρετὴν ὑφελόμενον τὴν κακίαν ἡμῖν ἀνθυποβαλεῖν, ὁ τὴν μεγίστην ταύτην τοῦ παρόντος κόσμου πηδαλιουχῶν ὁλκάδα Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν σε τὸν σοφὸν ἡμῶν κυβερνήτην, τὸν εὐσεβῆ βασιλέα, ἀνέστησεν, οὕτως [illegible] οἰκονομοῦντα τοὺς λόγους ἐν κρίσει, φυλάσσοντα εἰς τὸν αἰῶνα ἀλήθειαν, ποιοῦντα κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐν μέσῳ τῆς γῆς, καὶ ἐν ἀμώμῳ ὁδῷ πορευόμενον· ὃν ἡ σοφία κυοφορήσασα καὶ μαιώσασα, καὶ καλῶς τοῖς ἀρετῆς ἐκθρέψασα καὶ περιστείλασα, καὶ θείως πληρώσασα

κα…

ANNO CHRISTI 692

[illegible]

Ἐπειδὴ δὲ αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ δύο σύνοδοι [illegible]

A virtutibus educatum & ornatum, divinoque Spiritu repletum, orbis terrarum oculum effecit, mentis puritate & ſplendore ſubjectos aperte illuminantem; cui ſuam commiſit eccleſiam, & legem ejus noctu dieque meditari docuit, ad populorum qui ſunt ſub ejus manibus perfectionem & ædificationem; qui tum in Deum deſiderii ardore Phinees zelum ſuperas, & pietatis ac prudentiæ robore contuſo peccato, gregem quoque a vitio ſubtrahere voluiſti. Oportebat enim eum qui poſt ſupernum momentum humani generis gubernaculum ſuſcepiſſet, B non ſolum id quod ad ſe pertinet, conſiderare, & quomodo ſua a ſe vita dirigatur, ſed & omnes quibus imperat, ex maximis fluctibus ſervare, & a multa prolapſionum errorumque confuſione, undique obſtrepentibus ventis improbitatis & humilitatis noſtræ corpus perturbantibus eripere.

Quoniam autem ſanctæ & univerſales duæ ſynodi, in hac imperante & Dei obſervatrice civitate congregatæ, una quidem temporibus divæ recordationis Juſtiniani, altera vero ſub piæ memoriæ imperatore Conſtantino tuæ manſuetudinis patre, ad paternæ declarandum fidei myſterium ſacros canones nequaquam conſcripſerunt, ſicut reliquæ ſanctæ quatuor univerſales ſyno- C di, per quos populi quidem a deteriore & abjectiore vivendi ratione recedant, ad meliorem autem & altiorem vitam ſe traducant. Et ex hoc gens ſancta, regale ſacerdotium, pro quo Chriſtus mortuus eſt, a multis propter inordinatum ſtatum perturbationibus animi diſtractum ac divulſum, & a divino ſtabulo paulatim abruptum & abſciſſum, & propter ignorantiam ac oblivionem a bonis & ex virtute factis prolapſum & Dei Filio, ut apoſtolice loquamur, conculcato, ſanguinem quoque teſtamenti, in quo eſt ſanctificatum, communem arbitratum, Spiritus gratiam contumelia affecit: Hanc, utpote peculiarem po- D pulum, reducere inſtar Chriſti, qui errantem in montibus ovem quærit; & ſuo ſtabulo reſtituere, & mandata, divinaque præcepta, per quæ a mortuis operibus recedentes vivificamur, ſervare valde cupiens, omnique ſalutis proviſione ac perpenſione cogitata, Deoque quæſito, ut vult id quod dicit: Quærentes dominum invenient cognitionem cum juſtitia: qui autem ipſum recte quærunt, invenient pacem: ſanctam hanc & divinitus electam univerſalem ſynodum congregari decrevisti, ut multorum ſimul juncta voluntate unanimique contentione, id quod magno ſtudio contenditur, a te recte & ordine efficiatur. Sed & ſi quæ Judai- E cæ vel Gentilis improbitatis reliquiæ maturo veritatis frumento immixtæ ſint, radicitus tanquam lolium evellantur, & pura pietatis leges oſtendantur. *Ubi enim ſunt duo vel tres in nomine meo congregati, illic ſum in medio illorum*, inquit dominus. Et rurſus per Jeremiam nobis exclamavit: *Quærite me in toto corde veſtro, & apparebo vobis.* Propterea ergo tuæ pietatis juſſu in hac Dei obſervatrice & imperante urbe congreſſi, ſacros canones ſcripſimus. Quamobrem tuam pietatem rogamus, eas quæ prius in hac a Deo ſervata civitate a congregatis ſub bonæ me-

Canones Trullani ſive quiniſextæ ſynodi

ANNO CHRISTI 691.

memoriæ imperatore noſtro Theodoſio patribus editæ ſunt voces tibi adducentes; ut quemadmodum convocationis ſcriptis eccleſiam honoraſti, ſic & eorum, quæ decreta ſunt, pia ſubſignatione finem conſignes. Dominus autem imperium tuum ſtabiliat ac confirmet in pace ac juſtitia, & generationum generationibus tranſmittat, & terrenæ quoque potentiæ adjiciat, ut etiam cœleſti regno fruaris.

διὸ τῆς σῆς εὐσεβείας δεόμεθα τὰς τῶν πρὶν ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ πόλει ἐπὶ τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου ἡμῶν βασιλέως Θεοδοσίου συναθροισθέντων πατέρων φωνάς σοι προσάγοντες, ἵνα ὥσπερ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασι τὴν ἐκκλησίαν τετίμηκας, οὕτως καὶ τῶν δοξάντων δι' εὐσεβῶν κεραιῶν ἐπισφραγίσῃς τὸ τέλος. ὁ δὲ κύριος στηρίξαι σου τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ παραπέμψαι γενεαῖς γενεῶν, καὶ προσθείη τῷ ἐπιγείῳ κράτει καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐν οὐρανοῖς τὴν ἀπόλαυσιν.

## CANON I.

ORdo eſt optimus ei, qui omnem orationem & rem incipit, & a Deo incipere, & in Deum deſinere, * ut dicit Theologus. Quocirca cum & pietas a nobis clare prædicetur, & eccleſia, in qua Chriſtus eſt fundamentum, aſſidue augeatur ac promoveatur, ut ea ſupra cedros Libani extollatur: & nunc ſacros canones ordientes, ſtatuimus fidem a verbi miniſtris, quique ipſum ſuis oculis viderunt, & a Deo electi ſunt, apoſtolis traditam, citra ullam innovationem immutabiliterque ac inviolabiliter eſſe ſervandam. Præterea autem & trecentorum decem & octo ſanctorum patrum qui Niceæ convenerunt ſub Conſtantino, qui fuit noſter imperator, adverſus impium Arium, & gentilem ab eo dogmatizatam deitatis diverſitatem, vel deorum potius, ut aptius dicam, multitudinem: qui nobis unanimi fidei agnitione conſubſtantialitatem, in tribus divinæ naturæ conſiſtentibus perſonis, & revelarunt, & declararunt, hanc ſub ignorantiæ modio abſconſam eſſe non ſinentes; ſed Patrem & Filium & Spiritum ſanctum una adoratione fideles adorare aperte docentes; & inæqualium divinitatis graduum opinionem detrahentes ac divellentes; & ab hæreticis ex arena conſtructa adverſus rectam opinionem puerilia ludibria dejicientes & ſubvertentes. Similiter & eam, quæ ſub Theodoſio majore, qui fuit noſter imperator, a centum quinquaginta ſanctis patribus, qui in hac urbe imperante convenerunt, prædicata eſt, fidem confirmamus, de Spiritu ſancto voces quæ eum Deum eſſe ſtatuunt, amplectentes, & profanum Macedonium una cum prioribus veritatis inimicis expellentes; ut qui eum qui dominatur, ſervum eſſe decernere auſus ſit, & inſectilem unitatem ſecare prædonis more voluerit, ut non eſſet perfectum fidei * noſtræ myſterium: una etiam cum iſto odioſo ac deteſtabili, quique adverſus veritatem fuit rabie percitus, etiam Apollinarem ejuſdem iniquitatis myſten una condemnantes: qui dominicum corpus mente & anima non præditum ſumpſiſſe impie eructavit, hinc quoque & ille imperfectam nobis factam ſalutem ratiocinans. Jam vero & quæ in Epheſiorum civitate a ducentis divinis patribus ſub Theodoſio Arcadii filio imperatore noſtro expoſitæ ſunt, doctrinas tanquam infractum pietatis robur obſignamus, unum Chriſtum Filium Dei & incarnatum prædicantes; & quæ ipſum ſine ſemine peperit, impollutam ſemper virginem, proprie & vere deiparam

* Orat. apologet. 1.

* Gr. [illegible]

## ΚΑΝΩΝ α΄.

ΤΑξις ἀρίστη παντὸς ἀρχομένου, καὶ λόγου καὶ πράγματος, ἐκ Θεοῦ τε ἄρχεσθαι, καὶ εἰς Θεὸν ἀναπαύεσθαι, κατὰ τὴν θεολόγον φωνήν· ὅθεν καὶ τῆς εὐσεβείας ὑφ' ἡμῶν ἤδη διαπρυσίως κηρυττομένης, καὶ τῆς ἐκκλησίας, ἥτις ἐπὶ Χριστῷ τεθεμελίωται, διηνεκῶς αὐξανούσης, καὶ προκοπτούσης, ὡς τῶν τοῦ Λιβάνου κέδρων ταύτην ὑπερανατείνεσθαι· καὶ νῦν ἀρχὴν ποιούμενοι τῶν ἱερῶν λόγων, χάριτι θείᾳ ὁρίζομεν, ἀκαινοτόμητόν τε καὶ ἀπαράτρωτον φυλάττεσθαι τὴν παραδοθεῖσαν πίστιν ἡμῖν ὑπό τε τῶν αὐτοπτῶν καὶ ὑπηρετῶν τοῦ λόγου τῶν θεοκρίτων ἀποστόλων. ἔτι δὲ καὶ τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως κατὰ Ἀρείου τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ δογματισθείσης ἐθνικῆς ἑτεροθείας, ἢ πολυθείας εἰπεῖν οἰκειότερον· οἳ τῇ ὁμογνωμοσύνῃ τῆς πίστεως τὸ ὁμοούσιον ἡμῖν ἐπὶ τῶν τριῶν τῆς θεαρχικῆς φύσεως ὑποστάσεων ἀπεκάλυψάν τε καὶ διετράνωσαν, μὴ ἐπικεκρύφθαι τῷ μοδίῳ τῆς ἀγνωσίας τοῦτο παραχωρήσαντες, ἀλλὰ τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα προσκυνεῖν μιᾷ προσκυνήσει τοὺς πιστοὺς ἀναφανδὸν ἐκδιδάξαντες· καὶ τὴν τε τῶν ἀνίσων βαθμῶν τῆς θεότητος δόξαν καθελόντες καὶ διασπάσαντες, τά τε ὑπὸ τῶν αἱρετικῶν συστάντα ἐκ ψάμμου κατὰ τῆς ὀρθοδοξίας μειρακιώδη ἀθύρματα καταβαλόντες καὶ ἀνατρέψαντες. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου τοῦ γενομένου ἡμῶν βασιλέως, ὑπὸ τῶν ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει συναχθέντων ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων πατέρων κηρυχθεῖσαν πίστιν κρατυνόμεθα, τὰς θεολόγους περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φωνὰς ἀσπαζόμενοι, καὶ τὸν βέβηλον Μακεδόνιον τοῖς προτέροις ἐχθροῖς τῆς ἀληθείας συνεξελαύνοντες, ὡς δοῦλον τὸ δεσπόζον αὐθαδῶς δοξάσαι τολμήσαντα, καὶ σχίσαι τὴν ἄτμητον μονάδα λῃστρικῶς προελόμενον, ὡς ἂν μὴ ἐντελὲς ἡμῖν τὸ τῆς ἐλπίδος εἴη μυστήριον. τῷ βδελυρῷ τούτῳ καὶ κατὰ τῆς ἀληθείας λυττήσαντι, καὶ Ἀπολλινάριον τὸν τῆς κακίας μύστην συγκατακρίνοντες· ὃς ἄνουν καὶ ἄψυχον τὸν κύριον ἀνειληφέναι σῶμα δυσσεβῶς ἐξηρεύξατο, ἐντεῦθεν καὶ οὗτος ἡμῖν ἀτελῆ τὴν σωτηρίαν γενέσθαι συλλογιζόμενος. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει τὸ πρότερον συναχθέντων ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Ἀρκαδίου γενομένου ἡμῶν βασιλέως, διακοσίων θεοφόρων πατέρων ἐκτεθέντα διδάγματα, ὡς κράτος ἀρραγὲς τῆς εὐσεβείας ἐπισφραγίζομεν, ἕνα Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ σαρκωθέντα κηρύττοντες, καὶ τὴν αὐτὸν

ANNO CHRISTI 691.

ipſis originalibus in patriarchio contentis collatæ fue-
runt. Quibus ſimul conſentientibus rurſum a ſancta ſy-
nodo eſt declamatum in Macarium, velut indignum, qui
amplius ad conſeſſum ſynodi admittatur. Poſt hæc Sy-
rum epiſcopi ac clerici unanimi voce in locum Macarii
alium orthodoxum Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum ſur-
rogare petiverunt. Sed dilata ſunt hæc omnia in ſequen-
tem actionem : in qua cum deſiderentur acta, quæ in
electione Theophanis Antiocheni epiſcopi in locum Ma-
carii ſurrogati contigerunt, certiſſimo argumento oſten-
ditur, acta hujus concilii non tantum additione ſcri-
ptorum commentitiorum, verum etiam mutilatione &
obtruncatione rerum geſtarum, viciata, corrupta ac de-
pravata etiamnum extare. Ex eo enim quod Theopha-
nes in ſingulis ſequentibus actionibus titulo Antiocheni
epiſcopi nominatus reperitur, conſtat Theophanem actio-
ne 13. in locum Macarii ſuffectum fuiſſe, adeoque ſine
dubio depravata & mutila eſſe acta concilii, quibus
hujuſmodi res geſtæ deſiderantur.

Acta concilii mutilata eſſe probatur.

Actione decimatertia, die 28. menſis Martii celebra-
ta, adverſus hæreticos hoſce, Cyrum, Sergium, Pyr-
rhum, Paulum, & Petrum nominatim recenſitos lata eſt
ſententia condemnationis quæ cum recitata fuiſſet, ad-
dita eſt lectio novem capitulorum conciliabuli Alexan-
drini, earumque epiſtolarum, quas Cyrus ad Sergium,
Pyrrhus ad Joannem Romanum pontificem, Petrus,
Paulus, aliique plures ad alios tranſmiſerat. Quæ ſcri-
pta dum * quinta ſynodus condemnaſſet, eadem igne
cremari mandavit. Tandem ſententiam in Honorium
pontificem, ejuſque poſteriorem epiſtolam promulgatam
fuiſſe, acta concilii atteſtantur verum mendoſe & per
ſummam impoſturam Theodori Conſtantinopolitani epi-
ſcopi qui cum nomen Vitaliani invito imperatore a di-
ptychis expunxiſſet, non tantum epiſcopatu amo-
tus, verum etiam propter hæreſim a concilio damnatus
fuit, ſubſtituto illi Georgio, de quo ſupra actione ſe-
prima poſt obitum Georgii per ſimulationem orthodo-
xæ fidei anno ſequente reſtitutus eſt priſtinæ ſedi & di-
gnitati, ut teſtatur Nicephorus in chron. Nactus ita-
que originale exemplar concilii ex occaſione, ut illud
auctoritate pontificia confirmandum, ad Leonem ſecun-
dum mitteret, ſuo ubique nomine expuncto, in odium
Romani pontificis nomen Honorii, quem propter epiſto-
lam ad Sergium ſcriptam antiquiores Monothelitæ ſua-
rum partium eſſe inclitaverant, ubique ſubſtituit. Ipſum
Theodorum ſynodali judicio de hæreſi condemnatum fuiſ-
ſe teſtatur Anaſtaſius in vita Agathonis, quamquam
nomen illius nuſquam apud acta concilii inveniatur. Ho-
norium pontificem a patribus hujus concilii ob hæreſim
Monothelitarum non condemnatum, ſed hanc duntaxat
calumniam fraude ac dolo Græcorum eidem impoſitam
fuiſſe, plurimæ rationes perſuadent. Quarum prima eſt,
quod non potuerit damnare Honorium, niſi cum Aga-
thonis epiſtola pugnaret, ſibique ipſi contradiceret. A-
gatho enim in epiſtola ſua ad Conſtantinum imperato-
rem aperte ſcribit, ſedem Petri neque defeciſſe unquam,
neque deficere, ſuorum prædeceſſorum neminem in fide
vera aberraſſe Quod ſi verum eſt, quis credat patres
ſanctiſſimi concilii, Honorium Agathonis prædeceſſorem
ob hæreſim Monothelitarum condemnaſſe? Actione octa-
va & decimaoctava profitentur iidem patres, Petrum al-
legata epiſtola per Agathonem locutum fuiſſe, ſcriptam-
que epiſtolam a Spiritu ſancto dictatam eſſe, quis cre-
dat eundem Spiritum ſanctum in hoc concilio contrarium
eſſe locutum, judicioque ſynodali ob crimen hæreſeos
Honorium papam condemnaſſe? Quæ cum nemo virorum
prudentium unquam aſſeruerit, neceſſum eſt fateri, acta
hujus concilii omnibus illis locis, quibus Honorius Mo-
nothelitis annumeratur, ab æmulis Romanæ eccleſiæ cor-
rupta eſſe Secunda ratio, quæ idem firmiſſime confirma-
tur, hæc eſt Quod niſi concedatur, acta ſynodalia in
iis, quæ cauſam Honorii concernunt, corrupta & de-
pravata fuiſſe, oporteat fateri, univerſam ſynodum ſan-
ctiſſimam intolerabilis erroris, impudentiæ, & injuſtitiæ
notam indelebilem incurriſſe Intolerabilis error foret,
ſi unam atque alteram epiſtolam Honorii, ducenti octo-
ginta novem patres non intellexiſſent, quave intentione
ea ſcripta fuiſſet, ex circumſtantiis temporis, loci ac
perſonarum non advertiſſent, item quæ locorum dubio-
rum foret interpretatio, ex vulgata illa & celebri diſ-
putatione Maximi cum Pyrrho habita non audiviſſent
Magna eſſet impudentia, ſi apoſtolicam ſedem, quæ
communi antiquiſſimorum patrum ſententia judicat om-
nes, & a nemine judicatur, ipſi jam præcipitato judicio
condemnare præſumpſiſſent, cum alias ob damnationem
Theodori Mopſueſteni, aliorumque minoris auctoritatis
& dignitatis epiſcoporum, totum terrarum orbem com-
movere, ſynodumque œcumenicam congregari oportuiſ-
ſet. Gravis eſt injuſtitia, ſine cauſa juſta damnare in-
nocentem, atque citra legitimam debitamque proceſſus
formam etiam nocentem & criminis reum condemnare

Theodorus Conſtantinopolitanus, princeps actorum concilii corruptor.

Theodorus a concilio damnatus fuit.

Honorium papam a concilio damnatum non fuiſſe probatur primo.

Secunda ratio pro defenſione Honorii.

Si patres œcumenici concilii Honorium condemnaſſent :
ſine cauſa damnationis ſententiam in eum intuliſſent.
Epiſtolæ enim quas ad Sergium ſcripſit, & quarum cau-
ſa in actis damnari perhibetur, catholicæ ſunt, & ſu-
pra in notis earundem epiſtolarum, & vita Honorii pro-
lixius annotavi, nulla hæreſeos ſuſpicione laborant : ſi-
quidem ambæ clariſſime teſtantur, ipſum ſenſiſſe & do-
cuiſſe in Christo duas eſſe voluntates & operationes, &
ſolum voluiſſe abſtineri a nominibus novis, vel earum,
ad ſcandalum tollendum, & contentionem ſedandam.
Non poteſt autem juſte de hæreſi condemnari is, qui
rem ipſam confitetur, licet nomen, præſertim ante defi-
nitionem eccleſiæ, juſta de cauſa tacendum eſſe arbitre-
tur : alioquin beatus Hieronymus poſſet jam pro hære-
tico condemnari, quia in epiſtola ad Damaſum cenſuit,
non eſſe dicendas in Deo tres hypoſtaſes, cujus contra-
rium poſtea eccleſia non ſemel definivit. Imo ſi reus
objecti criminis fuiſſet Honorius, prius quam damnare-
tur, erat inquirendum, an errorem unquam revocaverit,
vel potius in eodem uſque ad obitum perſeveraverit.
Quare cum tantam ignominiæ notam nemo etiam hære-
ticorum huic ſanctæ ſynodo impingendam eſſe ſentiat,
dubium non eſt, quin acta concilii in hac cauſa Hono-
rii depravata fuerint. Tertio confirmatur idem hac ra-
tione. Legati ſedis apoſtolicæ rerum agendarum certum
ac præſcriptum acceperant commonitorium, nimirum ut
eam fidem eaque dogmata conſtanter defenderet, quæ
epiſtola ſancti Agathonis continebantur Cum itaque
iidem legati, omnia quæ contra Honorium dicta aut fa-
cta enarrantur, ſilentio præterierint, nihilque eorum,
quæ pro defenſione ſedis apoſtolicæ & Honorii, (quem
Agatho velut prædeceſſorem ſuum ab hæreſi immunem
fuiſſe dixerat) juxta tenorem ſui commonitorii feciſſe
debebant, peregerint ; non imprudenter hinc inferre li-
cet, aliquem impoſtorem ſuo nomini expuncto nomen
Honorii ſubſtituiſſe.

Tertia ratio pro defenſione Honorii.

Actione decimaquarta, quæ habita fuit 2. Aprilis, le-
cta ſunt Mennæ & Vigilii papæ ſcripta de unica volun-
tate. Quæ cum patres veluti partum ſuppoſititium re-
darguiſſent, atque anathemati tradidiſſent, epiſcopi Cy-
pri tomum quemdam nomine Athanaſii inſcriptum pro-
tulerunt ex quo per inductionem longius petitam pro-
barunt, in Christo duas eſſe voluntates & operationes.

Actio xiv. Redarguuntur impoſturæ hæreticorum de ſcriptis Vigilii & Mennæ.

Actio decimaquinta celebrata eſt 26. Aprilis, quæ per-
miſſu ſynodi Polychronius presbyter & monachus Mo-
nothelita homo inſanus, falſiſque dæmonum illuſionibus
deceptus, formulam ſuæ fidei, quæ unam voluntatem in
Christo profitebatur, in medio urbis mortuo impoſuit,
ea præſumptione & jactantia, quaſi ille ſuam perfidiam
non verbo tantum, ſed & virtute miraculorum, mortuo-
rumque reſuſcitatione confirmare poſſet. Cumque pluri-
bus horis defuncto, cui chartula impoſita erat, adſtitiſ-
ſent, eique plura ſine ullo effectu eorum, quæ ſtolide
ac blaſpheme promiſſa erant, inſuſurraſſet : confeſſus
tandem ſe mortuum ſuſcitare non poſſe, a populo de-
luſus abiit Citatus a ſynodo ut errorem revocaret &
pœnitentiam ageret, contumaciter in errore perſeverans,
depoſitionis & anathematis ſententiam juſto judicio in-
currit.

Actio xv. Damnatur Polychronius hæreticus, qui mortuum ad vitam revocare conatus fuerat.

Actione decimaſexta, quæ propter auctos ab imperio
fratres & collegas imperii, Heraclium & Tiberium, di-
lata eſt uſque ad nonum Auguſti, quidam presbyter
Monothelita nomine Conſtantinus profeſſus eſt, ſe ad
docendam ſynodum veniſſe, atque ad concordiam inter
Monothelitas & catholicos ineundam inveniſſe hunc mo-
dum, ut dicerentur in Christo duæ operationes, volun-
tas autem una. Cumque interrogatus a ſynodo dixiſſet,
Christum ab humana voluntate, carne, & ſanguine tem-
pore crucis deſertum eſſe, aſſertio ejus tanquam Mani-
chæa exploſa eſt & damnata. Conſtantinus vero presby-
ter hæreticus, dum pro ſuo merito parem damnationis
ſententiam accepiſſet, foras ejectus eſt. Deinde poſt ac-
clamationes imperatori, Agathoni papæ, & univerſo con-
cilio oblatas, poſtque hæreticos omnes ac ſingulos ana-
thematizatos, actio 16. finem accepit.

Actio xvi. Conſtantini presbyteri Monothelitæ aſſertio de una voluntate damnatur.

Undecimo Septembris habita eſt actio 17. quæ Græce
non extat Hujus initio decretum orthodoxæ fidei pa-
tres confirmarunt, publiceque legi ac promulgari cura-
runt. Poſtea Nicænum cum reliquis quatuor œcumenicis
conciliis ſuo decreto corroborarunt, eorumque ſymbola
recitari mandarunt quibus abſolutis patres concilii hæ-
reſim Monothelitarum, ejuſque auctores, ſectarios, ac
defenſores, juxta regulam ac normam ab Agathone pa-
pa & Romano concilio, (ut profitentur) ſibi præſcri-
ptam, magno omnium catholicorum applauſu condemna-
runt. Conſiſte lector & obſerva evidentem actorum ſy-
nodalium corruptelam Si judicatum eſt juxta epiſtolas
Agathonis & Romanæ ſynodi, male in ſententia appo-
nitur nomen Honorii, quod in neutra epiſtolarum re-
peritur. Si vero ſententia lata eſt in Honorium ea quam
adverſus Sergium aliosve Monothelitas pronunciarunt,
falſum eſt quod aiunt, ſecundum præſcriptum Agatho-
nis & Romani concilii judicaſſe, cum horum auctorita-
te Honorius non tantum de hæreſi Monothelitarum non
condemnandus, ſed etiam ab omni calumnia hæreticorum
abſol-

Actio xvii. Definitio fidei a ſynodo editur.

Honorii defenſio.

abſolvendus fuiſſet, ut indicant ea, quæ ſupra hac de re copioſius annotavi.

Actio xviii. literum conſentium imperatore definitione fidei in præcedenti actione lecta repetitur.

Decimaſeptima die ejuſdem menſis Decembris actio ultima celebrata fuit: qua cum ad petitionem imperatoris definitio fidei ſuperiore actione edita ac promulgata iterato lecta & approbata fuiſſet, patres orthodoxi, ſumma dignaſque imperatore catholico acclamationes Conſtantino imperatori detuliſſent, ipſe imperator ſynodum alloquutus dixit, ſe ideo hortatu ſuo concilium hoc legitima auctoritate indici & convocari voluiſſe, ut eccleſiæ catholicæ bene conſultum foret, habitaque eſt deinde ſermo acclamatorius ſacroſanctæ ſynodi ad imperatorem quo patres orthodoxi iterum profeſſi ſunt, ſe in definitione dogmatis catholici, Agathonis divinam illam & apoſtolicam (ut ajunt) epiſtolam, literaſque ſynodales Romani concilii ſecutos fuiſſe, adeo ut iterata eorundem patrum confeſſio, magis magiſque confirmet id quod ſuperius frequenter annotavi, nomen Honorii per corruptelam & depravationem alicujus impoſtoris hæretici huic cæteriſque præcedentibus actionibus nonnullis ſuperadditum fuiſſe. His porro contigiſſe videntur ea, quæ A Anaſtaſius in vita Agathonis deſcribit his verbis: *Deo nationes, e diptychis eccleſiarum nomina patriarcharum*, &c. Hæretici a ſententia definitiva concilii ad ſedem apoſtolicam appellarunt, patres vero orthodoxi eorum appellationi deferentes, illos ad Romanum pontificem miſerunt. De rebus in ſynodo geſtis ad eundem pontificem epiſtolam ſynodalem miſerunt, petentes ab Agathonis pontifice ut res in ſancta ſynodo per geſtas ſua auctoritate confirmare non gravetur. Quæ epiſtola haſte nus in Latina editione, nunc ex nova verſione cum Græca Romana deſiderata in fine actorum hic lectori exhibetur. Ad finem hujus actionis appoſita eſt epiſtola Conſtantini imperatoris, tribus fere menſibus poſt abſolutam hanc ſynodum data & ſcripta, qua illorum qui ad ſynodum convenerant in defendenda fide catholica ſtudium commendat.

Tempus habiti concilii.

b *Sub Agathone papa.* ) Anno pontificatus ejuſdem tertio & quarto.

c *Conſtantino Pogonato* ) Anno decimotertio imperii illius, quod poſt obitum patris cum fratribus ſolus tenuit. Illius vero imperii, quod cum patre adhuc vivente commune habuit, anno 17 ut patet ex actis ſynodalibus.

B *Anno redemptionis noſtræ* 680. &c. ) Hic annus cum indictione nona, & cum anno Conſtantini 13 concidit.

" Notes in ſupra poſitum concilium Conſtantinopolitanum pſeudoſextum, quod a recentioribus quiniſextum nominatur, ejuſque canones, per eundem Binium exaratos, vide infra ſub Sergio papa.

# EADEM SYNODUS VI. OECUMENICA

ANNO CHRISTI 680.

## CONSTANTINOP. IMPERANTE LEONE

Imperatore, filio Conſtantini Pogonati: patrum divinorum,

Ex libello Synodico

ΟΝπερ ὁ φιλόχριστος αὐτοκράτωρ Λέων ἀναδεξάμενος, ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἕκτην ἐν Κωνσταντινουπόλει συγκροτηθῆναι προσέταξε σύνοδον· ἧς ἐξῆρχον προκαθεζόμενοι, τοποτηρηταὶ τοῦ πάπα Ῥώμης Ἀγάθωνος, Θεόδωρος καὶ Γεώργιος πρεσβύτεροι, καὶ Ἰωάννης διάκονος, καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχης Γεώργιος, Πέτρον διαδεξάμενος· Θεοφάνης, Ἀντιοχείας τῆς Συρίας ἀρχιεπίσκοπος, τῆς Ἀλεξανδρέων τοποτηρητὴς, Πέτρος μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος, διὰ τὸ χηρεύειν πατριαρχῶν τῆς ἐκ τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπικρατείας, αὐτήν, καὶ τὰ Ἱεροσόλυμα κατὰ Θεοδώρου, τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου· Ὁνωρίου, Ῥώμης· Κύρου, Ἀλεξανδρείας· Σεργίου, Πύρρου, Παύλου, καὶ Πέτρου, προέδρων γενομένων τῆς Κωνσταντινουπόλεως· Θεοδώρου Αἰγυπτίου, Μακαρίου τοῦ ὀνομασθέντος Ἀντιοχείας, Στεφάνου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, καὶ Πολυχρονίου τοῦ πλειόφρονος γέροντος, ὡς καθελοῦσα ἀνεθεμάτισεν. Ὅρον δὲ θεῖον κατὰ τὰς ἑσπερίους συνόδους ἐξέθετο δύο φύσεις δύο θελήσεις καὶ ἐνεργείας τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ Ἰησοῦ καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν καταγγέλλοντα. Γεωργίου δὲ πρὸς κύριον ἐκδημήσαντος τοῦ παμμάκαρος, Θεόδωρος αὐτὸν διεδέξατο ὁ πανσέβαστος· κἀκεῖνον ὁ ἀπὸ ἀσηκρήτις Παῦλος ὁ πάντιμος. καὶ αὐτὸν ὁ ἱερομάκαρ ὄντως Καλλίνικος.

Quam cum Chriſti amans imperator Leo accepiſſet, ſacram & œcumenicam ſextam Conſtantinopoli ſynodum juſſit congregari, cui præfuerunt præſidentes, locum tenentes papæ Romani Agathonis, Theodorus & Georgius Presbyteri, & Joannes diaconus: Conſtantinopolitanus item patriarcha Georgius, qui Petro ſucceſſerat: Theophanes, Antiochiæ Syriæ archiepiſcopus: Alexandrinæ eccleſiæ locum tenens, Petrus monachus & presbyter: propterea quod patriarchis viduatæ eſſent ob Agarenorum potentiam, & ipſa & Hieroſolyma. contra Theodorum, Pharanum: Honorium, Romanum: Cyrum, Alexandrinum: Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum, qui Conſtantinopolitani præſules fuerant. Theodorum item Ægyptium, Macarium cognominatum Antiochenum, Stephanum diſcipulum ejus, & Polychronium ſenem delirum: quos depoſitos anathemate notavit. Definitionem autem fidei divinam ſecundum occidentales ſynodos expoſuit, qua duæ naturæ, duæ voluntates & operationes unius Chriſti Jeſu, Dei & ſervatoris noſtri annunciantur. Georgio autem ſanctiſſimo ad dominum profecto, Theodorus reverendiſſimus ſucceſſit: & huic Secretarius Paulus omni honore dignus, cique vere ſanctus & beatus Callinicus.

# ALIA CONSTANTINOPOLITANA,

## JUSTINIANI IBIDEM

ΙΟυστινιανὸς τοίνυν βασιλείαν τὴν πατρῴαν δεξάμενος, θείαν καὶ ἱερὰν ἐν Κωνσταντινουπόλει διακοσίων τεσσαράκοντα θεοφόρων πατέρων συναγείρας σύνοδον· ἣ τοὺς παραλειφθέντας τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ συνόδῳ κανόνας ἐξέθετο. καὶ πάσης Ἑλληνικῆς τε καὶ Ἰουδαϊκῆς, ἀλλά γε καὶ τῆς αἱρετι-

Justinianus igitur, cum imperium paternum iniſſet, divinam & ſanctam Conſtantinopoli patrum divinorum ducentorum & quadraginta congregavit ſynodum: quæ omiſſos in quinta & ſexta ſynodo canones edidit: & ab omni Græca atque Judaica, quin & hæretica traditione eccleſias purga-

ANNO CHRISTI 681.

vit. Cum autem Leontius imperium invaſiſſet, & Juſtinianum abſciſſis naribus Cherſonem relegaſſet; Artemius, qui & Anaſtaſius dicitur, Leontio ſucceſſit: ipſeque Juſtinianus imperio recuperato ſummum ſacerdotem Callinicum oculis privavit, & in monaſterium Choræ exulatum miſit: & Cyrum, qui in Amaſtride inſula incluſus fuerat, & recuperationem imperii ei prædixerat, Byzantii patriarcham in Callinici locum eſſerens conſtituit.

χῆς παραδότης, τὴς ἐκκλησίας ἐξέθηκε. Λεοντίου δὲ τῇ βασιλείᾳ ἐπιθεμένου, καὶ ῥινότμητον Ἰουστινιανὸν ἐν Χερσῶνι περιορίσαντος, Ἀρτέμιος, ὁ καὶ Ἀναστάσιος, τὸν Λεόντιον διεδέξατο· καὶ Ἰουστινιανὸς πάλιν τὴν βασιλείαν περιέλαβε. καὶ τὸν ἀρχιεράρχην Καλλίνικον ἀπόμματον ποιήσας, τῇ σιμονίᾳ τῆς Χώρας περιέπεμψε· καὶ Κῦρον, τὸν Ἀμάστριδος τῆς νήσου ἔγκλειστον γεγονότα, καὶ τῆς ἐπανόδου βασιλείας τὴν κατοχὴν αὐτῷ εὐαγγελισάμενον, τοῦ Βυζαντίου πατριάρχην ἀντὶ Καλλινίκου ὁ θεόσεπτος ἀπεκατέστησεν.

ANNO CHRISTI 681.

# IDEM CONCILIUM VI. GENERALE.

## Ex libello Photii de ſynodis, ſeu epiſtola ad Michaelem Bulgariæ principem, pag. 12. editionis Gr. Lat. Anglicanæ opera Ricardi Montacutii.

SANCTUM & œcumenicum ſextum concilium, ſibi quoque ſacrum in urbium regina arcanorum eccleſiæ ſpectaculorum theatrum elegit. Centum autem & ſeptuaginta divinis viris fultum, in certamen ingrediens, pietatem & religionem ſplendide victricem demonſtravit. In hoc qui præeſſent judicati ſunt digni, Georgius regiæ ipſius civitatis antiſtes, & Theodorus & Georgius in presbyterii dignitate conſtituti, una cum Joanne diacono, qui Agathonis ſanctiſſimi Papæ Romani loco, in eorum qui præerant ordine numerati ſunt. Et magnæ civitatis Alexandriæ ſedis locum Petrus monachus implevit. Cum quibus & Georgius monachus ac presbyter, in gradum pontificiæ ſedis Hieroſolymorum aſcendit. Hi ſimul cum aliis ſacris, ſanctiſque patribus, Sergium, Pyrrhum, Paulum Conſtantinopolitanos, Honorium Romanum, Cyrumque Alexandrinum, & Theodorum Pharenſem, qui mutuam mendacii catenam conficiebant: necnon & Macarium Antiochenum ſimul cum Stephano hæreſis diſcipulo, & miſero quodam ſene, qui Polychronius vocabatur, cum ſuperioribus conſentiente, & illorum impietatem defendente, merito condemnarunt, quoniam in Chriſto vero Deo noſtro, qui duas habet naturas, impie abſurdeque unam tantum eſſe voluntatem & unam actionem audebant affirmare. Nec illud, quod ad intelligendum facile ac promptum eſt, animadvertebant homines imperiti non ejuſdem actionis eſſe, claudum auctoritate propria curare, & itineris laborem ſentire: cæcos illuminare, & digitorum opera terram ſputo commiſcere, lutumque conficere, atque oculis imponere, mortuum ſuſcitare, & ſuper mortuum lacrymari. Itemque non ejuſdem eſſe voluntatis, deprecari, ut mortis calix tranſeat, ipſumque rurſus gloriam appellare, & quod noluerat, velle. Nec intelligebant ex ipſorum opinione ſequi, duas in Chriſto naturas non eſſe. Omnis enim natura, actionis eſt fons, & diverſis actionibus diverſæ reſpondent voluntates. Quare, ſi, ut ipſi falſo opinantur, una eſt actio atque voluntas & natura, nimirum una eſt ex qua illæ proficiſcuntur. Quod ſi duæ naturæ ſunt, (nondum enim eo progreſſi ſunt, ut hoc negent, cum in oculis habeant diſpertionem & interitum eorum, qui illius

Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος ἐν τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ αὐτὴ τῶν μυστικῶν τῆς ἐκκλησίας θεαμάτων τὸ ἱερὸν ἐπήγνυτο θέατρον. ἑβδομήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν θεοφόροις ἀνδράσι τὸν ἀγῶνα ἐνδυομένη λαμπρῶς νικῶσαν ἀπεδείκνυε τὴν εὐσέβειαν. ταύτης ἀρχηγοὶ καὶ τῶν ἄλλων προνομίαν ἐκρίνοντο ἄξιοι, Γεώργιός τε ᾧ τῆς βασιλίδος πόλεως ἀρχιερατικὸς θεσμὸς ὑπῆρχεν ἐγκεχειρισμένος. καὶ Θεόδωρος καὶ Γεώργιος ἐν πρεσβυτέρων ἀξιώματι κατειλεγμένοι, ἅμα διακόνῳ Ἰωάννῃ οἳ ἀντὶ Ἀγάθωνος τοῦ ἁγιωτάτου πάπα Ῥώμης εἰς τὴν τῶν ἐξάρχων τάξιν ἠριθμοῦντο, καὶ τὸ τῆς Ἀλεξάνδρου μεγαλοπόλεως θρόνου Πέτρος μοναχὸς τὸν τόπον ἀνεπλήρου· μεθ' ὧν καὶ Γεώργιος μοναχὸς καὶ πρεσβύτερος εἰς τὸν βαθμὸν τῆς ἀρχιερατικῆς τῶν Ἱεροσολύμων παρήγγελλε καθέδρας. οὗτοι δὴ σὺν τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς καὶ ἁγίοις πατράσι Σέργιον, Πύρρον, Παῦλον Κωνσταντινουπόλεως κατάρξαντας, καὶ Ὁνώριον τὸν Ῥώμης, Κῦρόν τε τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Θεόδωρον τὸν τῆς Φαράν, τὴν ἀλληλόπλοκον τοῦ ψεύδους σειρὰν διαπλέξαντας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Μακάριον τῆς Ἀντιοχείας ἅμα Στεφάνῳ τῆς αἱρέσεως μαθητῇ, σὺν γέροντί τινι ἀθλίῳ τοὔνομα Πολυχρονίῳ ἐπιπλακέντας αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐκείνων δυσσεβείας ὑπερμαχεῖν μελετήσαντας εἰς δικαίαν καταδίκην ἐποιήσαντο, ὅτι μίαν θέλησιν καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ἐκ δύο πεφυκότος φύσεων, δυσσεβεῖ καὶ ἀλόγῳ φρονήματι, ἐτόλμησαν ἀποφήνασθαι. μηδὲ τοῦτο λογισμοῖς ἀναλαβόντες οἱ ἀσύνετοι, ῥᾴδιον ὂν καὶ πρόχειρον εἰς κατάληψιν, ὡς οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ἐνεργείας χωλὸν κατ' ἐξουσίαν ὀρθῶσαι, καὶ κόπους ὁδοιπορίας μετέρχεσθαι, οὐδὲ τυφλοὺς ὀμματῶσαι, καὶ τὴν δακτύλων ἔργοις σιέλῳ φυρᾶσαι, καὶ πηλὸν ποιῆσαι, καὶ ἐπιβαλεῖν τοῖς ὄμμασι, οὐδὲ νεκρὸν ἀναστῆσαι, καὶ δακρῦσαι ἐπὶ τῷ τελευτήσαντι. οὐ μὴν οὐδὲ τῆς αὐτῆς ἐστι θελήσεως παραιτεῖσθαι τὸ ποτήριον τοῦ θανάτου, καὶ δόξαν αὐτὸ καλεῖν πάλιν, καὶ βούλεσθαι τὸ ἀθέλητον. ἀλλὰ πῶς οὐχὶ συνιέντο διὰ τούτων καὶ τῶν φύσεων τὴν διαφορὰν ἐξαρνούμενοι. πᾶσα γὰρ φύσις πηγὴ ἐνεργείας, καὶ ταῖς διαφόροις ἐνεργείαις αἱ φυσικαὶ θελήσεις συνδιαχίζονται. καὶ εἰ κατὰ τὴν ἐν αὐτοῖς πλάνην ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ θέλησις μία, ἡ φύσις πάντως ἐξ ἧς ταῦτα,

μία

ANNO CHRISTI 680

μία. οὐδὲ δύο αἱ φύσεις, (οὕτω γὰρ οἱ τοῦτο μανίας ἐξώκειλαν ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχοντες τὴν δευτέραν τῶν κατηρξάντων καὶ ἀπώλειαν) πῶς οὐχὶ ἑκατέρα προάγει τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν καὶ τὴν θέλησιν; ἀλλὰ καὶ ὅτι μὲν τῆς ἰδίας αὐτῶν καὶ δυσφήμου δόξης οὐδὲν προτιμήσαντες, σὺν αὐτῇ ἐκείνῃ τῷ αἰωνίῳ κατεδικάσθησαν ἀναθέματι. δύο δὲ θελήσεις φυσικὰς, καὶ δύο ἐνεργείας ἐπὶ τοῦ ἑνὸς Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τῶν θεοφόρων πατέρων ἱερολογήσας ὁ σύλλογος, ταῖς ἁπανταχοῦ ἐκκλησίαις τὸ διπλοῦν ὁμολογεῖν καὶ κηρύσσειν ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω καὶ τῶν ἐνεργειῶν καὶ θελήσεων ὀρθοδόξως παραδεδώκασι. Κωνσταντῖνος δὲ τηνικαῦτα ὁ ἀπόγονος τοῦ Ἡρακλείου τὸν προγονικὸν τῆς βασιλείας κλῆρον ἐχρημάτιζεν ἀναδεδειγμένος, τά τε ἄλλα συμπράττων τῇ συνόδῳ, καὶ τὸ ὀρθὸν τῆς ἐκκλησίας φρόνημα πρεσβεύων. ἀλλ' ἐν τούτῳ μὲν καὶ ἡ ἕκτη.

A erroris authores fuerunt ) qui fieri poterit, ut utraque illarum propriam non effundat actionem ac voluntatem? Verum & illi cum falſæ opinioni ſuæ nihil anteponerent, æterno damnati ſunt anathemate. Et ille ſanctorum patrum cœtus ut duas in uno Chriſto naturas, ita duas in eodem naturales voluntates, & duas actiones omnibus eccleſiis recte confitendas prædicandaſque cenſuit. Conſtantinus autem Heraclii nepos, tunc avitam imperii ſortem ſuſcepiſſe ſe declaravit, cum & aliis in rebus faveret concilio, & rectam eccleſiæ ſententiam comprobaret. Ac ſextum quidem concilium ita ſe habet.

## IDEM VI. CONCILIUM EX NILO.

Ἡ Ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος γέγονεν ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πωγωνάτου, συναθροισθεῖσα ὑπὸ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα ἁγίων πατέρων, ἧς ἡγοῦντο Ἀγάθων Ῥώμης, Γεώργιος Κωνσταντινουπόλεως, Πέτρος μοναχὸς τοποτηρητὴς τῆς Ἀλεξανδρείας, Θεοφάνης Ἀντιοχείας, κατὰ Ὁνωρίου πάπα Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας, Σεργίου τε καὶ Πύρρου καὶ Παύλου καὶ Πέτρου ἐπισκόπων Κωνσταντινουπόλεως. ἦν δὲ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔτη * ͵ϛροθ. ἀπὸ δὲ Χριστοῦ ψιθ. ἀπὸ ἕκτης ἕως ἑβδόμης ἔτη ἑκατὸν ἐννέα.

B Sancta & œcumenica ſexta ſynodus habita eſt imperante Conſtantino Pogonato, congregata a centum ſeptuaginta ſanctis patribus, cui præerant Agatho Romæ, Georgius Conſtantinopolis, Petrus monachus Alexandrini legatus, Theophanes Antiochiæ epiſcopi, adverſus Honorium papam Romæ, Cyrum Alexandriæ, Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum Conſtantinopolis epiſcopos. Erat annus mundi * 6179. Chriſti vero 719. A ſexta ad ſeptimam ſunt anni novem & centum.

## EADEM VI. SYNODUS EX ANONYMO.

Ἀπέχει ἡ ϛ'. ἀπὸ τῆς ε. ἔτη ρξγ'.

C *Diſtat ſexta ſynodus a quinta annis 163.*

Ἡ δὲ ϛ'. ἁγία οἰκουμενικὴ σύνοδος γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Κωνσταντίνου, βασιλέως πατρὸς Ἰουστινιανοῦ, καὶ ἐπὶ Ἀγάθωνος πάπα Ῥώμης, καὶ Γεωργίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. ὑπῆρχον δὲ ρο. ἅγιοι πατέρες. συνηθροίσθησαν δὲ κατὰ τῶν καινοτομησάντων αἵρεσιν ἐν τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ· λέγω δὴ Θεοδώρου τοῦ τῆς Φαρὰν ἐπισκόπου, Ὁνωρίου Ῥώμης, Κύρου Ἀλεξανδρείας, Σεργίου, καὶ Πύρρου, Πέτρου, καὶ Παύλου Κωνσταντινουπόλεως ἐπισκόπων. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀνακαινισάντων τὴν αἵρεσιν τούτων τῶν προγεγραμμένων αἱρετικῶν ἐν ταύτῃ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τοῦ τε Μακαρίου τοῦ ὀνομασθέντος Ἀντιοχείας προέδρου, καὶ Στεφάνου τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ, καὶ τῶν κατὰ τῶν ἐκείνων. οὗτοι γὰρ οἱ προλεχθέντες αἱρετικοὶ, Θεόδωρος καὶ οἱ σὺν αὐτῷ ματαιόφρονες δυσσεβεῖς ἀπετόλμησαν εἰπεῖν ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἔχειν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν σύνδεσμον τῆς ὀρθοδοξίας διαλῦσαι θελήσαντες. τούτου χάριν ἡ ἁγία αὕτη καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος τοὺς προγεγραμμένους αἱρετικοὺς, ὡς θεομάχους ἀνεθεμάτισε, καὶ πάντα αὐτῶν τὰ βλάσφημα δόγματα, καὶ πάντας τοὺς τὰ αὐτὰ τούτων φρονοῦντας, καὶ φρονεῖν μέλλοντας, ἐν ἀμετανοήτως διαμένοντας. σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Πολυχρόνιον, τὸν νηπιόφρονα γέροντα τὸν νεκροὺς ἐγείρειν ἐν τῇ τοιαύτῃ πλάνῃ τῆς αἱρέσεως μεγαλορρημονήσαντα ἀδείας τε τυχόντα, καὶ ἐν τῷ μὴ ἐγεῖραι μειζόνως τὴν βλασφημίαν τῆς τοιαύτης αἱρέσεως θριαμβεύσαντα, τῆς ὀρθοδοξίας δὲ τὰ δόγματα λαμπρότερον ἡ τοιαύτη ἁγία σύνοδος ἐμφανίσασα,

Sexta ſancta & œcumenica ſynodus habita eſt Conſtantinopoli ſub Conſtantino patre Juſtiniani, & ſub Agathone papa Romæ, & Georgio patriarcha Conſtantinopolitano. Adſuerunt CLXX. ſancti patres. Congregati ſunt autem adverſus eos, qui innovaverunt hæreſim in ſancta catholica eccleſia, adverſus Theodorum inquam epiſcopum Pharanitanum, Honorium Romanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Petrum & Paulum Conſtantinopolitanos epiſcopos. Præterea adverſus eos, qui hæreticorum ſupra memoratorum hæreſim in ipſa ſancta ſy- D nodo renovarant, puta, adverſus Macarium, qui dicebatur Alexandrinus præſul, & Stephanum ejus diſcipulum ac ſocios. Nam illi quos diximus hæretici Theodorus ejuſque ſocii dementes ac impii auſi ſunt dicere, dominum noſtrum Jeſum Chriſtum unam tantum voluntatem & unam operationem habere, volentes poſt incarnationem ſolvere vinculum orthodoxæ fidei. Quamobrem hæc ſancta & œcumenica ſexta ſynodus memoratos illos hæreticos anathematizavit, & omnia illorum blaſphema dogmata, & omnes qui cum illis ſentiunt, ac porro ſentient, ſi permaneant in ſua pervicacia. Cum illis etiam damnavit Polychro- E nium puerilem ſenem, qui magnifice gloriatus fuerat ſe per hujus hæreſeos errorem mortuos excitaturum, impunitatem conſequutum, & eo ipſo quod non excitavit majore triumpho extollentem hujus hæreſis blaſphemiam. Orthodoxæ vero fidei dogmata cla-

ANNO CHRISTI 681.

clarius ſancta illa ſynodus explicans, duas voluntates naturales ſive volitiones & duas naturales operationes eſſe in domino noſtro Jeſu Chriſto poſt incarnationem confirmavit. Non quod dividantur perſonæ, (abſit) ſed quod harum duarum in Chriſto naturarum nulla ſit voluntatis aut operationis expers. Qui enim has naturarum proprietates tollunt, operationes ſcilicet & voluntates, etiam naturas ipſas, quarum ſunt proprietates, ſimul tollunt. Simul patres. *Reliqua deſunt.*

A δύο θελήματα φυσικὰ ἤγουν θελήσεις, καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἐβεβαίωσεν ἔχειν μετὰ τὴν σάρκωσιν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, οὐκ ἐν διαιρέσει προσώπων (μὴ γένοιτο) ἀλλὰ τὸ μηδεμίαν φύσιν τῶν ἐν Χριστῷ, τοῦτ' ἔστι τῶν δύο, ἀνεθέλητον ὑπάρχειν ἢ ἀνενέργητον. οἱ γὰρ τὰ τοιαῦτα τῶν φύσεων ἀναιροῦντες ἰδιώματα, ἐνεργείας τε καὶ θελήματα, καὶ τὰς φύσεις συναναιροῦσιν, ὧν περ εἰσὶν ἰδιώματα. Ὁμοῦ πατέρες.

ANNO CHRISTI 681.

# CONCILIUM TOLETANUM XII.

## TRIGINTA QUINQUE EPISCOPORUM

*Ad regem confirmandum,*

Circa tempora Agathonis papæ habitum, anno primo orthodoxi atque ſereniſſimi domini Ervigii, v. Idus Januarii, anno redemptoris noſtri DCLXXXI. æra DCCXIX. Eſt provinciale.

### TITULI CAPITULORUM.

I. *De agnita & confirmata per electionem faſtigii principatus.*

II. *De his, qui pœnitentiam non ſentientes accipiunt.*

III. *De culpatorum receptione, vel communione apud eccleſiam.*

IV. *Ut in locis, ubi epiſcopus non fuit, nunquam epiſcopus ordinetur.*

V. *De quorumdam conſuetudine ſacerdotum fœdiſſima, qui oblatis Deo per ſe ſacrificiis non communicant.*

VI. *De conceſſa Toletano pontifici generalis ſynodi poteſtate: ut epiſcopi alterius provinciæ cum conniventia principum in urbe regia ordinentur.*

VII. *De recepto teſtimonio perſonarum, quæ per legem, quæ de promotione exercitus facta eſt, teſtificandi licentiam perdiderunt.*

VIII. *De his, qui uxores ſuas divortio intercedente relinquunt,*

IX. *De confirmatione legum, quæ in Judæorum nequitiam promulgatæ * ſunt.*

X. *De his, qui ad eccleſiam confugium faciunt.*

XI. *De cultoribus idolorum.*

XII. *De * interdictione temporis conſtituti, quo debeat concilium celebrari.*

XIII. *Concluſio definitionum, in qua & Deo grates referuntur, & pro principe exoratur.*

ANNO primo orthodoxi, atque ſereniſſimi domini noſtri * Ervigii regis, cum ex glorioſo prædicti principis juſſu in unum fuiſſemus aggregati conventum, & in baſilica ſanctorum apoſtolorum debitis in ſedibus locaremur, adſuit coram nobis idem clementiſſimus princeps, [2] humilitatis gratia plenus, & claro pietatis cultu conſpicuus, qui noſtro ſe cœtui reclinem exhibens ac devotum, in primis omnium ſacerdotum ſe commiſit precibus adjuvandum:

B deinde grates multiplices omnipotenti domino egit, de conventu totius concilii, * [3] quia & glorioſæ juſſionis ſuæ ut in unum adeſſent impleverit votum, & alternæ viſionis [4] innovatione ſe refecerint gaudiorum. Deinde adjiciens, ſic eſt omne concilium allocutus: Non dubium eſt ſanctiſſimi patres, quod optima conciliorum adjutoria ruenti mundo ſubveniunt, ſi officioſis, quæ corrigenda ſunt, ſtudiis perꝑantur. Et ideo quibus malis terra prematur, quibuſque plagis, proventu dierum ſuccedentium * feriatur, paternitati veſtræ non reor eſſe incognitum. * Ob id, quia certum apud nos gerimus, quod pro contemptu divinorum præceptorum, terra perniciem ſuſtineat preſſurarum,

C dicente domino per prophetam: *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea*, ideo oportet ut quia ore ſalvatoris noſtri domini ſal terræ eſſe probamini, per vos ſalvationis obtineat lucrum, per quos regenerationis percipit ſacramentum: ut diligentia * definitionis veſtræ ab omni emendata contagio, & ab infirmitatis peſte ſit liberata, & bonorum omnium ſit proventibus * gratioſa. Jam nunc quidquid me ad hæc dicere opportuna ratio ſinit, quidquid etiam narrandum veſtris auribus convenit, aut memoriæ curarum intercapedo ſubducit, aut faſtidium prolixæ orationis intercipit, ecce in brevi complexa, vel exarata devotionis meæ negotia in hujus * tomi com-

D plicatione agnoſcenda perlegite, perlecta diſcutite, diſcuſſa elimatis ac decretis titulorum ſententiis definite: ut pura, & placens Deo veſtrarum definitionum valitura diſcretio regni noſtri primordia decoret [5] exundatione juſtitiæ, & errores plebium digna cohibeat ſeveritate cenſuræ: ſcriptum eſt enim: *Juſtitia elevat gentes, miros facit populos peccatum.* Tunc ſuſcepto a glorioſiſſimo principe tomo, pro tam ſalubri invitamento copioſas gratias retulimus domino Jeſu Chriſto, & etiam benediximus prin-

Margin notes: * & ſuæ glorioſæ juſſionis. — * pereamus — * Obinde — Oſeæ 4. Matth. 5. — * dignationis. — * glorioſa — * Iſidorus, libro etymologi 6. cap. 8. Tomi, quos nos libros, vel volumina nuncupamus. — Proverb. 14.

[1] Ex Collectione Iſidor. edidit Garſias Loaiſa. Harduinus contulit cum Collectione Mſ. Canonum in Bibliotheca collegii Pariſ. Soc. J. exſtente. [2] Iſidorus, [illegible] [3] Harduinus [illegible] [4] Iſidorus, innovationem fecerint. [5] Iſidorus, exſultatione

HARDUINI NOTÆ.

ANNO CHRISTI 681.

principi glorioſo. Poſt egreſſum igitur ejuſdem A
ſereniſſimi principis, hæc jam dicto tomo ſcri-
pta comperimus [1] probitatis.

*In nomine domini Ervigius ſanctiſſimis patribus in ſynodo reſidentibus.*

* Forte, myſteriorum Hard.

En reverendiſſimi patres, & honorabiles *
miniſteriorum cœleſtium ſacerdotes, ſoli-
ditatem ſanctæ fidei veraciter tenens & ſincera
cordis devotione amplectens, teſtimonium pa-
ternitatis veſtræ, fortiſſimum in ſalutis noſtræ
advoco adjumentum: ut quia regnum fautore
Deo ad ſalvationem terræ, & ſublevationem
plebium ſuſcepiſſe nos credimus ſanctitudinis ve-
ſtræ conſiliis adjuvemur. Unde licet ſublima- B
tionis noſtræ primordia paternitati veſtræ opi-
nabili relatione non lateant, quibus clara di-
vinorum judiciorum diſpoſitione præventus, &
regnandi conſcenderim ſedem, & ſacroſanctam
regni perceperim unctionem; nunc tamen me-
lius id poteritis, & ſcriptorum relatione co-
gnoſcere, & promulgationis veſtræ ſententiis
publicare. Ut ſicut eadem regni noſtri primor-
dia conventus veſtræ ſanctitudinis compererit di-
vinitus ordinata, ita his orationum ſolamen
impendat, & ſalubrium conſiliorum nutrimen-
ta impertiat: quo ſuſceptum regnum, ſicut
jam veſtris aſſenſionibus teneo gratum, ita ve-
ſtrarum benedictionum perfruatur definitionibus
conſecrandum, ut innovatio quodammodo no- C
ſtri videatur imperii, hæc numeroſitas veſtri
ordinis aggregati. Et ideo quia dominus in
evangelio præcepit dicens: *Amen dico vobis, ſi*
Matth. 18. *duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni*
*re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo,*
*qui in cœlis eſt:* ob hoc venerabilem paternita-
tis veſtræ cœtum, cum lacrymarum effuſione
convenio, ut zelo veſtri regiminis purgetur
terra a contagio pravitatis. Exurgite, quæſo,
exurgite, culpatorum ſolvite nodos, tranſgreſ-
ſorum mores corrigite inhoneſtos, & [2] exerite
zeli diſciplinam, ponderibus ſubvenite, &, quod
plus his omnibus eſt, Judæorum peſtem, quæ
in novam ſemper recrudeſcit inſaniam, radici-
tus extirpate: legeſque, quæ in quorumdam D
Judæorum perfidiam a noſtra gloria noviter
promulgatæ ſunt, omni examinationis probita-
te percurrite: & tam eiſdem tenorem incon-
vulſum adjicite, quam pro eorumdem perfido-
rum exceſſibus complexas in unum ſententias
promulgate. Etenim valde nobis cavendum,
ne tot antiquorum canonum regulæ, quæ pro
eorum erroribus ſunt etiam cum anathemate
promulgatæ, nos illorum * culpæ obnoxios red-
* culpis dant, ſi noſtri regni temporibus eorumdem cano-
num conſtrictio diſſoluta pertranſeat: præſertim
ſi legis illius, quod abſit, ſerenitatis noſtræ in E
* temporibus * tempore illa claræ fidei inſtitutio ceſſet, ubi
divinæ memoriæ domnus atque præceſſor noſter
Concilii Toletani IV. cap. 65. Siſebutus rex omnes ſucceſſores ſuos ſub perpe-
tua maledictionis cenſura obſtrinxit, quicumque
regum mancipium Chriſtianum Judæo ſervire,
vel famulari permiſerit. Poſt hæc illud veſtris
Deo placitis infero ſenſibus corrigendum, quod
deceſſoris noſtri præceptio promulgata lege ſan-
civit, ut omnis aut in expeditione exercitûs
non progrediens, aut de exercitu fugiens, te-
ſtimonio dignitatis ſuæ ſit irrevocabiliter ca-
rens. Cujus ſeveritatis inſtitutio, [3] dum per
totos Hiſpaniæ fines ordinata decurrit, dimi-
diam fere partem populi ignobilitati perpetuæ
ſubjugavit. Ita ut quia in quibuſdam villulis,
vel territoriis, ſive vicis peſte hujus infamatio-
nis habitatores ipſorum locorum ſunt degeneres
redditi, quia teſtificandi nullam [4] habeant licen-
tiam, veritatis ex toto videatur interiiſſe cen-
ſura: ſicque gemino malo terra atteritur, dum
& infami plebium notatur elogio, & reperien-
dæ veritatis deſtituitur adjumento. Unde licet
eamdem legem noſtræ gloriæ manſuetudo tem-
perare diſponat, veſtræ tamen paternitatis ſen-
tentia hos, qui per illam titulum dignitatis
amiſerant, reveſtiri iterum claro priſtinæ gene-
roſitatis teſtimonio devotiſſime optat: qualiter
nec noſtra gloria miniſterium crudelitati adhi-
beat, nec tam ſæva præceptio terram ſub diu-
tino infamationis * jugulo premat. Nam & hoc * for. jugo
generaliter obſecro, ut quidquid in noſtræ * ec-
cleſiæ legibus abſurdum, quidquid juſtitiæ vi- * gloriæ
detur eſſe contrarium, unanimitatis veſtræ ju-
dicio certificetur. De ceteris autem cauſis, at-
que negotiis, quę novella competunt inſtitutio-
ne * formari, evidentium ſententiarum titu-
lis * exaranda conſcribite: ut quia prę̨ſto ſunt * firmari. * exarandæ
religioſi provinciarum rectores, & clariſſimo-
rum ordinum totius Hiſpanię duces, promulga-
tionis veſtræ ſententias coram poſiti prænoſcen-
tes, eo illas in * commiſſas ſibi terrarum * la- * commiſſa * latitudine
titudines inoffenſibili exerant judiciorum inſtan-
tia, quo præſentialiter aſſiſtentes perſpicua oris
veſtri [5] conceperunt inſtituta. Omnes tamen
in commune convenio, & vos patres ſanctiſſi-
mos, & vos illuſtres aulæ regiæ viros, quos
intereſſe huic ſancto concilio delegit noſtra ſu-
blimitas, per divini nominis atteſtationem &
terribilem cunctis futuri judicii diem; quia ſi-
ne perſonarum acceptione aliqua, vel favore,
ſine aliquo quoque aut malignæ contentionis
ſcrupulo, aut ſubvertendæ veritatis ſtudio, quæ-
que ſe veſtris ſenſibus audienda ingeſſerint, ſa-
na verborum examinatione diſcutite: ſaniori
quoque judicio comprobate, ut collatarum ha-
bita prius deliberatione cauſarum, diſcreta ve-
ſtri ordinis condatur probitas titulorum: quali-
ter cum vos amor æquitatis in negotiorum ac-
celeratione reddiderit fervidos, efficientia quo-
que juſtorum operum connectat Deo perenniter
ſociandos: ut bonorum veſtrorum actibus læta-
bundus, & præſentis vitæ capiam lucrum, &
æternarum perfruar vobiſcum gaudiis manſio-
num. Datum ſub die v. Idus Januarias, anno
feliciter primo regni * ſerenitatis noſtræ, in * ſerenitatis noſtræ & tranquillitatis noſtræ. In Dei nomine Toleto
Dei nomine tranquillitatis noſtræ ſedis Toleto.

Item ſubſcriptio prædicti principis, manu ſua
exarata.

CAPI-

HARDUINI NOTÆ.

1 Apud Iſidorum non eſt vox illa, *probitatis*.
2 Legendum ex Iſidoro, *excitate*, vel, *exerite zeli diſciplinam in perfidos, ſuperborum mordacitates extinguite, oppreſſorum ponderibus ſubvenite*.
3 Apud Iſidorum, *dum non per totos*, mendoſe ut videtur.
4 Iſidor. *humanitatis*.
5 Iſidor. *perceperunt*.

ANNO CHRISTI 681.

# CAPITULA

## I.

ª IN nomine glorioſi domini noſtri Ervigii regis, * primi diei ſynodalis exordio conſidentibus epiſcopis, atque ſenioribus palatii univerſis habita primum eſt de ſancta Trinitate collatio: non quæ novello * exarationis ſtylo definita pateſceret, ſed quæ * nobis ſimplicioribus ſeſe pigris ſenſibus patefacta monſtraret: ubi præmiſſa ſemper lectio præcederet, quod ſequens expoſitio aperiret: credentes pariter, & docentes de eadem ſanctæ fidei puritate, quidquid evangelica, & apoſtolica traditio ſancit, quidquid ſynodus Nicæna conſtituit, quidquid Conſtantinopolitana patrum aggregata collectio promulgavit, quidquid Epheſini cœtus * definitio docuit, quidquid etiam Chalcedonenſis concilii promulgatio definivit, ſicut multorum aliorum patrum documentis id ſacramentum expoſitum, traditumque nobis accepimus, ſicut etiam ² in miſſarum ſolenniis, patulis confeſſionum vocibus proclamamus.

Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, * viſibilium, & inviſibilium conditorem: & in unum dominum Jeſum Chriſtum Filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia ſæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homouſion Patri, hoc eſt, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ: per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo & quæ in terra: qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine homo factus: paſſus ſub Pontio Pilato, & ſepultus tertia die reſurrexit: aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Patris, iterum venturus in gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum ſanctum dominum, & vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & glorificandum: qui locutus eſt per prophetas: * in unam catholicam, atque apoſtolicam eccleſiam. Confitemur unum baptiſma in remiſſionem peccatorum, expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi. Amen.

Poſt pacifica igitur hujus ſanctæ fidei collationum ſtudia, illa ſe primum noſtris ſenſibus ſalutaris cognitio agnoſcendam invexit, quæ tanto corda omnium ardore caritatis aſtringit, quanto * ſe per eamdem ipſa cognitio in conventu generalis concilii prænoſcendam exhibuit. Etenim ſub qua * parte, vel ordine ſereniſſimus Ervigius, princeps regni conſcenderit culmen, regnandique per ſacroſanctam unctionem ſuſceperit poteſtatem, oſtenſa nos ſcripturarum evidentia edocet: in quibus & præcedentis * Wambæ principis pœnitentiæ ſuſceptio noſcitur, & translatus regni honor in hujus noſtri principis nomine derivatur. Idem enim Wamba dum inevitabilis neceſſitudinis tenetur eventu, ſuſcepto religionis debito cultu, & venerabili tonſuræ ſacræ ſignaculo, mox per ſcripturam definitionis ſuæ, hunc inclytum dominum noſtrum Ervigium, poſt ſe prælegit regnaturum, & ſacerdotali benedictione ungendum. * Vidimus, intuitu prælucente perſpeximus hujus præmiſſi ordinis ſcripturas, id eſt, notitiam manu ſeniorum palatii roboratam, coram quibus antecedens princeps, & religionis cultum, & tonſuræ ſacræ adeptus eſt venerabile ſignum: ſcripturam quoque definitionis ab eodem editam, ubi glorioſum dominum noſtrum Ervigium poſt ſe fieri regem exoptat: aliam quoque informationem jam dicti viri, in nomine honorabilis & ſanctiſſimi fratris Juliani Toletanæ ſedis epiſcopi: ubi eum ſeparavit pariter, & inſtruxit: ut ſub omni diligentiæ ordine jam dictum dominum noſtrum Ervigium in regno ungere deberet, & ſub omni diligentia, unctionis ipſius celebritas fieret. * In qua ſcriptura & ſubſcriptio nobis ejuſdem Wambæ principis claruit, & omnis evidentia confirmationis earumdem ſcripturarum ſeſe manifeſte monſtravit. Quibus omnibus approbatis, atque perlectis, dignum ſatis noſtro cœtui viſum eſt, ut prædictis definitionibus ſcripturarum noſtrorum omnium confirmatio apponatur, ut * quia ante tempora in occultis Dei judiciis præſcitus eſt regnaturus, nunc manifeſto in tempore generaliter omnium ſacerdotum habeatur definitionibus conſecratus. Et ideo ſoluta manus populi, ab omni vinculo juramenti, quæ prædicto viro Wambæ, dum regnum adhuc teneret, alligata * permanſit, hunc ſolum ſereniſſimum Ervigium principem * obſequenda grato ſervitii famulatu ſequatur & * libera; quem & divinum judicium in regno prælegit, & deceſſor princeps ſucceſſorem ſibi inſtituit, & quod ſupereſt, quem totius populi amabilitas exquiſivit. Unde his preco-

ª Non ſunt hæc verba, *In nomine glorioſi domini noſtri Ervigii regis*, apud Iſidorum, ſed ab his verbis incipit: *Primo die ſynodalis exordii, conſidentibus Epiſcopis &c.*

² Iſidor. unam tantum, ſine prepoſitione in.

Marginal notes: * primo die ſynodalis exordii. — * exarationis ſtylo — * concilii — * conſubſtantialem (?) — * ſe eadem — * parte — * Bambæ — * Vidimus cum intuitu ... — * In qua ... ſcriptura — * qui occultis judiciis — * eſt hunc ſolum qui per ... obſecutura libera

ANNO CHRISTI 681.

cognitis, atque præſcitis, ſerviendum eſt ſub Deo cœli prædicto principi noſtro Ervigio regi, cum pia devotione: obſequendum etiam promptiſſima voluntate, agendum & enitendum quidquid ejus ſaluti proficiat, quidquid genti, vel utilitatibus patriæ ſuæ conſuluerit. Unde non erit jam deinceps, aut ab anathematis ſententia alienus, aut a divinæ animadverſionis ultione ſecurus, quiſquis [1] ſuperne contra ſalutem deinceps, aut erexerit vocem, aut commoverit excidem, aut quamcumque exquiſierit lædendi * occaſionem.

* ultionem

## II.

Plerumque hi, quibus miſeratio domini etiam nolentibus ſubvenit, beneficiis Deo videntur eſſe ingrati, & abuti gratia largitoris, qua bene uſi poterant conſequi abolitionem facinoris: impugnant ſæpe quod honorare debuerant, & profanis quæſtibus indultæ gratiæ munus a ſe rejiciunt, [2] cum ſummis votis amplecti debuerant. Etenim multos ſæpe conſpeximus, & in ſalute poſitos, ultimum deſiderantes pœnitentiæ fructum, & rurſus nimietate ægritudinis, ita loquendi, & ſentiendi perdidiſſe naturale officium, ut nulla illis cura ſalutis ſuæ videretur ineſſe, nullo etiam priſtinæ devotionis noſcerentur deſiderio anhelare: quorum tamen caſibus fraternitas condolens, ita talium neceſſitates in fide ſua ſuſceperit, ut ultimum illis tribuatur viaticum: quod ſcilicet ſine fructu pœnitentiæ non videantur tranſire e ſæculo. Si forſitan reſpiciente Deo ſaluti priſtinæ reformentur, agunt cautionibus vanis, & oppoſitionibus execrandis, qualiter a ſe tonſuræ venerabile ſignum expellant, atque habitum religionis abjiciant, impudentiſſime aſſerentes, ideo ſe nullis regulis eccleſiaſticæ diſciplinæ ſub hoc voto teneri, quia pœnitentiam nec ipſi petierint, nec ſcientes acceperint. Quorum impudentia procax, & obſtinata procacitas, nequaquam talia diceret, qualiter ad vitam per ſacroſancti lavacri gratiam venerit meminiſſet. Etenim parvulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ * nulli per ætatem diſcernendi, vel expetendi ſenſui aptior judicatur, niſi ſponſione fidelium baptiſmi accipiant ſacramentum, nullo ſenſu, nulla etiam diſcretionis induſtria id appetere poſſunt. Unde ſicut baptiſmum, quod neſcientibus parvulis, ſine ulla contentione in fide tantum proximorum accipitur: ita & pœnitentiæ donum, quod neſcientibus illabitur, abſque ulla repugnantia inviolabiliter hi, qui illud exceperint, obſervabunt. Si autem quolibet modo pœnitentiam accipiens, hoc ſynodale violaverit inſtitutum, ut vere tranſgreſſor, paternis regulis ferietur. Neque enim iſta inſtituentes ſacerdotes quoſque, ut paſſim & licenter donum pœnitentiæ non * petentibus audeant prorogare, abſolvimus: ſed hos, qui qualibet forte pœnitentiam ſuſceperint, ne ulterius ad militare cingulum redeant, religamus. Sacerdos tamen, qui non ſentienti, neque * petenti, auſu temerario pœnitentiam dederit, neque ſe exhortatu ejus, qui pœnitentiam accipit, manuum indiciis, vel quibuslibet aliis evidentibus ſignificationibus invitatum fuiſſe probaverit, unius anni excommunicationis ſententiæ ſubjacebit.

Ita decretum concil. Toletan. XI cap. [illegible] ubi de hac ipſa re nonnihil annotavimus.

Hæc eadem fere ſunt in concilio Toletano VIII. cap. [illegible]

* nullo

* impugnatione violatio[illegible]

* pœnitentiam

* poſcenti

## III.

Vidimus quoſdam & flevimus ex numero culpatorum receptos in gratiam principum, extorres extitiſſe a collegio ſacerdotum. Quod denotabile malum illa res agit, quia licentia principalis in quo ſe [3] ſolvi licentius curat, ibi alios alligat, & quos in ſuam communionem videtur ſuſcipere, a communione & pace eccleſiæ eligit ſeparare: ut qui cum illo [3] conveſcunt, ſola ſacerdotum communione priventur. Et ideo quia remiſſio talium, qui contra regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquorum, [4] in poteſtate ſolum regia ponitur, cui & peccaſſe noſcuntur, * adeo nulla ſe deinceps a talibus abſtinebit ſacerdotum communio. Sed quos regia poteſtas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes menſæ ſuæ effecerit, hos etiam ſacerdotum, & populorum conventus ſuſcipere in eccleſiaſticam communionem debebit: ut quod jam principalis pietas habet acceptum, neque a ſacerdotibus Dei habeatur extraneum.

* volt.

* ab eorum [illegible]

## IV.

Majorum inſtitutionibus contraire, & ſanctorum patrum decreta convellere, quid aliud eſt, quam vinculum ſocietatis Chriſti abrumpere, & uſurpatæ * præſumptionis licentia ſtatum totius eccleſiæ diſſipare? Proſequente igitur venerabili & ſanctiſſimo viro fratre noſtro Stephano Emeritenſis ſedis epiſcopo, res nobis novellæ præſumptionis uſurpatione ſeſe intulit pertractanda, tanto communionis noſtræ judicio * evellenda, quanto & privatis noſcitur auſibus perpetrata. Dixit enim violentia principali ſe impulſum fuiſſe, ut in monaſterio villula

* præceptionis

1 Apud Iſidor. non eſt ea vox *ſuperne*.
2 *Forte, quam ſummis*. Hard.
3 Iſidor. *conveſcuntur*. Hard.
4 Iſidor. *poteſtate ſolum regia ponitur*. Hard.

ANNO CHRISTI 681.

læ Aquis, in qua venerabile corpus ſanctiſſimi † * Pimenii confeſſoris debito quieſcit honore, novam epiſcopalis honoris ordinationem efficeret. Et ideo quia indiſcreto & facillimo aſſenſu, * injuſtis Wambæ principis juſſionibus parens, novam, & injuſtam illic pontificalis ſedis * prælectionem induxerit, ubi canonica inſtitutio id fieri omnimoda ratione refellit; prædictus idem vir proſtratus humo, * medicamine noſtri præcepti, & ſibi dari veniam petiit, & quid potiſſimum oportet fieri de perſona ejus, qui illic ordinatus fuerat, noſtri oris ſententia B decernendum popoſcit. Sed quia veraciter, imo communiter noveramus prædictum principem conſilio levitatis agentem, non ſolum præcepiſſe, ut in prædicto loco * Aquis epiſcopus fieret, ſed etiam ita * eum conſuetis obſtinationibus definiſſe, ut hic in ſuburbio Toletano in eccleſia Prætorienſi ſanctorum Petri & Pauli, epiſcopum ordinaret: nec non & in aliis vicis, vel villulis ſimiliter faceret: ideo pro tam inſolenti hu- C juſmodi * diſturbationis licentia, quid de hac re haberent canonum inſtituta perlecta ſunt: in primis ex epiſtola Pauli, ubi Tito diſcipulo, ut epiſcopos per civitates conſtituere debeat, præcepit item [c] ex concilio Nicæno titulo * octavo, ubi inter cetera præcipitur, ut in civitate non videantur duo epiſcopi eſſe: item ex concilio Laodiceno, [d] titulo quinquageſimo ſeptimo ubi dicit: Non oportet in vicis, & villulis epiſcopos ordinari, &c. item ex concilio Africæ ſecundo, titulo quinto, ubi dicit: Ut dioeceſis quæ epiſcopum nunquam habuit, non habeat. Felix epiſcopus Silenſitanus dixit etiam: Si hoc placet ſanctitati veſtræ, inſinuo, ut dioeceſes, quæ nunquam epiſcopos habuerunt, non habeant: vel illa dioeceſis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. Secundum autem hanc proſecutionem ſanctitatis veſtræ eſt æſtimare, quid fieri debeat: * Genedius epiſcopus dixit: Si placet inſinuatio fratris, & coepiſcopi noſtri Felicis, ab omnibus confirmetur. Ab univerſis epiſcopis dictum eſt: Placet. Item ex concilio Africæ * tertio, titulo quadrageſimoſecundo, ubi dicitur, ut non accipiat alium epiſcopum plebs, quæ in dioeceſi ſemper ſubjacuit. Epigonius enim epiſcopus inter cetera ſic dixit: Hoc dico, non debere rectorem accipere eam plebem quæ in dioeceſi ſemper ſubjacuit, nec unquam proprium epiſcopum habuit. Quapropter ſi univerſo ſanctiſſimo coetui placet, hoc, quod * proſecutus ſum, con- A firmetur. Aurelius epiſcopus dixit: Fratris, & conſacerdotis noſtri proſecutioni non obſiſto, ſed hoc me & feciſſe, & facturum eſſe profiteor. Item ex concilio Sardicenſi *, ubi inter cetera præcipitur: Licentia danda paſſim non eſt. Si enim ſubito, aut vicus aliquis, aut modica civitas, cui ſatis eſt unus presbyter, voluerit ſibi epiſcopum ordinari, ad hoc ut vileſcat nomen epiſcopi, & auctoritas, non debent illi ex alia provincia invitati facere * epiſcopum. Item de ſententia eorum, qui hujuſmodi or- B dinationes faciunt, vel de his, qui contra hæc inſtituta canonum ordinantur, ex concilio Tauritano titulo ſecundo, ubi dixit: Geſtorum quoque ſeriem conſcribi placuit ad perpetem diſciplinam, quod circa Octavium, Urſionem, Remigium, * Attreſoerium epiſcopos ſynodus ſancta decrevit: qui in * uſurpationem quamdam de ordinatione ſacerdotum ad invidiam vocabantur. Quod catenus his videtur indultum, ut de cetero hac auctoritate commoniti nihil uſurpare conentur; * ſiquidem ea ſe ab hac C cauſa excuſatione defenderint, qua dicerent prius ſe non eſſe conventos. Proinde judicavit ſynodus, ut ſi quis ex hoc fecerit contra inſtituta majorum, ſciat is qui ordinatus fuerit, ſacerdotii ſe honore privandum: & ille qui ordinaverit, auctoritatem ſe in ordinationibus vel in conciliis minime retenturum. Non ſolum autem circa memoratos epiſcopos hæc ſententia prævalebit, ſed etiam circa omnes, qui ſimili errore decepti hujuſmodi ordinationes perpetratunt. His D igitur fortiſſimis regulis effectum pii operis apponentes, * id communi definitione elegimus, ut in * locum villulæ ſupradictæ Aquis deinceps ſedis epiſcopalis non maneat, neque epiſcopus illic ultra conſtituendus exiſtat. Hic tamen * Cunialdus, qui contra majorum decreta illic videtur inſtitutus fuiſſe epiſcopus, nullis canonum erit ad condemnationem ſui ſententiis * ulciſcendus, quia non ambitione, ſed principis impulſione illic conſtitit ordinatus. Et ideo hoc illi reme- E dium humanitatis concedimus, ut in * ſede alia decedentis cujuslibet epiſcopi transducatur, & prædictus locus ſub monaſtica deinceps inſtitutione manſurus, non epiſcopali ultra privilegio fretus, ſed ſub abbatis regimine, ſicut hucuſque fuit, erit modis omnibus mancipandus. Jam vero de cetero generale * ponentes edictum, ſi quis contra hæc apoſtolica juſſa, ſi quis contra hæc canonum interdicta venire [e] conaverit, ut in locis

Marginal notes (left): * Pencaii al. Pigmenii, al. Pimenii. † Fuit Pimenius Dumienſis monaſterii abbas, & epiſcopus, qui ſubſcribit in VI Toletano. * injuſtis * præelectionem * prædicamine * al. ſed * eum * exſurpatione * 16. ſi concilii Sardicenſis capitula illi addantur, ut in quibuſdam exemplaribus fit, habetur nunc cap. 6. [d] 1. 60. Non oportere & concilio Carthaginenſi cap. 5. * Genedius al. Genethlius * tertio Carth. A. can. 42.

Marginal notes (right): ANNO CHRISTI 681. * capitulo 6 * epiſcopum in quibus antea non fuit * Conc. Taurin. ſub anno 397 * & Trifſerium * uſurpationem quamdam al. qui in uſurpationis quadam decordinatione * ſiquidem ſe ab hac cauſa ſeſe excuſatione * in * loco * Conviſdus al. Cuniuldus * ulciſcendum * ſedem aliam * ponamus

Iſidor. [illegible] Harduinus.

locis illis epiſcopum eligat fieri, ubi epiſcopus nunquam * fuit, ſit in conſpectu omnipotentis Dei anathema & inſuper tam ordinans, quam ordinatus gradum ſui * ordinis perdat quia non ſolum antiquorum patrum decreta, ſed & apoſtolica auſus eſt convellere inſtituta.

V.

Relatum nobis eſt quoſdam de ſacerdotibus, non tot vicibus communionis ſanctæ gratiam ſumere, quot ſacrificia in uno die * videantur Deo offerre: [e] ſed in uno die, ſi plurima per ſe Deo offerant ſacrificia, in omnibus ſe oblationibus * a communicando ſuſpendunt, & [f] in ſola tantum extremi ſacrificii oblatione communionis ſanctæ gratiam ſumunt: quaſi non ſit totiens reus * illius veri, & ſingularis ſacrificii, quotiens participator corporis & ſanguinis domini noſtri Jeſu Chriſti eſſe deſtiterit. Nam ecce apoſtolus dicit: *Nonne qui edunt hoſtias participes ſunt altaris?* Si ergo qui edunt hoſtias participes ſunt altaris, certum eſt, quod hi qui ſacrificantes non edunt, rei ſunt dominici ſacramenti. Quicumque ergo ſacerdotum deinceps divino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe a communione ſuſpenderit, ab ipſa, qua ſe indecenter privabit gratia communionis, anno uno repulſum ſe noverit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificans participaſſe cognoſcitur? Ergo hoc modis omnibus eſt tenendum, ut quotieſcumque ſacrificans, corpus & ſanguinem Jeſu Chriſti domini noſtri in altario immolat, toties * perceptioni corporis & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat.

VI.

Illud quoque * collationi mutuæ decernendum nobis occurrit, quod in quibuſdam civitatibus decedentibus epiſcopis propriis, dum differtur diu ordinatio ſucceſſoris, non minima creatur & officiorum divinorum offenſio, & eccleſiaſticarum rerum * noſcitur perditio. Nam dum longe lateque diffuſo tractu terrarum, * commeantium impeditur celeritas nunciorum, quo aut non queat regis auditibus decedentis præſulis tranſitus innoteſci, aut de ſucceſſore morientis epiſcopi [g] libera principis electio præſtolari, naſcitur ſemper, & noſtro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ poteſtati, dum conſultum noſtrum pro ſubrogandis pontificibus ſuſtinet, injurioſa neceſſitas. Unde placuit omnibus pontificibus * Hiſpaniæ, ut ſalvo privilegio uniuſcujuſque provinciæ, licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoſcumque regalis poteſtas elegerit, & jam dicti Toletani epiſcopi judicio dignos eſſe probaverit, in quibuslibet provinciis, in præcedentium ſedibus præficere præſules, & decedentibus epiſcopis eligere ſucceſſores. Ita tamen, ut quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus, infra trium menſium ſpatium, proprii metropolitani præſentiam viſurus accedat. qualiter ejus auctoritate, vel diſciplina inſtructus, condigne ſuſceptæ ſedis gubernacula teneat. Quod ſi per deſidiam, aut neglectum, quilibet conſtituti temporis metas exceſſerit, quibus metropolitani ſui nequeat obtutibus præſentari, excommunicatum ſe per omnia noverit: excepto ſi regia juſſione impeditum ſe eſſe probaverit. Hanc quoque definitionis formulam, ſicut de epiſcopis, ita & de ceteris eccleſiarum rectoribus placuit obſervandum.

VII.

[h] Omnis diſciplina ſic ſubjectos debet arguere, ut ſpem veniæ non videatur auferre; nec funditus curvationis inducere jugum, ſed temperantiæ ſemper adhibere conſultum. Et ideo quia legem illam a domino Wambane principe editam, quæ de * progreſſione eſt exercitus annotata, hujus principis noſtri & domini Ervigii manſuetudo temperare diſpoſuit, ideo annuente nobis glorioſo, & religioſiſſimo Ervigio principe noſtro, neceſſarium hoc ſanctum concilium definivit, ut hi, qui * ſuper prædictam legem, teſtificandi dignitatem perdiderant, recepto teſtimonio priſtinæ dignitatis, cauſas exequi poſſint debitæ actionis; qualiter nobilitatis ſolitæ titulum reportantes, & quæque de præteritis legitime teſtificare voluerint, licentiæ obtineant votum, & a judicibus nullis prohibitionibus arceantur: hoc videlicet adjicientes, ut ſi quid in præteritis teſtificare voluerint, ſi pro ſola rei infamatione rejecti ſunt, teſtimonio ſuo nuper conquirant, quod in præteritis conquirere poterant: tantum ſi illo tempore, quo in præteritis ad teſtimonium dicendum vocati ſunt, & ſupradictæ legis inſtitutionibus reprobati, aut aliam criminis notam eos tunc non habuiſſe patuerit, aut * tricennium tum effluxiſſe, cum ad teſtimonium fuerant prolati, hi qui eos reprobaverant manifeſte convicerint.

VIII.

Præceptum domini eſt, ut excepta cauſa fornicationis, uxor a viro dimitti non debeat. Et ideo quicumque citra culpam criminis prædicti, uxorem ſuam quacumque occaſione reliquerit, quia *, quos Deus * jungit, ille ſeparare diſpoſuit, tamdiu ab eccleſiaſtica * communi-

* perceptio
* collationi mutua
* commeatus
* Hiſpaniæ atque Galliæ
* produtione
* per ſupradictam
* quod
* junxit
* communione

ANNO CHRISTI 681.

nicatione privatus, & a cœtu omnium Chriſtianorum maneat alienus, * quamdiu, & ad ſocietatem relictæ conjugis redeat, & partem ſui corporis honeſta lege conjugii ſinceriter amplectatur & foveat. Hi tamen, qui jam admoniti a ſacerdote ſemel & bis terque ut corrigantur, ad * tori ſui conjugii noluerunt redire conſortium, ipſi ſe ſuis meritis, & a palatinæ dignitatis officio ſeparabunt, & inſuper generoſæ dignitatis teſtimonium, quamdiu in culpa fuerint, amiſſuri ſunt; quia carnem ſuam diſcidii jugulo tradiderunt.

## IX.

De Judæorum autem execranda perfidia, diſcretis titulorum ſententiis editas noviter a glorioſo principe * leges, viginti ſenſuum intentione perlegimus, * diſcreto etiam gravitatis pondere earum inſtituta probavimus. & quia debitæ rationis judicio editæ ſynodali * indagatione probatæ ſunt, irrevocabili deinceps judiciorum ordine, pro eorum exceſſibus tenebuntur: id eſt, * leges de commemoratione priſcarum legum, quæ in Judæorum tranſgreſſionibus promulgatæ ſunt, atque de novella confirmatione * earum. Item ne Judæi, aut ſe, aut ſuos filios, vel famulos a * baptiſmo ſubtrahant. Item ne Judæi more ſuo celebrent paſcha, vel carnis circumciſiones exerceant, ac ne Chriſtianum quemquam fide Chriſti * dimoveant. Item ne Judæi ſabbata, ceteraſque feſtivitates ritus ſui celebrare præſumant. Item ut omnis Judæus diebus dominicis, & in prænotatis diebus ab opere ceſſet. Item ne Judæi more ſuo dijudicent eſcas. Item ne Judæi ex propinquitate ſui ſanguinis connubia ducant. Item ne Judæi religioni noſtræ inſultantes, ſectam ſuam defendere audeant: ac ne a fide refugientes alibi ſe tranſducant: & ne quilibet refugientes alibi ſuſcipiat. Item ne Chriſtianus a Judæo quodcumque munus contra fidem Chriſti accipiat. Item ne Judæi libros illos legere audeant, quos Chriſtiana fides repudiat. Item ne Judæis mancipia deſerviant, vel adhæreant Chriſtiana. Item ſi Judæus Chriſtianum eſſe teſtatur, & ob hoc non velit a ſe rejicere mancipium Chriſtianum. Item profeſſio Judæorum. * quando unuſquiſque ad finem veniens, indiculum profeſſionis ſuæ conſcribere debet. Item conditiones Judæorum, ad quas jurare debeant hi, qui ex eis ad fidem venientes, profeſſiones ſuas dederint. Item de Chriſtianis mancipiis Judæorum, quæ ſe non prodiderunt Chriſtiana, ſive de * publicatoribus eorum. Item ne Judæi, a quolibet poteſtate accepta, extra regiam ordinationem Chriſtianum, quemquam * imperare, plectere, vel diſtringere audeant. Item * ut Judæorum ſervi, necdum adhuc converſi ad Chriſti gratiam convolaverint, libertati donentur. Item ne Judæi adminiſtratorio uſu * ſub ordine villicorum, atque actorum Chriſtianam familiam * regere audeant: & de damnis eorum, qui iis talia ordinanda injunxerint. Item ut Judæus ex aliis provinciis, vel territoriis ad regni noſtri ditionem pertinentibus veniens, epiſcopo loci, vel ſacerdoti ſe præſentare non differat: * vel quid huic in * toto obſervari conveniat. Item qualiter concurſus Judæorum diebus inſtitutis ab epiſcopo fieri debeant. Item, ut quicumque Judæum ſecum * obſequentem habuerit, expetente ſacerdote eum apud ſe retinere non audeat. Item ut cura omnis * diſtinguendi Judæos, ſolis ſacerdotibus debeatur. Item de damnis ſacerdotum, vel judicum, qui in * Judæis inſtituta legum adimplere diſtulerint. Item ne judices quidquam de Judæorum exceſſibus extra ſacerdotum conniventiam judicare præſumant. Item ut * epiſcopi immunes habeantur a damnis, cum eorum presbyteri, ea, quæ ipſi non correxerint, ad eos non remiſerunt corrigenda. Item de reſervata principibus miſerendi poteſtate, in his, qui converſi ad fidem Chriſti veraciter fuerint. Item ut epiſcopi omnes Judæis ad ſe pertinentibus libellum de ſuis editum erroribus tradant, & ut profeſſiones eorum, vel conditiones in ſcriniis eccleſiæ condant. Quarum omnium legum promulgatio gravida, ſicut ſynodali judicio comprobata, ita generali omnium noſtrorum definitione in eorum erit deinceps exceſſibus * excernenda.

## X.

Pro his qui quolibet metu, vel terrore eccleſiam appetunt, conſentiente pariter, & jubente glorioſiſſimo domino noſtro Ervigio rege, hoc ſanctum concilium definivit, ut nullus audeat confugientes ad eccleſiam, vel reſidentes inde abſtrahere, aut quodcumque nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolii reſidentibus in loco ſancto inferre: ſed eſſe potius his ipſis, qui eccleſiam petunt, per omnia licitum in triginta * paſſibus ab eccleſiæ januis progredi: in quibus triginta paſſibus, uniuſcujuſque eccleſiæ, in toto circuitu reverentia defendetur: ſic

ANNO CHRISTI 681.

ſic tamen, ut hi, qui ad eam confugiunt, A in extraneis, vel longe ſeparatis ab eccleſia domibus nullo modo * obcellentur. Sed in hoc triginta paſſuum numero, abſque domorum extranearum recetaculis, * progrediendi aditum obtinebunt: * qualiter, & requiſitæ naturæ uſum debitis expleant locis: & nullo teneantur eventu neceſſitudinis, qui dominicis ſe defendendos commiſerint clauſtris. Si quis autem hoc decretum violare tentaverit, & eccleſiaſticæ excommunicationi ſubjaceat, & ſeveritatis regiæ feriatur ſententia. Ipſos tamen, qui ad eccle- B ſiam refugium fecerint, * juxta priſcorum canonum inſtituta, * hi qui eos * competunt ſacramenta reddiderint, & ſacerdos eccleſiæ ipſius ab eccleſiæ foribus non abſtraxerit, aut fuga talium ſi * venerit, ſacerdoti quærenda eſt, aut damnorum ſententia, ſecundum electionem principis, hujuſmodi ſacerdotibus irroganda.

* abſcondantur al. obrelegtur
* progredientes
* ut ad requiſitæ naturæ uſum debitis exeant
* ſi juxta
* his qui competunt
* evenerit,

## XI.

Præcepta domini ſunt dicentis: *Non facies tibi ſculptibile, neque omnem ſimilitudinem, quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in* C *terra deorſum, nec eorum, quæ ſunt in aquis ſub terra: non adorabis ea, neque coles.* Item: *Qui immolat diis, occidetur, præterquam domino ſoli.* Item. *Vir, aut mulier, qui faciant malum in conſpectu domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius, ut vadant, & ſerviant diis alienis, & adorent eos, ſolem & lunam, & omnem militiam cæli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit nunciatum, audienſque inquiſieris diligenter, & verum eſſe reperceris, & abominatio facta eſt in Iſrael, educes virum, ac mulierem, qui rem ſceleratiſſimam perpetrarunt ad portas civitatis tuæ,* D *& lapidibus obruentur.* Præcepta hæc domini non in ultione, ſed in terrore delinquentium apponentes, non mortis * per hanc ſententiam promulgamus, ſed cultores idolorum, veneratores lapidum, accenſores facularum, & * excolentes ſacra fontium vel arborum admonemus, ut agnoſcant, quod ipſi ſe ſpontaneæ morti ſubjiciunt, qui diabolo ſacrificare videntur: mortis enim nomine diabolus appellatur: ſicut de eo ſcriptum eſt: *Et erat illi nomen mors.* Ac proinde omne E ſacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud eſt contra ſanctam fidem, in quo inſipientes homines captivati diabolicis culturis inſerviuut, ſacerdotis, vel judicis inſtantia * inventa hæc ſacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos vero qui ad talem * errorem concurrunt, & verberibus coerceant, & onuſtos ferro ſuis dominis tradant. Si tamen domini eorum per jurisjurandi atteſtationem promittant, ſe eos tam ſolicite cuſtodire, ut ultra illis non liceat tale nefas committere. Quod ſi domini eorum noluunt hujuſmodi reos in fide ſua ſuſcipere, tunc ab eis, a quibus coerciti ſunt, regis conſpectibus præſententur: ut principalis auctoritas liberam ſe talibus donandi poteſtatem obtineat. Domini tamen eorum qui nunciatos ſibi talium ſervorum errores ulciſci * diſtulerint, excommunicationis ſententiam perferant, & jura ſervi illius, quem coercere nolunt, ſe amiſiſſe cognoſcant. Quod ſi ingenuorum perſonæ his erroribus fuerint implicatæ, & perpetua excommunicationis ſententia ferientur, & arctiori exilio * ulciſcentur.

Exod. 20
Exod. 22
Deut. 17
* per abſentiam
* excultores fontium admonemus, Concilium Toletanum XVI cap. 2
Apoc. 6
* inventum, ut
* horrorem incurrunt, al. accurrunt,
* noluerint
* feriantur

## XII.

Placuit huic * venerando concilio, ut juxta * priorum canonum inſtituta, epiſcopi ſingularum provinciarum annis ſingulis in unaquaque provincia Kalendis Novembribus concilium celebraturi conveniant. Quiſquis autem in prædictis Kalendis Novembribus pro celebratione ſynodi venire diſtulerit, excommunicationi debitæ ſubjacebit.

* ſancto
* priorum epiſcoporum ſingularum provinciarum inſtituta annis

## XIII.

Præmiſſis his omnibus ſynodalibus geſtis, quæ honeſto decretorum fine complevimus, perpetuum his robur per manuum noſtrarum ſubſcriptionem annectimus, dantes * in his gloriam, & honorem immortali Deo, & domino noſtro: quo inſpirante & determinationis noſtræ ſententia viguit, & probitas cauſarum honeſto fine complevit. * Cujus ſanctæ Trinitatis poſcimus inenarrabile * nomen & glorioſam ineffabilis potentiæ majeſtatem, ut det amatori Chriſti ſereniſſimo domino noſtro atque amantiſſimo Ervigio principi, cujus juſſu ad hunc meruimus advocari conventum, imperare clementer, regnare feliciter, habere de clementia fructum, obtinere de juſtitia præmium, de pietate trophæum: quo & hic invictus victor hoſtium ſemper appareat, & poſt diuturna hujus ævi curricula, ad regnum * æternæ vitæ cum ſuis omnibus coronandus perveniat: te præſtante Deo, & ſalvatore Jeſu Chriſto domino, qui cum Deo Patre, & Spiritu ſancto unus in Trinitate * vivis, & glorificaris Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

* pio
* Unde
* numen
* æternum cum
* vivit & regnat, al. vivit & glorificatur

Conſummatum eſt hoc ſanctum concilium die octava Kalendarum Februariarum, anno feliciter primo ſereniſſimi, atque clementiſſimi domini noſtri Ervigii regis, æra DCCXIX.

In-

ANNO CHRISTI 680.

*Interfuerunt huic ſancto Toletano XII. concilio pontifices numero trigintaquinque.*

## [1] SUBSCRIPTIONES.

*Epiſcopi.*

Ego Julianus indignus urbis regiæ Toletanæ ſedis epiſcopus hæc ſynodica inſtituta a nobis edita ſubſcripſi.

Ego Julianus Dei gratia Spalenſis eccleſiæ ſedis epiſcopus hæc ſynodica inſtituta a nobis edita ſubſcripſi.

Ego Liuba Bracarenſis ſedis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter.

Ego Stephanus Emeritenſis ſedis epiſcopus, &c.

Ego Alphalius * Abelenſis eccleſiæ epiſcopus, &c. (* Abulenſis)

Ego Leander eccleſiæ Illicitanæ epiſcopus, &c.

Ego Palmatius eccleſiæ Urcitanæ epiſcopus, &c.

Ego Concordius Palentinæ ſedis epiſcopus, &c.

Ego * Recilla indignus Accitanæ eccleſiæ epiſcopus, &c. (* R...)

Ego Simpronius indignus Segobrienſis eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Speraindeo Italicenſis ſedis epiſcopus, ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Geta Eliplenſis eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Memorius Arcavicenſis epiſcopus ſubſcr.

Ego Tructemundus Elborenſis ſedis epiſcopus, &c.

Ego Iſidorus Setabitanæ eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Gaudentius Valerienſis eccleſiæ epiſcopus ſimiliter.

Ego Deodatus Segobienſis eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego * Genetius Tudenſis eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Froaricus Portucalenſis eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Felix Irienſis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter.

Ego * Antonianus Baſtitanæ eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter. (* Antoninus)

Ego Proculus Bigaſtrenſis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter.

Ego * Acula Caurienſis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter. (* A...)

Ego * Reparatus Veſenſis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter. (* S...atus)

Ego Providentius Salmanticenſis eccclesiæ epiſcopus, ſimiliter.

Ego Siſebaldo Tuccitanæ eccleſiæ ſedis epiſcopus, ſimiliter.

Ego * Argibudo Eliberitanæ eccleſiæ ſedis epiſcopus, ſimiliter. (* Argibedo)

Ego Eila Segontienſis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter.

Ego Siberitanus Oxomenſis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter.

Ego Joannes Pacenſis eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Theodulfus Aſtigitanæ eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Samuel Malacitanæ eccleſiæ epiſcopus, &c.

Ego Gundulfus Lamecenſis eccleſiæ epiſcopus, ſimiliter, &c.

Ego Euphraſius Lucenſius eccleſiæ epiſcopus, &c.

A Ego * Theuderacus Aſidonenſis eccleſiæ epiſcopus, &c. (* Theodoracus)

*Abbates.*

Valdreudus abbas.

Florentius abbas.

Gratinus abbas.

Fauſtinus abbas.

*Vicarii epiſcoporum.*

Ego Annibonius presbyter, * agens vicem domini & pontificis mei Gildemeri epiſcopi Complutenſis eccleſiæ, ſubſcripſi. (* tenens)

Ego Vincentius presbyter, agens vicem domini & pontificis mei Felicis epiſcopi Danienſis eccleſiæ, ſubſcripſi.

B Aſturius diaconus, agens vicem domini & pontificis mei Hoſpitalis epiſcopi Valentinæ eccleſiæ, ſubſcripſi.

*Viri illuſtres officii palatini.*

Ego Seſullus hæc ſtatuta, quibus interfui, annuens ſubſcripſi.

Ego Reccaredus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Vvitiſſa ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Vvimar ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Theudila ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Oſtrulphus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Salamirus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Theudefredus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Egiſeberinus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Theudulphus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Ildigiſus ſimiliter ſubſcripſi.

C Ego Vitulus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Ella ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Adilegus ſimiliter ſubſcripſi.

Ego Ataneſus ſimiliter ſubſcripſi.

## EDITA [1] LEX IN CONFIRMATIONE

concilii Toletani ſub die VIII. Kalendas Februarii, anno feliciter primo glorię noſtrę.

*In nomine domini Flavius Ervigius rex.*

MAGNA ſalus populi gentiſque noſtrę * regno conquiritur, hęc ſynodalium decreta geſtorum, ſicut pio devotionis noſtrę ſtudio acta ſunt, ita inconvulſibilis noſtrę legis valido D oraculo confirmentur; ut quod ſereniſſimo noſtię celſitudinis juſſu, a venerandis patribus, & clariſſimis palatii noſtri ſenioribus, diſcreta titulorum exaratione eſt editum, preſentis legis hujus noſtrę edicto ab ęmulis defendatur. * Etenim hęc ipſa definitio canonum ſub iſto * renotata ordine titulorum; id eſt, de agnita & confirmata * pręlectione faſtigii principalis in nomine * noſtrę ſerenitatis. Item de his pœnitentiam non ſentientes accipiunt. Item de culpatorum receptione, vel communione apud eccleſiam. Item ut in locis ubi epiſcopus non fuit, nunquam epiſcopus ordinetur. Item quorumdam conſuetudine ſacerdotum fœdiſſima, qui oblatis Deo per ſe ſacrificiis non commu- E nicant. Item de conceſſa Toletano pontifici generalis ſynodi poteſtate. Ut epiſcopus alterius provincię, cum conniventia principum, in urbe regia ordinetur. Item de recepto teſtimonio perſonarum, quæ per legem, quę de promotione exercitus facta eſt, teſtificandi licentiam perdiderunt. Item de his, qui uxores ſuas divortio intercedente relinquunt. Item de confirmatione legum, quę in Judęorum nequitiam promulgatę ſunt, juxta earumdem legum præ-

(* ac regni; * Eſt enim; * notata; * prælatione; * ſanctæ Trinitatis)

[1] In ... vetus tamen eſt Ge... , ut Cardinalis de Aguirre ſcripſit.

ANNO CHRISTI 681.

præfixum ordinem titulorum, qui in eorum canone annumerantur. Item de his, qui ad eccleſiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de * interdicto temporis conſtituti, quo * debuit concilium celebrari. Item concluſio definitionum, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro principe exoratur.

(* tempore, * debeat)

Quibus omnibus ſynodalibus * geſtis atque decretis & debitam reverentiam honoris impendimus, & patulum auctoritatis noſtræ vigorem his innectere * procuramus. Ideoque præmiſſas has conſtitutiones ſynodicas a præſenti die, vel tempore, id eſt, ab octavo Kalendas Februarii, anno primo regni noſtri, nullus audeat contemnere; nullus etiam præterire; nemo earumdem conſtitutionum audeat jura convellere; nullus temerator hæc decreta * ſubvertet, nemo illicitator, vel contemptor vigorem his inſtitutionibus ſubtrahet; ſed generaliter per cunctas regni noſtri provincias, hæc canonum inſtituta noſtræ gloriæ temporibus acta, & auctoritatis debitæ faſtigio præpollebunt, & irrevocabili judiciorum exercitio, prout * conſtitutæ ſunt in omnibus regni noſtri provinciis celebres habebuntur. Si quis autem hæc inſtituta contemnat, contemptorum ſe noverit damnari ſententia, id eſt, ut juxta voluntatem noſtræ gloriæ, & excommunicatus a cœtu noſtro reſiliat, & inſuper decimam partem * rei ſuæ fiſci partibus ſociandam amittat. Quod ſi nihil habuerit facultatis unde prædictam compoſitionem perſolvere poſſit; abſque * aliquo infamio ſui, quinquaginta eum oportebit iſtibus * verberari. Edita lex in confirmatione concilii * Toleto, ſub die VIII. Kalendarum Februariarum, feliciter primo regni gloriæ noſtræ.

(* decretis atque actis; * properamus; * ſubvertere, -et; * conſtituta; * facultatis; * aliqua infamia; * verberari, ut ſemper in famis permaneat; * Toletani)

In nomine domini Flavius Ervigius rex hoc legis noſtræ edictum in confirmatione hujus concilii promulgatum ſubſcripſi.

## NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *In miſſarum ſolemniis.*) De ſymbolo recitando alias voce in miſſarum ſolemniis ſuperius diximus. Nunc de miſſa nomine, & hujus vocis antiquitate aliquid addamus ex ſententia patrum. Miſſæ nomen Latinum, non Hebræum eſt, ut neoterici ſtudioſe excogitant. Iſidorus Hiſpal. lib. etymolog. 6. cap. 19. Alcuinus de divinis officiis & Remigius de offic. miſſar. Miſſa a præmittendo, vel emittendo, vel dimittendo, dicitur. Unde Ambroſius lib. 2. epiſt. 14. in miſſa catechumenorum utitur illa voce, *dimiſſis catechumenis*. Alii a gemina miſſione dictam exiſtimant. Prima miſſio eſt catechumenorum, altera fidelium, quæ fieri ſolet peractis ſacris, clamante diacono: *Ite miſſa eſt*, hoc eſt, finita & completa eſt oblatio. Caſſianus lib. 2. inſtit. cap. 13. nocturnæ miſſæ meminit: quod nihil aliud eſt, quam dimiſſio, quæ fiebat a ſynaxi peracta & finita oratione. Et lib. 3. Inſtit. cap. 7. ſic inquit: *Is vero qui in tertia, ſexta, nona, priuſquam pſalmus cœptus fuerit ad orationem non occurrerit, ulterius oratorium introire non audeat, nec ſemetipſum admiſcere pſallentibus, ſed congregationis miſſam, ſtans pro foribus præſtoletur.* & alibi miſſam vigiliarum, pro dimiſſione peractis vigiliis. Unde recte auctor Gasconius Hiſpanus, ſive alius, in notis Caſſiani exiſtimat apud Caſſianum ſumi miſſam pro quacumque ſynaxi, ſive congregatione, quam monachi publice orandi cauſa faciebant; nempe, tertia, ſexta, nona, & aliis. Accipiebat vero nomen ab ipſa dimiſſione completa oratione. Nam, ut Smaragdus ait, *orationes*, id eſt collectæ, *quæ in fine curſus a ſacerdote dicuntur, miſſa, id eſt, Deo tranſmiſſa dicuntur.* Unde idem Caſſianus miſſam, finem ſynaxeos vocat lib. 4. cap. 7. ut ſupra dictum eſt. Verum cum ex omnibus ſolennitatibus, ſacrificiis, & oblationibus donorum, quæ Deo in orbe terrarum fiunt, maxima oblatio ſit ſacrum miſſæ ratione veri & proprii ſacrificii, & ſanguinis Chriſti, in quo panis & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti tranſubſtantiantur, deinde per excellentiam miſſa nominatur oblatio & ſacrificium illud incruentum corporis & ſanguinis Chriſti, quod quotidie a ſacerdotibus peragitur: ad quod omnia alia officia divina, tanquam ad ſcopum, diriguntur. Miſſæque nomen, pro hoc ſacrificio uſurpari, non eſt recens, ſed antiquum, ut conſtat ex Evariſto papa tertio a Petro, apud Burch. lib. 3. decret. cap. 57. *Omnes baſilicæ* & Alexandro Papa a Petro quarto, epiſtola ad omnes orthodoxos, & Teleſphoro papa ſexto a Petro, canon. *Nocte ſancta*, de conſecr. diſt. 1. Hac eadem voce utitur Leo Magnus epiſt. 81. & ſanctus Ambroſius epiſt. 33. ſanct. Auguſtinus ſermone de tempore 91. Item Gregorius Magnus, & Iſidorus Hiſpalenſis, & complures illius ſæculi patres.

(Etymologia vocabuli miſſæ quæ?)

b *Per depulſiones canonum antiquorum.*) Concilii Toletani IV. canone 75. & toto concilio V. VI. & VII. c. 1. Id enim tot conciliis, & decretis cavetur. Nam, ut inquit Gregorius Turon. lib. 3. *ſumpſerant Gothi hanc deteſtabilem conſuetudinem, ut ſi quis eis de regibus non placuiſſet, gladio eum appeterent, & quem libuiſſet animo, hunc ſibi ſtatuerent regem*, & concilio Toletano XVI. cap. 10. dicitur. *Quia juriſjurandi tranſgreſſio valde inolevit, & machinandi contra principes noſtros conſuetudo ſæva.*

(Garſias in numero poſitum ...)

c *Ex concilio Nicæno titulo 8.*) Habetur nunc cap. 6. de non ordinandis epiſcopis per vicos.

d *Titulo 57.*) Idem habetur concilio Carthaginenſi II. cap. 5. & Laodiceno cap. 57.

e *Sed in uno die ſi plurima.*) Hinc patet in more fuiſſe plures uno die miſſas dici, aliqua urgente neceſſitate. Unde concilio Salegunſtadenſi cap. 5. *Item decretum eſſe dicitur, ut unuſquiſque presbyter in die non amplius quam tres miſſas celebrare præſumat*: & Altiſiodorenſi cap. 10. *Non licet ſupra uno altario in una die duas miſſas dicere.* Liberum vero aliquando fuiſſe uno die plures miſſas celebrare, tradit etiam Walafridus Strabo de rebus eccleſiaſticis c. 21. ubi ad ſuam notitiam perveniſſe gravium virorum relatu teſtatur, Leonem papam ſæpe ſepties aut octies uno die celebrare ſolitum: contra vero D. Bonifacium archiepiſcopum & martyrem, ſemel dumtaxat per diem. Neceſſitate vero exigente pluries fieri permiſſum, ex Gratiano de conſec. d. 1. cap. *Sufficit*, ex Alexandro papa qui ſic habet: *Sufficit ſacerdoti unam miſſam in die una celebrare: quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & totum mundum redemit. Non modica res eſt unam miſſam facere, & valde felix eſt, qui unam digne celebrare poteſt. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, alteram de die, ſi neceſſe fuerit. Qui vero pro pecuniis, aut adulationibus ſæcularium una die præſumunt plures facere miſſas, non æſtimo evadere damnationem.* Hoc Alexander. In ſeptem caſibus uno die plures dicere miſſas licet: primus die nativitatis, quo tres dici poſſunt, canone, *Nocte ſancta*, media nocte, & diluculo, & tertia hora, & aliis, ut tradit doctor inſignis Navarra capite vigeſimoquinto ſummæ, num. 78. Item Durandus in rationali lib. 4. c. 1. Turrecremata in dict. can. *Sufficit*. Silveſter in ſumma, voce *miſſa*, Soto 4. ſententiar. diſtinctione tredecima, quæſtione ſecunda, articulo 2. Leo primus epiſtola octogeſima prima ad Dioſcorum addit, ſacerdotem miſſam iterare poſſe, cum ſolennior feſtivitas conventum populi numeroſioris indixerit, & ad eam tanta multitudo convenerit, quam recipere baſilica ſimul una non poſſit. *Tum enim*, ait Leo, *ſacrificii oblatio procul dubio iteratur.* Item Innocentius, cap. *Conſuluiſti de celebratione miſſarum.* Hodie id fit, cum ſub una parochia unus ſacerdos duo habet oppida unita. Ex aliis etiam cauſis idem licere tradunt doctores ſcholaſtici Antonin. 3. p. tit. 13 cap. 6. §. 4. & Paludan. in 4. d. 13. q. 2. Walfrid. de rebus eccleſ. cap. 25.

(Plures miſſas uno die celebrare an licitum? — Quibus & quot caſibus uno die plures miſſas celebrare liceat?)

f *In ſola tantum extremis.*) Hunc morem celebrandi ſæpius in die miſſæ ſacrificium, & in ultimo ſumendi communionis ſanctæ gratiam, tempore Cypriani in uſu fuiſſe, patet ex ejus epiſtola 63. ad Cæcilium.

(An ſit antiquitus permiſſum plures miſſas uno die celebrare?)

g *Libera principalis electio.*) Studium & labor eligendi viros epiſcopatibus præficiendos, penes reges tempore Gothorum erat: quod uſque, Romanorum pontificum indulgentia, ad noſtra tempora penes Hiſpaniæ reges reſedit. Conſtat id ex epiſtola Braulionis ad Iſidorum Hiſpalenſem epiſcopum: *Ut quia*, inquit, *Euſebius noſter metropolitanus deceſſit, habeat miſericordia curam, & hoc filiolo tuo noſtro domino ſuggeras, ut illum illi loco præficiat, cujus doctrina ſanctitas ceteris ſit vitæ forma.* Cui Iſidorus ſic reſpondet: *De conſtituendo autem epiſcopo Tarraconenſi, non eam quam petiſti, ſenſi ſententiam regis, ſed tamen & ipſe adhuc, ubi certius convertat animum, illi manet incertum.* Et concilio XVI. Toletano in tomo Egicæ regis cavetur, ut ſi quis epiſcopus in ſua diœceſi idololatriam fieri permiſerit, officio ſuo deponatur, alio tamen principali electione ibidem conſtituto, qui poſſit hujus inſtitutionis ordinem ſervare. Unde conſtat ad regiam curam pertinere, nominare epiſcopos: quod fiebat hoc pacto: Rex de ea re nominationem referebat ad concilium; concilium autem inquirebat, an nominatus dignus eſſet eo munere, ut ad epiſcopatum eveheretur: quod ſi inventus eſſet moribus & doctrina ornatus, ſtatim a concilio confirmabatur. Patet hoc etiam ex concilio XVI. Toletano in decreto judicii ab univerſis edito de depoſitione Siſberti præſulis Toletani, his verbis: *Igitur quoniam in*

(Quare rex Hiſpaniæ epiſcopos nominet?)

eorum ſecundum regulam ſancti patris Benedicti fideliter Chriſto deſervirent. Quod ſi aliquando, peccatis exigentibus, aut negligentia paſtorali a via rectitudinis & obſervatione regulæ ſancti Benedicti in futuro deviare conarentur, aut cogerentur: tunc convocatio ſanctorum ſacerdotum, reliquorumque militum Chriſti unanimiter fieret, eorumque per conſilium in priſtinum reducerentur ſtatum. Si vero hac pontificali auctoritate poſtpoſita, qualibet cavillatione ſiniſtram elegiſſent vitam ac converſationem tenere, ſub vinculo anathematis æternaliter ſe damnandos ſcirent.

### NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

1 *Concilium Rothomagenſe.*) In vulgatis exemplaribus vitæ Sancti Ansberti habitum dicitur anno XIII. Theoderici regis, nos anno XVI. reſtituimus ex codice ſancti Michaelis in mari. Theodericus enim poſt paſcha regnare cepit anno Chriſti DCLXVII. ut patet ex privilegio altero Vindiciani pro eccleſia Atrebatenſi dato *Kalendis Maii ann.* VII. *Theoderici regis indictione* 11. itemque ex aliis Vindiciani ejuſdem litteris apud Baldricum in Chronico Cameracenſi lib. 1. cap. 25. in quibus Leodegarius epiſcopus ſubſcribit, VIII. *Idus Majas*, anno VII. *Theoderici regis, indictione* 11. hoc eſt juxta æram noſtram Chriſti anno DC. LXXIV. cujus anni menſe Majo ſecunda erat indictio.

### OBSSERVATIO PHILIPPI LABBE, S. J.

Aigradus monachus, aut quiſquis alius fuit vitæ S. Ansberti ex Fontanellenſi abbate Rothomagenſis præſulis interpolator, Baronium, Binium, Sirmondum, multoſque alios hactenus in fraudem induxit productis in vulgatum textum tribus minimum iiſque graviſſimis erroribus, quos hic breviter emendandos moneo, ne ſacram chronologiam commaculare diutius pergant. I. enim æræ Chriſti annus 681. in 692. mutandus; tum indictio X. in V. Ansberti denique pontificatus annus quintus in tertium reformandus, cum certo certius ſit die dumtaxat 20. menſis Auguſti anni 689 S. Audoenum Ansberti deceſſorem annos 90. natum, cum ſediſſet Rothomagi an. 43. m. 3. d. 10. ex Clipiacenſi villa prope Lutetiam Pariſiorum ad ſuperos abiiſſe. Plura qui volet conſulat lector R. P. Godefridi Henſchenii S. J. diatribam de tribus Dagobertis pag. 129. & chronici noſtri hiſtorici pag. 339. 545. 547. Porro hæc a nobis obſervatio non fuerat A omittenda, quod diligentiſſimus atque infinitæ lectionis vir Sirmondus noſter ὁ μακαρίτης in mſ. codice S. Michaelis in periculo maris repererit adſcriptum annum regis Theoderici 16. eumque cum Atrebatenſibus diplomatis (quæ nos alias pluribus eluſimus) tanquam ſpecimen quoddam arripuerit ad ſtabiliendam annorum 34. regni Theodericiani epocham illam, quam nos primi eductis in aciem pluribus argumentis annos omnino 14. (non tantum 4. ut vulgo plerique omnes) Clotario ejus fratri natu majori vindicantibus falſam eſſe convicimus.

### OBSERVATIO P. GUGLIELMI BESSIN.

*In Concil. Rotomag. Prov. pag.* 13.

Quo anno habitum fuerit hoc Concilium non conſentiunt Chronologi. Illud Sirmondus an. Incarn. Dom. 682. Mabillonius an. 689. Labbeus an. 692. Et quidem Sirmondo favent plerique Codices MSS. in vita S. Ansberti Fontanellenſis, Gemeticenſes duo, Ulcenſis, & B alii. At in codicibus illis annus æræ Chriſtianæ videtur interpolatus. Scilicet cum ante Caroli M. principatum in Gallicano calculo non alia præter currentis regni annos chronologica nota apponeretur; qui deinceps antiquioribus inſtrumentis exſcribendis dabant operam, ubi annos dumtaxat regum aut Imperatorum appoſitos deprehendebant, de ſuo annos Incarnationis vel etiam Indictionem adjiciebant, ut autographi ætatem accuratius diſtinguerent; qua in re non raro peccabant in Chronologiæ regulas.

An vero Concilium noſtrum anno 689. an poſteriori ſit coactum, pendet ex Regum Francorum illius ævi chronologia. In ipſo concilii titulo legimus annum quintum Pontificatus S. Ansberti. Audoeno Rotomagenſi Epiſcopo immediate ſucceſſit Ansbertus. Rotomagenſem eccleſiam rexit Audoneus annis 43. cum 3. menſibus, & diebus 10. Ordinatus fuit Epiſcopus anno tertio Clodovei regis, ut ipſe in vita S. Eligii a ſe conſcripta teſtatur apertiſſime. Quotus vero Chriſti annus fuit tertius ille C Clodovei regis? Id pendet ex primo Dagoberti regni anno.

Dagobertum Clodovei patrem annis 16. regnaviſſe conſtat apud omnes. Sed cum annis ſex cum patre Clotario regnaverit, alii hos 16 annos ab obitu patris, id eſt, ab anno 628. alii ab an. 622. quo vivente patre ad ſex annos Rex Auſtraſiæ dictus eſt Dagobertus, numerandos exiſtimant. Unde prioris ſententiæ Auctores Dagoberti obitum an. 644. alii ſexennio prius, ſeu anno 638. collocant. Si anno 638. mortuo Dagoberto regnare cœpit Clodoveus, ordinatus fuit Epiſcopus Audoneus an. 640. obiit anno 683 habitum eſt Concilium noſtrum an. 688 At ſi non ante annum 644 Dagobertus obiit, non ante annum 646. Audoenus ordinatus eſt; non ante an. 688. aut 689. ipſi ſucceſſit Ansbertus, nec ante an. 693. Concilium de quo agitur coegit.

# ARELATENSE CONCILIUM

*Forte anno* 682. *celebratum.*

### EDITORIS ADMONITIO

Anno forte 682. Ex ſuppl. Manſi pag. 511

POſt canones aliquot ex concilio IV. Toletano anni 633. deſumptos additi ſunt in vetuſtiſſima Collectione noſtra MS. Lucenſi Cod. num. 490. canones duo ſub hoc titulo: *ex ſynodo Arelatenſe æra XX.* Temporis adſcriptiones mancas eſſe omnes plane intelligent, cum æra illa XX. paulo poſt ortum Chriſtum nos ducat; quare reſectas eſſe ſæculorum no- D tas haud abs re opinaremur. Cum igitur poſt annum 633. qua ſynodus illa Toletana IV. convenit, nullus annus propior ſucceſſerit, cui æra illa XX. adjecta centenariorum nota congruerit, præter annum 682. qui cum æra DCLXX. concurrit: ideo concilio Arelatenſi ejus anni canones nunquam antehac excuſos tribuendos cenſeo.

# VITA EPISTOLÆ ET DECRETA LEONIS PAPÆ II.

LEO [a] (a), natione Siculus, ex patre Paulo, [b] ſedit menſes decem, dies [c] ſeptem & decem. Vir eloquentiſſimus & in divinis ſcripturis ſufficienter inſtructus, Græca, Latina- E que lingua eruditus, cantilena ac pſalmodia præcipuus, & in earum ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limatus; lingua quoque ſcholaſticus, eloquendi majori lectione [d] polita, exhor-

[a] octo

[d] politus,

(a) *Leo junior.*

hortator omnium bonorum operum, * pleriſque florentiſſimam ingerens ſcientiam, paupertatis amator, & erga * inopem proviſor, non ſolum mentis pietate, ſed & ſtudii ſui labore ſolicitus. (c) Hic ſuſcepit ſanctam ſextam ſynodum, quæ per Dei providentiam nuper in regia urbe celebrata eſt, Græco eloquio conſcriptam, exequente ac reſidente piiſſimo & clementiſſimo magno principe Conſtantino intra regale palatium ejus, quod appellatur Trullus: ſimulque cum eo legati ſedis apoſtolicę, & duo patriarchę, id eſt Conſtantinopolitanus & Antiochenus, atque centum quinquaginta epiſcopi, in qua & condemnati ſunt Cyrus, Sergius, (d) Honorius, & Pyrrhus, Paulus, & Petrus, nec non & Macarius cum diſcipulo ſuo Stephano, ſed & Polychronius novus Simon, qui unam voluntatem & operationem in domino Jeſu Chriſto dixerunt, vel predicaverunt, aut qui denuo predicaturi fuerint aut defenſaverint. Sed ut & nunc duę voluntates & operationes ipſius diſpenſatoris Chriſti & ſalvatoris Dei noſtri dicantur, (a) ſicut eadem ſynodus ſtudioſiſſime in Latinum translata declarat. Verumtamen * ſupraſcripti defenſores malorum hęreſeos (b), dum nollent a ſuo recedere propoſito per diverſa monaſteria ſunt retruſi. Qui prædictus ſanctiſſimus * vir abſolvit duos viros in percipienda communione, qui de regia urbe cum ſupraſcripto Macario & ceteris in Romanam directi ſunt civitatem, * qui nec dum a ſynodo anathematizati erant, id eſt, Anaſtaſium presbyterum, & Leontium diaconum eccleſię Conſtantinopolitanę in die ſancto Theophanię, exponentes videlicet per propria ſcripta fidem ſuam, juxta quod & ſancta ſynodus determinavit, anathematizantes videlicet * omnes hæreticos, ſed & ſupraſcriptos viros complices quos ſancta ſynodus vel ſedes apoſtolica anathematizavit.

Hujus temporibus percurrente divali juſsione (c) clementiſsimi principis reſtituta eſt eccleſia * Ravennatis ſub ordinatione ſedis apoſtolicę (d) defuncto archiepiſcopo, qui electus (e) fuit juxta antiquam conſuetudinem in civitatem Romanam veniat * ordinandus. Hic fecit conſtitutum, quod archivo eccleſię continetur, ut qui ordinatus fuerit archiepiſcopus nulla conſuetudine pro uſu pallii aut diverſis officiis eccleſiæ perſolvere debeat, * ſed & ne Mauri quondam epiſcopi anniverſitas aut agenda celebretur: ſed & typum autocephalię, quem ſibi elicuerant ad amputanda ſcandala ſedis apoſtolicæ, reſtituerunt. Hic fecit eccleſiam in urbe Roma juxta ſanctam Bibianam, ubi & corpora ſanctorum Simplicii, Fauſtini, & Beatricis, atque aliorum martyrum recondidit, & ad nomen beati Pauli apoſtoli dedicavit (f). Hujus almi pontificis juſſu eccleſia juxta velum aureum in honorem beati Sebaſtiani ædificata eſt, nec non in honore martyris Georgii. Hujus temporibus (g) die decima ſexta menſis Aprilis, indictione undecima, luna eclypſim pertulit. Poſt cœnam domini nocte pene tota in ſanguineo vultu elaboravit, & niſi poſt galli cantum cœpit paulatim delimpidare, & in ſuum reverti (h) reſpectum. Hic fecit ordinationem unam per menſem * Junii, die vigeſima ſeptima, presbyteros novem, (i) diaconos tres, epiſcopos per diverſa loca numero viginti tres. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum, ſub die * quinto Nonas Julias. Et ceſſavit epiſcopatus (l) menſes 2. dies 22. Qui ſupraſcriptus ſanctiſſimus vir ordinatus eſt a tribus epiſcopis, id eſt Andrea Oſtienſi, Joanne * Portuenſi, & Placentino Veliternienſi, (m) pro eo quod Albanenſis eccleſia epiſcopum minime habuit.

Margin notes: * eorumque ſcienti[illegible] me[illegible] * inopum pro[illegible]. * de ſupraſcriptis defenſoribus majores, ſcilicet Macarius, Stephanus, Polychronius & Anaſtaſius, dum nollent a ſuo recedere propoſito Romæ per * Leo, * quia. * duos. * R[illegible]. * ad ordinandum. * ſed & ne Mauri quondam epiſcopi anniverſarius aut agenda celebraretur [illegible]. * ſtarum * Majum. * iv. Kal. Julias. * Qui interfuit ſextæ ſynodo. Vide ſupra p. 1091.

## Notæ Severini Binii

a *Leo.*) Ex canone ſecundo concilii Toletani XIV. infra aperte colligitur, Leonem creatum eſſe pontificem anno domini 683. Cum enim menſes dumtaxat decem ſedem pontificiam tenuerit, fueritque adhuc ſuperſtes tempore habiti Concilii Toletani XIV. prout * manifeſte indicat canon 2. ejuſdem concilii, certiſſimo indicio cognoſcitur, ipſum non ante annum domini 683. thronum apoſtolicum conſcendiſſe.

b *Sedet menſes decem, dies 17.*) Defunctus iv. Kalendas Julii, quo die in eccleſiaſticis tabulis inter ſanctos annumeratus habetur, ſedit menſes decem, & dies octo. Baron. anno 684. num. 1.

c *Hic ſuſcepit ſanctam ſextam ſynodum.*) Quando Leo pontifex arbitrio imperatoris electionem papæ confirmantis pontificatum adminiſtrandum accepiſſet, permiſit idem imperator Romam redire ſedis apoſtolicæ legatos, quos hactenus perſuaſu Theodori Conſtantinopolitani epiſcopi fortaſſe Conſtantinopoli diutius detinuerat. Acta ſynodalia Græce conſcripta, a Theodoro, ut diximus, depravata, non autem (ut ille præ ſe ferebat) caſtigata, ad pontificem perferenda iiſdem tradidit.

Quæ cum ſanctus Leo accepiſſet, Latinitate donavit. Sed an eadem impoſturam Theodori Monothelitæ corrupta approbaverit? Niſi commentitiam eſſe dixeris ejuſdem Leonis epiſtolam primam, cum communi ſententia neceſſum eſt affirmare, quod ſanctus Leo ea acta confirmaverit, quæ per legatos acceperat, quæve Theodorus inſerto nomine Honorii corruperat, pluribuſque additiis ſcriptis auxerat: atque ita pro defenſione Leonis dicendum eſt, vel quod eam iniquiſſimam conditionem ſubire neceſſitas temporis exegerit, adeo ut ſi id non feciſſet, damnata hæreſis iterum revixiſſet, actaque ſynodalia abolenda fuiſſent: vel quod Leo præteritarum rerum ignarus neſciviſſet acta legitima ſynodi, eamque defenſionem, qua Joannes papa & Maximus abbas Honorii epiſtolas declaraverant & defenderant. Sed cum horum neutrum in pontifice culpa caruiſſet, alterutrum horum neceſſario eſt ſtatuendum, vel quod acta concilii ante tempora Leonis incorrupta quidem extiterint, fuerintque tum demum depravata, cum Leonis epiſtola, quando poſt annos decem & viginti Monothelitæ decreta ſynodi impugnare cœperunt, vel quod ipſa epiſtola Leonis, ſicut aſſerit Baronius, commentitia exiſtat. Quibus conjecturis hanc ſuam ſententiam auctor annalium confirmet, dicam infra in notis ejuſdem epiſtolæ.

d *Honorius.* Actis illis, quæ Leoni pontifici oblata fuerunt, nomen Honorii per impoſturam Theodori doloſe ſuperadditum fuiſſe ſentit Baronius. Quid de hac re judicent alii, ſupra dixi.

Margin notes: Leonem II anno 683. pontificem eſſe factum probatur. * extat hic Binius, qui & ipſe poſtea conc. hoc Tol. XIV. ſub Benedicto II collocat. Tempus ſedis. Legati Romam reverſi acta ſynodalia ſecum attulerunt. An S. Leo acta ſynodalia confirmaverit.

## Obsservatio Philippi Labbe, S. J.

In tota pontificum Romanorum ſerie vix quicquam in priſcis recentiſque memoriæ ſcriptoribus occurrit intricatius initio, geſtis atque obitu Leonis papæ II. quare ut mihi lectoribuſque meis faciem ſatis pauca hic in anteceſſum [illegible] attingam atque obſervabo.

Anno Chriſti 682. ineunte die 10. Januarii indictione X. obiit aut ſaltem ſepultus eſt Agatho papa poſt ſedem annorum trium, menſium 6. & dierum 15. cum jam a die 16. Septembris abſolutum fuiſſet concilium CP. III. ſive œcumenicum ſextum labente adhuc apud Latinos ind. IX.

Leo II. paullo poſt Agathonis mortem electus eſt Romanus pontifex.

Audita morte Agathonis & electione Leonis Conſtantinus imperator die 13. Aprilis (non Decembris ut in vulgata editione legitur) ad Leonem ſcribit epiſtolam quæ extat Græce & Latine in fine ſeſſionis XVIII.

Menſe Julio ind. X. redeunt legati ab Agathone papa

pa

(a) quam & [illegible] in Latinum tranſlatavit Verumtamen &c. (b) hæreſeos Macarium, Stephanum, Polychronium, Anaſtaſium dum nolient &c. (c) piiſſimi (d) ut det acta. (e) fuerit. (f) dedicavit ſub die XXII. menſis Februarii, ubi & dona [illegible] Hujus temporibus (intermedia deſunt.) (g) die XV. (h) reſpectum deeſt. (i) Diaconos XXI (l) menſes XI (m) Albanenſem minime habuit.

pæ anno 680. ad concilium generale miſſi, ejuſque acta rem Conſtantini epiſtola referunt.

Die 15. Auguſti ind. X. Leo II. accepta confirmatione ordinatur pontifex tum ab aliis, tum a Joanne Portuenſi epiſcopo qui unus fuerat ex legatis, ideoque dicendum eſt ſediſſe annum unum cum menſibus decem & diebus 14.

Vulgo tamen conſecratio ejus die 15. Auguſti anni ſeq. 683. affigitur vergente ad finem indictione XI. Quod ſi verum eſt, fatendum erit Leonem II. a Romanis electum atque interim pontificium munus pro dignitate obeuntem vix ac ne vix tandem poſt annum ac ſex circiter menſes conſenſiſſe in ſuam conſecrationem pra ſumma animi demiſſione, aliaſve ob cauſas.

Anno 683. ind. XI. die 16. Aprilis poſt cœnam domini luna tota pene nocte in ſanguineo vultu elaboravit, & non niſi per galli cantum, hoc eſt paullo poſt mediam noctem inchoata jam feria ſexta majoris hebdomadæ ex tenebris cœpit emergere, teſte Anaſtaſio. Hæc vero eclipſis contigit tempore hujus papæ Leonis, aut B dumtaxat electi, aut etiam conſecrati ex diverſa numerandi ratione.

Majo menſe indictionis (non X. ſed) XI. examinatis per otium actis ſextæ ſynodi quæ cum imperatoria epiſtola menſe Julio anni ſuperioris revertentes legati retulerant, Leo aut electus tantum, aut jam ab anno ſuperiori ſolemni more ordinatus, reſcripſit ad imperatorem, quæque geſta fuerant in ſexto œcumenico concilio approbavit. Sunt & qui hujus anni menſe Junio Leonem mortuum velint.

Sub autumnum anni 683. inchoata jam, ut par eſt credere, indictione XII. miſit Leo acta concilii œcumenici in Hiſpaniam per Petrum Regionarium S. R. E. notarium cum epiſtolis quæ extant: ſed cum ea jam die 4. Novembri, perfecto concilio Toletano XIII. dimiſſiſque in ſuas civitates patribus delata fuiſſent, eorum lectio in anni ſequentis Novembrem menſem prorogata eſt, quo concilium Toletanum XIV. celebratum fuit circa 722.

Interim die 28. Junii anni 684. ind. labente XII. obiit Leo, eique die 20. Auguſti ſucceſſit Benedictus II. qui ad eundem Petrum regionarium & ad Ervigium regem ſcripſit, obiitque die 7. Maji anni 685 ind. XIII. Illi porro chronologi qui mortuum Leonem contendunt anno 683. Benedicti primordia anno 683. conſignant, ejuſdemque aut ſucceſſoris pontificatum uno anno productiorem fuiſſe affirmant. Sed non eſt neceſſe circumſcriptos a nobis aliiſque limites perrumpere. Cum enim Petrus Regionarius a Leone anno 683. miſſus in Hiſpaniam jam abſoluto concilio Toletano XIII. ibidem ſubſtitiſſet donec in ſequentis concilii Toletani XIV. conventu annuo actis ſynodi œcumenicæ Hiſpani epiſcopi ſubſcriberent, auditaque morte Leonis ſegnius forte urgeret Petrus quæ fuerant a Leone mandata, Benedictus ejus ſucceſſor paulo poſt electionem ordinationemve ſuam eundem data quæ extat epiſtola hortatus eſt, ut pro apoſtolicæ fidei firmitate cum ſummo pietatis ſtudio commiſſum miniſterium perageret: quod & fecit menſe Novembri anni 684. ut ex can. 2. Tolet. XIV. datur intelligi.

## †SACRUM RESCRIPTUM PIISSIMI ET CHRISTUM DILIGENTIS imperatoris Conſtantini.

Ad Leonem ſanctiſſimum & beatiſſimum papam ſenioris Romæ miſſum per eos qui illinc directi erant a ſuperſtite Agathone ſanctæ memoriæ.

Nunciat Agathonis fidem a concilio fuiſſe approbatam, Macarium & ſocios, qui reſipiſcere noluerunt, Romam mitti. Hortatur ut hæreticos impugnet, & apocriſiarios ad ſe mittat.

*Leoni ſanctiſſimo & beatiſſimo archiepiſcopo veteris & clariſſimæ urbis Romæ, & œcumenico papæ. Miſſa eſt menſe Decembri, indictione decima.*

Cœlorum æternum regnum & beatitudinem expetentes, & ad ſpiritualem adoptionem pia noſtra conſilia dirigentes, &c. *Extat ſupra ſub finem ſextæ ſynodi Conſtantinopolitanæ A actione 18. pag. 713. A. Græce & Latine una cum ejuſdem Conſtantini imperatoris ſacra ad ſynodum apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ G. pariter & L. pag. 719. A.*

### Nota Severini Binii.

a *Sacrum reſcriptum.*) Hanc epiſtolam Conſtantini ad Leonem de fide ſuſpectam eſſe aſſerit Baronius ex conjecturis hiſce: primum, quod Leonem menſe Auguſto creatum non prius certiorem reddiderit de rebus in ſynodo geſtis, quam poſt menſes quatuor in Decembri * nimirum; cui ſtatim ſtatum fidei indicaſſe oportebat. Secundo, quod initio epiſtolæ ſcribatur ipſam indictione decima ad Leonem eſſe datam, quo tempore Leo nondum * pontifex erat. Nam primus annus Leonis incidit in finem indictionis undecimæ, & principium indictionis 12. ut ex præcedentibus patet. Tertio, quod in ipſa epiſtola dicatur de ſynodo cogenda ſcriptas eſſe literas imperatoris ad Agathonem; cum certum ſit ex præcedentibus non ad Agathonem, ſed ad Donum papam hac de cauſa literas ſcripſiſſe. * Vide Baronium anno 683. num. 6. & 8.

Hanc epiſtolam commentitiam eſſe probatur tribus conjecturis.
* die 15. indictione 10 anno 682. at tum adhuc vivebat Agatho quem ait Anaſt. ſepultum 4. Idus Januarii. Quid vero ſi Decembrem vertas in Aprilem?
* electio pontificis ab ejus ſolemni conſecratione diſtinguenda, ut in aliis fieri ſolet.
* Quibus acceptis Agatho miſit ſecundum juſſionem imp. legatos

## †EPISTOLA I. LEONIS PAPÆ II. AD CONSTANTINUM IMPERATOREM.

Exemplar relationis miſſæ a Leone ſanctiſſimo & beatiſsimo papa ſenioris Romæ ad Conſtantinum piiſſimum & Chriſti amatorem imperatorem, confirmantis & approbantis quę in ſancto & univerſali ſexto concilio geſta ſunt & definita.

C *Piiſſimo & tranquilliſſimo domino victori & triumphatori, filio dilecto Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti Conſtantino imperatori, Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei.*

Regi regum, in cujus poteſtate ſunt regna mundi, puſilli cum magnis gratias agimus, qui ita in vobis terrenum contulit regnum, ut cœleſtia vos magis ambire concederet. Plus eſt enim, &c. *Extat ſupra ad calcem ſextæ ſynodi Conſtantinopolitanæ actione 18. pag. 725. A. Græce & Latine.*

### Nota Severini Binii.

a *Epiſtola.*) Hanc epiſtolam Baronius allegato loco D ſpuriam eſſe indicat: Primum ideo quod circa finem menſe Majo indictionis * decimæ reſcripta ponatur ad epiſtolam imperatoris, quam ſe menſe Julio ejuſdem indictionis accepiſſe fatetur, quæ niſi mendoſa probentur, manifeſtiſſime ſibi contradicunt. Secundo, quod nullus menſe Julio pontifex eſſe potuerit, qui menſe Auguſto * creatus, decem tantum menſibus pontificatum adminiſtravit. Tertio, quod profiteatur ſe hanc epiſtolam ſcripſiſſe indictione decima qua nondum pontifex creatus erat. Quarto, quod Honorium in Monothelitarum hæreſi defunctum, adeoque juſta anathematis ſententia condemnatum eſſe ſcribat, quem publico funere Romana eccleſia ſepelivit inter ſanctos pontifices in eccleſia ſancti Petri, cuique ut catholico pontifici in omnibus parentavit.

Ex tribus conjecturis hæc epiſtola commentitia eſſe arguitur.
* undecimæ legendum eſſe docet ipſe Leo, cum ait ſe epiſtolam Conſtantini accepiſſe menſe Julio per nuper elapſam indictionem decimam.
* Qui jam electus fuera: poſt conſenſum imp. ejuſque literas menſe Julio acceptas, ordinatus fuit menſe Auguſto a Joanne epiſcopo Portuenſi uno ex legatis, aliiſque epp.

## II. AD EPISCOPOS HISPANIÆ.

E Sexti generalis concilii acta narrat, in quo damnatis hæreticis, catholicæ fidei definitio de duabus in Chriſto voluntatibus & operationibus promulgata fuit, quam tranſmittit omnibus manifeſtandam, cuique ipſi epiſcopi ſubſcribere debeant.

*Dilectiſſimis fratribus univerſis eccleſiarum Chriſti præſulibus per Hiſpaniam conſtitutis Leo.*

Cum diverſa ſint hominum ſtudia, quibus humana diſpenſari creditur vita, unum

† Hanc & ſequentes Leonis Epiſtolas, quas putat ſuppoſititias Baronius, ut genuinas tuetur Pagi ad an. Ch. 683. n. 5. & ſeqq.

eſt tamen pietatis officium, quod poteſt ad æternæ vitæ perducere quæſtum & meritum; in quo omnem conſortem fidei Chriſtianæ æquum eſt ſtudere. Cui nempe Spiritus ſancti dignatio ſuæ gratiæ inſpirat affectum, & inoffenſum demonſtrat operum bonorum effectum, quia *Spiritus* (ut dominus docet) *ubi vult ſpirat, & vocem ejus audis*, & quia ejus eſt incomprehenſibilis gratia, connectit & perhibet, *& neſcis unde veniat*. Scientes igitur ac ſatisfacti, quia eſt in vobis Chriſtianæ religionis flagrans ſtudium, ulniſque ſpiritualibus amplectimini ſemina cœleſtis doctrinæ, & evangelicæ atque apoſtolicæ traditionis in vobis fructificat fervor & puritas, pro qua hæc ſancta eccleſiarum omnium mater apoſtolica ſedes uſque ad victimam deſudavit ſemper & deſudat, & prius (ſi hoc divina majeſtas cenſuit) animam a corpore temporaliter deligit ſequeſtrari, quam proditione ſacrilega ſe a confeſſione veridica pro temporali delectatione vel afflictione ſejungi. Quia citra hanc ſicut æternæ beatitudinis præmium, quam ſanctis ſuis dominus præparavit, adipiſci non ſuppetit; ita, quod lugubriter ejulandum eſt, a Deo vivo & vero per errorem falſidici dogmatis factum extorrem æternis cruciatibus evenit mancipari. Sed quia nunc per gratiam Dei Chriſtianiſſimo filio noſtro Conſtantino imperatore regnante (quem ad hoc pietatis officium elegit atque prælegit ſuperna clementia) rectæ confeſſionis atque apoſtolicæ traditionis fulgor hæreticæ pravitatis expulſa caligine per totum orbem terrarum veluti clarum jubar effulſit, & pax atque concordia veritatis inter cunctos eccleſiarum Chriſti præſules regnat de pacifica in Chriſtum confeſſione deſcendens, qui pax vera & ſalutaris eſt, per quem reconciliamur ad Deum. Sciat veſtra ſinceritas, & Chriſtianis omnibus innoteſcat Dei omnipotentis mira magnalia: quia in Conſtantinopolitana urbe clementiſſimus noſter, imo beati Petri apoſtoli filius imperator, armatus zelo Dei, ac deſiderio pietatis accenſus, epiſcopis ex totius mundi partibus aggregatis, * quando ex multo tempore fideliter cupiebat, dum cenſuit majeſtas ſuperna per nuper elapſam * novam indictionem explevit. Univerſale itaque ſanctum ſextum concilium celebratum eſt, ad quod celebrandum ex prædeceſſoris noſtri apoſtolicæ memoriæ domini Agathonis papæ perſona presbyteri diaconique directi ſunt. De diverſis autem conciliis huic ſanctæ apoſtolicæ ſedi, cujus miniſterio fungimur, ſubjacentibus, archiepiſcopi ſunt a nobis deſtinati, qui cum pio principe ſimul & omnibus qui ejus mandato convenerunt eccleſiarum præſulibus præſidentes ac conſidentes, primum quidem ſancta quinque univerſalia concilia, & venerabiles eccleſiæ patres, quorum libri ac teſtimonia huc fuerant deſtinata, cum tomo dogmatico apoſtolicæ memoriæ noſtri deceſſoris domini Agathonis papæ atque pontificis, & reſponſis totius noſtræ ſynodi pro confirmatione duarum naturalium voluntatum & operationum in uno domino noſtro Jeſu Chriſto, & condemnatione eorum qui aliter docuerunt vel crediderunt, & hæc ſingula relegerunt ac retractarunt. Et quia quæ Dei ſunt cum ejus timore atque amore ſcrutati ſunt, ejus nutu * vere per eos confeſſionis ſinceritas demonſtrata ac confirmata eſt: erga quod ſynodalis definitio dictis apoſtolicorum virorum conſona proteſtatur; ex quibus veſtram ſatisfieri dilectionem confidimus. Qui vero adverſum apoſtolicæ traditionis puritatem perduelliones extiterant, abeuntes quidem æterna condemnatione mulctati ſunt, id eſt, Theodorus Pharanitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus Conſtantinopolitani, cum Honorio, qui flammam hæretici dogmatis, non ut decuit apoſtolicam auctoritatem, incipientem extinxit, ſed negligendo confovit: qui vero ſuperſtites ad veritatis confeſſionem per medelam pœnitentiæ converti noluerunt, de præſulari ac ſacerdotali gradu dejecti ſunt, id eſt, Macarius ex Antiocheno præſule, cum Stephano ex abba presbytero ejus diſcipulo, imo erroris hæretici incentore, & quondam ſene Polychronio ex abba presbytero novo Simone: qui merito de eccleſiis Chriſti ut mercenarii infideles expulſi, quorum noxii ſucceſſores & perverſores extiterant, & huc exules deportati ſunt, ut reatus ſui & blaſphemiarum in Deum opprobria recognoſcant, ſub contemptum ac denotationem fidelium omnium conſtitui. Et quia quæque in Conſtantinopolitana urbe univerſali concilio currente celebrato geſta ſunt propter linguæ diverſitatem, in Græco quippe conſcripta ſunt, & necdum in noſtrum eloquium examinate tranſlata; definitionem interim ejuſdem ſancti ſexti concilii & acclamationem, quod proſphoneticus dicitur, totius concilii factam ad piiſſimum principem, pariterque edictum clementiſſimi imperatoris ad omnium cognitionem ubique directum, in Latinum de Græco tranſlatum, per latorem præſentium Petrum notarium regionarium ſanctæ noſtræ eccleſiæ, veſtræ dilectioni direximus; etiam acta totius venerandi concilii directuri dum fuerint elimate tranſfuſa, ſi hoc & veſtra bonis ſtudiis fervens caritas delectatur. Hortamur proinde veſtram divinis miniſteriis mancipatam in fidei veritate concordiam, ut ſummam ſedulitatem atque operam præbeatis, paribuſque laboribus accingamini pro amore atque timore Dei, Chriſtianæque profectu religionis, & apoſtolicæ prædicationis puritate, ut per univerſos veſtræ provinciæ præſules, ſacerdotes & plebes, per religioſum veſtrum ſtudium innoteſcat, ac ſalubriter divulgetur, & ab omnibus reverendis epiſcopis una vobiſcum ſubſcriptiones in eadem definitione venerandi concilii ſubnectantur, ac ſit profecto in libro vitæ properans, unuſquiſque Chriſti eccleſiarum antiſtes ſuum nomen adſcribere, ut in unius evangelicæ atque apoſtolicæ fidei conſonantia nobiſcum & cum univerſali ſancta ſynodo per ſuæ ſubſcriptionis confeſſionem tanquam præſens ſpiritu conveniat: quatenus domino noſtro Jeſu Chriſto, cum in glorioſo ac terribili potentatu ad judicandum advenerit, cum titulo orthodoxæ confeſſionis occurrens conſortem ſe traditionis apoſtolicæ per manus ſuæ demonſtret ſignaculum: ut dum apoſtolorum Chriſti quoque confeſſionem zelo veræ pietatis amplectitur, beato conſortio perfruatur, revolvens ſemper in cordis arcanis ſententiam domini prædicantis: *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor eum coram patre*

Joan. 3.

* Edit. Rom. quod.

* nonam

Inſinuat hic auctor epiſtolæ quod concilium œcumenicum ad ſua uſque tempora duraret: unde patet Leonem hujus epiſtolæ ſcriptorem non fuiſſe Baron. an. 683. num. 18.

* concilia hoc loco provincias ſignificant.

* Lege vere, Harduinus.

Negligentia Honorii, non hæreſis accuſatur.

Matth. 10.

a Card. de Aguirre legit ex MS *Ut cum Apoſtolorum principibus, quorum confeſſionem &c.*

*tre vero, qui in cælis eſt*. Quia & nos, qui licet impares, vice tamen apoſtolorum principis fungimur, dum [1] veſtrarum ſubſcriptionum paginas cum Dei præſidio per latorem præſentium ſuſcepimus, has apud beati Petri apoſtolorum principis confeſſionem deponimus, ut eo mediante atque intercedente, a quo Chriſtianæ fidei deſcendit vera traditio, offeratur domino Jeſu Chriſto ad teſtimonium & gloriam ejus myſterium fideliter conſitentium ac ſubſcribentium, qui vere de ſe confeſſionis præconium, quod per tot temporum lapſus hæreticis opprimebatur inſidiis, ex inſpirato per ſedulam pii principis ſtudium, clare veritatis radiis ubique conceſſit fulgeſcere. Oblata itaque ſalutis opportunitate, ut vere divinum munus efficaci ſedulitate fructuoſum vos hominibus oſtendere, ut gloria vobis ante Deum accreſcat de conſcientiæ puritate. Deus vos incolumes cuſtodiat, dilectiſſimi fratres.

### NOTA SEVERINI BINII.

*a Epiſtola.*) Hanc cum tribus ſequentibus Baronius velut ſpurias rejecit, quod in omnibus & ſingulis inculcetur concilium œcumenicum nona indictione * abſolutum fuiſſe, cum tamen acta noviſſimarum actionum teſtentur ipſam ſynodum decima actione abſolutam eſſe. Et maxime quidem ideo quod his literis dicantur mitti in Hiſpaniam non ipſa acta ſynodalia, ſed tantum definitio ſynodi, edictum imperatoris, & ſynodalis ſermo acclamatorius, quæ ſunt minima pars ſynodalium actorum. Verum canone ſecundo concilii Toletani XIV. teſtantur epiſcopi ſe cum epiſtola Leonis ipſa * integra acta ſynodalia accepiſſe. Veram igitur Leonis epiſtolam ad epiſcopos Hiſpaniæ cum actis ſynodalibus tranſmiſſam excidiſſe oportuit, ſolum ſpuriis & commentitiis adhuc extantibus. Manuſcriptam hanc ex bibliotheca Toletana nobis communicavit reverendus & eximius vir dominus Jacobus Hurterus ſanctæ theologiæ doctor, & metropolitanæ eccleſiæ Colonienſis canonicus presbyter, quam & cum editione epiſtolarum Romanorum pontificum contulimus.

* Pontifex non dixit omni ex parte abſolutum IX. indict. ſed tantum celebratum, quod veriſſimum eſt. Adde quod duæ tantum actiones XVII. & XVIII. jam inchoata apud CP. X. ind. diebus 11. & 16. Sept. celebratæ ſunt, antequam Romæ & in occidente indictio X. a die 24. ejuſdem Sept. numerari cœpiſſet.

* vox illa abeſt a canone, neque vero integra mittere poterat, cum nondum fuiſſent ipſo Leone teſte e Græco Latine verſa.

## III. AD QUIRICUM EPISCOPUM.

Petrum a ſe cum epiſtola fuiſſe deſtinatum ſcribit: qui ſynodi ad definitionem & quædam munera defert.

*Dilectiſſimo fratri Quirico Leo.*

AD cognitionem veræ dilectionis deducimus, quod latorem præſentium Petrum notarium regionarium ſanctæ noſtræ eccleſiæ illic properavimus deſtinare cum tractoria ad omnes una nobiſcum Chriſti eccleſiarum antiſtites, ſimul etiam ad præcellentiſſimum atque Chriſtianiſſimum regem filium noſtrum, [2] ad glorioſum comitem, contradictaque facientes eidem reſponſa circa definitionem venerabilis ſynodi, quæ per nonam nuper elapſam indictionem in Conſtantinopolitana urbe cum Dei præſidio pro ſtabilitate orthodoxæ noſtræ fidei celebrata eſt: acclamationem quoque reverendiſſimorum epiſcoporum in ea convenientium, & edictum piiſſimi filii noſtri atque clementiſſimi imperatoris, cui pro Dei miniſterio, quod ſuſcepimus, & rectitudine apoſtolicæ fidei, (per quam ſalvari tam nos, quam commiſſas nobis animas

A præſtolamus) providentiam atque concurſum omnem exhibeat veſtra in Chriſto dilectio, ut pro flagrantibus ſtudiis evangelicæ atque apoſtolicæ fidei æternæ beatitudinis cum beatis Chriſti apoſtolorum principibus habere conſortium mereamini. Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſſime frater. Benedictionis itaque gratia crucem, clavem habentem de ſacris vinculis auctoris noſtri beati Petri apoſtoli, tuæ dilectioni direximus, ut præſulare meritum Dei & proximi caritas vinciat, & per vexillum ſalutiferæ [3] crucis, Chriſto, qui in ea ſuſpenſus eſt, totius corporis membra clavis divinorum mandatorum obſtringat, [4] ut ſignaculo communitum, reſeratis januis regni cœleſtis, apoſtolorum princeps ad ſecum perfruendum beatitudine æterna ſuſcipiat.

### NOTA SEVERINI BINII.

*a Epiſtola.*) Ex nomine Quirici impoſturam colligit Baronius: nullus enim Hiſpaniæ epiſcopus hoc nomine appellatus reperitur alius, quam ille Quiricius Toletanus epiſcopus, qui ante annos ſeptem vita defunctus, Julianum, qui Toletano XIII. temporis Leonis II. interfuit, ſucceſſorem habuit. Baron. prædicto anno num. 19.

## IV. AD SIMPLICIUM COMITEM.

Narrat acta concilii: definitionem tranſmittit, cui epiſcopi ſubſcribant petens, ut ea in ſua editione omnibus innoteſcere curet.

C

*Domino glorioſo filio Simplicio comiti Leo epiſcopus ſervus ſervorum Dei*

Hujus nomen non invenitur inter comites concil. Toletani XIII. ſubſcriptus

CUM ſit veſtræ ſalutis remedium vera in Deum confeſſio ex apoſtolica traditione deſcendens, cum qua beati martyres temporalia deteſtantes, & æternæ vitæ præmia meruerunt, pro qua probatiſſimi ſanctæ eccleſiæ patres atque doctores diverſa certamina & immenſas afflictiones perpeſſi animam tradere, quam fidem veram prodere delegerunt: ex quorum regulari doctrina, quam nuncuſque hæc ſancta Chriſti eccleſia ab ejus apoſtolorum prin- D cipe conſtructa atque perſtructa prædicare cognoſcitur, & per apoſtolicos ſucceſſores ſalvatoris inſtitutio per Dei gratiam ad nos uſque pertigit, ſed & præceſſorum noſtrorum pro ejus ſtabilitate nimium deſudavit inſtantia. Verum poſt tot certamina & afflictiones innumeras diverſis temporibus a veræ fidei infeſtis effectas, tardem ſuperna clementia cor imperiale cœleſti gratia præſervans, & fervore ſuæ gratiæ ad indicandam veræ pietatis integritatem accedens, de diverſis mundi partibus nuper concilium univerſale congregari diſpoſuit, in quo etiam legati hujus ſanctæ apoſtolicæ eccleſiæ (quam divina dignatione diſpenſandam ſuſcepimus) [5] & conciliorum & eidem ſubjacentium reſpon- E ſales, una cum ſereniſſimo filio noſtro imperatore pietatis inſignibus & infulis redimito, in eodem ſacro concilio convenientes, ex ſcriptis pontificalibus ſanctorum patrum teſtimoniis roboratis, apoſtolicæ traditionis regulam hanc ſanctam eccleſiam divino ſubnixam auxilio integre præ-

1 Card. de Aguirre ex MS. *veſtras ſubſcriptiones in paginis.*
2 Card. de Aguirre ex MS. ſic emendat *ad glorioſumque Comitem: contradi queque facientes* &c.
3 Card. de Aguirre ex MS. *Crucis Chriſti.*
4 Card. de Aguirre ex MS. *ut tali ſignaculo.*
5 Card. de Aguirre ex MS. *& conſilio eidem.*

Epiſtola Agathonis.

prædicare atque ſervare totis [1] niſibus probaverunt. Tomus enim domini Agathonis apoſtolicæ memoriæ magni pontificis, noſtrique deceſſoris, quem ad tranquilliſſimum imperatorem direxerat, ita erat ex ſanctorum conciliorum definitionibus, beatorum patrum teſtimoniis & aſſertionibus veritatis inſtructus, ut & integritatem apoſtolicæ fidei lucidiſſime pateſaceret, & erroris hæretici latebras revelaret, & ex ejus inexpugnabilibus dictis per gratiam Dei de hominum cordibus hæretici dogmatis ſublata caligine lumen veræ confeſſionis effulſit. In quo manſuetiſſimi principis labor pro rectæ fidei pietate præclaruit, in ſæculis omnibus collaudandus, ut eo favente cum Dei præſidio veritas apoſtolicæ fidei bravium victoriæ ſumeret, divinituſque conceſſum imperium pietatis inſignibus decoraret. Ideoque & vos, glorioſiſſimi Chriſti eccleſiæ filii, in quibus pietatis deſiderium pollet, evangelicæ atque apoſtolicæ prædicationi manum ſuffragando porrigite, ut & veſtras Chriſtianiſſimas regiones ſinceræ fidei, quam diligitis, fulgor irradiet, ut apoſtolicæ prædicationi faventes atque collaborantes, conſortium fidelium apud Deum habere mereamini, ad quem redigitur de eo veræ confeſſionis integritas. Quod enim ad noſtrum officium, quibus animarum diſpenſatio commiſſa eſt, competebat; definitionem ſancti ſexti concilii per nonam indictionem in Conſtantinopolitana urbe celebrati, & acclamationem univerſorum reverendiſſimorum epiſcoporum, quæ & Proſphoneticus dicitur, ſed & edictum fidei a piiſſimo Auguſto noſtro ſereniſſimo filio huc deſtinatum veſtris quoque provinciis innoteſcere per latorem præſentium Petrum notarium regionarium ſanctæ noſtræ eccleſiæ & illuc dirigere affectu paterno maturavimus, ut de profectu evangelicæ atque apoſtolicæ prædicationis & merito fidei veræ conſortes nobiſcum unanimiter lætemini. Hortati autem ſumus reverendiſſimos eccleſiarum omnium præſules, ut ſubſcriptiones ſuas eidem apoſtolicæ ſynodali definitioni ſubnectant, & utpote pro filiis atque cum filiis patres ſua nomina in hujuſmodi libro vitæ deſcribant, ad laudem fideliter concurrentium & Chriſti evangelium collaborantium, & commendationem ad Deum, quem tunc meremur habere propitium, dum ejus fidem immutilatam fine tenus conſervamus incolumem. Gloriam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat. Ad perpetuam proinde veſtræ glorioſę Chriſtianitatis protectionem, venerabilem crucem, & clavem habentem de ſalutaribus vinculis auctoris noſtri Petri Chriſti apoſtolorum principis, per præſentem gerulum direximus, ut cujus ſinceram dilectionem geritis, & luminaribus fideliter providetis, traditioniſque rectitudinem veraciter amplectimini, ejus jugiter apoſtolica tuitione ſalvemini.

## V. [2] AD ERVIGIUM REGEM HISPANIÆ

Ejuſdem argumenti cum ſuperiore.

*Domino excellentiſſimo filio Ervigio regi Leo.*

Cum unus extet rex omnium Deus, qui cuncta creavit ex nihilo, quæ vero creaA vit regit & continet, quia vere rex regum eſt, & dominus dominantium, idem incomprehenſibilis, providentiæ ſuæ libramine, tam temporaliter quamque localiter diverſos in terris regnare diſponit. Quorum etſi diviſa ſunt regna, æqualiter tamen de ſingulis rationem diſpenſationis expetit, unamque de eis * vere de ſe confeſſionis hoſtiam laudis expectat. Et hoc ſolum munere circa hominum genus complacatur ejus majeſtatis immenſitas, dum a cunctis vera de eo confeſſio prædicatur, ut etſi diſpoſitionum temporalium videtur eſſe diverſitas, circa ejus fidei rectitudinem unitatis conſonantia teneatur. Hoc etiam & in ſanctis ſuis diſcipulis ſalvator mundi Dei Filius eſſe conſti-B tuit, qui beatum Petrum ſui vice diſcipulorum ſuorum inſtituit principem, cujus ſalutari prædicatione atque traditione ab hac * cuncta apoſtolica Chriſti eccleſia, velut a fonte prædicationis progrediente, cunctæ regiones, quibus etiam veſtrum faſtigium præſidet, ad cognitionem veritatis & vitam vitæ perductæ ſunt, regnique veſtri culmen [3] illuſtrat: & dum per gratiam Dei pietate regnatis, de temporali regno æternæ beatitudinis regnum acquiritis, ad quod perfectius obtinendum, ſicut inſtanter oramus, dum Dei dignatione patrum ordine fungimur, & beati Petri apoſtolorum principis, licet impares, pro commiſſo divina ope miniſterio locum implemus; ita prædicando atque com-C monendo ad beatæ vitæ meritum curamus provehere. Initium quippe æternæ beatitudinis obtinendæ rectæ apoſtolicæ prædicationis eſt regula: quam etſi labefactare olim quidam moliti ſunt, hæreticos in eccleſiam Chriſti intromittere enitentes errores, ſed evangelica veritas vincit [4] pro ejus ſubtilitate & immutabilitate ſervanda diverſas afflictionum inſidias, hæc apoſtolica Chriſti eccleſia ſuſtinuit ſemper & ſuſtinet, & ſuperna gratia ſuffragante illæſa perſiſtit. Nunc autem (quod cum gratiarum actione in Deum exultantes effamur) per nonam nuper elapſam indictionem, piiſſimus atque Chriſtianiſſimus noſter, imo Dei eccleſiæ filius imperator ad apoſtolicæ memoriæ noſtrum deceſſorem Agatho-D nem papam atque pontificem ſcripta imperialia dirigens, affatim hortatus eſt, ut ab ſancta apoſtolicæ ſedis eccleſia de omnibus adjacentibus ei reverendis conciliis legatos tam de eccleſiarum prçſulibus, quamque de aliis ordinibus eccleſiaſticis cum dogmaticis literis venerabiliumque patrum libris ac teſtimoniis inſtructos, in regiam Conſtantinopolitanam urbem dirigeret, quod Dei nutu effectum atque perfectum eſt. Quibus illuc ab hoc adventantibus, concilium ex diverſis partibus ejus pietas congregavit, & commiſſæ reipublicæ curis parumper ſepoſitis, in venerando epiſcoporum fratrum concilio reſidens, veritatem apoſtolicæ traditionis, & rectitudinem fidei per ſanctas ſynodos, venerabi-E liumque patrum teſtimonia, & aſſertiones prædictorum noſtrorum apoſtolicorum pontificum ſubtiliter atque attente examinari fecit, & veræ fidei ſinceritatem a legatis hujus ſanctæ apoſtolicæ ſedis monſtrari. Quod per Dei gratiam imperii [5] admittente præſidio inceptum atque peractum eſt, & perfectiſſime claruit veræ fidei noſtræ veracitas juxtas veneranda concilia, & pro-

* Forte, vere, Hard.

* f. ſancta

Hic locus evidenter arguit impoſturam epiſtolam de convocando œcumenico concilio ſcripſit imp. non ad Agathonem, ſed ad Donum papam, deditque eamdem non indictione nona, ſed ſexta, ut videre eſt ex eadem Sacra imp. ad Donum data, quæ extat ſupra inter præambulares ſextæ ſynodi. Baron. numer. 20.

* Unde vero colligas præter epiſtolam ad Donum datam, nullam eodem de re ad Agathonem ab eodem imp. ſcriptam fuiſſe.

1 MS. *viribus*. 2 Hæc epiſtola tribuitur etiam Benedicto Leonis ſucceſſori, ſub hoc titulo; *Benedictus gratia Dei preſbyter, & electus ſancta ſedis Apoſtolica domino excellentiſſimo filio Ervigio.* Harduinus.

3 Lege ex mſ. Card. de Aguirre, *illuſtratum*.

4 Lege ex mſ. Card. de Aguirre, *pro cujus*. 5 Card. de Aguirre ex mſ. *adnitente*.

probabilium patrum doctrinas, ut in uno domino noſtro Jeſu Chriſto Filio Dei, eodemque Deo vero atque perfecto, & eodem homine vero atque perfecto, ſicut duas inſeparabiliter & inconfuſe confitemur naturas, id eſt, divinam & humanam, ita duas naturales voluntates, & duas naturales operationes eum omnes habere prædicemus, ſecundum qualitates & proprietates in eo concurrentium naturarum. Quia etſi cum unum Chriſtum unamque perſonam ſanctæ Trinitatis eſſe credamus, at & divinam & humanam naturam & harum naturarum proprietates inconfuſe, indiviſe, & indiminute eum habere prædicemus. Verum piiſſimus imperator gratia ſancti Spiritus animatus, & laborem pro Chriſtianæ fidei puritate ſponte perpeſſus, eccleſiam Dei catholicam ab erroris hæretici macula ſummis niſibus purificare molitus eſt, & quidquid offenſionem Chriſtianis populis poterat generare, de medio Dei eccleſiæ fecit auferri, omneſque hæreticæ aſſertionis auctores, venerando cenſente concilio condemnati, de catholicæ eccleſiæ adunatione projecti ſunt, id eſt, Theodorus Pharanitanus epiſcopus, Cyrus Alexandrinus, Sergius, Paulus, Pyrrhus & Petrus, quondam Conſtantinopolitani præſules, & una cum eis Honorius Romanus, qui immaculatam apoſtolicæ traditionis regulam, quam a prædeceſſoribus ſuis accepit, maculari conſenſit; ſed & Macarium Antiochenum cum Stephano ejus diſcipulo, imo hæreticæ pravitatis magiſtro, & Polychronio quodam inſano ſene [1] noviſſimo, [2] qui nuper per hæreticæ prædicationis fiduciam pollicebatur implere, neque rurſus ad viam veræ confeſſionis ſalutem; [3] confuſus converti æterna condemnatione multatus eſt, & omnes hi cum Ario, Apollinario, Neſtorio, Eutyche, Severo, Theodoſio, [4] Themeſio in deitate atque humanitate domini noſtri Jeſu Chriſti unam voluntatem unamque operationem prædicantes doctrinam hæreticam impudenter defendere conabantur: neque enim, ut ſacerdotes oportuerat, ſanctarum ſcripturarum & patrum teſtimoniis hoc demonſtrabant, ſed mundanis ſophiſmatibus evangelium Chriſti callide machinabantur pervertere. Quos omnes cum ſuis erroribus divina cenſura de ſancta ſua projecit eccleſia: & nunc, ſuperno favente præſidio, in unam veræ fidei conſonantiam omnes Dei eccleſiæ præſules ubique concordant, & factum eſt unum os, & labium unum, unuſquiſque grex, & unus paſtor Chriſtus Filius Dei, qui unanimiter a cunctis ejus ſacerdotibus atque ſinceriter prædicatur. Idcirco & veſtri Chriſtiani regni faſtigium ſtudium pietatis aſſumat, quatenus hæc omnibus Dei eccleſiis, præſulibus, ſacerdotibus, clericis & populis, ad laudem Dei, pro veſtri quoque regni ſtabilitate atque ſalute omnium prædicetur. Ut Deus omnipotens ab omnibus populis unanimiter glorificetur ac collaudetur Definitionem proinde ſancti concilii, & acclamationem reverendiſſimorum epiſcoporum (quod Proſphoneticus dicitur) ad piiſſimum imperatorem, & edictum clementiſſimi imperatoris pro veræ fidei confeſſione conſtructum, & ubique mandatum per latorem præſentium Petrum notarium regionarium ſanctæ noſtræ eccleſiæ illuc prævidimus deſtinare, ut in eadem ſacræ ſynodi definitione, tanquam pro ſpiritualibus filiis patres, omnes veſtri religioſiſſimi regni eccleſiarum antiſtites juxta tenorem a nobis illuc deſtinatum ſubſcriptiones ſuas ſicut in libro vitæ per ſuæ confeſſionis ſignaculum aſcribendus unuſquiſque ſubjungat, ut pax & concordia in eccleſiis Dei, veſtri ſublimis regni temporibus Deo concedente, ſtraque Chriſtianitate favente crebreſcat, & maneat: ut qui veſtrum culmen regnare diſpoſuit, ſuæ fidei ſtabilitate ſubnixum concedat per plurima tempora proſpere ac ſibi placite commiſſum populum diſpenſari. Incolumem excellentiam veſtram gratia ſuperna cuſtodiat.

## EPISTOLÆ LEONIS II.

ANNO CHRISTI 682-684.

*Ad epiſcopos & regem Dalmatiarum*

## FRAGMENTUM.

Ex Suppl. Manſ. pag. 513 Affert Gerhous de ædif. Dei in Anecdo. Pez to II. par. 2 col. 373

SI quis amodo epiſcopus, presbyter, diaconus fœminam acceperit, vel acceptam retinuerit, proprio gradu decidat, uſquequo ad ſatisfactionem veniat, nec in choro pſallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus eccleſiaſticis habeat.

## CONCILIUM HIBERNICUM

*Anni* 684.

Ex eodem ibidem

DE hoc concilio ita diſſeruimus in adnotationibus ad Pagium ad A. 684. Circa hoc tempus, labente ſcilicet ſæculo ſeptimo, concilii cujuſdam Hibernici ſola & nuda mentio ſupereſt ex Admanno authore vitæ S. Columbæ abbatis Hienſis, qui ſcriptor per hæc tempora florens narrat ſibi *eo tempore poſt Hibernienſis ſynodi conditum* ad propria remeanti, promptam & ad miraculum celerem navigationem viri ſancti patrocinio obveniſſe. Dein immunem ſe fuiſſe addit a lue, quæ ſub hæc tempora graſſabatur, ut incolumis legationem ad regem Aldfridum obire potuerit. Porro cum legatio illa ad A. 686. conſignetur, hinc non futili conjectura deducimus ſynodum illam Hibernicam ad illum vel ad unum alium ex ſuperioribus annis pertinuiſſe. Ex ejuſdem vero ſynodi, aliarumque hujus & ſuperioris ſæculi canonibus conſtare arbitror codicem illum Hibernicum, cujus pars in ſpicilegio Dacherii, pars vero in Anecdotis PP. Martene & Durand prodiit.

CA-

1 Lege, *novo Simone*, ut ſupra in Epiſt. Leonis ad Epiſc. Hiſpaniæ, & ita Card. de Aguirre
2 Card. de Aguirre ex mſ. legit, *qui ſuſcitatione mortui, hæretica* &c
3 Al. *concluſus voluit* converti.
4 Pro *Themiſtio*. Harduinus.

ANNO CHRISTI 681. 684.

## CANONES SYNODI HIBERNIÆ.

*Ex Martin. Anecd. tom. IV col. 10*

ARcum (*a*) anni tridui dies & noctes ſine ſede & ſomno niſi paululiſper; vel CL. pſalmis cum X. canticis ſtando & orando in omni hora, XII. quoque flectiones genuum flectuntur in omni hora orandi, & palmæ ſupernæ ad orationem A

Arreum anni triduum cum mortuo ſancto in uno ſepulcro, ſine cibo potuque ac ſine dormitatione præcintus veſtimento ſuo & cum cantico pſalmorum & cum adoratione horarum, poſt confeſſionem ſacerdoti & poſt votum.

Arreum anni triduum in eccleſia ſine dormitatione cum veſtimento circa ſe, ſine ſede, & canticum pſalmorum cum canticis ſine intermiſſione, & miſſa uniuſcujuſque horæ, & XII. inflexiones uniuſcujuſque horæ per confeſſionem peccatorum coram ſacerdote & plebe & poſt votum. B

Arreum anni XII. triduanas. Arreum anni XII. dies & noctes ſuper XII. buccellas menſuræ de tribus panibus.

Arreum anni menſis in dolore magno, ſed de quo non moritur quis, iterata poſtmodum vita ad judicium ſacerdotis.

Arreum anni XL. dies & noctes in pane & aqua, & duæ ſuperpoſitiones unicuique hebdomadæ XL. pſalmi; & XL. inflectiones in unaquaque hora orandi.

Arreum anni L. dies & noctes in pane & aqua in menſura LX. pſalmi & LX. inflectiones in unaquaque hora orandi.

Arreum dies C. in pane & aqua miſſa in omni hora orandi pœnitentia illorum per longum, quorum arreum in his prædictis emittitur, ſine carne & vino & butyro & lacte dulci agatur.

Qui cum cane vel cum quo animali peccaverit II. annis & dimidium.

Qui facit ſcelus virile, ut ſodomitæ IIII. annis peniteat, qui vero inferioribus III. annis pœniteat in pane & aqua totum, ſi poſt votum perfectionis: ſi autem ante, annus diminuitur de omnibus his tribus.

### EX CONCILIO HIBERNENSI
Cap. I.

*Burch. lib. XII. ca. 24.*

Definitio incauta laudabiliter ſolvenda eſt, nec prævaricatio eſt, ſed temeritas.

*III. Ibid. cap. 25.*

* Si puella ſita in puerili ætate domo patris, illo neſciente, ſe juramento conſtrinxerit, & ſi pater ſtatim ut audierit contradixerit, vota ejus & juramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

ANNO CHRISTI 683.

# CONCILIUM TOLETANUM XIII.

## QUADRAGINTA ET OCTO EPISCOPORUM,

Actum anno quarto Ervigii regis, æra DCCXXI. anno domini noſtri DCXXCIII. ſub Leone papa II.

*Eſt provinciale.*

ILLIBATÆ caritatis inſtinctu alternis viſionum obtutibus redditi, & in unum cœtum * fautore Deo pariter aggregati, in eccleſia videlicet ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, anno regni quarto ſereniſſimi Ervigii principis, ſub die pridie Nonas Novembris, æra 721. Cum unuſquiſque noſtrorum debitis locaretur in ſedibus, adfuit idem princeps, pleno fidei ardore ſubnixus, & humilitatis gratia decoratus: qui ſynodico cœtui deliberationis ſuæ vota commendans, & ut pro ſe Deum inſtantiſſime deprecarentur expoſtulans, hoc præſertim eſt allocutus ſufficienti exhortatione concilium, ut eccleſiaſticæ diſciplinæ quæ congruunt, & corrigendis moribus quæ conveniunt, tractatus noſtri evidentia ſancirentur. Deinde religioſa vota ſuæ clementiæ, quibus ſubveniendum miſeris definivit, ſynodali conventui confirmanda commiſit; offerens videlicet ſacris pontificibus tomum, obſecrans pariter & obteſtans, ut quidquid illic venuſtioris calami reſperſione congeſtum, ſynodalis potentiæ conderetur ordine titulorum. Tunc nos pro ſuſcepto a principe tomo gloriam dedimus Deo, & eidem principi benediximus glorioſo. Idem tamen princeps C poſtquam votorum ſuorum * inſinuationem peregit, a conventu concilii gratioſus exivit. Tunc poſt præſentiæ principalis abſceſſum, hoc in tomi ipſius allegatione * pervenimus exaratum.

*suctore* — *actionem* — *reperimus*

### IN NOMINE DOMINI FLAVIUS
*Ervigius rex ſanctiſſimis patribus in hac ſancta ſynodo reſidentibus.*

ECCE, ſanctiſſimi, religioſa pietate excolendi pontifices, & divini cultus inſtantiſſimi ſectatores, coram cœtus veſtri reverentia humilis devotuſque proſternor, * reclivis aſſiſto, promptus aſtipulor: primum de conventus veſtri aggregatione Patri luminum gratiarum copiam ſolvens; D deinde votorum meorum ſtudia veſtris judiciis dirimenda committens. Nec enim fas eſt quemquam, etiam * ſi bonum ſit opus, ſine conſilio agere: * cum tamen multum profit bona cum conſilio bonorum exigiſſe. Unde ut brevi exhortatione perorem, vota mea, quibus remedia pietatum exercere delector, ſenſibus paternitatis veſtræ agnoſcenda inſinuo: quæ tamen, ne oblitu quodam memoriam fugiant, & relationi propriæ curarum ea intercape-

*al. reclinis Hard.* — *ſi nondum ſit opus* — *cum multa promiſit Deus bona*

(*a*) Arreum eſt remiſſio pœnitentiæ. Vox eſt. Hibernica. Vide Gloſſarium Cangii V. *Arreum*. Manſ.

ANNO CHRISTI 683.

capedo ſubducat, in hujus tomi co nplicatione
accipite * renotata. Illud primum volenti mi-
hi miſeris parcere convenit intimare, quod di-
vulſam per tyrannidem noſtri corporis partem
in ſocietatis noſtræ gremium conamur reduce-
re. Etenim retroactis divæ memoriæ præde-
ceſſoris noſtri * Vvambæ regis temporibus, quæ
in profanatoribus patriæ, cum Paulo quondam
tyrannidem aſſumpſerant, illata ſit ſententia
ultionum, * quo per judicii univerſalis edi-
ctum, amiſſo teſtimonio, rebuſque propriis ca-
ruerunt, * cuncta hæc veſtræ ſanctitudini nota
ſunt. Quos tamen, & in collegio ſocietatis no-
ſtræ recipere, & rebus quibus fas fuerit, de-
vovimus * reveſtire. Nam & de accuſatis mo-
dum volumus ponere juſtiſſimæ perquiſitionis:
quo ſive de religioſis, ſive de laicis quiſquam
accuſationis cujuſque * ſtudio propulſatus, non
occultis fraudibus vel violentiis comprimatur,
* nec ad dandam profeſſionem violenter arceatur,
ſed in communi omnium examine judicetur;
quo ſecundum publicæ profeſſionis ſuæ teno-
rem, aut offenſibilis debitas damnationis pœ-
nas excipiat, aut innocens ex judicio omnium
comprobatus clareſcat. Nam quid jam de tri-
butorum fiſcalium exactionibus referam? Quo-
rum redhibitiones tantis debitorum cumulis in-
creverunt, ſi exigi penitus jubeantur, & ſta-
tus * ſubruat funditus populorum, & * fraga-
mine colliſionis eorum ultimum terra ſentiat
propriæ prolapſionis excidium. Unde his etiam
talibus privatis ſeu etiam fiſcalibus ſervis reme-
dia pietatis præoptans noſtra gloria affluenter
impendere, omnes tributorum exactiones, quæ
apud illos de retroactis temporibus * relucent,
uſque ad primum annum celſitudinis noſtræ man-
ſuetudo noſtra illis omittendas laxavit, & ſty-
lo propriæ auctoritatis * omittendas inſtituit.
Quas etiam * auctoritates ſacroſancto cœtui ve-
ſtro relegendas elegit. Illud quoque adjiciens
loquar, quod votis noſtris horribile & animis
execrabile ſemper * eſt: cum nobilitate condi-
tio libertorum vel ſervorum etiam adæquata,
gentis noſtræ ſtatum degenerat. Ob quam rem,
id noſtræ gloriæ animis placet, ut exceptis ſer-
vis fiſcalibus, vel libertis, abraſa deinceps hu-
jus malæ præſumptionis licentia, nullus, qui
ſervitute quorumlibet ſervus ſit, vel libertus,
ad palatine officia tranſeat: quod ſi fecerit,
* illi ſerviturum procul dubio reducendum ſe
noverit, ex quo aut conditionis propriæ origi-
nem ſumpſit, aut libertatis titulum reportavit.
His votorum meorum inſinuationibus allegatis,
quæſo, ut fortia paternitatis veſtræ adjutoria *
prorogetis: luce enim clarius conſtat, quod ag-
gregatio ſacroſancta pontificum, quidquid cen-
ſuerit obſervandum, per ſancti Spiritus donum *
omni maneat æternitate * perfixum. Et ideo
univerſitatem paternitatis veſtræ, atque ſubli-
mium virorum nobilitatem, qui ex aulæ rega-
lis officio in hac ſancta ſynodo * nobiſcum ſeſ-
ſuri præelecti ſunt, obteſtor pariter & conjuro,
atque per ineffabile illud ſanctiſſimæ Trinitatis
ſacramentum convenio, ut quid in medio ve-
ſtri ſe judicandum vel retractandum invexerit,
tam quæ per nos dicta, quam etiam cetera quæ
veſtris auditibus ſe ingeſſerint audienda, * cum
omni vigore juſtitiæ & temperamento miſeri-
cordiæ dirimere procuretis: quo cum omni re-

* annotata.
* Bambæ.
* qui
* quæ cuncta
* deveſtire.
* ſtudio fuerit propulſ.
* nec clam a–
* ſubruatur
* fragmine
* adjacent.
* remittendas
* auctoritas
* eſt nobilitatis cond.
* illic
* prærogetis:
* omnino eſt ad æternitatem perſ.
* Iſid. præfixum. Hard.
* vobiſcum
* communi vigore

A verentia patrum præcedentium regulis ſubdita
totius unanimitatis veſtræ ſententia non aliun-
de quam ex veritatis fonte procedat: ſicque &
his quæ præmiſſa ſunt ſolidum deliberationis
ſtylum promptiſſime apponatis, & reliqua ad-
huc quæ neceſſaria ſunt in peragendis eccleſia-
ſticæ regulæ diſciplinis, & dirimenda tractetis,
& dirempta, * religioſa ſub diligentia conſcri-
batis. Qualiter dum doctrinam * reſpergitis ſa-
lutarem in populis, Chriſtum dominum * in
emolumento juſtitiæ capiatis: ut & vobis præ-
dicantibus, & nobis implentibus quæ divinis
oculis * complacent, ſit utriſque partibus &
in hoc ſæculo de lucro animarum ineffabile
gaudium, & in futuro de * perventione æter-
B nitatis præmium inconvulſum. Datum ſub die
* pridie Nonas Novembris, anno feliciter quar-
to regni gloriæ noſtræ, in Dei nomine Toleto.

Perlecto igitur * præeuntis tomi * neceſſa-
rio inſtitutionum exorſu, prius de fide ſanctæ
Trinitatis ſermocinationis noſtræ cœpit eſſe
principium, profitentes pariter, & credentes ea,
quæ de hac ſancta Trinitate & evangelia tra-
dunt, & apoſtolorum ſanctiones inſtituunt; ſi-
cut Nicæna ſynodus hoc pietatis ſacramentum
expoſuit; ſicut Conſtantinopolitana definitio
ſanxit, vel primi Epheſini atque Chalcedonen-
ſis evidens doctrina conſtituit; juxta quod
etiam ſacroſancti ſymboli elucubrata profeſſio
claret, quæ in miſſarum ſolennitatibus patula
C cunctorum acclamatur fidelium voce.

*Symbolum Nicæni concilii.*

CREDIMUS in unum Deum, Patrem omni-
potentem, factorem cœli & terræ; viſibi-
lium omnium, & inviſibilium conditorem: &
in unum dominum Jeſum Chriſtum, Filium
Dei unigenitum; ex Patre natum ante omnia
ſæcula; Deum ex Deo, lumen ex lumine;
Deum verum ex Deo vero; natum, non fa-
ctum; homouſion Patri, id eſt, ejuſdem cum
Patre ſubſtantiæ; per quem omnia facta ſunt,
quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter
nos homines, & propter noſtram ſalutem de-
ſcendit; & incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex
D Maria virgine, homo factus; paſſus ſub Pon-
tio Pilato: ſepultus, tertia die reſurrexit:
aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Patris;
iterum venturus in gloria judicare vivos &
mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus
& in Spiritum ſanctum, dominum, & vivifica-
torem; ex Patre & Filio procedentem; cum
Patre & Filio adorandum & glorificandum; qui
locutus eſt per prophetas: [1] in unam catho-
licam atque apoſtolicam eccleſiam. Confiteor
unum baptiſma, in remiſſionem peccatorum,
& expectamus reſurrectionem mortuorum, &
vitam futuri ſæculi. Amen.

Poſt hujus ſanctæ fidei diſpoſitam ſtructu-
ram, quaſi ſuper ſolidiſſimam petram, cetero-
E rum negotiorum ſequentium conſtruximus fa-
bricam; [2] ut eo firmitate inconvulſibili du-
rent, quo ſuper fundamentum veræ fidei fue-
runt conſtructa perenne. Unde & has in com-
mune ſententias, quas principis hortatu con-
ſtruendas accepimus, communi voto edidimus,
quas etiam æterno reverentiæ vigore obſervan-
das fore cenſemus.

TITU-

ANNO CHRISTI 683.

* religioſiori diligentia.
* diſpergitis
* in cumulando juſtitiæ fructu
* complaceant, & quæ nobis proficiant ſemper agere valeamus. Sit utriſque parentibus in hoc ſæcul.
* proventione
* ſecundo
* coram cunctis tomi.
* neceſſaria inſtitutione le

Recitatur hoc ſymbolum ad verbum in officio Iſidoriano Mozarabum & XII conc. Tolet. & VIII.

1 Apud Iſidorum non eſt particula, *in*. Hard.
2 Iſidor. *ut firmitate inconvulſibili durent, quæ ſuper &c*, Hard.

ANNO CHRISTI 683.

## TITULI CAPITULORUM.

I. *De reddito teſtimonio dignitatis eorum quos profanatio infidelitatis cum Paulo* [illegible] *in ſocietate tyrannidis.*

II. *De accuſatis ſacerdotibus, ſeu etiam optimatibus palatii, atque gardingis, ſub qua eos juſtitiæ cautela examinari conveniat.*

III. *De tributorum principali relaxatione in plebe.*

IV. *De munitione prolis regiæ.*

V. *Ne defuncto principe relictam ejus conjugem aut in conjugio ſibi quiſquam aut in adulterio audeat copulare.*

VI. *Ut exceptis ſervis vel libertis fiſcalibus, nullus de ſervitute quorumlibet, aut libertis, deinceps ad palatinum officium, quocumque tempore tranſeat.*

VII. *De his qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præſumunt, vel luminaria eccleſiæ ſubtrahunt.*

VIII. *Ne admonente metropolitano quiſquam ex confinitimis ad locum ubi invitatur venire contemnat.*

IX. *De confirmatione concilii Toletani duodecimi, quod factum eſt anno primo glorioſiſſimi Ervigii regis.*

X. *Utrum audeant miniſtrare hi qui pœnitentiam accipiunt in ſacerdotio conſtituti.*

XI. *Ne quis alienum clericum vel monachum ſuſcipiat fugientem.*

XII. *De non excommunicandis a proprio epiſcopo perſonis illis, qui ad metropolitanum ſuum negotia ſua geſturi acceſſerint.*

XIII. *De relatione gratiarum quæ poſt per actionem concilii Deo & principi perſolvuntur.*

## CAPITULA.

### I.

Præconabile ſignum eſt, illis ſemper negotiis intereſſe, quæ & a pietate incipiunt, & per pietatis viſcera temperantur: *Pietas enim*, ut ait apoſtolus, *ad omnia utilis eſt*. Cujus virtutis admirabili dono cor glorioſi atque religioſiſſimi principis noſtri divino igne ſuccenſum decrevit pariter, & elegit, ut in unum cœtum omnes Hiſpaniæ aggregati pontifices, iſta decernerent, quæ & gravedines preſſurarum removeant, & ſublevationis opem dejectis opulenter impendant. Primo igitur negotiorum exorſu, hortante pariter & jubente religioſiſſimo domino noſtro Ervigio rege, decernendum nobis occurrit, ut omnes, quos ſcelerata quondam contra gentem & patriam conjuratio Pauli in perfidiam traxit, & titulo teſtimonii honeſtioris * abjecit, ad ſtatum dignitatis priſtinæ redeant, & nulla deinceps illis ob hoc catena judicialis obſiſtat, ſed omnes ita generoſæ ſtirpis ac nobilitatis propriæ ſubeant decus, ut præteritæ infidelitatis nullum perferant dedecus. Quod etiam & de filiis eorum decernimus obſervandum, qui poſt admiſſum parentum prælmemoratæ profanationis ſcelus nati eſſe produntur, ſive de ceteris omnibus qui ex tempore divæ memoriæ Cinthilani regis ſimili hucuſque infamationis nota reſperſi ſunt. Et quia incaſſum a ſervitute exuitur, qui ſpoliis premitur, hoc etiam adjiciendum præcelſi principis noſtri clementia juſſit, ut aggregati cœtus noſtri ſententia definiret, quo cum recepto teſtimonio dignitatis, congruis alerentur ſubſtantiis. Unde conſonam votis ejus ſententiam præfirmantes elegimus, ut ea quæ de rebus eorum nulli donata, neque in ſtipendiis data, ſed tantum fiſci ſunt * viribus applicata, unuſquiſque quod cuique proprium fuerit incunctanter per auctoritates regias poſſidendum recipiat, & receptum proprii arbitrii libertate diſponat. Illa vero quæ de eorum bonis largitione principali cuilibet donata, vel in ſtipendio data ſunt, in eorum jure, quibus conceſſa ſunt, perpetim tenebuntur. Hujus ergo pietatis ſententiam, quam, ordinante prædicto glorioſo principe noſtro formavimus, ſi quis immutandam elegerit, & tantæ miſericordiæ fabricam ſubruere tentaverit, per judicium omnipotentis Dei, anathema ſit.

1. Timot. 4.

Vide Lucam Tudenſem Chron.

* abegit

* juribus

### II.

Secundæ collationis objectu res noſtro cœtui lacrymanda occurrit, quæ tanto eſt ſynodalis judicii pondere abigenda, quanto immenſam ſtragem populis affert pariter & ruinam. Etenim decurſis retro temporibus vidimus multos, & flevimus, ex palatini ordinis officio cecidiſſe, quos & violenta profeſſio ab honore dejecit, & [a] trabale regum ſanctione judicum aut morti aut ignominiæ perpetuæ ſubjugavit. Quod importabile malum & impietatis facinus exhorrendum religioſi principis noſtri animus abolere intendens, generali omnium pontificum arbitrio retractandum invexit, & ultrici ſynodalis potentiæ auctoritate cohibendum inſtituit. Unde congruam devotionis ejus ſententiam decernentes, hoc in commune docrevimus, ut nullus deinceps ex palatini ordinis gradu, vel religionis ſanctæ conventu, regiæ ſubtilitatis aſtu, vel profanæ poteſtatis inſtinctu, ſive quorumlibet hominum malitioſæ voluntatis obnixu, citra manifeſtum & evidens culpæ ſuæ indicium, ab honore ſui ordinis, vel ſervitio domus regiæ arceatur: non antea vinculorum nexibus illigetur: non quæſtioni ſubdatur: non quibuslibet tormentorum vel flagellorum generibus maceretur: non rebus privetur: non etiam carceralibus cuſtodiis mancipetur: neque adhibitis hinc inde injuſtis occaſionibus abdicetur, per quod illi violentia occulta vel fraudulenta profeſſio extrahatur:

ſed

ANNO CHRISTI 683.

De gardingis habes intra. ... de officiis palatii Gothorum, in notis ad conc. Tolet. VIII. Vide etiam Gloſſarium du Cange.

ſed is qui accuſatur, gradum ordinis ſui tenens, & nihil ante de ſupradictorum capitulorum nobilitate perſentiens, in publica ſacerdotum, ſeniorum, atque etiam gardingorum diſcuſſione reductus, & juſtiſſime perquiſitus, aut obnoxius reatui detectæ culpæ legum pœnas excipiat aut innoxius judicio omnium comprobatus appareat. Illos tamen quos in locis talibus manere conſtiterit, unde nocibilis perfugii ſuſpicio ſit, aut eos, quos pro conturbatione terræ diligentius oporteat cuſtodiri, hos ſine aliquo vinculorum, vel injuriæ damno, ſub libera cuſtodia conſiſtere oportebit. Sic tamen repulſo omni terrore, ſub circumſpecta & diligenti cuſtodia habeantur, ut tempus, quo judicari eos oporteat, nullo modo ſub fraudulentia dilatetur, quo ab uxoribus vel propinquis atque etiam rebus ſuis diutiſſime ſeparati, profeſſionem ſuam videantur dediſſe inviti: quæ tamen, ſi data fuerit, modis omnibus non valebit: ſed juxta ſuperiorem ordinem, illud † tamen pro vero accipietur, quod ex ore ejus agnitum generali fuerit judicio comprobatum. Nam de ceterorum ingenuorum perſonis, qui palatinis officiis non hæſerunt, & tamen ingenuæ dignitatis titulum reportare videntur, ſimilis ordo ſervabitur qui, etiamſi pro culpis minimis (ut aſſolet) flagellorum ictibus a principe verberentur, non tamen ex hoc aut teſtimonium amiſſuri ſunt, aut rebus ſibi debitis privabuntur. Quod ſi de infidelitatis crimine quidquam eis objicitur, ſimili, ut ſuperius præmiſſum eſt, ordine judicandi ſunt. Quod ſynodale decretum divino, ut confidimus, ſpiritu promulgatum, ſi quis regnum deinceps aut temeranter cuſtodire neglexerit, aut malitioſe præterire prælegerit; quo quiſquam de perſonis texatis aliter quam præmiſſum eſt prædamnetur, aut aſtu congeſtæ malitiæ perimatur, vel dejectus ſui ordinis loco privetur, ſit cum omnibus, qui ei ex delectatione conſenſerint, in conſpectu altiſſimi Dei Patris, & unigeniti Filii ejus, atque Spiritus ſancti perenni anathemate ultus, & divinis vel æternis addicetur ardoribus concremandus. Et inſuper quidquid contra hanc regulam ſententiæ noſtræ, aut in perſona cujuſcumque fuerit actum, aut de rebus accuſatæ perſonæ extiterit judicatum, nullo vigore ſubſiſtat, quo perſona ipſa aliter quam decernimus judicata, aut teſtimonii ſui dignitatem amittat, aut quæſtu rei propriæ careat. Nec enim hæc & talia promentes, principibus domeſticæ correctionis poteſtas adimitur. Nam ſpecialiter de laicis illis, quos non culpa infidelitatis aſtrinxit,

† Scribe tantum, ut alibi, nam hæ voces ſæpe in Gothicis manuſcriptis confunduntur.

ANNO CHRISTI 683.

A ſed aut ſervitii ſui officio torpentes, aut in commiſſis ſibi actibus reperiuntur eſſe mordaces, vel potius negligentes, erit principi licitum hujuſmodi perſonas, abſque aliquo eorum † infamio, vel rei propriæ damno, & ſervitii mutatione corrigere, & in commiſſos talium alios qui placeant transmutare.

† Hæc vox infra etiam uſurpatur.

III.

Tertii ordinis glorioſæ inſinuationis occurſu liberalitas principalis longe lateque diffuſa, noſtro ſe invexit cœtui agnoſcenda: quæ, ſicut ex puro fonte regiæ proviſionis proceſſit, ita ſynodalis conventus B debet ſanctione præſtringi: Et ideo religioſi principis noſtri Ervigii regis affectus in toto gentis ſuæ ambitu uſquequaque porrectus, de virtute in virtutem quodammodo gradiens, & quaſi quibuſdam paſſibus ad meliora conſcendens, hoc per ſtylum regię auctoritatis decrevit, ut omne tributum præteritorum annorum, uſque in anno primo regni ſui, quod in privatis, ſive in fiſcalibus populis relucet, abſolutionis perpetuæ debeat ſanctione laxari: & tamen de ipſis tri-C butis præcipiens theſauris publicis exhiberi, quæ exacta & non illata fuiſſe conſtiterint. Quod pietatis beneficium admirantes non ſolum vigorem gloriæ definitioni ejus apponimus ſed & perpetuæ excommunicationi eum qui contra hæc venerit ſubjiciendum eſſe ſancimus.

IV.

Pridianæ diei exercitia glorioſa, quibus per trium capitulorum annotationem pietas principalis ſe monſtravit eximia, cogunt cœtus noſtri reverentiam aliquid D promulgare, * quo valeat & pietati regiæ vicem beneficentiæ reddere, & principali ſoboli ad futurum prodeſſe. Providentia enim ſalutaris ſemper eſt utilis; imo ſemper eſt utile, quod ad veram pertineat ſalutem. Et ideo piæ ſolicitudinis cura extenti, defenſionis decretum promulgare * prelegimus in [b] regiam prolem; & tuitionis in futurum obtendere pietatem, qui paternis beneficiis nequivimus reddere vicem. De hoc ſane principe noſtro Ervigio rege id nos definiſſe coveniat, cujus provida fide pa-E cato imperio regimur, affectu fovemur, præmiis fruimur, qui profanatoribus perditum libertatis decus reſtituit, qui de accuſatis modum, quo juſtiſſime examinentur, decrevit, qui terram gentis propriæ & illæſam ab hoſte ſervavit, & multiplici tributorum relaxatione erexit. Et ideo, qui tot erga gentis ſuæ populos ejus beneficia perſentimus, dignum eſt, ut ſaltem ejus filiis fortia tuitionis ad futurum adminicula prorogemus. Conteſtamur ergo omnes præſentes, & abſentes,

Scribe dict concilii ...

* quod

* F. prælegimus. Hard.

ANNO CHRISTI 683.

tes, ſeu etiam futuris temporibus ſubſe- A quentes, ſacerdotes, vel principes, ſeu cujuſcumque honoris aut ordinis homines, coram Deo & ſanctis angelis ejus, ut nullus ad futurum poſteritati ejus, vel glorioſæ conjugis ſuæ Liubigotoni reginæ, atque his qui gloriæ ſuæ filiis vel filiabus conjuncti eſſe noſcuntur, ſeu etiam qui adhuc conjuncti non ſunt, ſed protinus conjungendi ſunt, injuſtas lædendi occaſiones exquirat: nullus occulte vel publice, per quæ abdicentur, malitiæ ſuæ contra eos vota extendat: non eos gladio vel qualibet pernicioſa factione B interimat: nullus conſilium vel opus, quibus injuſte dejiciantur vel nudentur rebus, exhibeat: nullus his injuſte violentum tonſurę ſignaculum imprimat: nullus veſtem, contra ordinem glorioſæ conjugis ejus, vel filiabus ſuis, atque * nuris mutare præſumat: nullus etiam, extra evidentis culpæ indicium, aut exiliis eos relegandos inducat, aut eorum corporibus quarumlibet detruncationum vel flagellorum inferat detrimenta: quo cum præmemoratis omnibus, omnis ejus in tota ad futurum glorioſa poſteritas, nec læſionis injuſtam perferat notam; C nec rerum ſentia detrimenta. Si quis autem hominum, cujuslibet ſit ordinis aut honoris, huic noſtræ ſententiæ non acquieſcens, filios filiaſve gloriæ ſuæ, una cum ſereniſſima conjuge ſua Liubigotone regina, vel ſupradictis omnibus amodo vel quandoque ſine juſto partis ſuæ negotio, aut lædendos impetierit, aut dejiciendos elegerit, vel ex propria deliberatione conſenſerit, quo aut de rebus ſibi debitis injuſte expoliati nuden- D tur, aut dolo vel machinamento quolibet dejiciantur, ſit æterno anathemate ultus, & futuri examinis judicio condemnatus.

* c. Leaſſe, ſ. ... ac

## V.

Execrabile facinus, & aſſuetæ admodum iniquitatis eſt opus, defunctis regibus ſuperſtitis ejus conjugis regale † torum appetere, & horrendis pollutionum maculis ſordidare. Quis enim Chriſtianorum æquanimiter ferat defuncti regis conjugem alieno poſtmodum connubio uti? aut ſecuturi principis libidini ſubjugari? Et quæ fuit domina gentis, ſit poſtmodum proſtibulum fœditatis? Et quæ toris extitit regalibus honoris regii ſublimitate conjuncta ſtupris eorum vel conjugiis, quibus pridem dominata eſt, abdicetur ut reproba? Quid ergo ſi moriuntur principes, numquid inhonorandas relinquunt ſui corporis partes? aut quia ad gaudia cæleſtia Chriſtiani tranſeunt reges, propterea ad contumeliam in ſœculo eorum devocande ſunt conjuges? Nuſquam ergo inhonorum eſſe oportet, quod honorandum convenit opportune haberi. Nulli ergo licebit ſuperſtitem reginam ſibi in conjugio ducere, non ſordidis contactibus maculare. Non hoc ſecuturis regibus licitum, non cuiquam hominum licebit eſſe permiſſum. Quod ſi facere tale aliquid quiſquam præſumpſerit, quo aut ſuperſtitem reginam, poſt decedentis principis mortem, ſibi in connubio copulet, aut adulterina pollutione contaminet, ſive ſit rex, ſive quilibet hominum, qui hujus noſtræ ſanctionis ſententiam violare præſumpſerit, ſit ab omni Chriſtianorum communione ſecluſus, & ſulphureis cum diabolo contradatur ignibus exurendus. Quicumq; igitur hujus conſtitutionis noſtræ preſumpſerit convellere vel abradere ſanctionem ſit nomen ejus abraſum & deletum de libro vitæ, ut Tartareas judicii pœnas excipiat, qui hæc decreta honeſtatis devoverit violanda.

† ſic ſupra habitum, & libellum, pro habitus & libellus.

## VI.

Sæpe offuſcat nobilium genus ſubrectum ſervitutis importabile dedecus; quod & generoſos adæquatum infamat, & dominis plerumque notam proditionis importat. Multos enim ex ſervis vel libertis plurimum ex regio juſſu novimus ad palatinum fuiſſe pertractos officium, qui tamen affectare cupientes ſublimitatem honoris, quam illis ſubtrahebat natio offuſcatæ originis, dum æquales dominis per ſuſceptum palatinum officium facti ſunt, in necem dominorum ſuorum vehementius graſſaverunt. Et, quod nefas eſt dicere, etiam hi qui a dominis ſuis libertatis beneficio potiuntur, ipſi quoque dominis ſuis regio juſſu [c] tortores exiſtunt. Nam quid jam, ſi præcedentium & antiquorum hiſtorica narratione memoremus excidia, in qua obſcœna ſervitutis conditio dominorum ſæpe ſuorum caſum operiens, & regnum pariter labefactare fecit, & dominos? Ac proinde hortante pariter ac jubente prædicto glorioſiſſimo principe, hoc noſtri cœtus aggregatio obſervandum inſtituit, ut exceptis ſervis, vel libertis fiſcalibus, nul- E lus ſervorum, atque etiam libertorum quorumlibet, deinceps ad palatinum quandoque tranſire permittatur officium: nec etiam locorum fiſcalium, atque etiam proprietatis regiæ adminiculatores vel actores fieri quolibet tempore admittantur: ſed conditionis ſuæ uſum deinceps unuſquiſque ſervorum vel libertorum veraciter reminiſcens, ita ſibi ab ordine palatino extorris proficiat, ut dominis ſuis, vel dominorum ſuorum poſteritati, nec noceat, nec æqualis exiſtat. Quod ſi deinceps, quorumcumque ſit libertus, ſeu etiam

Idem ſæpe a Romanis imperatoribus ſancitum conſtat.

etiam ſervus, vel omnis eorum adſutura progenies, qui poſt hujus ſanctionis noſtræ ſententiam ad officia præmiſſa acceſſerit, illic quolibet tempore aut ſervitudat, illic quolibet tempore aut ſerviturus aut obſequendus modis omnibus contradatur, ex quo aut ſervitutis originem duxit, aut libertatis decus ſubire promeruit:

### VII.

Jerem. 48.
e partim ex vulg. partim ex Græco.

*Væ his* [d] *qui faciunt opus domini fraudulenter & deſidioſe*, propheticus ſermo annunciat. Et ſi illi væ incurrunt, qui negligenter opus domini faciunt, quod ſupplicium merebuntur qui divinæ ſervitutis cultum, malitia intercedente, ab altaribus Chriſti ſubducunt? Illos dicimus, qui obſtinatæ mentis doloſitate * confuſi, cum aliqua eos moleſtia fraternorum jurgiorum pupugerit, inſana illico temeritate abrepti, altaria nudantes ſacratis veſtibus exuunt, luminaria ſubſtrahunt, ac divinorum ſacrificiorum cultum, malitia intercedente, ſubducunt. Et quod in hominibus ſe vindicare non poſſunt, injuriam Deo (quod pejus eſt) inferunt. Unde ſi hujuſmodi pro fraterno odio homicidæ reatu aſtringitur, pro contemptu divino quid pœnæ merebitur? Etenim divinus ſermo increpat: *Si peccavit vir in virum, placari ei poteſt Deus:* * *ſi quis autem peccaverit in Deum, quis pro eo rogaturus eſt?* Facile ergo talium ſacerdotum exceſſibus illa domini ſententia coaptabitur, qua malitia percutitur ſacerdotum. Dicit enim *Honorificantes me honorificabo; qui autem contemnunt me, erunt ignobiles*. Quicumque ergo ſacerdotum, vel miniſtrorum, deinceps cauſa cujuslibet doloris, vel amaritudinis permotus, aut altare divinum, vel veſtibus ſacratis exuere præſumpſerit, aut qualibet alia lugubri veſte * accingi; ſeu etiam ſi conſueta luminariorum ſacrorum obſequia de templo Dei ſubtrexerit, vel extingui præceperit, aut quocumque lugubritatis in templo Dei induxerit, atque (quod pejus eſt) occaſionem nutrierit, unde de templis domini aut officia conſueta deſint, aut oblatio ſingularis ſacrificii videatur in aliquo defraudari; ſi eum andea veræ pœnitudinis coram metropolitano ſatisfactio non purgaverit, ignobilitati perpetuæ mancipatus, juxta ſuperiorem ſententiam domini, & loci ſui dignitate ſe noverit & * hoc honore privari. Illis porcul dubio perſonis ab hac ultionis ſententia ſeparatis, quæ aut contaminationem ſacrorum ordinum, vel ſubverſionem ſanctæ fidei metuentes, aut hoſtilitatem, vel obſidionem præferens, ſeu etiam divinorum judiciorum ſententiam metuentes, tale feciſſe contigerit: in quorum facto plus humilitas, qua Deus placetur, quam interni laboris doloſitas declaratur.

* [illegible] confuſi Hard.

1 Reg. 2.
* ſi autem in dominum peccaverit, quis
Alluſio eſt ad illum Joan. locum epiſt. 1 c. 3. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt.
1 Reg. 2. 16 qu. 1. Quicumque ſacerdos.

* accinxerit

* Deleadum hoc videtur. Hard.

### VIII

Si generaliter obediendum omni fratri intantum a Chriſto præcipitur, ut non ſolum ſi angariati fuerimus paſſibus mille, obedientiæ vota paremus, ſed etiam gemino id caritatis officio peragamus, jam quomodo obediendum eſt præeminenti? * Quibus apoſtolus ita obedire præcepit, ne de inobedientia fratris videantur ullo modo contriſtari. Accedit enim multoties, ut cauſa ſalutis alicujus vel collationis neceſſariæ, evocati a principe vel metropolitano confinitimi ſacerdotes, venire differant, & diverſis excuſationibus agant, quibus implere quæ jubentur omittant: hac de re naſcitur & difficultas ordinibus, & contemptus majoribus. Et ideo ſi quis epiſcoporum a principe, vel metropolitano ſuo admonitus, deſignato ſibi dierum rationabili ad veniendum ſpatio, ſive pro feſtivitatibus ſummis, paſcha ſcilicet, pentecoſte, & nativitate domini celebrandis, ſive pro cauſarum negotiis, ſeu pro pontificibus conſecrandis, vel pro quibuslibet ordinationibus principis, excepta inevitabili neceſſitate infirmitatibus, quæ teſtibus poſ * ſit comprobari idoneis; ad conſtitutum diem venire diſtulerit, contemptorum ſe noverit excommunicatione multari; ſi tamen exceptis ſupra taxatis capitulis, aut fluminum, aut aerum procelloſa immenſitas, ad præfinitum diem aditum ei ſubduxerit properandi: quod tamen & hoc ipſum convinci idoneis teſtibus oportebit. Hanc etiam & illi ex pontificibus ſententiam merebuntur excipere, qui exortos contra ſe clamores negotiorum admoniti a metropolitano diſtulerint emendare atque compeſcere, aut ſi admoniti ut ad judicium [f] primæ ſedis accedant, aut per ſe noluerint properare, aut vades ſuos neglexerint legaliter informatos dirigere.

Matth. 5.

Heb. 13.

Unde Idacius Barcinonenſis venit Toletum pro celebrando ſurrectionis ut repetebant ut teſtatur Julius Toletanus præſul in proœmio prognoſtici.
* F. [illegible] Hard.

### IX.

Licet unanimi conſenſionis noſtræ judicio geſta ſynodalia Toletani concilii duodecimi acta ſunt atque diſpoſita, quæ anno primo glorioſi principis Ervigii in hac urbe regia celebrata ſunt, nunc tamen, iterato inconvulſibilis noſtræ definitionis aſſenſu, ea ipſa geſta, prout geſta ſunt vel conſcripta, omni temporum æternitate valitura decernimus, & omnimodæ ſoliditatis vigore firmamus, juxta ordinem capitulorum, qui in eiſdem geſtis conſcriptus eſſe probatur; id eſt. De agnita, & confirmata prælectione faſtigii principalis in nomine glorioſi domini noſtri Ervigii regis. Item de his qui pœnitentiam non ſcientes accipiunt.

Item

ANNO CHRISTI 681.

Item de culpatorum receptione, vel communione apud eccleſiam. Item ut in locis, ubi epiſcopus non fuit, * nunquam epiſcopus ordinetur. Item de quorumdam conſuetudine ſacerdotum fœdiſſima, qui oblatis Deo per ſe ſacrificiis non communicant. Item de conceſſa Toletano pontifici generalis ſynodi poteſtate: ut epiſcopi alterius provinciæ cum conniventia principum in urbe regia ordinentur. Item de recepto teſtimonio perſonarum, qui per legem, quæ de promotiorum, qui per legem, quæ de promotione exercitus facta eſt, teſtificandi licentiam perdiderunt. Item de his qui uxores ſuas, divortio intercedente, relinquunt. Item de confirmatione legum, quæ in Judæorum nequitiam promulgatæ ſunt, juxta earumdem legum præfixum ordinem titulorum, qui in eodem canone annumerantur. Item de his qui ad eccleſiam confugium faciunt. Item de cultoribus idolorum. Item de interdicto temporis conſtituti, quo debeat concilium celebrari. Item concluſio definitionum, in qua & Deo gratiæ referuntur, & pro principe exoratur, ſtatuentes videlicet, ut qui contra ſupradictorum capitulorum decreta venire præſumpſerit, & eccleſiaſticæ excommunicationis ſententia feriatur, & ad legem glorioſi principis, quæ in confirmatione ejuſdem concilii facta eſt, teneatur obnoxius.

* *aliquem*

## X.

*Tertia dies concilii.*

Tertii diei neceſſario collationis eventu, viſum nobis eſt antiquorum patrum indagare de pœnitentium regulis inſtitutum. Etenim digno nobis venerandus honore ſanctiſſimus [g] frater noſter Gaudentius, Valerienſis ſedis epiſcopus, per vicarium perſonæ ſuæ ad concilium deſtinatum, congreſſus eſt noſtri reverentiam cœtus; inſinuans ſacroſancto ſynodali conventui, quod incommodæ valetudinis nimietate præventus, per manus impoſitionem ſubactus fuiſſet pœnitentiæ legibus. Sed utrum accepta pœnitentia, liceret ſibi præcepta ſui ordinis contrectare myſteria, vel miſſarum ſolita explere officia, per ſynodalia inſtitutionis ſe maluit certificari reſponſa. Tunc collatis in unum de hujuſmodi canonicis inſtrumentis, hoc ſancta ſynodus definivit, ut reconciliatione præmiſſa, ſoliti ordinis retentet officia. [h] Si enim regulæ præcedentium patrum, eos qui pœnitentiam in diſcrimina mortis accipiunt, & nulla de ſe manifeſta ſcelera confitentur, (ſi adſit tamen in his & talibus probitas morum) ad eccleſiaſticos gradus perveniie permittunt; quanto magis, ut hi qui in ipſo ſacerdotio conſtituti pœnitentiam accipiunt, a ſui ordinis officio retrahantur? tantum ſi ſe ipſi mortalium criminum profeſſione propria non notarunt. Cum enim omnis ſacerdos tunc ſibi licitum ſacrificare ſciat, quando [i] a malis actibus vacat, qua ratione, qui pœnitentiæ remedium ſuſcipit, quod datur in remiſſionem peccati, a ſacrificiis divinis ſe abigit? Pœnitentia enim ad hoc ſuſcipitur ut peccatum diluat, & peccati ſordes hominem iterare non ſinat. Qui ergo confidit per ſuſceptam pœnitentiam dimiſſa ſibi peccata, cur confidenter ad altare domini non accedat? vel cur ordinis ſui non audeat retentare officia, cum hoc alteri non liceat, niſi ei qui ſe a peccatis abſtineat? Etenim cum pœnitentiam accipimus, ad ſimilitudinem conditoris nos reformare conamur. Reformatio igitur ipſa medicamentum eſt, quo delentur piacula. Si enim medicamentum iſtud aſſumitur recte, creatori ſuo anima reformatur, recte etiam ſacrificandi Deo cultus aſſumitur; quia in eo ſimilitudo conditoris agnoſcitur: ſi autem pœnitentiæ medicamentum ſubtrahitur, quod in remiſſionem peccatorum accipitur, ad ſimilitudinem factoris uſpiam non venitur. Etenim pænitentia (ut dictum eſt) in remedium peccati accipitur; ſacerdotium vero propter munditiam retentatur: ut hoc ſacerdotis & vita, ita fructu bonorum operum floreat, quo & in ſe delicti paſſiones extinguat, & prædicamento ſuo in aliis peccati regnum potentialiter deſtruat. Huic igitur taliter, ut præmiſimus, ſacerdoti viventi quid oberit, ſi poſt acceptas pœnitentiæ leges divinis altaribus propoſitionis offerat panes? Aut numquid pœnitentiæ donum, quod in remedium ſit peccati, in prohibitione devocandum eſt ſacramenti? Nunquam ergo pœnitentiæ præcepta privabunt jura cœleſtia. [k] Pœnitens enim abſtinere a peccatis pariter & negotiorum ſæcularium tumultibus debet, non ab iis quæ ſancta videntur & ſumma ſe abſtrahere, quæ operantem plus expiant, quam commaculando deturpant. Scriptum eſt enim: *Sacerdos ad hominem mortuum non accedat*; [l] id eſt, mortalium criminum ſe implicatione non polluat. Non enim dicit Deus, ut ſacerdos ad ſacra quæque non auderet accedere, de quibus præceperat, ut nullo modo ſacerdos de ſanctis exiret; ſed ut mortis opera non auderet contingere. Ergo abigenda ſunt ab omni ſacerdote quæ maculant, exercenda quæ mundant. His ergo rationabili ſanctione præmiſſis, hoc ſancta ſynodus definivit, ut ſtante priſcorum canonum ſanctione, quicumque pontificum, vel ſacerdotum, deinceps per manus impoſitionem pœnitentiæ donum exceperint, nec ſe mortalium criminum profeſ-

*Levit. 21 ubi legitur ad omnem mortuum. Sic interpretatur hunc locum Heſychius in Levit. cap. 21.*

ANNO CHRISTI 683.

ſeſſione notaverint, tenorem retentandi A regiminis non omittant: ſed per metropolitanum, reconcilatione pœnitentium more ſuſcepta, ſolita compleant ordinis ſui officia vel cetera myſteriorum ſibi credita ſacramenta. Hoc tantum eſt obſervandum, ut ſi aut ante acceptionem pœnitentiæ adjudicatus, nec reconciliatus reperitur pro culpis, aut ſi in ipſa perceptione pœnitentiæ reconciliatus implicatum ſe dixerit moralibus factis; juxta æſtimationem metropolitani abſtinere hujuſmodi oportet a præmiſſis officiis. Ceterum, ſi (ut dictum eſt) ſub B pœnitentiæ perceptione conſiſtens, nihil mortalis criminis ſe admiſiſſe prædixerit, attamen, quod fateri hominibus erubeſcit, abſconſum intra clauſtra ſui pectoris deliteſcit; noverit ipſe ſibi de ſe poteſtatem eſſe conceſſam, ut juxta conſcientiæ ſuæ fiduciam, utrum audeat, aut non audeat ſacrificare Deo, ex ſui potius arbitrii poteſtate, quam ex noſtri judicii permiſſione procedat.

## XI.

Multæ ſuper hoc capiturum * patrum præcedentium ſententiæ manaverunt, C quod multiplici prohibitione ſancitum eſt, ut alterius * clericum * nemo ſollicitare, nemo fugientem recipere, nemo etiam aut obcelare, aut ordinare auderet. Sed quia, abundante iniquitate, & refrigeſcente caritate, nec honeſtas attenditur, nec cupiditas inhibetur, agendum eſt, ut quos impunis admonitio non emendat, evidens ſententia damnationis coerceat. Placuit ergo, ut nullus alienum presbyterum, abbatem, miniſtrum, ſubdiaconum, vel quemlibet clericum, D ſeu etiam monachum fugentem, vagumque ſuſcipiat, non ad fugam ſuadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud ſe habito vel retento humanitatem impendat; non occaſiones, quibus quaſi ſe neſciente alibi lateat, turpi oppoſitione confingat: nam horum omnium caſibus non ſolum turpatur honeſtas, ſed frequenti dolorum acerbitate confoditur fraternitas. Etenim ſi dicat quis ſimplici animo alterius clericum ſuſcepiſſe, nec noſſe eum fugitivum exiſtere, tunc evidens innocentiæ ſuæ puritas approbanda eſt, E quando eum, quem ſuſcepit, & infra octo dies juxta legum ſanctionem judici præſentaverit, & infra tempus legibus conſtitutum, illuc fugitivum reduxerit, unde per fugam vagabundus exivit. Quicumque ergo ex pontificibus, ſeu ſacerdotibus, vel miniſtris, ceteriſque religioſis hujus inſtitutionis noſtræ violaverit ſanctionem; ſi hujuſmodi ſuſceptor epiſcopus eſt, & eum quem ſuſcepit, cum his quæ habere potuit, * & ei, a quo evagatus eſt, ſine dilatione reſtituet; & inſuper, ut vere ſacrilegus, & tranſgreſſor inſtitutionis paternæ, tanto tempore excommunicatum, & remotum ſe a ſuis officiis noverit eſſe, quanto eum qui fugit ſub ſua poteſtate contigerit remoraſſe. Si autem hujus conſtitutionis noſtræ prævaricator presbyter, diaconus, vel quilibet ex religioſis videatur haberi, reddito eo, cum rebus ſibi debitis, quem ſuſcepit, ipſe ſolus apud eum anno integro ſub pœnitentiæ cenſura deputatus tenebitur, cujus fugitivum ſuſcepiſſe monſtratur. Quicumque tamen talibus humanitatem impendunt, eadem & ſimili cenſura legum exquirendos & obſtringendos ſe noverint, qua ſuſceptores fugitivorum legum ſanctione præmonentur adſtringi. Illi autem qui predeceſſorum ſuorum id factum eſſe temeritate contendunt, tunc immunes ab hujus ultionis ſententia habebuntur, ſi a tempore ordinationis ſuæ, infra duorum menſium ſpatium, ejus, qui apud ſe eſt, & latebram publicaverint, & perſonam domino fugitivi reduxerint. His ſane, qui de confinitimis epiſcopis, ceteriſque eccleſiarum rectoribus ad metropolitanum ſuum pro cauſarum ſuarum neceſſitate confugiunt, ſicut licentia talibus perfugii datur, ita hi, qui eos ſuſceperint, damnari, utpote receptores fugitivorum non poterunt: præſertim ſi & publice illos apud ſe habeant, & eos, cum quibus actiones habuerint, ad repoſcentis vocem conventuros admoneant.

Mansi. 84.

Legibus Wiſigot. lib. 9 tot. & integro

## XII.

Quicumque ex clericis vel monachis, cauſam contra proprium epiſcopum habens, ad metropolitanum ſuum cauſaturus acceſſerit, non ante debet a proprio epiſcopo excommunicationis ſententia prædamnari, quam per judicium metropolitani ſui, utrum dignus excommunicatione habeatur, poſſit agnoſci. Quod ſi ante judicium quis epiſcoporum in talium perſonas excommunicationis ſententiam præmiſerit, illis penitus quos ligaverint abſolutis, in ſe illam noverit retorqueri ſententiam. Quod etiam & inter metropolitanos convenit obſervari; ſi prægravatur quis a metropolitano proprio, ad alterius provinciæ metropolitanum moleſtiam preſſuræ ſuæ agnoſcendam detulerit: aut ſi inauditus a duobus metropolitanis, ad regios auditus negotia ſua perlaturus acceſſerit; & ob hoc excommnnicationis jugulum a proprio epiſcopo illi videatur infigi, hoc tantum eſt obſervandum; ut, ſi prius unumquemque excommunicationem contigerit ſuſcepiſſe, antequam a proprio epiſcopo ad alium pertranſiret, tamdiu excommunica-

* F. redundat illud & Hard.

ANNO CHRISTI 683.

nicatus apud eum, cujus judicium petiit, habeatur, quamdiu excommunicatoris ſui objectibus, utrum juſte an injuſte alligatus ſit, agnoſcatur.

XIII.

His ergo ſynodicis inſtitutis ſubſcriptionis noſtræ robur * apponimus, & ſub tenore divino, perenni ea quæ decrevimus memoriæ conſecramus, dantes immortali Deo noſtro gloriam pariter & honorem, cujus inſpiratione aguntur omnia quæ ſalubriter exercentur. Inviĉtiſſimo quoque atque roligioſiſſimo principi Ervigio regi multiplicem gratiarum exhibitionem perſolvimus, cujus clementiſſimo juſſu in unum cœtum aggregandi convenimus. Sit illi pax optabilis & beata: ducat quoque tempora pro curſu longioris ævi felicia; & poſt imperialia terreni regni ſceptra coronandus perveniat ad cœleſtia regna, præſtante Jeſu Chriſto domino Deo & ſalvatore noſtro, qui cum patre, & ſancto Spiritu, unus in Trinitate vivit & gloriatur Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

* apponitur

### SUBSCRIPTIONES.

*Epiſcopi.*

Ego Julianus indignus ſanctæ eccleſiæ Toletanæ metropolitanus epiſcopus inſtituta a nobis definita ſubſcripſi.
Liuba Bracarenſis metropolitanus epiſcopus.
Stephanus Emeritenſis metropolitanus epiſcopus.
Florenſindus Hiſpalenſis metropolitanus epiſcopus.
Leander Illicitanæ ſedis epiſcopus.
Palmatius Urcitanus epiſcopus.
Concordius Palentinæ ſedis epiſcopus.
* Mumulus Cordubenſis epiſcopus. [* Mommolus]
Antonianus Baſtitanus epiſcopus.
Theuderacius Aſſidonenſis epiſcopus.
Stercorius Aucenſis epiſcopus.
Geta Eliplenſis epiſcopus.
* Monoſonſus Egitanienſis epiſcopus. [* Monoſonſus]
Froaricus P[illegible]ucalenſis epiſcopus.
Gregorius * Oretanus epiſcopus. [* Oretanæ ſedis]
Agricius Complutenſis epiſcopus.
Proculus Bigaſtrenſis epiſcopus.
Miro Conimbrienſis epiſcopus.
* Creſcitarus Biterrenſis epiſcopus. [* Creſcituras]
Cicilius Dertoſanus epiſcopus.
Ella Segontienſis epiſcopus.
Sonna Oxomenſis epiſcopus.
Simpronius Arcavicenſis epiſcopus.
Reparatus Veſenſis epiſcopus.
Cuniuldus Italicenſis epiſcopus.
Hilarius Aurienſis epiſcopus.
Gundulfus Lamecenſis epiſcopus.
Felix Irienſis epiſcopus.
* Atula Caurienſis epiſcopus. [* forſ. Avila, in Tolet. XII. Atula Hard.]
Bellitus Oſſonobenſis epiſcopus.
Eufraſius Lucenſis epiſcopus.
Joannes Pacenſis epiſcopus.
Oppa Tudenſis epiſcopus.
Aſturius Setabitanus epiſcopus.
Deodatus Segobienſis epiſcopus.
Truĉtemundus Elborenſis epiſcopus.
Siſebaldo Tuccitanus epiſcopus.
Siſebaldo Tuccitanus epiſcopus.
Vincentius Magalonenſis epiſcopus.
* Unigirus Abelenſis epiſcopus. [* Unigiris]
Theodulfus Aſtigatanus epiſcopus.
Gratinus Egabrenſis epiſcopus.
Sarmata Valentinus epiſcopus.
Brandila Laniobrenſis epiſcopus.
Holemundus Salmanticenſis epiſcopus.
Florus Menteſanus epiſcopus.
Olipa Segobrienſis epiſcopus.
* Euſendus Ilerdenſis epiſcopus. [* Euredus]
Ara Olyſipponenſis.

*Abbates.*

Abſalius abbas.
Fauſtinus abbas.
Gerontius abbas.
* Gaſtorius abbas. [* Caſtorius]
Siſebertus abbas.
Felix archipresbyter.
Viſandus archidiaconus.
Vincentius primicerius.

*Vicarii epiſcoporum.*

Pacatus * abbas agens vicem Sunifredi epiſcopi Narbonenſis. [* indignus abbas]
* Spaſandus archidiaconus agens vicem Cypriani epiſcopi Tarraconenſis. [* Iſpaſandus]
Laulfus diaconus agens vicem Idalii epiſcopi Barcinonenſis.
Giſibertus diaconus agens vicem Anſemundi epiſcopi * Lotoebenſis. [* de Totela. * Lotovenſis]
Freidebadus abbas agens vicem Valderedi epiſcopi Cæſarauguſtani.
Veremundus abbas agens vicem Clari epiſcopi Elenenſis.
* Gratinus presbyter agens vicem Argebadoni epiſcopi Eliberitani. [* Gratianus presbyter, Joannis Egarenſis epiſcopi, & non Siſaldus abbas, Stephan. Carcaſſenſis epiſcopi: ita ab duo epiſcopi omittuntur]
Samuel presbyter agens vicem Joannis epiſcopi Egarenſis.
Seſuldus agens vicem Felicis epiſcopi Dianienſis.
Citruninus abbas agens vicem Stephani epiſcopi Carcaſſenſis.
Audericus presbyter agens vicem Eufraſii epiſcopi Calagurritanenſis.
Audericus presbyter agens vicem Rogati epiſcopi Beatienſis.
Dexter diaconus agens vicem Primi epiſcopi Agathenſis.
Unicomalus diaconus agens vicem Atilani epiſcopi Pampilonenſis. [* F. Vincomalus. Hard.]
Andebertus abbas agens vicem * Gadiſcaldi epiſcopi Oſcenſis. [* Cadiſcli]
Leopardus abbas agens vicem Potentini epiſcopi Uticenſis.
Tuentius presbyter agens vicem Riccilani epiſcopi Accitanenſis.
* Florentinus agens vicem Leuberici epiſcopi Urgelitanenſis. [* Florentinus presbyter Leuberici Urgellitani epiſcopi.]
Vincentius abbas agens vicem Gaudentii epiſcopi Valerienſis.
Segarius abbas agens vicem Gundilani epiſcopi Impuritani.
Stabilius abbas agens vicem Jacobi epiſcopi Gerundenſis.
Baromellus diaconus agens vicem Auſterii epiſcopi Tyraſſonenſis.
Calumnioſus diaconus agens vicem Samuelis epiſcopi Malacitani.
* Ciexa presbyter agens vicem Vviſefredi epiſcopi Auſonenſis. [* Cillxa]
Joannes abbas agens vicem Reginci epiſcopi Aucenſis.

Leo-

ANNO CHRISTI 683.

Leopardus abbas agens vicem Aurelii epiſcopi Aſturicenſis.

Habitus diaconus agens vicem Potentini epiſcopi Verecenſis.

*Viri illuſtres officii palatini.*

Oſtulfus comes hæc inſtituta ubi interfui annuens ſubſcripſi.

Ubadamirus comes ſcanciarum & dux ſimiliter.

Reccaredus comes ſcanciarum & dux ſimiliter.

Argemirus comes cubiculi & dux ſimiliter.

Egica comes ſcanciarum & dux ſimiliter.

Iſidorus comes theſaurorum ſimiliter.

Siſebutus comes ſcanciarum & dux ſimiliter.

Valdericus comes civitatis Toletanæ ſimiliter.

Vitulus comes patrimonii ſimiliter.

Cixila comes notariorum ſimiliter.

Suniefredus comes ſcanciarum & dux ſimiliter

Giſclamundus comes ſtabuli ſimiliter.

Guiliangus ſpatarius & comes ſimiliter.

Altericus ſpatarius & comes ſimiliter.

Adeliabus comes ſcanciarum ſimiliter.

Theudila procer ſimiliter.

Salamirus comes ſcanciarum ſimiliter

Ataulfus comes cubiculariorum ſimiliter

Nilacus ſpatarius & comes ſimiliter.

Severinus comes ſpatariorum ſimiliter.

Traſericus ſpatarius & comes ſimiliter.

Audemundus procer ſimiliter.

Siſimirus ſpatarius comes & dux ſimiliter.

Traſimirus procer ſimiliter

Terrelarius comes ſpatarius ſimiliter.

Recaulfus procer ſimiliter.

*In nomine domini * Flavius rex omnibus privatis ſive fiſcalibus populis.*

* FLAVIUS ERVIGIUS.

MAGNUM pietatis eſt præmium, quo removentur gravedines preſſurarum: quia illud ſemper ante Dei oculos perfectæ miſerationis ſacrificium approbatur, quo fit relevatio miſerorum: ex hoc ſalvatio inducitur terræ, per quod preſſuræ ſubvenitur humanæ. Judicium eſt quippe ſalutare in populis, quando ſic commiſſa reguntur, ut nec incauta exactio populos gravet, nec indiſcreta remiſſio ſtatum gentis faciat deperire. Tempora ergo noſtræ gloriæ miſericordiæ beneficiis condienda ſunt; ut, parcente nobis Deo, ipſi quoque populis parcere videamur. Votivum igitur omnipotenti Deo meo cordis ſacrificium delibare præoptans, in nomine divino omnibus populis regni noſtri, tam privatis, quam etiam fiſcalibus ſervis, viris, ſeu etiam fœminis, ſub tributali exactione in provinciam Galliæ, atque in omnes provincias Hiſpaniæ conſiſtentibus, hoc decretum beneficium in Dei nomine prorogamus: ut quidquid in præteritis annis de ratione tributi, uſque ad primum noſtræ clementiæ annum, theſauris publicis redhibere videmini, totum vobis ex integro noveritis eſſe conceſſum; qualiter uſque ad prædictum primum noſtræ gloriæ annum, quidquid de ratione tributorum apud vos relucet, ſic totum donatum vobis a ſerenitate noſtra habeatis, ut nullam ex hoc abinceps de præteritis annis exactionem publicam pertimeſcant: ea tamen ratione ſervata, ut ea quæ in præteritis exacta ſunt, & fiſco noſtro illata non ſunt, ab his qui ea exegerunt in publicis inferantur. Quod ſi diſtulerint, & in hoc confeſtim inferre neglexerint, in quadruplum una cum ſatisfactione diſciplinæ, juxta quod noſtra manſuetudo decreverit, id ipſum theſauris publicis perſolvebunt. Certe ſi quiſquis ille dux, comes, tiuphadus, numerarius, villicus, aut quicumque curam publicam agens, tributa exacto ſibi commiſſo, annis ſingulis plenario numero non exegerit, aut exacta apud ſe retinuerit, & ea ſtatim theſauris publicis inferre neglexerit: duplata tributa ipſa de propriis rebus ſuis, modis omnibus in publico inferebit. Hoc tamen ſpeciali & evidenti ſerenitatis noſtræ ſententia definimus, ut nullus de ſupradictis comitibus, tiuphadis, vicariis, numerariis, ſeu quibuſcumque curam publicam agentibus, qualcumque exactiones pro hoc negotio pietatis, cuilibet ex vobis, quibus & relaxatio manſuetudinis noſtræ B conceditur, quicumque exigere præſumpſerit, aut quiſpiam eorum vobis pro tali cauſa aliquid abſtulerit, aut ab aliis ablata ſibi acceperit, & pro his cauſis quibuslibet modis aliquid inutilare præſumpſerit, in quadruplum de quidquid acceperit, cui noſtra clementia elegerit univerſa reſtituat. De terris vero, vel vineis, quas pro eodem tributo quicumque ſupradictorum curam publicam agentium vobis privatis, vel fiſcalibus populis abſtulit, vel accepit fruges aridas, & liquidas exinde in præteritis annis unuſquiſque exactor collegit in rationem ipſius tributi, hoc ſibi imputet, & terras ipſas, vel vineas vobis, de quorum jure ablatæ ſunt, reſtituere non differat. Sic enim dignum eſt, C ut quod pietatis noſtræ ſinceritate depromitur, ita a cunctis ſine cujuſquam exactionis ſtimulo peragatur. Datum ſub die Kalendarum Novembris, anno feliciter quarto regni noſtri, Toleto.

## LEX IN CONFIRMATIONE CONCILII EDITA

*In nomine domini: Flavius Ervigius rex,*

EXIMIA ſynodalis auctoritas & veneranda eſt pariter & tremenda, quæ in tantum per donum ſancti Spiritus agit, ut ex diverſitate multorum animorum & cordium unum cor, D unamque animam feciſſe monſtretur; dum numeroſitas aggregata pontificum, non per ſententiam diſcrepat, non per ſtimulum diverſa objectat, nec per judicium aliud unus quam univerſitas format. Et ideo reverendum mihi conventum ſynodalis concilii, in cujus medio præſentia ſancti Spiritus ſe habitare promiſit, devote venerans, inſtanterque honorans ea, quæ illorum ore noſtræque gloriæ hortatu digeſta ſunt, in notitiam deducamus ſingulorum: illa dicimus ſynodalis concilii geſta, quæ anno quarto regni noſtri in Toletana urbe noſcuntur eſſe confecta: quarum inſtitutionum evi- E dentia * ſine cunctatione omnibus innoteſcant, hic ea * prælegimus ſpecialiter renotanda. Eſt igitur primus canon de reddito teſtimonio dignitatis eorum, quos profanatio infidelitatis cum Paulo traxit in ſocietatem tyrannidis: quos celſitudo noſtra una cum filiis, per hujus noſtræ legis edi[illegible], & teſtimonio nobilitatis priſtinæ, uti & rebus, quas per auctoritatis noſtræ vigorem perceperint, decernimus reveſtiri. Item ſecundus eſt titulus de accuſatis ſacerdotibus, ſeu etiam optimatibus palatii, atque gardingis; ſub qua eos juſtitiæ cautela examinari conveniat, quos gloriæ noſtræ manſuetudo, juxta ipſius canonis inſtitute, nullis tormentorum generibus ante publicam di-

* leg. ut hic

* ſorte prælegimus, ut ſupra hoc ipſo concilio cap. 1 pro prælegerit, prælegerit.

ANNO CHRISTI 683.

diſcuſſionem ſubjici cenſuit ; ſed omnes qui deinceps fuerint accuſati, juxta ſanctionem prædicti concilii erunt procul dubio judicandi. Unde id ſpecialiter obſervandum fore cenſemus, ut quidquid contra hanc regulam ſententiæ noſtræ, vel prædicti canonis inſtitutionem, aut in perſonam cujuſquam fuerit actum, aut de rebus accuſatæ perſonæ extiterit judicatum, juxta prædicti canonis inſtituta, nullo vigore ſubſiſtat ; quod perſona ipſa aliter quam decernimus judicata, aut teſtimonii ſui dignitatem amittat, aut quæſtu rei propriæ careat. Tertius quoque canon eſt de tributorum principali relaxatione in plebe : ubi noſtræ gloriæ auctoritate ſimul & exhortatione ſancitum eſt, ut omne * tributorum præteritorum annorum uſque in anno primo regni noſtri, quod in privatis, ſive in fiſcalibus populis * relucet, abſolutionis perpetuæ debeat ſanctione laxari ; ea tantùm præcipiens theſauris publicis exhiberi, quæ exacta & non illata fuiſſe conſtiterit. Quartus poſt hæc ſequitur canon de munitione prolis, quem promptæ voluntatis * annitu omnis conventus ſacerdotum, atque etiam ſeniorum condere * prælegerunt. Quintus canon ſequitur, ne defuncto principe relictam ejus conjugem quiſquam ſibi, aut in conjugio, aut in adulterio, audeat copulare. Sextus deinde ſequitur canon, ut, exceptis ſervis vel libertis fiſcalibus, nullus de ſervitute quorumlibet, aut libertis deinceps ad palatinum officium tranſeat. Quod ſi fecerint, præſentis legis noſtræ edicto ad propriæ ſervitutis jugum modis omnibus reducendi ſunt, qualiter a dominis ſuis, ſi ſuperſtites ſunt, aut eorum propinquis, quibus decedentium ſucceſſio ex lege debetur, ſervituti tradantur. Poſt hunc ſeptimus eſt canon, de his qui pro accidentia jurgiorum altaria nudare præſumunt, vel luminaria eccleſiæ ſubtrahunt. Octavus quoque canon ſequitur, ne admonente metropolitano quiſquam ex confinitimis ad locum ubi invitatur venire contemnat. Nonus quoque canon ſequitur de confirmatione concilii Toletani duodecimi, quod factum eſt anno primo gloriæ noſtræ. Decimus huic canon adjungitur, ubi ſpeciali ſententia definitur, utrum audeant miniſtrare hi qui pœnitentiam in ſacerdotio conſtituti accipiunt. Undecimus quoque canon habetur, ne quis alienum clericum vel monachum ſuſcipiat fugientem. Duodecimus poſt hæc canon ſcribitur de non excommunicandis a proprio epiſcopo perſonis illis, quæ ad metropolitanum ſuum negotia ſua ſuggeſturæ acceſſerint. Ultimus & tertiuſdecimus poſt hunc canon ſubſequitur de relatione gratiarum, que poſt peractionem concilii Deo & principi perſolvuntur. Quæ omnia præmiſſa ſynodalia inſtitutionum decreta a præſenti die vel tempore omni cura omnique diligentia per cunctas regni noſtri provincias decernimus obſervanda. Qualiter & perſpicuum auctoritatis validæ faſtigium ſubeant, & perpetuo vigoris ordine fondata perſiſtant. Quamobrem ſacræ hujus legis oraculo omnibus generaliter religioſis, atque etiam laicis ſub regni noſtri ditione manentibus interdicimus pariter & jubemus, ut prædicta ſynodalia geſta nullus contemnat, nullus etiam præterire aut convellere audeat, nemo notus harum conſtitutionum jura reſolvat, nemo incognitus neſcientiæ ſuæ objectibus excuſare ſe conjiciat : nam a præmemorato ſuperius die & tempore, & auctoritatis debitæ vigore pollebunt, & inſtitutionum ſuarum regulis cunctorum univerſitas aſtringetur. Si quis autem hujus noſtræ legis violator extiterit, ac non potius ea quæ præmiſſa ſunt cuſtodierit, & diutinam eccleſiaſticæ diſciplinæ excommunicationem excipiat, & decimam partem rei ſuæ fiſci partibus ſociandam amittat. Quod ſi nihil habuerit facultatis, unde prædictam compoſitionem perſolvere poſſit, abſque aliquo infamio ſui, quinquaginta cum oportebit ictibus verberari. Hujus igitur legis noſtræ decretum, quod in confirmatione hujus ſacri concilii noſcitur promulgatum, glorioſæ manus noſtræ exaratione ſubſcripſimus, & ad perennem memoriam valorem ei perpetuum innodamus. Edita lex in confirmatione concilii. Toleto, ſub die Idus Novembris, æra DCCXXI anno quoque feliciter quarto regni gloriæ noſtræ, in Dei nomine, Ervigius rex.

Margin: * tributum. * ſubjacet al. rejacet. * affectu. * Pro prælegerunt in ſu. pia Hard.

## NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

a *Trabale.* ) Lege *& trabale regum ſanctione judicium.* Ut enim a Virgilio dicitur telum trabale, ab Horatio & Cicerone clavus trabalis, a Statio haſta trabalis, pro magnis videlicet, atque inſtar trabis, ita hic judicium trabale dicitur pro ingenti, ſævo & irrevocabili. (Cap. 2. Judicium trabale quod?)

b *Prolem regiam,* ) De cuſtodienda ſalute regum, ac defenſione prolis eorum, habes concilio Toletano V. cap. 2. & de dilectione adhibenda proli regiæ concilio Toletano VI. cap. 16. & concilio Toletano XV. in epiſtola Egicæ regis. (Cap. 4.)

c *Tortores* ) Gothorum legibus cautum erat lib. 5. tit. 7. lib. 10. & 11. ne libertus injuriam faceret domino ſuo, alioqui addicendi eum iterum ſervituti poteſtatem habebat. & lib. 17. *Ne liberti, vel progenies eorum cum poſteritate patroni, aut conjugia connectant, aut eis inſolentes exiſtant.* (Cap. 6. Libertus ad quid obligatur manumiſſori ſuo?)

d *Qui faciunt opus domini fraudulenter.* ) Locus eſt Jeremiæ, c. 48. hoc modo. *Qui facit opus domini fraudulenter ſive negligenter* (cui reſpondit vox ἀμελῶς, quæ eſt apud ſeptuaginta) deſuntque duo ſequentia verba. (Cap. 7.)

e *Quibus apoſtolus ita obedire præcepit.* ) Ad Hebræos cap. 13. dicitur : *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis : ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes.* (Cap. 8.)

f *Primæ ſedis accedant.* ) Hæc tria nomina ſupremam dignitatem in eccleſia in ſuo ordine ſignificant : prima ſedes, primas, ſeu primatus, & metropolitanus. Prima ſedes ſuprema eccleſiæ poteſtas, quæ eſt caput totius catholicæ eccleſiæ, id eſt Romanus pontifex. Ita ſynodus 300. epiſcoporum in cauſa fidei Marcellino ſummo pontifici reſpondit : *Ore ſuo condemnatus eſt, ore ſuo anathematizamus, accepit maranatha : nemo enim judicavit pontificem, nec præſul ſacerdotem ſummum : quia prima ſedes non judicatur a quoquam.* Uſurpatur tamen prima ſedes interdum pro ſede archiepiſcopali, ea videlicet cauſa, quod ſicut ſummus pontifex omnium eccleſiarum in univerſo orbe primus, & princeps, & pater, & caput eſt, ita & archiepiſcopus epiſcoporum, quos in ſua habet provincia, obtinet primum locum. Hinc concilio IV. Carthaginenſi in ſubſcriptionibus, Donatianus Talabricenſis primæ ſedis epiſcopus ſubſcribit. & in Toletano V. & aliis Hiſpaniæ conciliis, Carthaginenſis, Tarraconenſis, Narbonenſis, Emeritenſis, Bracarenſis, & Hiſpalenſis, ſedes primæ dicuntur. Et concilio Carthaginenſi III. cap. 26. cavetur, ut primæ ſedis epiſcopus non appelletur princeps ſacerdotum, aut ſummus ſacerdos, aut aliquid hujuſmodi, ſed tantum primæ ſedis epiſcopus ; eſtque apud Gratianum diſt. 99. Primæ ſedis. De qua re vide Rufum in Molinæum. Primas dicitur epiſcopus, qui eſt caput totius provinciæ. Sic concilio Carthaginenſi II. cap. 12. ut inconſulto primate cujuſlibet provinciæ nemo præſumat epiſcopum ordinare, ibi enim pro metropolitano accipitur ; utpote cum hoc munus ad ſolum metropolitanum pertineat, ut ex multis conciliis liquet. & concilio Milevitano primas ponitur Numidiæ, & Mauritaniæ. Unde in unaquaque provincia metropolitanus primas vocabatur. Accipitur etiam univerſalius primatus appellatio pro iis qui jus habeant ſupra metropolitanos, ex concilio Chalcedonenſi can. 9. *Si vero contra ipſius provinciæ metropolitanum epiſcopus epiſcopus ſive clericus habeat controverſiam, pergant ad ipſius diœceſis primates aut certe ad Conſtantinopolitanæ regiæ civitatis ſedem.* Qui canon doctiſſime & eruditiſſime explicatur a Franciſco Turriano lib. 3. pro epiſt. pontif. cap. 4. principem diœceſis, vel primatem, Romanum pon-

(Prima ſedes. Archiepiſcopalis ſedes per metaphoram prima quandoque appellatur. Primas quis?)

ANNO CHRISTI 684.

# VITA
# EPISTOLÆ ET DECRETA
## BENEDICTI PAPÆ II.

Danter variantes ex Cod Luc 490.
* 8 dies 17.
* largiſſimus
* faſtellis
* periergum.
* for. Vergilias
* for. Veſuvius

BENEDICTUS (a) natione Romanus, ex B patre Joanne, * ſedit menſes * decem, dies duodecim. Hic ab ineunte ætate (b) ſua eccleſiæ militavit, atque ſe ſic in divinis ſcripturis, & cantilena a puerili ætate, & in presbyterii dignitate exhibuit, ut decet virum ſuo nomine dignum, in quo veræ ſupernæ benedictionis gratia redundavit, & nomine pariter & operibus, ut dignus ad pontificii regimen perveniret. Paupertatis amator, humilis, manſuetus, (c) patientiam habens, atque manu * largiſſima. Hic eccleſiam beati Petri apoſtoli, ſed & beati Laurentii martyris, quæ appellatur Lucinæ, reſtauravit. Itemque in eccleſia beati Valentini via Flaminia fecit coopertorium ſuper altare cum clavis, (d) & * faſtellis, & in cir- C cuitu * palergium chryſoclavum pretioſiſſimum ſimiliter & in eccleſia beatæ Mariæ ad martyres aliud coopertorium porphyreticum cum cruce (e) & gemmulis, quatuor chryſoclavos, & in circuitu palergium de holoſerico pulcherrimum, nec non & in titulo ſuprascripto Lucinæ alium coopertorium ornatum holoſericum. Fecit autem calices aureos miniſteriales duos penſantes ſingulos libras ſingulas. [b] Hic ſuſcepit divales juſſiones clementiſſimi Conſtantini magni principis ad venerabilem clerum & populum atque feliciſſimum exercitum Romanæ civitatis, per quas conceſſit, ut perſona qui electus fuerit ad ſedem apoſtolicam e veſtigio abſque tarditate pontifex ordinetur. Hic una D cum clero & exercitu [c] ſuſcepit mallones capillorum domni Juſtiniani & Heraclei filiorum clementiſſimi principis, ſimul & juſſionem, per quam ſignificat eoſdem capillos direxiſſe. Hujus temporibus apparuit ſtella (f) noctu juxta * vigilias per diem cœlo ſereno inter nativitatem domini, & theophaniam omnimodo obumbrata, veluti luna ſub nube. Itemque menſe Februario poſt natale ſancti Valentini in die ab occaſu exiit ſtella meridie, & in partes orientis declinavit. Poſt hæc mons * Bebius, qui eſt in Campania, menſe Martio eructavit per diem, & omnia loca circumquaque præ pulvere cineris illius exterminata ſunt. (g) Clerum videlicet diverſis ordinibus in die ſancto paſchæ E honoribus ampliavit. Qui e veſtigio (h) in infirmitatem incidit, & poſt dies aliquot defunctus eſt. Hic dimiſit omni clero, monaſterii, (i) diaconiæ, & manſionariis auri libras triginta. Fecit autem epiſcopos per diverſa loca numero duodecim. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum, ſub die octavo Idus Maji, & ceſſavit epiſcopatus menſes duos, dies quindecim.

NOTÆ SEVERINI BINII.

Benedictus quando pontifex factus.

a *Benedictus.*) Anno 684. die vigeſima Auguſti Benedictus creatur pontifex, poſtquam ſedes pontificia uno menſe & 22. diebus vacaſſet. Hiſpaniarum epiſcopos per literas Chriſtiana caritate, & citra omnem contentionem admonuit, ut corrigerent, vel potius declararent, quomodo in ſua epiſtola, quam ipſi per Petrum regionarium ad ſedem apoſtolicam reddiderant, tres ſubſtantias in Chriſto aſſererent. Verebatur enim vigilantiſſimus præſul eccleſiæ, ne hoc ſuo dogmate in domino conſtituerent tres voluntates, divinam ſcilicet, rationalem, & ſenſualem, ſicut in eodem Chriſto domino tres ſubſtantias, unam divinitatis, alteram animæ, tertiam carnis humanæ aſſerebant. Deinde petebat per eoſdem declarari, quod in eadem ſua epiſtola ajebant, quomodo ſapientia ſapientiam, voluntas voluntatem genuiſſet: idque exponi volebat, ne quis poſſet ſuſpicari, quaſi duas vo- C luntates in Chriſto catholici profiterentur. Hæc conſtant ex actis concilii Toletani XV. Quænam fuerint duo alia capitula, quæ eidem Benedicto exactiori elucidatione indigere videbantur, neſcimus: ea tamen ex ſententia ſanctorum patrum Ambroſii atque Fulgentii poſſe defendi, iidem patres qui dicto concilio interfuerunt teſtati ſunt.

Benedictus quid ab Hiſpaniæ epiſcopis poſtulavit.

Quo pio ſenſu prædictum capitulum ſecundum Hiſpani ex ſententiis ſancti Auguſtini aſſeruiſſent, declarant Magiſter ſent. lib. 1. diſt. 17. D. Thom. 1. part. q. 39. art. 5. & 6. In Concilio Toletano XV. pro ſui excuſatione dixerunt, ſe id non ſecundum relationem, ſed ſecundum ſubſtantiam aſſeruiſſe. Vide Garſiam infra in notis concilii Toletani XV. verbo *papa Benedictus* & ſequentibus. Unde patet inique & calumnioſe. Benedictum redargui a Roderico Toletano archiepiſcopo, dum ait: *Librum de tribus ſubſtantiis, quem dudum Romam tranſmiſerat ſanctiſſimus Julianus, & minus caute tractando Benedictus papa Romanus indixerat reprehendum,* D *ob id quod voluntas genuit voluntatem.* Hanc enim aſſertionem Hiſpanorum non in libro, ſed epiſtola Hiſpanorum contentam Benedictus papa non reprobavit, ſed declarari petiit, idque non ſcripto, ſed verbo ore tenus per hominem quemdam fidelem fieri poſtulavit. Idem Benedictus ſummo ſtudio laboravit, ut poſt obitum Theophanis Antiocheni, Macarius olim Antiochenus epiſcopus in ordinem redactus Romæ exul degens, damnata hæreſi, Antiochenæ eccleſiæ reſtitueretur; ſed homo cervicoſus contempſit. Vide actionem primam concilii Nicæni ſecundi. *

Benedictus a calumnia Roderici defenditur.

* Tomo ſeq. VII.
D. Petrus Deo amabilis, &c.
Tempus ſedis.

b *Sedit menſes decem, dies 12.*) Octo menſibus & 17. diebus Benedictum ſediſſe, colligitur ex ejus obitu, qui ſacra anniverſaria memoria 7. Maji in eccleſia recolitur.

Conſtantinus jura Romanæ eccleſiæ reſtituit.

c *Hic ſuſcepit divales juſſiones clementiſſimi Conſtantini magni, &c.*) Romanam eccleſiam in priſtinam libertatem reſtituit imperator Conſtantinus, concedens ei, ut libere pontificem conſecret, nullamque imperatoris confirmationem, quam exemplo Gothicorum regum nonnulli orientalium imperatorum ſibi vindicaverant, deinceps ex- E pectent. Quam gratiam dum Conſtantinus imperator eccleſiæ contuliſſet, annoſque decem & ſeptem imperaſſet, mortuus eſt, relicto Juſtiniano filio imperii hærede. De quo infra in vita Joannis V. Anaſtaſius.

Mallones qui.

d *Suſcepit mallones capillorum*) Per mallones intelligit cirros capillorum. Μαλλὸς enim Græce, idem quod Latine vellus. Quid autem hoc ſymbolum ſignificaretur, ex Pauli diaconi loco poſſumus intelligere, qui lib. 6. dialog. cap. 15. antiquæ editionis hæc ait: *Circa hæc tempora Carolus princeps Francorum Pipinum filium ſuum ad Luitprandum direxit, ut ejus (juxta morem) capillum ſuſciperet. Qui ejus cæſariem incidens, ei pater effectus eſt multiſque eum ditatum regiis muneribus genitori remiſit.* Hæc ille. Ex quibus intelligis eam his temporibus viguiſſe conſuetudinem, ut per ejuſmodi capillorum exhibitionem quis alicui offerretur in filium ei qui eos acciperet. Unde manifeſte cognoſcitur, quod imperator,

Ritus adoptionis quis fuerit hoc tempore.

Con-

(a) *junior.* (b) *ſuæ Eccleſiæ &c.* (c) *omnibus compatientiam habens &c.* (d) *inſuls: & cum faſtellis.* (e) *cruce, & gemmulis, & clavos, iv. auroclaves, & in circuitu &c.* (f) *ſtella noctu per dies veluti luna ſub nube, in nativitate Domini, & Theophania. Item prope initium menſis Februarii in die ab occaſu exiit ſtella &c.* (g) *ſunt. Qui Sanctiſſimus vir clerum &c.* (h) *infirmitate detentus* (i) *Diaconibus.*

Conſtantinus filiorum ſuorum capillos pontifici offerens volueris ab iis Romanum pontificem, velut parentem honorari, diligi & obſervari, eoſque ejuſdem monitis impenſius parere & obtemperare. Vide Baronium anno 684. numero 7.

## I. AD PETRUM NOTARIUM REGIONARIUM.

Monet illum ut acta ſynodalia ſexti concilii (quorum gratia a Leone II. in Hiſpania miſſus erat) epiſcoporum Hiſpaniæ ſubſcriptione muniri curet.

*Benedictus preſbyter, & in Dei nomine electus ſanctæ ſedis apoſtolicæ, Petro notario regionario.*

B

JUXTA quod tuam ſtrenuitatem apoſtolicæ memoriæ dominus Leo papa Hiſpaniam provinciam ire diſpoſuit ad præcellentiſſimum & Chriſtianiſſimum regem, & ſanctiſſimos archiepiſcopos, & eccleſiarum omnium præſules ibidem conſtitutos, ſimul & glorioſum comitem, pro innoteſcenda venerabilis ſextæ ſynodi definitione, acclamatione quoque, quæ & proſphoneticum dicitur, reverendiſſimorum epiſcoporum, qui in eodem a Deo congregato concilio convenerunt, ad clementiſſimum principem, & edicto ejuſdem piiſſimi principis ubique generaliter deſtinato, pro apoſtolicæ noſtræ fidei firmitate, cum ſummo pietatis ſtudio commiſſum miniſterium perage. Subſcriptiones quoque reverendiſſimorum epiſcoporum poſt eandem ſynodicam definitionem cum ſumma ſedulitate atque vigilantia procura ſubjungi: ut & iidem reverendiſſimi epiſcopi, omniſque per eos religioſa provincia, conſortes nobiſcum catholicæ atque apoſtolicæ traditionis & fidei comprobentur; & apud Deum, ad cujus gloriam laus &

C

A ſtabilitas fidei Chriſtianæ redigitur, commendatio eis atque ſuſceptio ad ſalutem animarum proveniat. Officium perinde pietatis aſſumptum, vigilantia atque ſolertia condecoratus, feſtina perficere; quia & tibimet ipſi theſaurizas boni operis fructum, & ſuſcipientibus provides cœleſtis regni beatitudinem, per rectam atque apoſtolicæ fidei confeſſionem, adipiſci.

## II. AD ERVIGIUM REGEM.

Significat ſe Petrum notarium regionarium mittere, qui ſecum ferret ſextæ ſynodi definitionem, ſimulque Conſtantini imperatoris edictum, atque libellum acclamatorium ejuſdem ſynodi ad eumdem imperatorem.

*Extat ſupra paginis* 1055. *&* 1056. *ſub nomine Leonis II. ordine quinta. Incipit ſic:* Cum unus extet rex omnium Deus, &c.

### NOTA SEVERINI BINII.

*Has duas epiſtolas non eſſe germanas, ſed nomine Benedicti ſuppoſitas, acta ſynodalia concilii Toletani XIV.* inquit Baronius, *aperta luce teſtantur, dum ſe per deputatum Leonis II. acta ſynodalia Conſtantinopolitani concilii accepiſſe profitentur. Si ergo id Leo ante præſtiterat, illique eadem acceperant,* * *quid opus fuit Benedicto eadem iterum iiſdem mittere? Potuit accidiſſe caſus, quo neceſſarium fuerit ut iterum mitterentur, ſed is erat in litteris exprimendus, neque tam aperte diſſimulare debuiſſet, ſe primum acta ſynodalia ſextæ ſynodi in Hiſpaniam tranſmittere. Sed cum harum poſterior plane eadem ſit cum illa Leonis II. ad Ervigium regem ſcripta, de ejus impoſtura cenſuram conſulas, quæ ſuperius poſita habetur.* Vera & germana epiſtola Benedicti papæ eſt iſta; quam dedit ad epiſcopos Hiſpaniæ; monens eos, ut quæ de voluntate aliiſque tribus capitulis obſcurius ſcripſerant, declararent. Hujus mentio dumtaxat reperitur aliqua in actis concilii Toletani XIV. Vide quæ dixi ſupra in notis ad vitam Benedicti II.

Epiſtolæ Benedicti ſpuriæ & illegitimæ eſſe probantur.

* acceperant quidem ſed cum in dies concilii celebratio procraſtinaretur, quod a Leone jam ſcriptum fuerat, iiſdem verbis & Benedictus reſcripſit.

# CONCILIUM TOLETANUM XVI.

ANNO CHRISTI 684.

## EPISCOPORUM DECEM ET SEPTEM,

Æra DCCXXII. anno quinto Ervigii regis, Chriſti redemptoris DCLXXXIV. celebratum ſub Benedicto II.

### TITULI CAPITULORUM

I. *De præmemoratione aggregati concilii, & relatione principalis edicti, quo juſſum eſt ſynodum agitari.*

II. *De initio relationis, quo concilium cœpit geſtorum ſynodalium & epiſtolæ Romani pontificis facere mentionem.*

III. *De adverſitate duplici, qua non potuit generale concilium fieri.*

IV. *De reſponſis partis noſtræ.*

V. *De iterata diſcuſſione præmemorati concilii.*

VI. *De præmemorati concilii honore collato.*

VII. *De loco vel ordine, quo jam dictum concilium collocari oporteat.*

VIII. *Allocutio ad totius compagem eccleſiæ de duabus Chriſti naturis inſeparabilibus & perfectis.*

IX. *De duarum naturarum Chriſti voluntatibus & operibus.*

X. *De hæreticorum contentionibus evitandis; & ut non diſcutiantur quæ ſumma ſunt, ſed credantur.*

XI. *De communi omnium judicio, quo reſponſa partis noſtræ firmata ſunt.*

D XII. *De relatione gratiarum ad Deum pro peracto concilio.*

### CAPITULA.

*IN NOMINE PATRIS ET FILII ET S. SPIRITUS.*

*Incipiunt geſta ſynodalia, quæ acta ſunt a præſulibus Carthaginis provinciæ, aſſiſtentibus etiam vicariis.*

### I.

E CUm ſereniſſimus & perſpicuus princeps Ervigius, glorioſus amator veræ fidei, imo amabilis filius eccleſiæ Chriſti, promiſſionis ſuæ non immemor, ob confutandum Appollinaris dogma peſtiferum, de quo ſibi a Romano præſule

Damnata eſt hæc hæreſis III. concilii generali Conſtantinopolitano.

1 Hanc, & ſequentes epiſtolas, quas Baronius putat eſſe ſpurias, ut genuinas tuetur Pagius ad an. Ch. 684 n. 9. & ſeq.

ANNO CHRISTI 684.

le ſuerat nunciatum, ſtrenuo & invicto ſuæ celſitudinis juſſu nos omnes præciperet aggregari in unum, hoc dedit ſpeciale edictum, ut quia, ſicut oportebat, pro tantæ rei negotio pertractando generale concilium fieri varia adverſitatum incurſio non ſineret, ſaltim adunata per provincias concilia fierent: & ſi quidem hic primum a nobis in urbe regia ſynodus ageretur, deinde in ſingulis quibuſque provinciis ſingulare haberetur concilium: quo quidquid hic actum per Toletanam ſynodum reliqui primarum ſedium præſules, ſuorum vicariorum relatibus comperiſſent, id etiam in poſtmodum ipſi per diſcreta provinciarum ſuarum concilia obſervarent: ſicque hæc noſtri concilii geſta eſſent illis omnibus in toto communia: utpote ab ipſis edita, atque ipſis coram poſitis roborata, quæ utique per legatos ſuos confirmanda decreverant: quo ex hoc unum & indiviſibile fieret cunctorum Hiſpanorum præſulum per totam Hiſpaniam vel Galliam ſynodale edictum, ex quo omnium metropolitanorum fuiſset & aſſenſibus promulgatum. Nos proinde Carthaginis provinciæ præſules, anno quo ſupra, ſub die decimo octavo Kalendas Decembris, in præmemorata eccleſia debitis ordinibus conſidentes cauſæ hujus ordinem, & totius rei negotia retexentes, quibus Romanæ ſedis fueramus literis invitati, ſic patula & communi ſumus voce exorſi.

In XIII Toletano [illegible] Tarrac. [illegible]

II.

Clara omnes notio populos Hiſpaniæ implet, quod decurrentis evoluti temporis ſerie per Romani præſulis bajulum geſta ſynodalia ſocietati noſtræ advecta ſunt, quibus Conſtantinopolim, Conſtantino pio & religioſo principe mediante, magna & ſublimi copia aggregata pontificum, Apollinaris * dogma comperimus fuiſse deſtructum. Cum quibus etiam geſtis, Leonis * quoque antiquæ Romæ pontificis invitatorio epiſtolaris gratiæ conſulta ſuſcepimus, per quæ omnis ordo geſtorum, geſtaque ordinum dilucide, ut acta ſunt, noſtris ſenſibus patuerunt. In cujus etiam gratioſo epiſtolæ tractu ad hoc omnes præſules Hiſpaniæ invitati ſunt, ut prædicta ſynodalia inſtituta, quæ miſerat, noſtri etiam vigoris manerent auctoritate ſuffulta, omnibuſque per nos ſub regno Hiſpaniæ conſiſtentibus patefcerent divulganda.

* [illegible] Monothelitarum

* Leo ſecundus, Siculus, [illegible] electus in ſummum pontificem [illegible] eodem [illegible] Aug. [illegible]

III.

Anno 683. [illegible]

Et hæc ſiquidem totius allegationis illatio exhibita nobis eſt, temporis infeſti urgente preſſura, quo non ſolum tellus omnis hiemali ſtricta gelu, glaciali nivium immenſitate duruerat, ſed & tunc, quando ex generali concilio nos abſolutos jam eſſe conſtabat. Quo gemino obſiſtentis cauſæ obice præpediti, generaliter iterato tunc non quivimus aggregari; quos & vicina concilii abſolutio propriis ſedibus reddiderat imminutos, & procelloſi temporis adverſitas non ſinebat iterum adunari diſperſos. Sed licet in unum generaliter colligi per idem tempus Hiſpanorum omnium præſulum ſocietas nequiviſſet; ſparſis tamen ſedibus atque locis, præfatas geſtorum regulas pertractandas ſuſcepimus, ſuſceptas perlegimus, approbantes in his de utrarumque Jeſu Chriſti filii Dei differentia naturarum, quo gemina in eo voluntas, & operatio prædicatur, recti dogmatis ſenſum, inculpandæ diſputationis edictum, apoſtolicæ traditionis ſtylum.

IV.

Placuit proinde illo tunc tempore, apologeticæ defenſionis noſtræ reſponſis ſatisfacientes Romano pontifici, ea ipſa geſta firmare, noſtræque fidei ſenſum puriſſima verborum enodatione depromere. Et quia illic de hac gemina voluntate & operatione Jeſu Chriſti Filii Dei copioſe & dilucide inſigniuntur quæ vera ſunt, quæ jam utique Romanis partibus per legatos Hiſpaniæ deſtinata ſunt; nunc nobis id operis reſtat, ut juxta canonum ſpeciale decretum, quo concilium generale pro fidei cauſis aggregari præcipitur, utraque operum geſta, & ſynodico dirimantur examine, & diſcreta conciliorum fulciantur auctoritate: quo juxta edictum præmemorati principis glorioſi, adunato per ſingulas quaſque provincias regni ejus conciliorum conventu, ſynodica iterum examinatione decocta, vel communi omnium conciliorum judicio comprobata, per ſingula Hiſpaniæ provinciarum concilia præmemorata ſynodi geſta, ſeu etiam eadem partis noſtræ reſponſa omnium notionem attingant, ſalubri etiam divulgatione in agnitionem plebium tranſeant.

V.

Communi proinde jam omnium judicio placet, ut quia generaliter in unum omnes Hiſpaniæ præſules aggregari non quivimus, ſaltem diſcretis provinciis concilia celebremus: quo prædicta ſynodi geſta, vel noſtræ partis reſponſa, & digno probitatis demum decoquantur judicio, & ſynodico laudabili illuſtrentur ſtylo. Ideo nos primum omnes Carthaginis provinciæ pontifices pari animorum judicio prædicta geſta cum antiquis conciliis conferentes, aſſiſtentibus quoque nobis vicariis reverendiſſimorum ſublimiumque primarum ſedium epiſcoporum, id eſt, Tarraconenſis provinciæ Cypriani, Narbonenſis Sunifredi, Emeriten-

ANNO CHRISTI 684.

tenſis Stephani, Bracarenſis Juliani, Hi- A ſpalenſis Floreſindi, iterato ea ipſa geſta probavimus, decretis quidem illis ſynodalibus, & præcipuis in omnibus conſona, & Nicænæ quidem, Conſtantinopolitanæ, vel Epheſinæ fidei concordantia, Chalcedonenſis vero tam eſſe unita, utpote ipſis verbis edita, vel libata; quippe [a] quibus ſumpta videtur pene omnis ipſius ſtyli præcurrentis materia.

Cur hoc loco quinta ſynodus non numeretur, dictum ſupra in notis concilii œcumenici ſexti, verbo ſecutum.

a F. ex quibus. Hard.

VI.

Et ideo ſupradicti acta concilii intantum a nobis veneranda ſunt, & recipienda conſtabunt, inquantum a præmiſſis con- B ciliis non diſcedunt; imo inquantum cum illis concordare videntur. Habebunt ergo ſui ordinis locum, quæ ſublimationis habent & meritum. Unde his conciliis ea ipſa ſubnectenda decernimus, quorum & auctoritate fulta probamus.

VII.

Poſt Chalcedonenſe igitur concilium, hæc debito honore, loco & ordine collocanda ſunt, ut cujus glorioſo themate fulgent, ei & loci & ordinis coaptentur honore.

VIII.

Iſa. 40.

At nunc nos, quibus loqui ad cor Jeruſalem divina voce præcipitur, id nobis deputatum gregem Chriſti monemus, id etiam omnibus ad æternæ vitæ portum feſtinantibus prædicamus; brevi admodum definitione collecta; ut in una enim Chriſti Filii Dei perſona duarum naturarum individuas proprietas agnoſcant: ſicut indiviſas atque inſeparabiles, ita inconfuſas & inconvertibiles permanere; unam deitatis, alteram hominis; unam, qua ex Deo Patre eſt genitus; alteram, qua ex Maria virgine generatus. Utraque ergo ei generatio plena, utraque D perfecta, nihil minus ex deitate habens, nihil imperfectum ex humanitate ſuſcipiens: non naturarum geminatione diviſus, non perſona geminatus, ſed plenus Deus, plenuſque homo, abſque omni peccato, in ſingularitate perſonæ unus eſt Chriſtus. Unus igitur in utraque natura conſiſtens, & divinitatis ſignis effulget, & humanitatis paſſionibus ſubjacet. Nec enim alter ex Patre, alter ex matre eſt genitus. Cum tamen aliter de Patre, aliter de matre ſit natus; ipſe tamen in utroque naturarum genere non diviſus, ſed unus idemque & Dei & hominis filius: ipſe vivit moriens, ipſe moritur vivens, ipſe impaſſibilis patiens, ipſe paſſioni non ſubjacens, nec deitati ſuccumbens, nec humanitate paſſioni ſe ſubtrahens: habens ex deitatis natura non poſſe mori; habens ex humanitatis ſubſtantia & nolle, * poſſe mori: ex una immortalis habetur, ex altera mortalium conditione reſolvitur. habens in æterna

Vide epiſtolam Agathonis ad Cæſarem & ſynodum Conſtantinopolitanam III. act. 4.

* L. poſſe

divinitatis voluntate, quo ſuſceptum hominem ſumeret; habens in ſuſcepti hominis voluntate, ut humana voluntas Deo ſubdita eſſet. Unde & ipſe dicit ad Patrem: *Pater non mea voluntas, ſed tua fiat*; Matth. 26. alteram, videlicet oſtendens voluntatem, qua ſuſceptus eſt homo; alteram hominis, qua obediendum eſt Deo.

IX.

Et ideo ſecundum harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inſeparabilium proprietates prædicandæ ſunt voluntatum & operum.

X.

Scientes igitur hanc ſolam eſſe fidei confeſſionem, quæ vincat infernum, quæ exuperet Tartarum, (de hac enim fide a domino dictum eſt: *Portæ inferni non prævalebunt adverſum eam*) Matth. 16. ideo omnibus dicimus, omnibus inclamamus, ut caveamus hæreticorum muſcipulas, effugiamus dogmatis cancerofi venena, verbis illis quibus diſpenſatio humanitatis Chriſti adſtruitur, non nobis inanium quæſtionum tendicula præparemus, quibus inanis gloriæ cupidi diſcutere audeamus quæ ſumma ſunt. Neque C enim quæ ſunt divina diſcutienda ſunt, ſed credenda. Non enim ſe Deus diſcutere jubet, ſed credere. Credamus ergo non ſenſibus noſtris, ſed indubitatis conciliorum priſcorum dogmatibus jam præmiſſis. Si quis igitur Jeſu Chriſto Dei Filio, ex utero Mariæ virginis nato, aliquid aut divinitatis imminuit, aut de ſuſcepta humanitate ſubducit, excepta ſola lege peccati, & non eum verum Deum, hominemque perfectum in una perſona ſubſiſtentem ſinceriſſime credit, anathema ſit.

XI.

Illa igitur apologetica defenſionis noſtræ reſponſa, quæ ob iſtorum confirmationem ſunt edita, pro multorum inſtructione, & utilitate eccleſiaſticæ diſciplinæ, ſimili honoris & reverentiæ vigore firmamus, atque ad vicem decretalium epiſtolarum ea permanenda ſancimus.

XII.

Dantes in his gloriam ſoli Deo omnipotenti, vivo & vero, in Trinitate regnanti, Patri & Filio, & Spiritui ſancto, cujus dono mutuis præſentiæ repræſentati aſpectibus, & fraternis viſibus hilares, & votorum E ſpiritualium effecti ſumus opulentius efficaces: cujus gloriæ immenſitatem expoſcimus ut glorioſo principi noſtro Ervigio regi, ſub cujus pace pax ſervatur eccleſiæ, florentis regni diuturnitate temporis ſpatia præbeat: quo poſt hæc præſentia ad regnum futuræ gloriæ nobiſcum conregnandus accedat, præſtante Deo noſtro, cujus regnum manet in ſæcula ſæculorum. Amen.

De auctoritate & vi epiſtolarum decret. multa tradit erudite Franciſcus Turrianus, & Raimundus Ruſus adverſus Molinæum.

Peractum concilium die dominico, ſub die XII Kalendas Decembris, anno quo ſupra.

ANNO CHRISTI 684.

## [b] SUBSCRIPTIONES

*Epiſcopi.*

Julianus urbis regiæ metropolitanus epiſcopus.
Leander Illicitanæ ſedis epiſcopus.
Palmatius Urcitanæ ſedis epiſcopus
Recila Accitanæ ſedis epiſcopus.
Gaudentius Valerienſis ſedis epiſcopus.
Rogatus Biatenſis ſedis epiſcopus.
Deodatus Segobienſis ſedis epiſcopus.
Antonianus Baſtitanæ ſedis epiſcopus.
Sempronianus Arcavicenſis ſedis epiſcopus.
Ella Segontienſis ſedis epiſcopus.
Gregorius Oretanæ ſedis epiſcopus.
Agricius Complutenſis ſedis epiſcopus.
Proculus Bigaſtrenſis ſedis epiſcopus.
Florus Menteſanæ ſedis epiſcopus.
Sona Oxomenſis ſedis epiſcopus.
Marcianus Dianienſis ſedis epiſcopus.
Oripa Segobrienſis ſedis epiſcopus.

*Abbates.*

* Aſfalius Dei nutu abbas hæc geſta ſynodica nobis definita ſubſcripſi.
Felix archipresbyter ſimiliter
Gerontius abbas ſimiliter.
Gabriel abbas ſimiliter.
Caſtorius abbas ſimiliter.
Siſebertus abbas ſimiliter.

* Afcalius

*Vicarii epiſcoporum.*

Vitalianus presbyter, agens vicem domini mei Cypriani epiſcopi eccleſiæ Tarraconenſis, hæc geſta ſynodica a nobis definita ſubſcripſi.

Argebudus abbas agens vicem domini mei Cypriani epiſcopi eccleſiæ Tarraconenſis ſimiliter.

Joannes abbas agens vicem domini mei Sunifredi epiſcopi Narbonenſis eccleſiæ ſimiliter.

Valdemarus diaconus vicem agens domini mei Sunifredi epiſcopi Narbonenſis eccleſiæ ſimiliter.

Maximus abbas agens vicem domini mei Stephani Emeritenſis eccleſiæ ſimiliter.

Boniba abbas agens vicem domini mei Liubani epiſcopi Bracarenſis eccleſiæ ſimiliter.

Reccifundus abbas agens vicem domini mei Liubanii epiſcopi Bracarenſis ſimiliter.

Gaudentius abbas agens vicem domini mei Floreſindi epiſcopi Hiſpalenſis eccleſiæ ſimiliter.

Gravidius diaconus agens vicem domini mei A Concordii epiſcopi Palentiæ eccleſiæ ſimiliter.

Joannes diaconus cognomento Involatus agens vicem domini mei Sarmatani epiſcopi Valentinæ eccleſiæ ſimiliter.

### NOTÆ GARSIÆ LOAISÆ.

Concilii tempus.

a *Concilium Toletanum XIV.*) Congregatum eſt hoc concilium adverſus hæreſim Monothelitarum Apollinaris, iiſdem fere temporibus condemnatam in tertia ſynodo Conſtantinopolitana, quæ ſexta generalis eſt, ſub Agathone pontifice maximo, & Conſtantino quarto imperatore. Videtur autem concilium hoc decimum quartum Toletanum mixtum, ut partim in perſonis provinciale ſit partim in auctoritate nationale: re autem eſt provinciale, ut conſtat ex primo ejus canone. Cauſa hujus concilii celebrandi fuit, quod Romanus pontifex Leo ſecundus ad Flavium Ervigium regem Hiſpaniæ & B epiſcopos per epiſtolam miſerat una cum legato acta concilii ſexti univerſalis tertii Conſtantinopolitani, quod aliquot ante annos a Domno Romano pontifice convocatum erat, & ſub Agathone cœptum, ſub Leone ſecundo abſolutum & peractum, ad infringendum errorem Conſtantinopolis patriarchæ, & Antiochiæ, & Alexandriæ, qui cum aliis Apollinaris hæreſim impie renovantes, duas in Chriſto domino noſtro naturas & voluntates operationeſque pertinaciter negabant. Decrevit autem Romanus pontifex, ut decreta generalis concilii ab epiſcopis Hiſpaniæ ſynodali auctoritate ſuſciperentur, quemadmodum hoc concilio, & in aliis provincialibus factum eſt.

Cauſa

Scripſit Leo tres epiſtolas, unam ad univerſos epiſcopos Hiſpaniæ, alteram Quirico Toletano antiſtiti, tertiam Simplicio comiti, ut curarent de convocatione concilii, & amplectenda fide concilii Conſtantinopolitani. Has epiſtolas inveni in codice manuſcripto cœnobii ſancti Joannis Regii Toletani ex familia Franciſcana perve C tuſto, in pelle membranea literis Latinis, quibus mirifice juvatur hujus concilii intelligentia. Et quamvis Julianus ſubſcribit in concilio, cum Petrus regionarius proficiſcebatur in Hiſpaniam, Quiricus erat præſul Toletanus, poſt quem vita functum, Julianus in cathedra pontificia ſedit, adhibuitque diligentiam, ut concilium congregaretur. Sunt in eodem codice aliæ epiſtolæ Benedicti papæ ejuſdem argumenti, quas omnes, ut utiles ad concilii intelligentiam, vide in ſuis locis.

Has epiſtolas ſub nomine Leonis II. ſictas eſſe ſupra in notis earundem probatum eſt: *ait Binius.*

b *Subſcriptiones.*) Omnes fere epiſcopi, qui XII. concilio Toletano interfuerant, in hoc provinciali XIV. ſubſcribunt, ut Antonius Baſtitanæ eccleſiæ: in XII. & in XIII. Toletano, Cyprianus Tarraconenſis, in XIII. Toletano. Concordius Palentinæ, in XII. & XIII. Toletano. Deodatus Segobienſis, in XII. & XIII. Toletano. Ella Segontienſis, in XII. & XIII. Toletano. Florius Menteſanæ, in XII. Toletano. Floreſindus Hiſpalenſis, in XIII. Toletano. Gaudentius Valerienſis, in XII. & XIII. Toletano. Gregorius Oretanæ, in XIII. Toletano. Julianus Urbis regiæ, in XII. & XIII Toleta- D no. Leander Illicitanæ, in XII. & XIII. Toletano. Liuba Bracarenſis, in XII. & XIII. Toletano. Martianus Dianenſis, qui Felici in XIII. Toletano ſucceſſit. Olipa Segobrienſis, in XIII. Toletano. Palmatius Urcitanæ, in XII. & XIII. Toletano. Proculus Bigaſtrenſis, in XIII. Toletano. Recilla Accitanæ, in XII. Toletano. Rogatus Beatienſis, qui Primo, in XIII. Toletano. Sempronius Arcavicenſis, in XIII. Toletano. Sona Oxomenſis, in XIII. Toletano. Sunifredus Narbonenſis, in XIII. Toletano. Stephanus Emeritenſis, in XII. & XIII. Toletano. Sarmatanus Valentinæ, qui Sarmata Valentinus, in XIII. Toletano. Hæc de ſubſcriptionibus hujus concilii.

Qui epiſcopi hunc & XIII. Toletano ſubſcripſerint?

# VITA JOANNIS PAPÆ V.

Dantur variantes ex Cod. Luc. 490.

a JOANNES, natione Syrus, ex provincia Antiochia, ex patre Cyriaco, ſedit annum unum, dies * novem. Vir valde ſtrenuus, atque ſcientia præditus, & omnimodo moderatus. Hic poſt multorum pontificum tempora, vel annorum, juxta priſcam conſuetudinem a generalitate in eccleſia ſalvatoris quæ appellatur Conſtantiniana electus eſt, atque exinde in * epiſcopio introductus. Hic, dum eſſet diaconus, miſſus eſt a ſanctæ memoriæ Agathone papa in regiam urbem cum aliis ſacerdotibus, repræſentans locum apoſtolicæ ſedis in ſancta ſexta * E ſynodo, quæ per Dei providentiam ibidem congregata (a) eſt. Expleta autem exinde a clementiſſimo principe relaxatus, magnum gaudium eccleſiæ ſecum detulit. Id eſt, ipſam ſan-

* undecim

* epiſcopium

* Vide ſupra pag. 649. & pleriſque aliis ex ſequentibus.

(a) *congregata, vel celebrata eſt.*

ſanctam ſextam ſynodum, vel edictum clementiſſimi principis confirmans eandem ſynodum. Nec non & alias divales juſſiones relevantes annonæ capita patrimoniorum Siciliæ, & Calabriæ non pauca, ſed & (a) ceptum frumenti ſimiliter, vel alia diverſa, quæ eccleſia Romana annue minime * exurgebat perſolvere. Hic conſecratus eſt a tribus epiſcopis, Oſtienſi, Portuenſi, Veliternenſi, ſicuti prædeceſſor ejus Leo papa. Hujus temporibus regnavit domnus Juſtinianus Auguſtus defuncto patre initio menſis Septembris, indictione decima quarta. Qui clementiſſimus princeps domino auxiliante pacem conſtituit, cum nec dicenda gente Saracenorum decennio terra marique, ſed & provincia Africa ſubjugata eſt Romano imperio atque reſtaurata. Hic poſt multorum annorum curricula propter tranſgreſſionem ordinationis eccleſiæ Turritanæ *, quam ſine auctoritate pontificis fecerat Citonatus archiepiſcopus Calaritanus, pro eo quod antiquitus ordinatio fuit ſedis apoſtolicæ, & ad tempus conceſſa fuerat * ipſa ordinatio eidem eccleſiæ. Poſtmodum protervia faciente archiepiſcoporum per præcepta pontificum ab eadem ordinatione ſuſpenſi ſunt juxta determinationem ſanctæ memoriæ Martini papæ. Et facto concilio ſacerdotum Novellum epiſcopum, qui ab eodem archiepiſcopo ordinatus fuerat ſub ditione ſedis apoſtolicæ redintegravit atque firmavit, quorum chirographus archivo eccleſiæ (b) detentus eſt. Qui ſanctiſſimus vir diutina infirmitate detentus eſt, ut etiam vix ordinationem ſacerdotum explere potuiſſet. Hic dimiſit omni clero, monaſteriis, diaconibus & manſionariis ſolidos mille & noningentos. Fecit autem epiſcopos per diverſa loca numero tredecim. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum ſub die ſecundo menſis Auguſti, & ceſſavit epiſcopatus menſes duos, dies octodecim.

* præceptum frumentum * poterat

* in Sardinia.

* ipſa

* retinetur.

NOTA SEVERINI BINII.

a *Joannes*. Ex ſententia Anaſtaſii in locum Benedicti die 22. Aprilis anno domini 685. ſubrogatus eſt Joannes hujus nominis V. qui primus inexpectata Conſtantinopolitani imperatoris auctoritate in Romanum pontificem conſecratus eſt, ſanctaque ſexta ſynodo legationis apoſtolicæ munere condecoratus interfuit.

Joannes V. pontifex factus quando.

# * EXEMPLAR DIVINÆ JUSSIONIS

JUSTINIANI AUGUSTI, DIRECTÆ

ad Joannem papam urbis Romæ,

In confirmationem ſextæ ſynodi Conſtantinopolitanæ.

*In nomine domini Dei & ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, fidelis in Jeſu Chriſto, pacificus, pius, perpetuus Auguſtus, Joanni vero ſanctiſſimo ac beatiſſimo archiepiſcopo antiquæ almæ urbis Romæ, atque univerſali papæ.*

MAGNUM ſtudium, magnam ſolicitudinem nos habentes pro ſtabilitate immaculatæ Chriſtianorum fidei, &c. *Vide paginam* 737. 738. *hujus tomi. Neque enim opera nobis pretium videtur, eandem integram cum Binio ac regio collectore iterum prælo ſubjicere, cum nihil additum illi detractumve ſit.*

NOTA SEVERINI BINII.

a *Exemplar.*) Hæc epiſtola de fide ſuſpecta eſſe videtur, tum quod in nota temporis aperta ſit repugnantia, tum etiam quod non ſit credibile pro defenſione ac cuſtodia fideli actorum ſynodalium ſexti concilii œcumenici ea geſſiſſe imperatorem, quem non ſana fidei extitiſſe conſtat ex epiſtola Nicolai I. ad Michaelem imperatorem. Adde quod Anaſtaſius in vita Cononis papæ refert, vel hanc, vel aliam ejuſdem argumenti epiſtolam ſcriptam eſſe ab imperatore ad Cononem papam: *Hic*, inquit de Conone, *ſuſcepit divalem juſſionem domini Juſtiniani principis, per quam ſignificat ſe reperiſſe acta ſancta ſynodi, & apud ſe habere, quam piæ memoriæ domnus Conſtantinus pater ejus fecerat, & promiſit ejus pietas illibatam & inconcuſſam perenniter cuſtodire & conſervare*. Auctoritate Anaſtaſii epiſtola hæc ab impoſtura & ſurreptione defendi poſſet, quantumvis in inſcriptione fortaſſe mendoſa exiſteret, ſi auctorem illius Nicolaus papa inter imperatores improbos & hæreticos * non referret. Vide quæ dicam in Conone papa.

Qua ratione hæc epiſtola commentitia videatur.

* quod videtur probabilius.

* In aliis eſſe fuerit malus, at non in iis quæ ſpectant ad fidem a ſexta ſynodo adverſus Monothelitas ſancitam.

# CONCILIUM ROMANUM

*Sub Joanne V. in cauſa ordinationis epiſcoporum Turritanorum in Sardinia.*

COncilii hujus mentionem & cauſam unus indicat Anaſtaſius Bibliothecarius in vita Joannis papæ his verbis: *Hic poſt multorum annorum curricula propter tranſgreſſionem ordinationis eccleſiæ Turritanæ, quam ſine auctoritate pontificis fecerat Citonatus archiepiſcopus Calaritanus, pro eo quod antiquitus ordinatio fuit ſedis apoſtolicæ, & ad tempus conceſſa fuerat ipſa ordinatio eidem eccleſiæ. Poſtmodum protervia faciente archiepiſcoporum, per præcepta pontificum ab eadem ordinatione ſuſpenſi ſunt juxta determinationem ſanctæ memoriæ Martini papæ. Et facto concilio Sacerdotum, novellum epiſcopum, qui ab eodem archiepiſcopo ordinatus fuerat, ſub ditione ſedis apoſtolicæ redintegravit, atque firmavit, quorum chirographus archivio eccleſiæ detentus eſt.*

CON-

(a) *ſed & coemptum frumenti.* (b) *retinetur.*

ANNO CHRISTI 685.

# CONCILIUM CANTUARIENSIS PROVINCIÆ,

## anno DCLVXXV. [1] celebratum.

Ex Monaſtici Anglicani Tom. I. pag. 39. & 46.

*Ex Labbei ſupplem.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Anno Dominicæ Incarnationis DCLXXXV. congregata ſynodo juxta fluvium Alne, in loco qui dicitur Twiford, cui Theodorus archiepiſcopus Dorovernenſis præſidebat, cum Cuthbertus multis legatariis ac literis ad ſe præmiſſis, nequaquam ſua inſula poſſet erui: tandem ego Egfridus rex Northumbrorum, cum antiſtite Trumvvino, & aliis religioſis viris, inſulam navigavi, & invitum ad ſynodum pertraxi, ubi omnium juſſione epiſcopatus officium ſuſcipere compellitur: cui & omnibus ſucceſſoribus ejus, cum conſilio Theodori archiepiſcopi & Tromvvini, & totius concilii, pro ſalute animæ meæ & ſucceſſorum meorum, donavi villam quæ vocavit Creec, & tria millia ria in circuitu ipſius villæ. Donavi etiam civitatem quæ vocatur Lugubalia, & in circuitu ejus 15. milliaria, ut hæc tam ipſe, quam ſucceſſores ſui, ad Dei ſervitium in perpetuum habeant, ita ſicut ego habui, libera & quieta, & ſecundum ſuam voluntatem diſponenda.

Ego Theodorus archiepiſcopus Dorovern. ſubſcripſi.
Ego Boſa epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Cedde Orientalium Saxonum epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Sexulf Merciorum epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Eata Haguſtaldenſ. epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Trumvvin Pictorum epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Ceadda Lychefeldenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Eadhed Lyndiſſi epiſcopus ſubſcripſi.

Hæc donatio ſcripta eſt tempore Agathonis papæ, anno ætatis regis Egridi XL. regni vero ejus XV. *Si tempore Agathonis, ergo ante ann. Chr. 681.*

ANNO CHRISTI 681. *aut potius præcedenti 684 ſub Benedicti II. pontificatu.*

# [2] CONCILIUM IN VILLA REGIA,

## IN QUO EPISCOPI ALIQUOT GRADU

Dejecti, ſanctus Leodegarius Auguſtodunenſis capitali ſententia Ebroini factione [a] a Theodorico rege damnatus eſt, anno Chriſti DCXXCV. Joannis V. papæ I. Theoderici ejuſdem regis XVIII.

VETUS *Auctor qui ſancti Leodegarii epiſcopi vitam ſcripſit ad Ermenarum ejus ſucceſſorem, inter epiſcopos qui in hac ſynodo damnati fuerunt, nominatim deſignat Deſideratum cognomento Didonem epiſcopum Cabillonenſem. Leodegarium vero, tametſi eo accitus fuerat, ut a ſynodo damnaretur, ſynodum tamen ingreſſum non fuiſſe docet, ſed ſeorſim a rege auditum, mortique addictum.* * *Scribit autem in hanc ferme ſententiam.* Cum jam per biennium fere Leodegarius in Fiſcanenſi cœnobio ſub cuſtodia reſediſſet, Theodericus rex & Ebroinus ſynodum in quadam villa regia convocantes, multam epiſcoporum turbam adeſſe fecerunt. Ibique inter ceteros Didonem, qui Leodegarium cum Vaymero expulit de ſuo epiſcopatu, condemnatum ab ipſa ſynodo, calvaria accepta in capite expulſum ſegregant a ſancta congregatione. Deinde exilio condemnatus, morteque ſecuta pœna capitis exſolvit quidquid doli in ſanctum virum exercuit. Alii porro epiſcopi tunc a rege per Ebroinum in ipſa ſynodo pœnam ſimilem ſortiti, perpetuo exilio ſunt deportati. Ebroinus vero ſanctum Leodegarium reduci præcepit ad palatium, ut in epiſcoporum concilio ejus diſrumperet veſtimentum, quatenus ob hoc ei eſſet interdictum, ut ultra offerre non præſumeret ſacrificium. Tunc ergo ipſum ad eandem ſynodum accerſierunt: non tamen infra concilium confirmatur fuiſſe, ſed ſeorſim eo tempore cum rege collocutus dicitur, & ei multa futura prædixiſſe, quæ eveniſſe certum eſt. Et cum abeo diu percontati, ut de Childerici morte ſe conſcium fuiſſe fateretur, aliud non valuiſſent elicere, ejus tunicam conſciderunt a capite, eumque Crodoberto, qui tunc comes erat palatii, juſſit tyrannus impius tradi & præſentem vitam gladii percuſſione auferri.

** [illegible] Octobris.*

### NOTA SEVERINI BINII.

a *Concilium in villa regia.*) Hæc pſeudo ſynodus & tyrannica conſultatio convocata eſt a Theodorico rege, opera Ebroini magiſtri domus, in qua hoc tantummodo conſilio tyranni prædicti concluſum eſt, ut de Lamberto Trajectenſi & Leodegario Auguſtodunenſi epiſcopi pœna ſumerentur, amotiſque ſuis epiſcopatibus relegarentur. Acta concilii breviter deſcribit Sigebertus in chron. his verbis. *Theodoricus rex Ebroinum in gratiam recipit, ejus conſilio ſynodum epiſcoporum cogit, & in hac multos eorum ex ſententia Ebroini epiſcopatu privat: aliquos etiam eorum irrevocabili exilio damnat. Sub tam procelloſo domeſticæ perſecutionis tumultu ſanctus etiam Lamber-* *Acta concilii quæ*

1 De hoc concilio Beda hiſt. lib. 4. cap. 28. ubi de S. Cuthberto verba facit. *Contigit ut congregata Synodo non parva ſub præſentia regis Egfridi, cui beatæ memoriæ Theodorus Archiep. Dorovernenſis præſidebat, uno animo, omniumque conſenſu ad Epiſcopatum Eccleſiæ Lindiſfarnenſis electus eſt* &c. ac deinde ſubdit: *Nec tamen ſtatim ordinatio decreta, ſed peracta hyeme, quæ imminebat, in ipſa ſolemnitate paſchali completa eſt Eboraci, ſub præſentia præfati regis Egfridi.* Egfridus vero occiſus eſt anno 685. menſe Majo, hinc Cuthbertus hoc eodem anno 685. conſecratus eſt die 26. Martii, in quam eo anno Paſcha incidit: ac proinde Concilium, quo S. Cuthbertus electus fuit Epiſcopus, ad an. 684. retrahendum eſt. Harduinus in indice prævio tomi tertii ſub an. 685. diſtinguit Concilium Cantuarienſe ab Adtvviſordenſe, cum tamen idem eſſe pateat ex charta donationis Egfridi ex Monaſt. Anglic. hic allata.

2 Hoc idem, ac Synodus Marlacenſis anno Chriſti 678. habita, de qua ſupra pag. 595

*bertus a Trajectenſi amotus epiſcopatu, & cœnobio Stabulenſi monachicæ quietis expetiit portum, ibique per ſeptem annos habitavit ſecum. S. Leodegarius diu ab Ebroino tormentatus poſt famem & carceris ſqualorem, poſt oculorum evulſionem, poſt plantarum contriſionem, poſt linguæ & labiorum excisionem, tandem conſummavit martyrium per capitis abſciſſionem.* Hæc Sigebertus in chron. anno 685. Vide Baronium anno prædicto. item acta Leodegarii apud Surium die 2. Octobris tom. 5

# VITA CONONIS PAPÆ.

CONON * oriundus ex patre Traceſio, educatus apud Siciliam, poſtmodum Romam veniens eidem eccleſię militans ad preſbyterii honorem devenit. Sedit menſes undecim, (a) dies viginti tres. In cujus electione dum ad epiſcopatum quæreretur, non minima contentio facta eſt, eo quod clerus in Petrum archipresbyterum intendebat. Exercitus autem * inſequente ejus Theodorum presbyterum. Et clerus quidem adunatus ante fores baſilicæ Conſtantinianæ ſubſtinebat, eo quod qui miſſi fuerant de exercitu ad cuſtodiendas regias baſilicę, * clauſas obſervabant, & minime quemquam ingredi permittebant. Exercitus autem omnis in baſilica ſancti Stephani protomartyris ſimiliter * fuerant adunati, & neque illi clero conſentiebant, neque clerus exercitui acquieſcebat pro ſupraſcriptis presbyterorum perſonis. Sed dum * miſſo ab utriſque partibus reſponſo irent diutius & redirent, & nihil proficerent ad concordiam, conſilio ducti ſacerdotes & clerus, unanimiter ingredientes in epiſcopium Lateranenſe elegerunt, & * denominaverunt tertiam perſonam ſupraſati pontificis, in quo vere aſpectus angelicus, veneranda canities, ſermo verus, provecta ætas, ſimplex animus, quieti mores, religioſa vita, qui nunquam aliquando in cauſis * actibuſque ſæcularibus * commiſerat. E cujus veſtigio autem omnes judices una cum primatibus exercitus pariter ad ejus ſalutationem venientes, in ejus * laude omnes ſimul acclamaverunt. Videns autem exercitus unanimitatem cleri populique in decreto ejus ſubſcribentium, poſt aliquot dies & ipſi flexi ſunt, & conſenſerunt in perſona prædicti ſanctiſſimi viri, atque in ejus decreto devota mente ſubſcripſerunt, & miſſos pariter una cum clericis, & ex populo ad excellentiſſimum Theodorum exarchum, ut mos eſt, direxerunt. [b] Hic ſuſcepit divalem juſſionem domni Juſtiniani principis, per quam * ſignificat reperiſſe acta ſanctæ ſextæ ſynodi, & apud ſe habere, quam pie memoriæ domnus Conſtantinus genitor ejus Deo auxiliante fecerat. Quam ſynodum promiſit ejus pietas illibatam & inconcuſſam perenniter cuſtodire atque conſervare.

* patria Thrax,
* omnis in Theodorum
* valvas obſervabant,
* fuerat adunatus,
* miſſis ab utriſque partibus reſponſis al. reſponſa
* demonſtraverunt
* Cononis
* actiſque
* commiſcuerat,
* laudem
* ſignificabat

Hujus temporibus pietas imperialis relevavit per ſacram juſſionem * ſua ducenta annonæ capita, quæ patrimonii cuſtodes Brutiis & Lucaniæ annue perſolvebant. Itemque & aliam juſſionem direxit, * ut reſtituatur familia ſupraſcripti patrimonii, & Siciliæ, quæ in pignore a militia detinebatur. Hic ultra conſuetudinem abſque conſenſu cleri, ex immiſſione malorum hominum, (b) in * Antiochia eccleſiaſticorum * Conſtantinum diaconum eccleſiæ Syracuſanæ rectorem in patrimonio Siciliæ conſtituit, hominem (c) * perperam & tergiverſutum, ſed (d) & pallio ad caballicandum uti licentiam ei conceſſit. Et non poſt multum temporis (e) editio ſuper eum orta eſt a civibus, (f) ob patrimonii lites, qui a judice provinciæ ſub arcta cuſtodia retruſus eſt, pro eo quod in diſſenſionem judicum (g) cum inveniretur * direxiſſe. Qui ſanctiſſimus vir diutina infirmitate detentus, ut etiam vix ordinationes (h) ſacras explere potuiſſet, obiit. Hic dimiſit omni clero & monaſterii (i) benedictionem in auro, ſicuti prædeceſſor ejus Benedictus papa. Cujus archidiaconus, videns eundem pontificem infirmitate conſtrictum, atque cupiditate ductus prædicti legati * cum necdum eſſet perſolutum, ſcripſit * Ravennam Joanni glorioſo novo exarcho, atque * promittens (l) ejus dationem, ut perſona ejus ad pontificatum eligeretur. * Quod * & demandavit ſuis judicibus (m) quos Romæ ordinavit, & direxit (n) ad diſpenſandam civitatem, ut poſt mortem pontificis ejuſdem archidiaconi perſona eligeretur. Fecit autem epiſcopos per diverſa loca numero ſexdecim. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum ſub (o) die * 21. menſis Septembris, & ceſſavit epiſcopatus menſes duos, dies * viginti tres.

* l. ſuam
* ut reſtitueretur familia
* antipatis
* fort. perverſum
* perperam
* directum fuiſſe
* ſacerdotum
* relicti clero & monaſteriis ab ipſo pontifice,
* promiſit
* Qui ſtatim
* 21. Oct.
* 13.

## NOTÆ SEVERINI BINII.

a *Conon.* ) Cum Juſtinianus imperator ſedi apoſtolicæ in eligendo pontifice libertatem ſolitam reſtitutam eſſe doleret, mandavit ut non crearetur pontifex ſine conſenſu Exarchi. Ex quo illud impiimis obortum eſt malum, ut ambientes pontificatum, per Exarchum muneribus vel aliis officiis corruptum illum aſſequi conarentur. Quare dum hac occaſione inter Theodorum & Petrum ſchiſma conflatum eſſet univerſi cleri conſenſu, quantumvis reluctarentur militares copiæ, Conon electus fuit, anno domini 626. die 20. Octobris. Sanctus Kilianus ab hoc pontifice ordinatus, Franconiam orientalem ad Chriſti fidem perduxit.

Conon quando & qua occaſione pontificatum adeptus.

b *Hic ſuſcepit divalem, &c.* ) Conſtat ex epiſtola Nicolai I. ad Michaelem imperatorem, Juſtinianum juniorem non ſanæ fidei extitiſſe ipſique Cononi adverſarium eſſe, cum legatos ejus Conſtantinopolim miſſos prævaricari cœpiſſet. Verba Nicolai hæc ſunt: *Tanta ſalutis oblatos miniſtros duplici modo interemiſtis, quoniam aut participes illos ſui erroris effectos ſpiritaliter occiderunt, ſicut tempore reverendæ memoriæ Cononis contigit.* Hac de cauſa imperatorem Juſtinianum numen divinum iratum ſenſiſſe, omniaque in deteriora labi cœpiſſe, ex iis quæ infra dicemus ſatis eſt apertum. Hoc tempore ingentem famam vexaſſe Syros, pacemque cum Bulgaris ſancitam iterum ruptam fuiſſe docet Theophanes

Juſtinianus infidelis fuit.

CON-

(a) *dies* XXIII. deeſt. (b) *in antipatia* (c) *perſerum* (d) *ſed & mappulum ad &c.* (e) *tranſitum Pontificis ſeditio &c.* (f) *& patrimoniales* ( alia vetuſta manus emendat *patrimonialibus* (g) *inveniebatur ſententia Imperiali diſcutiendum direxit. Qui &c.* (h) *Sacerdotum* (i) *Diaconibus, & manſionarii benedictionem &c.* (l) *ejus deeſt* (m) *quos Romana ordinavit Civitate.* (n) *ad diſponendam* (o) *die* XXII.

C. ANNUM CHRISTI 687

# CONCILIABULUM MANASCHIERTENSE IN ARMENIA.

Fr Galanus in Concil. Eccl. Armen. & Cave Hist. litter.

MAnaſchiertenſe Conciliabulum in Armenia, in confinibus Hircanæ provinciæ, circa annum, ſi recte conjicio, 687. vel forſan ſequentem, congregatum. Patriarchalem Armeniæ cathedram hoc tempore tenuit Joannes Ozniensis, e provincia Daſcarena oriundus, homo a fide catholica alienus, qui Omaris Saracenorum ducis juſſu, & Caliphæ Babylonis auxilio fretus, Synodum Manaſchierti coegit, cui una cum Armenis ſex e Syria Epiſcopi interfuerunt. In hoc conciliabulo definitum eſt, Acephalorum dogmata admittenda eſſe; unam eſſe in Chriſto naturam, unam voluntatem, operationem unam; aquam & fermentum in Euchariſtia non amplius eſſe uſurpanda, vino tantum nulla admixta aqua utendum. Decrevit insuper Patriarcha, in Sabbatis non magis quam dominicis quadrageſimæ jejunandum eſſe, ſacram Euchariſtiam feria quinta majoris hebdomadis populo non eſſe tribuendam, in jejuniis a piſcibus, oleo & vino abſtinendum; denique Armenos & Syros a ſe invicem deinceps nunquam eſſe ſeparandos. Hæc omnia nos docet Auctor Hiſt. Patriarcharum Armeniæ apud Galanum Conciliat. Eccleſ. Armen. par. 1. cap. 17. pag. 201. In diſponendo hujus Conciliabuli tempore Galanus haud bene ſibi conſtare videtur. Loco enim citato, & in indice huic parti præmiſſo ad Concilii VI. œcumenici tempora diſerte refert; alibi vero part. 2. tom. 1. p. 29. illud anno 727. habitum eſſe dicit. Utro anno rectius, non ſtatim liquet. Ego ad ipſum quem ſtatui, annum potius referendum cenſeo, tum quod fervebat maxime tum temporis de Monothelitis controverſia in ſexta ſynodo paulo ante damnata; tum quod Concilium Quini-Sextum an. 692. habitum antevertiſſe videtur, cujus plures Canones hiſce Armenorum ritibus & placitis directe oppoſiti ſunt, ut ex Can. 32. 33. 56. 99 abunde liquet; tum denique quod hoc tempus Armeniorum ſupputationi optime quadret. Si enim Elias patriarcha thronum aſcendit anno Armeniorum 112. hoc eſt, anno Dom. 663. & poſt annos 25. Eliæ ſucceſſit Joannes Ozniensis (ut diſerte tradit Patriarcharum Armeniæ ſeries hiſtorica) in hunc ferme annum incidemus. His adde, Omarem quemdam egregium Saracenorum ducem ſub Caliphatu Abdulmelici hoc ipſo anno ab Elmacino memorari hiſtor. Saracen. lib. 1. p. 71.

*FINIS TOMI UNDECIMI.*